UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

N III
36.
Th. 4891.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Soctis JESV paderborna

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AVGVSTISSIMO INVICTISSIMOQVE ROMANORVM IMPERATORI FERDINANDO III. HVNGARIÆ, BOHEMIÆQVE

Regi potentissimo, Archiduci Austriæ &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

Felicißimè viuere, fortiter vincere, diutißimeq; Imperare.

INVICTISSIME CÆSAR, FERDINANDE TERTIE,

HAud inuenustè magnum illud Græciæ lumen Aristophanes in Reipublicæ Administratore, non solùm quandam scientiarum omnium Encyclopædiam, sed etiam insignem vitæ, morumque sanctitatem requirebat, ideoque graui obelo temporum quorundam improbos mores configit, quibus palàm etiam iactabatur carmen illud,

Ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς Μουσικῆ·
ἔστ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστῶ τοὺς τρόπους.

Quo Senario impii quidam Logodædali, Reipu-

 blicæ

blicæ gubernationem, neque penes Muſicum, neque penes Virum probatorum morum conſiſtere, mentiri nō verebantur: cùm econtra omnes veræ Sapientiæ, veritatisque amatores vnanimi ſenſu, oreq; profiteantur; tum demum Reipublicæ benè fore, cum Moderatorem *Muſicæ* bene peritum, omnisq; probitatis cultorem, atq; anteſignanum nacta erit. Quo quidem dicto, ne ſtatim in veſtibulo ſermonis mei, imperitioribus antiquarum parœmiarum Miſologis ſim offendiculo, illiq; nobis cum vulgo ingerant inconcinnum illud, quid Muſica ad Rempublicam: tenendum eſt, *Muſices* olim nomine omnem liberalem eruditionem à Veteribus fuiſſe deſignatam, quam noſtri ſæculi Oratores Encyclopædiam dicere maluerunt. Illi quidem benè; quod qui iucundiſſimam omnium Scientiarum harmoniam indeptus eſt, dulciſſimum quendam, cum in animo ſuo, tum in alienis auribus concentum, circa omnem propoſitam ſibi quæſtionem enucleatè diſſerendo, efficit: Hi verò etiam non imperitè; quod eximiè doctus omnium Scientiarum Propola circulum quendam, atque ambitum bonarum omnium diſciplinarum comprehendat, quo ille omnes

mnes Veritatis lineas accuratissimè nouerit decircinare, & ad vnum omniũ centrum DEVM Opt. Max. omnis Sapientiæ originem didicerit sapienter reducere. Talem ergo exquisitæ Sapientiæ Pugilem, nobilitatumq; multis doctrinæ palmis Heroëm, qui simul egregia Virtutum panopliâ adornatus possit ad omnem honestatis, diuini zeli, atq; pietatis perfectionem laudabiliter grassari, talem, inquam, censent vetera Sapientum oracula ad supremum Reipubl. apicem euehendum, clauo ac gubernationi adhibendum, illius nutum atq; imperium venerandum, sequendum, executioniq́ue mandandum. Quæ quia in TE Cæsar Augustissime FERDINANDE TERTIE, tanquam in aliquo copiæ cornu, partim magno Dei immortalis beneficio, partim tuo met labore sedulo, partim gnauâ bonorum Magistrorum institutione congesta animaduertit nostra ætas, admirantur Doctorum pulpita, venerabiturq́; omnis sæculorum posteritas, est sanè quod Romanum Imperium, (ad cuius gubernationem vnanimi Bonorum omnium voto adlectus es, atq; assumptus) sibi congratuletur; est quod Germana Natio sibi adplaudat; est quod subditi omnes Tui delatis Tibi sceptris congestiant,

ſtiant, eaque mecum omnes honore debito atque obſeruantia taciti proſequantur. Nolim hic ego in ſublimẽ Tuarum laudũ orcheſtram aſcendere: nolim Te in ſpatioſiſſimo optimarum ſciẽtiarum curriculo, non Mecœnatem tantùm atque Agonothetam, ſed nobilem etiam, multiſque laureolis decoratum laniſtam toti mundo ſpectandum proponere: nolim præterea in amœniſſimos Virtutum Tecum cum primo lacte nutritarum, educatarumque campos excurrere, tum ne illud mihi diuerbium occinatur, *Vinum vendibile non eget ſuſpensâ hedera*; tum ne Soli ipſi meridiano in omnium oculis aſpectuque conſtituto radios aliquos mea oratione affundere videar voluiſſe; quorum illud in ludibrium meum; hoc mihi etiam in turpem deſipientiæ notam, infamiamque verteretur: tum vel multò maximè, ne oleas Chriſtianæ modeſtiæ, quibus omnes vitæ tuæ rationes comprehendis, egreſſus ſermo meus palpum facere, fumumque diuendere velle videatur, qui aliàs nudæ veritati aſſuetus non niſi ſanctos eius, incorruptoſque colores admittit, puroſq; ſinceritatis radios iaculatur. His igitur iam nunc ſepoſitis ac reiectis, ad Auguſtiſſimam viuamque mentis Tuæ

Biblio-

Bibliothecam humilimorum Clientum vnus ingredior, coramque Cæsarea Maiestate Tua seruorũ vnus ego multis nominibus obligatissimus nouum Bibliothecæ Tuæ auctarium infero, Reginæque Scientiæ, imò Imperatrici Orbis Germanici *Encyclopediæ Tuæ* munus non incognitum repræsento, eiusque *Sacræ Chronologiæ* (cuius faces præambulas ingeniosæ Iuuentuti Tuæ prætulit olim piæ memoriæ Reuerendus Pater Henricus Philippi, bonus animæ Tuæ cultor & Instructor) splendorem posthumum exhibeo, temporaque & annos, & dimidia temporum ab Orbe Vrbeque conditis euoluta, Eclipses etiam & Epactas, Solis & Lunæ Cyclos, Æras item & Olympiadas cum Patriarcharum, Iudicum, Regum, Prophetarum, Pontificumque syllabo, cum Regnorum, Principatuumq; cõstitutionibus, euersionibusq; vsque ad Christi Iesv salutiferum gratiæ tempus, typographiæ meæ adminiculo menti iterum Tuæ obiicio, vt quibus olim augustas animi Tui tabulas magna cum voluptate consignasti, iisdem veluti grata promulside mentem aliquando Tuam magnis Imperij curis æstuantem ac defatigatam perfundere, & aliquantulum recreare valeas.

leas. Si enim Amææ gaudium fuit, cum Azesiam (cui à iuuentute assuetuerat colludere) iteratò reperit; maius profectò augusto pectori Tuo erit, cum veteres illos Tuarum Scientiarum fructus, in hoc quasi cornu copiæ comprehensos, postliminio reproductos aspicies, vsuque ipso & gustu eorum dulcedine perfruêris. Id vt inter dies, Tibi, Tuisque Cæsar FERDINANDE III. Nestoreis diuturniores, Crœsæis opulentiores, Datidicis victoriosiores, Datylæis glorioſiores consequaris, vouent omnes Aquilæ huic inscripti Populorum Principes, vouent omnes boni Tuorum regnorum Megistanes, vouet denique Domi suæ Ciuis vetus & Bibliopola Colonienſis honorum tuorum & victoriarum fautor & apprecator studiosissimus, &

Augustissimæ Maiestatis Tuæ

humilimus cliens & seruus

IOANNES KINCHIVS,
Anno 1637. Kalendis
Aprilis.

GNOME,

Ad vtrumq; paratus:

Encomium

AVGVSTISSIMI IMPERATORIS FERDINANDI TERTII

edisserit.

QValis iubati progenies patris
Getula fuluis luxurians toris
Vigore sub primo iuuentæ
Cum vegetos validat lacertos,
Vngues recuruos, oraque vincier,
Ignara diris plena furoribus
Obfirmat hosti nascituro,
Bella animo meditans feroci:
Jamq; in iuuencos, plenaq; ouilia
Illum parentis viuidus impetus
Aptat, repugnantes cateruas
Terrificis domiturus iris:

Cui ſi nouellis cornibus aſperans
Frontem iuuencus, caprea vel leuis,
Vel mitis accubarit Agnus,
Sanguineos reprimens furores
Latus decoris pacificum iubis,
Miti accubabit Rex nemorum gregi,
Caudâq; blandiente mulcens
Præſidium dabit indigenti:
Talis SECVNDI magnanimum genus
Eſt FERDINANDI: quod caput Imperi
Sublime, victrix, ſacroſanctum
Occiduus veneratur Orbis.
Hunc ad quietos Palladis expetas
Choros, & omniûm gymnadas Artium?
Per teſqua, Permeßiq; colles,
Perq; ſacras Heliconis vmbras,
Lauro impeditum ſuſtulerit caput;
Comesq; docto Theſpiadum gregi
Orâcla Naturæ repoſta,
In Clarij ferèt ora Phœbi.
Cyclos, Epactas, & Numerum Aureum,
Orbesq; Solis noctibus obrutos,
Et triſtis Eclipſes Sororis,
Ingenio dabit expedito.

Non

Non indecoro puluere gestias
Virtutis Illum cernere sordidum?
Per dura Virtutum subacta,
Perq; gradus operosiores
Victorioſum tollere verticem
Cernas, & altis surgere montibus,
Queis palma cum lauro reposta.
Merx grauium radiat laborum.
Hanc Ille magnis nititur ausibus
(Nec vana spes est) prendere. Nam Fides
Ardensq; Zelus, Charitasq;
Et Pietas soboles Deorum,
Cum temperatâ fronte Modestiâ
(Qualis Monarcham Christigenûm decet)
Cuî mixta Maiestas verenda
Magnanimum Pugilem *coronant.*
Amas Gradiui fortia prælia;
Et Martiales poscis adoreas
Sudore partas, vel cruore?
Has peperit sibi FERDINANDVS.
Clemens Amicis, Ferreus Hostibus,
Virisque Victor splendicat inclytus.
Testes Ratisbonæ Penates,
Et Bauari sola versa campi:

Nortlinga teſtis, quæ ſtupuit globos
Inter vibratos fulmineis tubis
Regale cor ferri, caputque
Heſperio ſocium Dynaſtæ.
Heilbrona teſtis per ſua vindices
Experta flammas pergama. Teſtis eſt
Cum Neccaro Rhenus bicornis
Auſtriacis rediuiuus armis,
Muſcoſa quando membra leuans ſolo,
Et plena tabo vulnera liuido
Domeſticis lauans fluentis,
Has reduces dedit ore voces.
O lux beati ſideris! ô Jubar
Ter auſpicatum! quod reliquum mihi
Vitæque, ſplendorisque ſeruas,
Quæ ſibi Mors ſpolium putarat.
Sat dirus in me ſæuierit Gothus:
Sat Gallicarum Lilia cladium
Progerminarint: FERDINANDVS
Romulei dominator Orbis
Iſto vocatus nomine TERTIVS
Magni domabit progeniem mali;
Victoriſque Datidis
Nobilior referet triumphos.

Felix

Feli x tiumphis prærutilantibus
rInſiſteCÆSAR: ſeuTua Palladis,
Seutela VIRTUTIS petantur,
Sis populis AD VTRVMQVE
PROMPTVS.

Sic
Honori Auguſtiſſimi Imperatoris

FERDINANDI TERTII

accinebat

ALTERVS KINCKIVS Rhetoricæ ápud Patres Soc.
IESV Coloniæ ſtudioſus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CATALOGVS OPERVM
R. P. HENRICI PHILIPPI,
SOCIETATIS IESV, &c.

INtroductio Chronologica, siue de Computo Ecclesiastico ad Chronologiam accommodato in 4. Coloniæ apud Ioannem Kinckium.

Eiusdem Synopsis generalis sacrorum temporum, continens seriem annorum ab Orbe condito ad Constantini Magni Imperium, sacrarum literarum intelligentiæ accommodata in 4. apud eundem.

Quæstiones Chronologicæ de annis nati & passi Saluatoris in 4. apud eundem.

Quæstiones Chronologicæ de annis Domini Iulianis & Nabonassari, & æra mundi Iudaica aptè inter se componendis, in quibus Calendarii Rom. explicatio cum Epactis, Calendis, Nonis Idibus, & initiis mensium, Græcorum, Syro-Chaldæorum, Ægyptiorum, de Feriis, Cyclis, Lunæ, Solis, & Indictionum, itemque modus constituendi Tabulas Connexionis Ærarum in 4. apud eundem.

Manuale Chronologicum in 8. Antuerpiæ.

Recenter modò prodeunt

Chronologiæ veteris Testamenti accuratum examen, per Notas & Quæstiones Chronologicas, in tres Partes diuisum.

Tabulæ annorum expansorum secundis curis elaboratæ in 4.

Tractatus de Olympiadibus secundis curis expolitus in 4.

AVTOR

MÆres opinor, in frontiſpicio, Amice Lector, & hæc duo, quæ ego olim mecum, tu tecum nunc reputas. Quis ſcopus? & cui bono? Placet: ſiſte ergo tantiſper; audies. Primùm, quo ſagittam, calamum, inquam, collineem rogas? Scripturæ loca, quæ certas temporũ Notationes exhibent, mihi ſuſcepi pertractanda, eo ordine, quo in ſacris Bibliis occurrent, ea ferè methodo, qua Scholæ Theologicæ vti ſolent. Minus impedita breuibus Notis expediã: quæ maius negotium faceſſunt, euoluam operoſius, Quæſtionibus propoſitis. Diſcutiam auctorum placita, probabiliorem ſententiam obſirmabo, aduerſariorum argumenta diluam: res alias negligam, niſi cùm ad propoſitum facere videbuntur. Spero autem tribus me libris Chronologiam omnem ſacram, Deo propitio, abſoluturum, quorum Primus Pentateuchum: *Alter* Ioſue, Iudicum, Ruth, 4. Regum, 2. Paralip. Eſdræ & Nehemiæ: *Tertius* Tobiæ, Iudith, Eſther, Prophetarum, Maiorum & Minorum, ac denique duos Machabæorum Libros perſequitur. Tabulæ verò annorum, præſertim expanſorum, ſi vſpiam, maximè poſt Pentatheuchum vſui erunt. Verum iſta pluribus in Præfatione ad Synopſin.

Cui hæc bono; præſertim poſt tot alios? hoc te alterum paucis volebam. Si Theologo expendenda non eſt ſacra

Chro-

Chronologia: cur eam nobis Spiritus sanctus, & quidem obscurè tradidit? cur in ea illustranda, tot Scholæ & Ecclesiæ lumina neruos calamosque contenderunt? Quid ages, si Sectarij in te conuolent? si vt in Bibliorum nodis intricandis triumphant, Temporum tricas, quasi laqueos injiciant, & capto insultent? Quam velles Notas sanæ Chronologiæ & Quæstiones omnes euoluisse! Atqui id poteris hic assequi, breui compendio, exiguo sumptu. Nam ne longum laborem & precia tum rei, tum temporis conquerare, ea quæ alij numero & opinionibus diuersissimi, ingentibus disputationibus, pluribus voluminibus complicuêre, tuo bono, breuiter explicare studui. Vtrum feliciter sim istud assecutus; tu legendo facilè experieris: animum saltem meum æqui bonique consules, nemini in via futurus sum noxæ; siquidem non digladiandi, sed veritatis indagandæ studio, in hanc me arenam contuli, paratus prudentum iudicio dirigi, si quis me nolentem error à meta longius abduxerit. Monui breuiter quæ volebas, vti volebam: nunc è frontispicio, ex quo te populi, in atrium intimosque lares subi, si placet, & bene viue, ac vale.

(***)

NOTÆ

NOTÆ ET QVÆSTIONES

CHRONOLOGICAE IN PENTATEVCHVM MOYSIS,

Auctore

R. P. HENRICO PHILIPPI,
GALLO-BELGA, S. HVBERTENSI,
SOCIET. IESV, SS. THEOLOGIÆ DOCTORE,
olim in Archigymnasio Viennensi sacrarum
literarum Interprete.

P. Philippi
Chronologia
Pentateuch.
A IV
2

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DIVO
FERDINANDO II.
PIISSIMO, INVICTISSIMOQVE
CAESARI.
AVGVSTISSIME
ROM. IMPERATOR.
DOMINE CLEMENTISSIME.

QVi primi hominem pulchro nomine paruum Mundum appellarunt, pari venustate aspectabilem hanc Mundi machinam gigantæum hominem nuncupare poterant: adeò mirificè consentiunt suæ vtrisq; partes, tempora, ætates. Ac Mundi quidem infantiam, sub Adamo; pueritiam sub Noëmo; adolescentiam atq; iuuentutem, sub Abrahamo & Moyse decursam: reliquum vitæ spatium deinceps sub reliquis Principibus confectum omnes agnoscunt. At in periodis

riodis ætatum, siue Mundi, siue hominum, tot & multiplices trica inuoluuntur, vt Alexandro opus sit, qui Gordium nodum secet potiùs, quam exsoluat. Etsi verò non tantum vel roboris vel ingenij, in me esse agnoscam, vt nodos in rationibus implexos, vel rescindere, vel penitus omnes euoluere possim: studia tamen rerum Chronologicarum, quæ ad sacrarum literarum intelligentiam facerent, dignissima semper existimaui, quibus aliquid operæ seriò impenderem. Quare quocumque irem, eas curas circumtuli, partim in Imperio, partim in Hungaria, Austria, Moravia; Augustissimæ T. Ma.ti Aquilâ vmbram vbique mihi auramq; facilem præbente: quo siue præsidio, siue ornamento excitatus, ecce tandem spatia primorum temporum, sub quatuor illis Mundi potentissimus, sapientissimisq; Optimatibus transacta, & quàm exactè potui, à me Chronologiæ radio in ordinem digesta, ad T. Cæs. Ma.tem sacrarium sisto: rebar enim, omne illud, quod ad pietatem, Religionem, fortia priscorum heroum facinora, ac diuiniores in primis literas spectaret, Cæsari tum pijssimo, tum fortissimo futurum minimè ingratum. Neque verò, quod in Orbe est vniuerso vulgatissimum, ignorare poteram,

ram, Sac. T. Ma.tis in Academiis fundandis, stabiliendis, exornandis, verè Cæsaream liberalitatem, in tractandis præterea libris, si quando grauissima, tot regnorum, tot bellorum negotia paterentur, incredibile studium, paremq; studio sapientiam. Quo pertinet prouidentiæ Tuæ laus illa singularis, quod Augustissimos filios, FERDINANDVM III. Hungariæ & Bohemiæ Regem, ac Ser.mum LEOPOLDVM VVILHELMVM, in Sapientiæ stadium, tua voluntate ingressos, ita exemplo, mutuaque impulsione animasti, vt non de Philosophiæ, Iurisque studio duntaxat, palmam retulerint: sed in difficili etiam sacræ Chronologiæ circo, præclarum animi ad resomnes viris Principibus dignas nati, specimen ediderint, Teque, MAXIME CÆSAR, spectante, & meritò ob felicem Liberorum cursum gaudente, alijs ardentem lampada tradiderint: quod gaudium, vt diu gaudeas, viuam continenter istius rei memoriam, tam diu hæ meæ lucubrationes excitabunt, quam diu ætatem & famam, si quam merentur, ferent. Taceo hîc Aug.mæ T. Ma.tis in nostram Societatem beneuolentiam, tot comprobatam argumentis, tot meritis exaggeratam, vt non modo calamos de-

prædicandis Tuis beneficijs; sed animos ipsos comprehendendis, longè esse impares fateri cogamur. Et alij quidem grandiora atque perenniora gratæ mentis monimenta statuent: ego ex tenui meo ære, hanc interim opellam meam humilimè offero, locupletissimæ voluntatis testem, auiculas imitatus, quas ad magnificentissimum Delphici Apollinis templum, cùm nihil haberent opulentius, plumas, vti & apes ceras attulisse ferunt. Accedit adhæc, quod quia contentiosum est huius meæ scriptionis argumentum; non deerit fortasse ex Aristarchorum gente non nemo, qui hunc Commentariolum, aut allatret, aut mordeat, nisi Augustalis Aquilæ pennæ protegant, præstentque quod olim appensa Leopardi pellis Antenori, & filum coccineum Mulieri Ierichuntinæ, præsidium atque tutelam.

Nunc viue, CÆSAR (neque enim hisce ineuntis anni Calendis possum, quin ex communibus omnium bonorum votis auspicato ominer) viue, viue pius, felix impera, facque vti hactenus effecisti, vt Austriacam potentiam maximè ab aui-

auita Religionis ſtudio efflorescere, ipſi hoſtes vel Tua Clementia deuincti, vel armis victi fateantur. Vienna Auſtria, Calendis Ianuarij. ANNO DOMINI M. DC. XXXIII.

Auguſtiſſ.ᵉ Ma.ᵗⁱˢ T.

humilimus cliens & ſeruus in Chriſto,

Henricus Philippi.

APPROBATIO

R. P. PROVINCIALIS.

EGo Georgius Forro, Prouincialis Soc. Iesu, per Prouinciam Austriæ, potestate ad id mihi facta, ab Adm. R. P. N. Mutio Vitelleſco, Societ. nostræ Generali Præpoſito, facultatem concedo, vt *Notæ & Quæstiones Chronologicæ in Pentateuchum Moysis, cum Tractatu de Olympiadibus*, compoſitæ à R. P. Henrico Philippi Soc. nostræ Theologo, & eiuſdem Societatis doctorum virorum iudicio examinatæ, & approbatæ, typis mandentur. In quorum fidem has literas manu nostra ſubſcriptas, & nostri officij Sigillo munitas dedimus. Leobij. 4. Iunij 1632.

GEORGIVS FORRO.

INDEX QVAESTIONVM, HISCE TRIBVS PARTIBVS CONTENTARVM.

IN GENESIN.

1. *QVa parte anni mundus sit conditus.* Gen. 1. vers. 1. fol. 1.
2. *Quot annis vulgarem æram Christi præcesserit creatio mundi.* ibid. 8
3. *Vtrum textus Latinus, quoad annorum numeros Græco præferendus sit.* Gen. 5. 21
4. *Vtrum bi anni tanquam integri censeri debeant.* ibid. 23
5. *Vtrum anni Patriarcharum nostris æquales fuerint.* ibid. 25
6. *Vtrum annus mundi 1656. fuerit ante diluuium transactus.* Gen. 7. q. 1. 33
7. *De forma anni à Patriarchis vsurpati.* ibid. q. 2. 36
8. *De varia Chronotaxi diluuij donec arca quiesceret.* ibid. q. 3. 40
9. *Vtrum in Chronotaxi diluuij textus Latinus Hebræo, & Græco præferendus sit.* ibid q. 4. 43
10. *Vtrum vere, an autumno cœperit diluuium.* ibid. q. 5. 44
11. *Vnde deducatur mensis secundus, quo diluuium incepit.* ibid. q. 6. 45
12. *Vtrum quadraginta dies pluuiæ contineantur in illis* 150. *quibus aquæ terram obtinuisse dicuntur.* ibid. q. 7. 48
13. *Quomodo diluuij tempus ad menses Romanos accommodari possit.* Gen. 8. q. 1. 57
14. *De Cainan iuniore.* Gen. 11. q. vnica 73
15. *Quot annis Cainan vixerit, ante genitum Sale.* ibid. q. 2. 80
16. *De Phaleg.* ibid. q. 3. 81
17. *De æra Babylonica.* ibid. *Append.* 85
18. *Quoto anno Thare natus sit Abraham, ex S. Hieron. sententia.* ibid. q. 4. 86
19. *Quid hac de re scribat S. Augustinus.* ibid. q. 5. 87
20. *Quando Deus Abrahamum Charris in Chananitidem transtulerit.* ibid. q. 6. 91
21. *Vtrum Sara fuerit filia Aran.* ibid. q. 7. 92
22. *Quoto anno ætatis Thare natus sit Abraham.* ibid. q. 8. 96
23. *Quoto anno post diluuium natus sit Abraham.* q. 9. 100
24. *Vtrum Abraham post mortem Saræ duxerit Ceturam.* Gen. 25. v. 1. 114
25. *Quando nati sint 12. Patriarchæ.* Gen. 29. 117
26. *Quando Iudas duxerit Sue Odollamitidem.* Gen. 38. v. 1. 122

27. *Quot annos Ioſephus in carcere fuerit.* Gen. 41. v. 1. 125
28. *Quomodo anni fertilitatis & famis ad ætatem Ioſephi accommodentur.* Gen. 41 v. 29. ibid.

IN EXODVM.

1. *Quam diu duraverit ſeruitus Hebræorum in AEgypto.* Exodi 1. v. 6. 128
2. *Quanto tempore duraverint plagæ AEgypti* cap. 5. 132
3. *Vnde putentur* 430. *anni habitationis in AEgypto.* cap. 12. v. 40. 136
4. *Quando contigerit exodus.* ibid. v. 41. 140
5. *Quando manna Hebræis dari cœptum.* cap. 16. v. 1. 144
6. *Quo tempore Iethro ad Moyſen venerit.* cap. 17. 148
7. *Quando populus ad montem Sinai peruenerit.* cap. 19. 153
8. *Quando lex data Hebræis.* ibid. v. 16. 155
9. *Quo ordine temporis digerenda ſint, quæ die legis datæ recenſentur* cap. 23. 160
10. *Vnde oriantur quadraginta dies, quibus Moyſes fuit in monte.* cap. 24. v. 18. 163
11. *De Chronotaxi quarundã rerum ad datam legẽ ſpectantium ex Toſtato.* ibid 165
12. *Quando Deus mandatum dederit Moyſi, de conſtruendo Tabernaculo.* c. 25. 169
13. *Quando conflatus vitulus.* cap. 32. v. 4. 170
14. *Vtrum Moyſes ternas quadrageſimas in monte tranſegerit.* Ibid. v. 30. 173
15. *Quando Moyſes è caſtris Tabernaculum extulerit.* cap. 33. v. 7. 181

IN LEVITICVM.

1. *Quando dictatus ſit Leuiticus.* 191
2. *Cuius diei veſperâ Phaſe immolabatur.* cap. 23. v. 5. 196
3. *Quota circiter hora Phaſe celebrabatur.* ibidem. 199
4. *Vtrum ſemper Agnus die* 10. *Niſan paratus eſſe debuerit.* ibidem. 200
5. *Vnde* 7. *hebdomades ante Pentecoſten fuerint ſupputandæ.* v. 15. 202
6. *Vtrum anni ſabbatici à menſe Niſan initium duxerint.* cap. 25. 205
7. *Quoto die menſis Tiſri anni ſabbatici & iubilæi inierint.* v. 9. 207
8. *Quinam ſint anni ſabbatici ab ipſorum epocha computati.* cap. 25. 210
9. *Quomodo anni legales ſabbatici cum annis mundi congruant.* ibid. 211
10. *De annis ſabbaticis in ſcriptura expreſsis.* ibid. 215
11. *Quinam anni ante vel poſt vulgarem Chriſti Epocham ſint ſabbatici.* ibid. 214
12. *Quoto anno ab ingreſſu in terram ineat ordo annorum ſabbaticorum legalium.* ibidem. 217
13. *Quot annos Periodus Iubilæa contineat.* ibid. 220
14. *De ordine annorum ſabbaticorum, ab initio Legalis agricolationis deductorum.* 227
15. *De ordine annorum ſabbaticorum ante æram Chriſti.* 228
16. *De ordine annorum ſabbaticorum in æra vulgari Chriſti.* 229

QVÆSTIONVM. IN LIB. NVMERORVM.

1. *Quando lustrum conditum.cap.1.v.1.* 231
2. *Quando Tabernaculum erectum, vnctum &c.cap.7.* 232
3. *Quoto Anno Exodi terra sit explorata,cap.13.v.3.* 239
4. *Quo circiter die & mense missi sint exploratores,* ibid.
5. *Vtrum post Haseroth Hebræi plures stationes habuerint, antequam mitterentur exploratores,ibid.* 240

IN DEVTERONOMIVM.

De tempore quo Moyses excesſit. 255

INDEX TABELLARVM.

1. CONnexionis æræ mundi Græcæ & Iudaicæ,ac periodi Iulianæ,cum annis ante & post Christum. 16
2. *Prima Tabella sabbatica, quæ ostendit annos sabbaticos ab ipsorum epocha numeratos.Leuit.25.q.1.num.2.* 210
3. *Secunda sabbatica, quæ ostendit annos Semitæ ante Christum.* ibid. quæst. 4. num.7. 216
4. *Tertia sabbatica pro annis æræ Christi.* ibid.

IN LIBRVM IOSVE.

1. QVando exploratores Iericho missi fuerint.Iosue 2.v.1. 6
2. *Vtrum temporis ordo seruetur in ijs quæ narrantur Iosue cap.2.* 8
3. *Quot dies à missis exploratoribus, vsque ad Iordanis transitum effluxerint.* 10
4. *Quot annos populus Israëliticus fuerit in deserto.Iosue 3.v.6.* 13
5. *Quando manna cessauerit.Iosue 5.v.12.* 16
6. *Quando facta sit in Galgalis Terræ diuisio.cap.14.v.7.* 19
7. *Quonam tempore translatum in Silo tabernaculum.* 22

IN LIB. IVDICVM.

1. *Quid scriptura tradat, de annis Iudicum & Regum, ab Exodo, ad initium Templi.* 25
2. *Quomodo anni 480.ab Exodo ad Templum colligi soleant.* 26
3. *De vario computo eorum, qui annos seruitutum Chronologicos esse volunt.* 29
4. *Vtrum anni seruitutis & pacis in libro Iudicum signati contineantur numero annorum qui Iudicibus tribuuntur.* 32
5. *Quomodo anni Seniorum, & primæ seruitutis ad tempus Othonielis referantur.* 35
6. *De annis 2.3.4. seruitutis, ad tempora Iudicum reuocandis.* 38
7. *De annis Abimelech, Thola, Iair, quintæ seruitutis & Iephte, apte inter se componendis.* 45
8. *De initio, & fine seruitutis Philistææ, de qua Iud. 13.v.1.* 49

9. *Quando contigerint, quæ de idolo Michæ narrantur.* Iud. 17. 55
10. *Quid significetur*; in diebus illis, *Iud.* 17. *v.* 6. 57
11. *Quando filij Dan Vrbem Lais expugnauerint.* 58
12. *Quando fuerit illa captiuitas, de qua* Iud. 18. v. 30. 59

IN LIB. RVTH.

1. *Quo tempore acciderint, quæ hoc libro narrantur.* 65
2. *Vtrum vnus tantum Booz fuerit inter Salmonem & Obed.* 69

IN LIB. I. REGVM.

1. *Quot anni post Samsonem Heli tribuendi sint.* 72
2. *Vtrum Arca* 20. *solum annos manserit apud Abinadab.* 75
3. *Vtrum mox ab obitu Heli Samuel iudicare cœperit.* 76
4. *Quorsum spectet ille* annus vnus *cuius mentio fit* 1. Reg. 13. v. 1. 77
5. *Vtrum Saul annos* 40. *regnauerit.* 78
6. *Vtrum Saul duobus tantum annis regnauerit.* 80
7. *Quot annos Samuel & Saul populum rexerint.* 84
8. *Quoto ætatis suæ anno Dauid in regem primum inunctus fuerit.* 89
9. *Quoto ætatis suæ anno Dauid Goliam vicerit.* 90

IN LIB. II. REGVM.

1. *Quot annos regnauerit Isboseth.* 94
2. *Quoto anno regni sui Dauid Arcam in Silo transtulerit.* 96
3. *Vnde ducantur* 40. *anni, de quibus* 2. Reg. 15. v. 7. 97

IN LIB. III. REGVM.

1. *Vtrum ab exodo ad cœptam à Salomone Templi fabricam sint anni* 680. 100
2. *Quid Iosephus, quid Melchior Canus hac de re senserit.* 106
3. *Vtrum ab ingressu in terram ad Templi conditum sint anni* 480. 109
4. *Vtrum anno* XI. *Salomonis fuerit altaris & templi dedicatio.* 115
5. *Quoto die mensis septimi datum sit initium dedicationis templi.* 116
6. *Quot annos regnauerit Salomon.* 117
7. *Quot annos natus regnare cœperit Salomon.* 118
8. *De annis Roboam regis Iuda.* 121
9. *Quot annos singulis Iudæ regibus tribuat Scriptura.* 123
10. *Quot annos singulis regibus Israël sacer textus adscribat.* ibid.
11. *Quibus modis anni regum Iuda & Israël inter se componi possint, quando dissidere videntur.* 124
12. *Quomodo Baasa Iudæam inuaserit, anno* 36. *regis Asa.* 129
13. *Quot annos Chronologicos regnauerit Achab.* 135
24. *De annis Iosaphat regis Iuda.* 136
15. *De annis Ochoziæ filij Achab regis Israel.* 137

IN

QVÆSTIONVM.

IN LIB. IV. REGVM.

1. De annis Ioram regis Iuda. 141
2. De annis Ochoziæ regis Iudæ. 143
3. De annis Amasiæ regis Iuda. 154
4. De annis Oziæ regis Iuda. 156
5. Quot annorum interuallum fuerit inter Ieroboã II. & Zachariã reges Israel. 160
6. De annis Ioatham regis Iuda. 162
7. De annis Achaz regis Iuda. 164
8. De annis Oseæ regis Israel. 166
9. De annis Ezechiæ regis Iuda. 168
10. De nexu Olympiadum cum annis regum Iuda. 171
11. De nexu annorum Vrbis, & Nabonassari, cum annis regum Iuda. 174
12. Quot annos steterit regnum Israel. 175
13. Quando edita sit strages 185000. Assyriorum. 176
14. Vtram Ezechias ante Sennacheribi fugam ægrotauerit. 178
15. Quando Legati Merodach ad Ezechiam venerint. 181
16. De annis regni Ioakim. 183
17. De Canone Mathematico Ptolemæi. 186
18. An Merodach sit idem cum Mardokempado, & Baladan cum Nabonassaro. 190
19. De annis Nabopolassari regis Babyloniorum. 192
20. De annis Nabuchodonosoris. 195
21. De annis Iechoniæ. 199
22. De annis regni Sedeciæ. 201
23. Quid nonnulli de tempore excidij Ierosolymitani senserint. 204

IN LIB. II. PARAL.

1. Vtrum Iudæ regnum steterit annos 396. 213
2. Quot sint anni à casu Templi, ad eius instaurationem sub Dario. 218
3. De annis Cyri Persarum Regis & Monarchæ. 221
4. De fine annorum 70. Babylonicæ captiuitatis. 225
5. Vtrum anni 70. captiuitatis Babylonicæ ab anno 13. Iosiæ computentur. 227
6. Vtrum isti 70. anni à transmigratione Iechoniæ profluant. 229
7. Vtrum hi anni ab excidio Ierosolymitano inchoentur. 231
8. Vtrum hi 70. anni ab enthronismo Nabuchodonosoris ducantur. 235

IN LIBRVM I. ESDRÆ.

1. An Monarchia Persarum cœperit annis 205. ante pugnam Arbelianam. 240
2. De annis Cambysis, & quis fuerit Assuerus ille, de quo 1. Esdræ 4. v. 6. 244
3. Quis fuerit ille Darius, sub quo Templum instauratum est. 246
4. De Xerxe, Longimano, & sequentib. Persarum regibus vsq; ad Alexandrum. M. 250

INDEX

5. Quando absoluta secundi Templi fabrica. 253
6. Quis fuerit Artaxerxes ille, sub quo Esdras Ierosolymam venit. 255

IN LIB. TOBIÆ.

1. Vnde cõputentur 45. dies, qui vsq; ad interitũ Sennacherib numerantur. c. 1. v. 24. 1
2. Quantum temporis Tobias iunior in sua peregrinatione impenderit. 2
3 De annis Tobiæ senioris. 4
4. De annis Tobiæ iunioris. 6

IN LIB. IVDITH.

1. De ordine & annis regum Medorum. 12
2. Quis fuerit ille Arphaxat cuius fit mentio cap. 1. v. 1. 13
3. Quis Nabuchodonosor, qui hunc Arphaxadum debellauit. 16
4. Quis Eliacim sacerdos tempore Iuditha. 18
5. Quo tempore claruerit Iuditha. 19

IN LIB. ESTHER.

Quisnam Assuerus ille cuius meminit initium huius libri. 23

IN ISAIAM.

1. Quot annos vaticinatus sit Isaias. 35
2. Vtrum viuo Ozia, viderit Isaias Dominum sedentem super solium excelsum. 39
3. Vnde computandi sint anni 65. post quos Ephraim desiturus prædicitur c. 7. v. 8. 41
4. Quando Tharthan Azotum ingressus sit. 45
5. De annis 70. quibus in obliuione Tyrus futura dicitur cap. 23. v. 15. 47

IN IEREMIAM.

1 Quot annos prophetauerit Ieremias. 52
2. De Chronotaxi eorum, quæ hoc libro continentur. 53
3. Quando contigerint ea, quæ capite 27. traduntur. 65
4. Quo tempore disceptatio inter Ieremiam & Hananiam acciderit. 69
5. Quorsum referatur mensis quintus, de quo agitur cap. 28. v. 1. 72
6. Quando gesta sint, quæ capite 34. referuntur. 75
7. Quando scriptus fuerit liber, de quo cap. 36. v. 1. 79
8. De tempore indicti ieiunij, cap. 36. v. 9. 83
9. Quorsum spectet versiculus 1. cap. 40. 85
10. Quo tempore facta sint, quæ habentur cap. 46. à vers. 13. 87
11. Quando edita, quando completa prophetia contra Palæstinos, de qua cap. 47. 89
12. De tempore Prophetiæ contra Moab, de qua cap. 48. 91
13. Quando abducta fuerint Iudæorum 3023. de quibus cap. 52. v. 28. 94
14. Quando Ieremias Threnos ediderit. 95

IN BARVCH.

1. Vnde computetur annus quintus, de quo cap. 1. v. 2. 99
2. Quomodo septẽ generationes, cũ seruitute 70. annorum congruant. 102

IN

QVÆSTIONVM.

IN EZECHIELEM.

1. *Vnde computetur annus trigesimus de quo* Ezech.1.v.1. 108
2. *De numero* 390.*dierum, de quibus* cap.4 v.5.*quid scripserit S.Hieron.* 117
3. *Quid Theodoretus & Polychronius hac de re tradiderint.* 121
4. *Quid alij plerique eadem de re senserint.* 122
5. *Quod initium, quis finis* 40.*annorum de quibus* cap.29.v.12. 134
6. *Vnde computandus annus* 27.*notatus* cap.29 v.17. 136
7. *Quando Aegyptum occupauerit Nabuchodonosor.* 137
8. *Quando dictum Ezechieli: vastata est ciuitas, cap.*23 *v.*21. 145
9. *Quando ei oblata prophetia, de qua* cap.40.v.1. 148

IN DANIELEM.

1. *Vnde ducatur tertius annus Ioakim de quo initio* cap.1. 150
2. *Vnde computetur annus* 2. *Nabuchodonosoris, quo vidit somnium de statua.* 154
3. *Quando auream statuam fecerit Nabuchodonosor, de qua* cap.3. 156
4. *Quoto anno Nabuchodonosoris oblatum sit ei somnium de arbore excidenda.* 157
5. *De initio quatuor Monarchiarum, quorum meminit Daniel* cap.2. 159
6. *De successoribus Nabuchodonosoris vsque ad Cyrum.* 163
7. *Vtrum Berosus de Chaldæorum regibus vera tradiderit.* 169
8. *Quoto anno ante æram Christi obierit Alexander M.* 173
9. *Quot annis Epocha regni Græcorum præcedat æram Christi.* 176
10. *Quid Hebræi de* 70. *Hebdomadibus Danielis tradant.* 180
11. *Quid Africanus hac de re scripserit.* 182
12. *Quid eadem de re docuerit Eusebius.* 185
13. *Quid hac de re censuerit Hippolytus, quid Apollinarius, quid Clemens Alexan.* 187
14. *Quid hac de re visum Sulpitio, quid Q.Iulio Hilarioni, quid Tertulliano,* 189
15. *Quid opinatus hac de re Origenes, quid Theodoretus.* 192
16. *Quid Hugo, quid Lyranus hac de quæstione censuerit.* 194
17. *De ijs quæ Pererius* 1. *Parte disp. de* 70. *hebdomadis prodit.* 196
18. *Quid notauerit de hisce hebdomadibus S.Cyrillus, quid S.Chrysost.* 198
19. *Vtrum hebdomadum exordium ab anno* 20. *Artaxerxis Longimani post Xerxis obitum regnantis petendum sit.* 200
20. *Vtrum hebdomades istæ oriantur ab anno* 20. *post Artaxerxem ad imperium viuo adhuc parente promotum.* 202
21. *Vtrum ab anno* 23. *Artaxerxis hæ hebdomadæ profluant.* 205
22. *Vtrum solus Artaxerxes Iudæis potestatem fecerit Ierusalem instaurandi.* 208
23. *Quomodo dicatur Christus post* 62. *hebdomadas occidendus, & sacrificium in dimidio hebdomadis desiturum.* 210
24. *Vtrum istæ hebdomades constent annis Lunaribus.* 215
25. *Vtrũ* 70. *hebdomades ab an.*7. *Artax. Longim. exurgant.* 218.

IN

INDEX QVÆST.

IN PROPHETAS MINORES.

1. *Quinam fuerint, & sub quibus Regibus vaticinati sint hi* 12. *Prophetæ.* 224
2. *Quando Oseè prophetare cœperit.* 229
3. *Quando Ioel prophetauerit.* 231
4. *De tempore, quo prophetauit Amos.* 233
5. *An Hebræi per* 40. *annos in deserto, diuinis officijs abstinuerint.* 234
6. *De tempore Abdiæ Prophetæ.* 235
7. *Quonam tempore Ionas de Niniue fit vaticinatus.* 237
8. *De tempore, quo euersa est Niniue.* 239
9. *Quo tempore Michæas prophetauerit.* 240
10. *De tempore, quo Nahum vaticinia edidit.* 241
11. *De tempore Habacuc.* 243
12. *De Sophonia.* 245
13. *Sub quo Dario prophetauerit Aggæus & Zacharias.* 246
14. *Quis fuerit mensis ille sextus Hebræis, quis Latinis, de quo* Agg. 1. v. 1. 251
15. *Quod initium, quis finis* 70. *Annorum, de quibus* Zach. 1. v. 12. 255
16. *Quænam fuerint illa ieunia, de quibus* Zach. 8. v. 19. 258
17. *De tempore Malachiæ.* 261
18. *De ordine temporis horum* 12. *Prophetarum.* 262

IN DVOS LIB. MACHABÆORVM.

1. *Quomodo anni regni Græcorum in hisce libris recensiti cum æra Christi congruant.* 3
2. *Quanam ratione dies & menses Hebræi hisce libris notati ad dies & menses Romanos stylo Iuliano reuocentur.* 8
3. *De successione Regum AEgypti, à morte Alexandri M. vsq; ad initium Cleopatræ.* 11
4. *De successione Regum Syriæ post mortem Alexandri M.* 16
5. *De Mathathia & filijs eius Machabæis.* 21
6. *Quando regnauerit iste Demetrius.* 39
7. *Vnde supputetur iste annus* 188. 40
8. *Quo tempore Antiochus Epiphanes vastarit Ierusalem.* 46
9. *Quis hic mensis Dioscorus, quis annus?* 51

Indices locorum S. Scripturæ ex professo tractatorum, vide in fine cuiusque Partis annexos.

NOTÆ

NOTÆ ET QVAESTIONES CHRONOLOGICÆ IN CAPVT I. GENESEOS

vers.1.

IN principio creauit Deus cœlum & terram. *De mundi æternitate disputant Theologi & Philosophi: nos hîc dum inquirimus* quando mundus sit conditus, *duo solùm in quæstione ponimus. 1. Vtrum vere, an hieme, autumno, an æstate. 2. Quot annis ante vsitatam Christi æram fuerit prima rerum creatio.*

QVÆSTIO I.

Qua parte anni mundus sit conditus.

1. AVtumno potiùs quàm, vere, aut æstate, aut hieme creatum esse mundum arbitrantur Rabbi Eliezer, Rabbi Abraham, & pleriq; Hebræorum, Abulensis Gen.1.q.21. & Defens.p.1. cap.14. Arias Montanus de sæculis. Picus Mirandulanus lib.7. adu. Astron.cap.6. Serarius Iosuæ 5.q.27. Petauius de Doctrina temporum tomo 2.lib.9.cap.6 Fauet etiam Lyranus Gen.7. lit.d. Quam sententiam probabilioribus stabiliri argumentis ait Torniellus, die 6. sub finem, eamque Sectariorum nostri æui non infimæ notæ propugnant, vt Scaliger in posteriori editione, Caluisius Isag. Chron. cap.34. quæ opinio sequentibus potissimum argumentis nititur. *Quidam putant Autumno*

1. Ratio. 2. *Primum.* Quia ante Moysen caput anni erat in autumno: siquidem festum Tabernaculorum, mense septimo celebrari solitum dicitur incidere in exitum anni. Exodi 23. v. 16. *Solemnitatem quoq; in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro,* &c. Et cap. 34. v. 22. *Solemnitatem hebdomadarum facies tibi, in primitijs frugum messis tuæ triticeæ, & solemnitatem, quando redeunte anni tempore, cuncta conduntur.* Quod vero iubente Deo Moyses caput anni ad mensem Nisan retraxerit, constat Exodi 12. v. 2. *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Causa autem alia fuisse non videtur, nisi quod tunc ex Ægypto Israelitæ educti fuerint. Hinc Iosephus ab huius opinionis authorib. laudatus, ait mensem Nisan, per Moysen fuisse primum in fastis, & ijs quæ ad rem diuinã spectant, ordinatum, quod in eo Hebræos ex Ægypto eduxisset: (sic enim Iosephi textum proferunt) quoad nundinationes autem, & ciuiles contractus, nihil de anni dispositione immutasse, sed primum ordinem ac modum retinuisse. Quemmodum Orientales populi, vt Chaldæi, Persæ, Ægyptij seruasse videntur, annum ab autumno ordiẽtes. Quibus adde Hetruscos, qui Idib. Septemb. quotannos clauum annalem figebant, vt singulorum annorum numerum designarent, testibus Festo Pompeio & Liuio, & annotat Salianus.

2. Ratio. 3. *Argumentum secundum* ex Euæ primæ nostræ parentis testimonio depromunt, quæ, *de fructibus lignorum,* ait, *quæ sunt in paradiso vescimur*: Vnde opinionis huius authores colligunt, ea anni parte conditum esse vniuersum, qua fructibus arbores onerantur. Hoc autem autumno potius, quam veri conuenit.

3. Ratio. 4. *Probatur tertio*, ex eo, quod diluuium cœperit die septimo decimo secundi mensis. Gen. 7. v. 11. quod Octobri aut Nouembri optimè congruit, quando imbres copiosius decidunt.

4. Ratio. 5. *Probatur quarto.* Quia decebat, res à Deo in statu perfecto creari, vt sunt arbores, cum ferunt fructus, & vites vuas, quæ non nisi autumno matureſcũt.

1. Confirmatio. 2. Confirmatio. 6. Confirmant aliqui 1. ex Chaldæo Paraphraste, qui 3. Reg. 8. v. 2. loquens de mense Æthanim: *antiquitus* ait, *ante Exodum dicebatur primus, nunc autem septimus.* 2. ex vetustissima Synagogæ consuetudine, in qua mense Tisri sacras lectiones, à primo capite Geneseos auspicantur Hebræi. Addunt nonnulli testimonium Firmici, qui sub Constantino Magno floruit, asserentis antiquam sententiam esse, quæ statuit terram in posterioribus libræ compositam. Firmicum autem sic intelligunt, vt terra sit producta circa 26. diem Octobris, quando tẽpore Firmici, Sol in postremis gradibus libræ versabatur. Hinc concludit Caluisius, sententiam, quæ in autumno mundi creationem constituit, niti argumentis euidentibus ex sacra scriptura antiquissimorum authoritatibus, & coniectura probabili desumptis: *Cui*, inquit, *contradicere, & contra sacram scripturam aliud initium rerum ab initio Hebræorum prisco diuersum instituere velle, magna temeri-*

tas

tas videtur. Hæc ille, meo iudicio temerè: quasi verò ij sacræ Scripturæ authoritatem non agnoscant, qui rerum conditum Veri attribuunt. Ex allatis argumentis inferri solum potest, opinionem eorum, qui mundi creationem in autumno fuisse arbitrantur, non videri temerariam. Non tamen idcirco temeritatis notam merentur alij, qui contrarium sentiunt. *Temeritas Calusij.*

7. Siquidem longè plures sunt authores, qui & sacræ scripturæ infallibilem authoritatem reuerentur, & Veris nihilominus amœnitatem creationi orbis consecrant. *Per Solem quatuor annorum conuersiones constituuntur, quarum prima verna est, in qua Deus res vniuersas condidit, idq; ex eo constat, quod nunc quoque flores germinent.* Ita S. Ioannes Damascen. lib. 2. de fide Orthod. c. 7. Idem sentit Theodoretus in Exodum q. 72. vbi reddit causam, cur Deus voluerit Tabernaculum erigi, primi mensis initio his verbis: *propterea quod eodem ferè tempore creaturas condidit, cuius rei fidem facit arborum germinatio. Germinet,* inquit, *terra herbam virentem.* S. Ambrosius libr. 2. Hexa. cap. 4. *In hoc ergo principio mensium cœlum & terram fecit, quod inde mundi capi oportebat exordium, vbi erat oportuna omnibus verna temperies. Vnde & annus mundi nascentis imaginem expressit, vt post hibernas glacies & hiemales caligines serenior solito verni temporis splendor eluceat, &c. Ergò, vt ostenderet Scriptura veris tempora in constitutione mundi, ait: mensis hic vobis initium mensium, primus est vobis in mensibus anni; primum mensem vernum tempus appellans.* Idem innuit S. Gregorius Nazianz. Oratione 42. & clarius Nicetas in eum locum, dum ait: Mensis igitur Paschatis, qui apud Ægyptios Pharmuthi, apud Macedones Xanticus, apud Hebræos Nisan, apud Romanos Martius vocatur, hic primus in mensibus introducitur atque decernitur ac principium mensium anni, fortasse quod inde à principio primus ordine erat. Arcanus enim apud Hebræos sermo est, hoc tempus esse, quo Deus vniuersam rerum molem condidit. Vernum porrò hoc tempus est, quo terra quoque herbas profert. Hanc sententiam tenent Patres Cõcilij Cæsariẽsis tẽpore Victoris Papæ congregati, vt refert Beda tomo 1. lib. de sex ætatibus. Cyrillus Ierosolym. catechesi 14. S. Augustinus, Elias Cretensis, Irenæus, Athanasius, Isidorus, Iunilius, Strabus, Rabanus, Glossa interlinealis Gen. 35. Gaudentius Brixinensis tract. 1. in Exodum. Aponius, Salius Hilarion, Albinus, Beda, Ado Rupertus, Hugo, Comestor, Marianus Scotus, Rabbi Iosue, apud Lyranum, Genes. 7. quem etiam citat & sequitur Forosempronensis. His assentitur Martinengus in sua magna Glossa, Ioãnes Lucidus 1. de emend. temp. cap. 2. Salianus initio suorum Annalium, Molina in opere 6. dierum disp. 14. Caietanus, Del Rio, Cornelius Gen. 1. Emmanuel Sa. Gen. 8. Genebrardus & Adrichomius initio Chron. Gregorius de Vallentia 1. p. disp. 5. Eusebius in Chronico, Clauius in Sphæram cap. 2. Bonfrerius Gen 1. v. 11. *Plures mundum vere conditum censent.*

8. Probatur hæc Chronographia eorum maximè numero & authoritate *Probant.*

qui diserte primam rerum molitionem ad vernum tempus referunt. Si enim, vt dici solet, vox populi, vox Dei; vbi paria militant argumenta, in eorum sententiam proniores esse solemus, qui tum multitudine, tum authoritate præstant. Qui mundi primordia in autumnum vel æstatem conijciunt, nec plurimi, nec admodum ab antiquitate commendati sunt, vt ex dictis manifestum est.

Miracula sine ratione nō sunt multiplicanda.

9. Deinde licet initio nascentis vniuersi Deus non nulla fecerit eodem tempore, quæ diuersis posteà anni tempestatibus prodierunt; sine ratione tamen plura præter ordinarium naturæ cursum fingi non debent. Quod terra tunc produxerit herbas virentes, & arbores fructiferas testatur Moyses Gen. 1. v. 12. fructus etiam aliquos ex arboribus pependisse fidem facit Eua: *De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur*, inquit, Gen. 3. v. 2. Fac igitur vernotempore mundum à Deo creatum, ea dispositione & rerum facie, quæ postea redeuntibus annis fuit per mensem Nisan in Palæstina, vicinisque regionibus, additis si placet nonnullis extraordinaria Creatoris beneficentia fructibus, ad primorum parentum vsum honestamque delectationem. Veri succedat æstas, æstati autumnus, autumno hiems, iuxta eum, qui postea tenuit naturæ cursum, sine alia circa annuum rerum ortum & interitum mutatione. Sic huius anni primi quadripartita varietas sine nouo miraculo decurret. Sin est, vt dicas in prima rerum productione eam fuisse plantarum & fructuum rationem, quæ autumno postea extitit: abundantia quidem fructuum, & aliqualis herbarum copia reperiebatur, sed semimarcidarum & maiore ex parte deteriorum, quam vere, aut æstate esse soleant. Omnibus verò floribus & fructibus, qui veris & æstatis decursu consumi solent, prima nascentis mundi facies destituebatur. *Gemebant igitur*, vt scribit Salianus, *in illo communi totius terræ gaudio, tot cerasorum, prunorum, malorum Assyriarum, Medicarum, Persicarum, Armenicarum genera. Stabant, non sine pudore, cum cæteris, tot species pyrorum, ficuum, amygdalorum, aliaq; non pauca. Marcebant rosetæ sine rosis, & liliorum caudices sine liliis, omniumq; pene florum plantæ, quarum vis à Deo tanta producta est, suis viduatæ ornamentis, nullū poterant quasi symbolū in hanc mundi primā celebritatem conferre.* Absit, inquient nonnulli, tam tristis rerum ortus absit tam lugubris rerum primò orientium vultus; quin potius Creatoris benignitate & potentia factum credamus, vt hac saltem vice, autumnus suo, veris, æstatisque decore, florum herbarum, frugum, varietate, efficacia, pulchritudine gauderet. At contra reclamabunt alij, neque tot miracula sponte concedent, quot requiruntur, vt autumnali frigore tellus plantis, plantæ floribus ac frondibus, in speciem vernorum æstiuorumque mensium decoretur, idque exiguo illo temporis spatio, quo hiemis asperitas imminebat, recentes illas mundi delicias, vel confestim absumptura, vel nouo rursus miraculo non læsura.

Ratio 10. Non male igitur Damascenus, Cyrillus, Theodoretus, Ambrosius & alij,

alij, mundum vere potius, quam autumno productum colligunt ex eo, quod Scriptura dicat Gen. 1. v. 11. *germinet terra herbam virentem* &c. & v. 12. *Et factum est ita.* Terræ nempe superficies plantis, alijs germinantibus, alijs iam in culmos adolescentibus, alijs gemmantibus, alijs florentibus, alijs fructus, vel naturæ suæ conditione, vel beneficio diuino, victui hominibus recens creatis suppeditante ferentibus. In hoc enim, quod aliquas arborum perfectæ magnitudinis, onustas pomis Deus creauerit; aliquid eum supra vires & ordinem naturæ fecisse palam est: plura sine sufficienti indicio miracula non sunt asserenda, vt SS. Patres tacite videntur insinuare. *S. Damasceni, &c.*

11. Nec inepta est eorum coniectura, qui cum Patribus Synodi Palæstinæ, mundum ea anni constitutione reparatum autumant, quo ante conditus fuerat. *Xantico mense*, inquit Cyrillus, *ver est reliquum, estq; hoc tempus mensis primus, in quo festum Paschæ prioris erat typicæ, nunc verò est veræ. Hoc tempus est creationis mundi.* Et Theodoretus l. c. *Deus sub idem tempus liberauit populum Israel à seruitute AEgyptiorum, & Gabriel Archangelus S. Virginis Mariæ lætum nuncium admirandi partus attulit: eodem quoque tempore Christus Dominus salutarem pertulit passionem.* Simili diuinæ prouidentiæ dispositione factum est, vt eodem mense Casleu templum Ierosolymitanum diuino rursus cultui dicaretur, quo ante triennium fuerat contaminatum. 1. Machab. 4. v. 54. *Secundum tempus, & secundum diem, in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est in canticis & citharis* &c. *Alia Ratio*

Huc referunt nonnulli, quod naturæ lumine vidisse, aut aliunde inaudisse videtur, & cecinit Virgilius 2. Georg.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim. Ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri.
Cum primum pecudes lucem hausere &c.

12. Tertia opinio est eorum, qui mundum æstate creatum asserunt, quod facit Gerardus Mercator initio suæ Chronol. probatque ex eo, quod Columba circa medium mensis vndecimi viridem oliuæ ramum ad Arcam Noë retulerit Gen. 8. v. 11. quod mensi Maio conuenire putat, quando non oleæ solùm sed & cæteræ arbores maximè virere solent. Vnde infert, mensem primum olim fuisse Iulium, eam vtique ob causam, quod mundus tunc conditus fuerit. Hinc Ægyptij solem initium Leonis ingressum, quando mundus producebatur, vt refert Solinus cap. 35. At verò Ioannes Keplerus sub finem primæ partis Tabularum Rudolphi, primam rerum effectionem tribuit diei 24. Augusti, (stylo Iuliano antrorsum reducto) cum Sol foret in puncto Solstitij æstiui, anno ante modernâ æram 3993. quia scilicet, inuenit tunc situm planetarum orbis creationi conuenientem, vt ipse arbitratur. *Nonnulli mundum æstate creatum opinantur.*

Notand.1. 13. De hac quæstione monent boni authores 1. hic apodixes minimè requirendas, aut argumenta irrefragabilia: ac proinde haud ita pertinaciter vni parti adhærendum, vt altera tanquam erronea damnetur. *Neque enim vtram in partem inclines, magnopere interest.* inquit Petauius. Et Clauius: Quicquid sit de tempore, quo mundus fuerit creatus, cuilibet, per me licet, vt teneat, quod vult.

Notand.2. 14. Notant 2. dici non posse, cum Deus mundum erearet, fuisse in quauis terræ plaga, ver, aut æstatem, vel autumnum; sed hanc disputationem esse de terra Palæstina, vicinisque regionibus, quarum incolas hæc scribens Moyses erudiebat, seque ad eorum captum accommodabat, qui in medio orbis à se cogniti Palæstinam constituebant, iuxta illud Ezechielis 5. v. 5. *Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras.*

Opinio Auctoris. 15. Quibus consideratis libentius eorum rationibus subscribo, qui mundi creationem vere factam autumant: idque propter authoritatem eorum, qui secundam propugnant sententiam, & ne miracula sine necessitate multiplicentur.

Ad 1. Rationem. 16. Ad primum argumentum primæ opinionis dici potest, caput anni fuisse antiquitus in autumno; non quod tunc mundus fuerit conditus; sed quod veteres autumni opportunitatem secuti, in contractibus eam anni partem principem constituerint, in qua collectis frugibus, & partis pecoribus, suas quisque rurales & pastoritias gazas videret, suarumque rerum copiam, inopiamve perspectam haberet: quod etiamnum ad S. Remigij aut S. Galli festum, pluribus in locis fieri solet. Imò & Hebræi idem in annis Sabbaticis & Iubilæis obseruant, quos à mense Tisri ordiuntur, & olim ordiebantur, ne alius esset, qui seminaret, alius qui meteret; nulla habita ratione temporis, quo mundum Deus è nihilo produxisset. Concedendum igitur priscis temporibus initium anni ciuilis in autumno fuisse: sed negandum non est. quin etiam olim in vere annus inierit: sicut reipsa Hebræi semper duplex anni principium obseruarunt, nempe in Tisri & Nisan.

Cur Nisan sit caput anni. 17. Sacri anni primordia ad mensem Nisan iugi ritu Moyses reuocauit, idcirco fortè, quod iam pridem ab ipsa rerum origine, inde singuli anni deducerentur, vt ex Ambrosio, Nazianzeno, Niceta colligit Salianus. Iusta autem huius reuocationis causa fuit, quod tunc etiam Hebræos ex Ægypto eduxisset. Quemadmodum igitur ferias hebdomadarias Moyses non primum instituit, sed ad Sabbati obseruationem primæuamque dispositionem perpetua lege sanxit: ita fieri potuit, vt non tam de nouo annum à Nisan ordiretur, quam antiquum morem renouaret, & mensem antiquitate primum, paschali celebritate in perpetuam Exodi memoriam exornaret. Sicut enim festum hebdomadarum, ob messis beneficium à Deo institutum non impediebat, quo minus eodem

dem die legis datæ memoria recoleretur: ita eductio ex Ægypto non obstat, quin eodem mense orbis productus esse credatur. Vnum si alicubi legislator expressit; alterum idcirco non negauit. Iosephus loco citato tantum ait, Moysen initium anni demiuisse Nisan, & per eum mensem ex Ægypto populum eduxisse, vt patet ex Græco. Deinde Iosepho, si opinaretur mundum autumni tempore factum, opponi possent SS. Patres, qui contrarium arbitrantur. Vide quæ in hanc sententiam recolo Exodi 12. v. 2.

18. Argumentum secundo loco propositum ex dictis facile soluitur. Eua enim non dixit, se ex omni genere fructuum, quos terra productura erat, vesci, sed ijs duntaxat, quos Deus in paradiso creauerat, siue extraordinario, siue eo modo, quo annis quibusdam melioribus, in agro Damasceno proueniebant in vere: multo nimirum feliciùs, quam nostro aut auorum tempore, vt plerique notant in illud Psal. 106. *Terram fructiferã in salsuginẽ, à malitia inhabitantium in ea.* *Ad 1. Rationem.*

19. Nec quicquam etiam concludit tertia ratio, nisi constet aliunde diluuium & mundi creationem in eandem anni partem, & quidem autumnalem incidisse. Cum autem cataclysmus supra naturæ vires toti orbi castigando inductus fuerit; non est, quod Octobri, aut Nouembri potius quam Aprili vel Maio tribuatur. Causæ diluuij non physicæ, sed supra vim & ordinem physicum fuerunt. *Ad 3. Rationem.*

20. Denique, sicut Eua & reliquæ sexus fœminei animantes, ex eo, quod essent in statu ad generandum apto, dici poterant perfecta Dei opera, quamuis necdum in vtero fœtum gestarent; ita & arbores frondibus vestitæ, & floribus ornatæ, licet necdum fructibus onustæ. Taceo non paucas arbores videri non nihil de sua perfectione amisisse, & quasi senio confectæ, vbi earum fructus perfectè maturuerint. Neque verò vniuersi perfectio, tam in vniuscuiusque rei specie, quam variarum rerum collectione cernitur, vtputa ea varietate, qua in horto, aut ampla regione diuersi generis arbores, frutices, segetes successiuis temporibus fronde, flore, fructu decorantur. *Perfecta Dei opera: quomodo?*

21. Ad primam confirmationem idem dicendum, quod ad primum argumentum dictum est: puta eum mensem ciuiliter fuisse primum ante Exodũ; computandis vero mundi annis, septimum, sicuti post Exodum, diuersis rationibus, modo primus modo septimus numeratur. Lex hoc fecit, vt Hebræis non liceret, ab autumno duntaxat annum inchoare: sed Nisan etiam primus in mensibus anni censeretur. *Ad 1. Confirm.*

22. Ad 2. confirmationem: nego inde sequi mundum in autumno creatum; sed homines collectis terræ frugibus meminisse debere Creatoris cœli & terræ, tanquam primi omnium bonorum authoris, cui proinde, non Dijs alienis seruiendum & gratias agendum. Consuetudini synagogæ oppono morem *Ad 2. Confirm.*

Eccle-

Ecclesiæ, quo fit, vt sub Veris initium, nempe Dominica Septuagesimæ Lectiones horarum Canonicarum ab initio Libri Geneseos auspicetur Ecclesia. Firmicus nisi quis eum violentè interpretetur ab ijs dissentit, qui mundi creationem ad initium libræ referunt, non minus quàm à nobis, qui mundum Vere creatum arbitramur. Siccius authoritas hac in re non magnopere curanda est.

Ætate nõ est mũdus conditus.

23. Tertia opinio vt pauciſſimorum est; ira argumento debiliſſimo nititur. Oliua suum virorem alijs etiam annitemporibus conseruat. Nec quicquã mouere debet Ægyptiorum authoritas sine ratione adducta: quod enim in rebus controuersis gratis asseritur, graris pariter negari potest. Nec est ratio, cum omnes planetæ in 4. punctis Cardinalibus potius, quàm alio inter se aspectu creari debuerint, & quo iure, vt cætera fileam, eum situm primæ astrorum molitioni congruere vult Keplerus, eodem alius negauerit, & fortè meliori, nimirum si plurium antiquitate, doctrina sanctitate præstantium suffragijs nitatur.

QVÆSTIO II.

Quot annis Mundi creatio æram Christi vulgarem præcesserit.

Varia hac de re sentẽtia vnde oriantur.

1. HAc de controuersia fere dici potest: *quot capita, tot sensus.* Adeo diuersæ sunt hîc Chronologorum, sacrę Scripturę interpretum, & aliorum coniecturæ. Creant hoc dissidium antiquorum monimentorũ obscuritas, salebræ, quæ variis temporum interuallis occurrunt, textus Græci ab Hebræo discrepantia. Obscuritas ex eo nascitur, quòd cum certa annorum summa ponitur, non constet, vtrum illi anni currentes, an absoluti, aut aliquot mensibus redundantes accipiendi sint, putà illi 130. anni, qui Adamo ante Natiuitatem Sethi attribuuntur & illi 105. quos Sethus vixit antequam Enos nasceretur, si expleti accipiantur, conficient 235. si labentes, erunt circiter 234. si denique redundantes, fortè 236. Cum igitur decem eiusmodi numeri cap. 5. Geneseos, & totidem cap. vndecimo ponantur; valde perplexa redditur Chronologia. Idem est, de annis Abrahæ, Isaac, Iacob ante illiorum procreationem, idem de annis Iudicum, de annis Regum Iuda & Israël, aliisque eiusmodi passim occurrentibus.

De Cainã adiecto.

2. Nec minorem obijciunt difficultatem salebræ de annis, quos plerique tribuunt Cainan iuniori: alii prorsus expungunt. Quidam Abrahamum natum volunt anno septuagesimo parentis sui, alij centesimo tricesimo. Vnde valde incertum remanet interuallum annorum, qui à diluuio ad Abrahæ natalem intercipiuntur. Si enim Cainan omiseris & Abrahamum septuagesimo

Tharæ

Tharæ anno natum dixeris: à diluuio ad Abrahamum annos 292. numerabis.

		Græca	Iuliana.	Iudaica

Ante Chrim	Æra Chri	Æra mundi Græca	Periodus Iuliana.	Æra mundi Iudaica
100	1	10	14	62
99	2	11	15	63
98	3	12	16	64
97	4	13	17	65
96	5	14	18	66
95	6	15	19	67
94	7	16	20	68
93	8	17	21	69
92	9	18	22	70
91	10	19	23	71
90	11	20	24	72
89	12	21	25	73
88	13	22	26	74
87	14	23	27	75
86	15	24	28	76
85	16	25	29	77
84	17	26	30	78
83	18	27	31	89
82	19	28	32	80
81	20	29	33	81
80	21	30	34	82
79	22	31	35	83
78	23	32	36	84
77	24	33	37	85
76	25	34	38	86
75	26	35	39	87
74	27	36	40	88
73	28	37	41	89
72	29	38	42	90
71	30	39	43	91
70	31	40	44	92
69	32	41	45	93
68	33	42	46	94
67	34	43	47	95
66	35	44	48	96
65	36	45	49	97
64	37	46	50	98
63	38	47	51	99
62	39	48	52	100
61	40	49	53	1
60	41	50	54	2
59	42	51	55	3
58	43	52	56	4
57	44	53	57	5
56	45	54	58	6
55	46	55	59	7
54	47	56	60	8
53	48	57	61	9
52	49	58	62	10
51	50	59	63	11
50	51	60	64	12
49	52	61	65	13
48	53	62	66	14
47	54	63	67	15
46	55	64	68	16
45	56	65	69	17
44	57	66	70	18
43	58	67	71	19
42	59	68	72	20
41	60	69	73	21
40	61	70	74	22
39	62	71	75	23
38	63	72	76	24
37	64	73	77	25
36	65	74	78	26
35	66	75	79	27
34	67	76	80	28
33	68	77	81	29
32	69	78	82	30
31	70	79	83	31
30	71	80	84	32
29	72	81	85	33
28	73	82	86	34
27	74	83	87	35
26	75	84	88	36
25	76	85	89	37
24	77	86	90	38
23	78	87	91	39
22	79	88	92	40
21	80	89	93	41
20	81	90	94	42
19	82	91	95	43
18	83	92	96	44
17	84	93	97	45
16	85	94	98	46
15	86	95	99	47
14	87	96	100	48
13	88	97	1	49
12	89	98	2	50
11	90	99	3	51
10	91	100	4	52
9	92	1	5	53
8	93	2	6	54
7	94	3	7	55
6	95	4	8	56
5	96	5	9	57
4	97	6	10	58
3	98	7	11	59
2	99	8	12	60
1	100	9	13	61

Ecclesiæ, quo fit, vt sub Veris initium, nempe Dominica Septuagesimæ Lectio-

Æstate
est mũd
conditu

Varia
de rese
tia vna
eriants

De C.
minor

Tharæ anno natum dixeris: à diluuio ad Abrahamum annos 292. numerabis. Si annos 30. Cainan dederis & Tharæ 130. nascente Abrahamo: conficies 392. Si anni 30. Cainan & Tharę 70. tribuãtur: exurgẽt 322. Si denique nõ fuit Cainan, & ortus Abrahæ in annũ 130. Tharæ delatus est: colligentur à diluuio ad Abrahami natalem anni 352. Cum igitur quisque sequatur, quod sibi probabilius videtur, authores qui vno in puncto conueniunt, alibi dissidere solent, quæ dissentio aliquoties repetita, magnam in fine diuersitatem parit. Sic non facile apparet, vnde sumendum sit annorum initium, qui singulis Iudicibus, post obitum Moysis inscribuntur, eo quod certum non sit, vtrum seruitutes quæ inseruntur distinctis annis contigerint. Sunt enim qui ista interregna vel omnia vel pleraque ab annis Iudicum distinguãt: sunt qui omnia coniungant, adeo, vt non pauciores, quam 15. sententiæ reperiantur, de annis, qui ab Exodo, ad templum Salomonis decurrerunt. Celebris est etiam disputatio, de annis, quibus hoc templum stetit, de exordio & fine 70. annorum seruitutis Babylonicæ, vt suis locis patebit.

3. Adhæc 70. Interpretes multo plures annos tribuunt Patriarchis ante filiorum, quos sacer textus nominat, generationem, quàm fons Hebræus & Latina editio. Mirum igitur non est, si inter tot difficultates deprehensi boni authores, qua cuique commodissimum videtur, euadere conentur, ac per diuersas temporum ambages sæpius vagati, spatijs annorum inæqualibus ad Christi tandem incunabula pertingant, vt singulis maximè cauendum sit, ne sua ratiocinia pro certissimis venditet, aliena temerè exagitet. *De 70. Interpretib.*

4. Vincentius Belouacensis specul. hist. lib. 6. cap. 88. ait Christum natum ab initio regni Dauid anno 1005. ab Exodo 1501. à promissione facta Abrahæ 1931. à Natiuitate ipsius Abrahæ 2006. à diluuio 2298. ab initio Mundi 3953. Monet autem se hunc annorum numerum ex Hebræo textu accipere, ab Adam ad Abraham: ab Abrahamo autem ad Christum ex S. Hieronymo & Eusebio, ita vt ab Exodo ad templum Salomonis retineat numerum in sacris Biblijs notatum, annorum scilicet 489. Quod ante tradiderat, agens de temporibus Iudicum, lib. 2. cap. 66. *1. Suppu. tatio.*

5. Cardinalis Bellarminus inscribit diluuium anno Mundi 1656. Abrahæ Natalem 1978. Ducatum Moysis 2483. Initium regni Salomonis 2959. Euersionem Ierosolymorum 3377. Solutam captiuitatem 3447. Natalem Christi 3984. *2. Suppu.*

6. Augustinus Torniellus totum tempus, quod ante Christi Passionem effluxit, in sex ætates distribuit. *Primæ* ab Adamo ad finem diluuij dat annos 1656. *Secundæ* à finito diluuio ad promissionem Abrahæ factam 456. *Tertiæ* à promissione ad Exodum 431. *Quartæ* ab Exodo ad templi ædificationem 479. *Quintæ* à *3. Suppu.*

Templo fundato ad eiusdem casum 424. *Sexta* ab euersis Ierosolymis ad Christi Passionem 638. Ex quibus colliguntur ab Adamo formato ad Christum passum anni 4084. inde si demas 33. integros, quos Christo patienti assignat Torniellus, remanebunt anni ab Orbe condito ad annum Christi nati 4051. Cum autem hic author communem æram Christi biennio præueniat; erunt tandem ab Adamo ad vsitatam Christi Epocham anni 4053. Datos igitur annos à Natali mundi iuxta Tornielli computationem, si à 4054. subtraxeris, remanebunt anni ante vulgarem æram Christi, v.g. si annus mundi 1656. à prædicta summa subtrahatur, relinquetur annus ante Christi Epocham 2398. quo Torniellus cataclysmum describit.

4. Supput. 7. Henricus Samerius à creatione mundi ad finitum diluuium colligit annos 1656. hinc ad Abrahamum 322. hinc ad promissionem Abrahæ 75. hinc ad descensum in Ægyptum 215. Hinc ad Exodum 215. Hinc ad templum Salomonis 479. Hinc ad euersionem templi 427. Christum autem biennio ante æram Dionysianam natum diserte asserit, & annum primum æræ istius anno Mundi 4054. coniungit.

5. Supput. 8. Cornelius Cornelij in Synopsi Pentateucho præfixa, ab Orbe condito ad diluuium numerat annos 1656. à diluuio ad Abrahamum 292. hinc ad Exodum 505. ab egressu Israëlitarum ex Ægypto ad fundatum templum Salomonis 479. à templo fundato ad eiusdem & ciuitatis sanctæ excidium 426. ab hac calamitate ad libertatem sub Cyro 60. hinc ad annum primum Christi 532. Æra autem Christiana post biennium inchoatur, nempe anno 46. Iuliano. Iuxta huius authoris calculos mundus conditus fuerit annis ante communem Epocham Christianorum 3953. Diluuium 2296. Natiuitas Abrahæ 2004. Exodus 1499. fundatum Templum 1018. euersa Ierosolyma 594. Laxata captiuitas 534. natus Christus biennio ante modernam æram.

6. Supput. 9. Iacobus Salianus censet mundum conditum anno ante Christi æram 4053. Diluuium anno ante eandem æram 2398. Mundi 1656. ortum Abrahæ inscribit anno ante præfatam æram 2015. Mundi 2039. Exodũ 1510. Mundi 2544. Fundatum Templum 1031. Mundi 3023. Excidium Ierosolymitanum 607. Mundi 3447. Laxatam captiuitatem 537. Mundi 3517. Æram Christianam inchoat anno 2. nati Christi, Mundi 4054. Ergo sicuti ex sententia Tornielli, ita & Saliani si anni ab Orbe condito tollantur de 4054. relinquetur annus ante communem æram Christi: similiter si anni ante Christum auferantur à 4054. remanebunt anni Mundi ex Tornielli & Saliani supputatione. Ex ea si annus ante æram Christi 2398. subtrahatur ex 4054. remanebit annus Mundi 1656. quo ipsi diluuium notant.

7 Supput. 10. P. Dionysius Petauius lib. 9. de Doctrina temporum cap. 6. credit ab Orbe

Orbe creato ad æram Dionysianam fluxisse annos 3983. ac ternos circiter menses. Mundum enim conditum putat, anno Periodi Iulianæ 730. die 26. Octobris, Cyclo Solis 2. Lunæ 9. Addit plenilunium futurum fuisse 27. eiusdem mensis hora 8. minut. 47. circiter si tunc Luna creata fuisset, æquinoctium autem verum Ierosolymis 23. Octobris, hora 23. min. 52. Constat autem æram Christi vulgatem inire simul cum anno Periodi Iul. 4714. Calendis Ianuarijs. Pro sua sententia adducit Carolum Bouillum, qui à mundi conditu ad Christum numerabat annos 3984. apud Munsterum in Computo Hebræorum pag. 7. Interualla porrò sic distribuit Petauius.

Ab Orbis initio ad diluuium anni 1656.

A diluuio ad Abrahami ortum 292.

Hinc ad Israëlitarum migrationem 505.

Fiunt ab Orbe condito ad Exodum 2453.

Deinceps ab Exodo ad Salomonici templi fabricationem anni 520. vbi fatetur se à communi sententia discedere.

A conditu Templi ad laxatam Babylonicam seruitutem anni 474.

Hinc ad Christum 536. Sic fiunt ab Orbe condito ad Christi natalem anni completi 3983. cum mensibus tribus, ita vt Natalis Domini incurrat in 3984. si annorum caput ab autumno repetatur. Ita Petauius, qui clarè docet, hæc intelligenda de Natali Christi vulgari.

11. S. Iulianus Episcopus Toletanus in libris contra Iudæos, censet in primis sequendam esse 70. Seniorum translationem, & Christum natum anno 41. Augusti, ad quem ab Adamo colligit annos 5325. hinc ad æram 724. numerat annos 686. vniuersim ab origine mundi vsque ad prædictam æram 6011. Vnde patet hunc authorem annos Christi vulgares ritè cum æra Hispanica componere: quanam autem ratione annus 41. Augusti cum initio æræ Christianæ congruere possit, non video. 8. Supput.

12. Nicephorus Constantinopolitanus, qui obijt circa annum Domini 827. *Fiunt*, inquit, vniuersi ab Adamo, ad Domini Nostri IESV Christi in carne administrationem exquisitissima ratione anni 5500. Quæ supputatio non nisi 9. annis ab æra mundi Constantinopolitana distat: ad quam propius accedit Nicephorus Calist. qui libro 1. Eccl. histor. cap. 10. & vltimo, Christum natum putat ad annum Mundi 5505. Africanus, Hippolytus, Antiocheni, AEthiopes Maronitæ rotundum numerum 5500. annorum Christi Natiuitati præponunt, vt latè Capellus explicat, additque à Cedreno huic summæ septennium detrahi, à Maximo Monacho nouennium. 9. Supput.

13. Fasti Siculi anno mundi 2262. diluuium ponunt: hinc ad exitum de AEgypto numerant annos 1575. hinc ad primam Templi fabricationem 614. hinc 10. Suppu.

ad Cyrum Persarum Regem 480. hinc ad Alexandrum Magnum 248. hinc ad annum xv. Tiberij 356. Ab orbe ergo condito ad xv. Tiberij colligũt annos 5537. siue vt habetur ad marginem 5536. Vbi aduerte *primò*, ex collectione annorum recensitorum non exurgere nisi 5535. *Secundò* ex horum fastorum supputatione Christum fuisse 30. annorum illo anno xv. Tiberij, ac proinde Natiuitas Domini, esset orbe condito posterior annis 5505. *Tertiò*, authorem huius libri, sibi non constare: quia ad annum 2. Salomonis, annos ab Exodo ad Templi fabricam 630. enumerat. Omitto ab initio regni Cyri, vsque ad mortem Alexandri Magni, non esse nisi 236. annos: æram vero regni Græcorum inire, anno ab Enthronismo Cyri Regis 248. annis 12. iam ab excessu Alexandri Magni elapsis.

11. Supp. 14. Iulius Hilarion mundi creationem refert ad 8. Calendas Aprilis annis ante Passionem Domini 5530. Ado vult mundum conditum in vere, ita vt quarta dies inciderit in 12. Calend. Aprilis anno ante Christum circiter 4270. Gregorius Turonensis numerat ab Adamo ad diluuium annos 2242. hinc ad Exodum 1404. hinc ad Passionem Christi 1538. summatim 5184.

12. Supp. 15. Beda ab initio mundi ad Christum signat annos 5199.

Hanc summam ex eo confici ait Vincentius illo cap. 88. quod ab exitu de Ægypto, vsque ad ædificationem Templi, aliqui computent annos 600. & regno Aman Regis Iudæ dent annos 12.

13. Supp. 16. Eusebius ab Adamo ad diluuium supputat annos 2242. à diluuio ad Abrahamum 942. ab Abrahamo ad Dauid 941. à Dauide ad transmigrationem 485. hinc ad Christum 588. Ergo ab Adamo ad Christum 5199. quam sententiam Beda amplexus est. Nauclerus etiam huc quadamtenus inclinat, dum ab exordio mundi ad Christi Natalem annos numerat iuxta textum Hebræum 3962. iuxta septuaginta 5199. *aut* 5201. *vt aliqui volunt*, inquit. Eundem annorum 5199. numerum ab Adamo ad Christum retinet Martyrologium Romanum, de quo plura infra Exodi 12. 9. *quando contigerit Exodus*, §. 5.

14. Supp. 17. Lucas Garicus ad Alfonsinas tabulas ab Adamo ad diluuium annos interponit 3882. dies 267. à diluuio ad Saluatorem 3101. dies 319. Vniuerso à primo rerum condito ad Christum 6984. dies 221. Quæ sententia est Alfonsi & Regiomontani, vt notant in sua Chronologia Mathematici Viennenses: quibus Origenes visus est mundi creationem Christo nascenti præponere annis 4758. Capellus verò asserit Origenem in cap. 24. Matthæi tract. 29. sibi persuasisse, ab Orbe condito ad natum Christum fuisse sexcentas nonaginta annorum hebdomadas, hoc est, annos 4830. Hinc ad excidium Templi 10. hebdomadas, id est 70. annos: *quod*, inquit Capellus, *ita assequeris, si ante diluuium sequens Hebraicam veritatem, post diluuium Græcam versionem, quam rationem, quod minus est, secuti sunt Samaritani.*

18. Chris-

18. Christophorus Lauretus ab initio rerum conditarum vsque ad diluuium computat annos 2262. hinc ad natalem Thare 1002. hinc ad ortum Abrahæ 70. hinc ad promissionem 75. hinc ad Exodum 430. ex quibus conflunt anni 3829. quos Lauretus facit 360. dierum, Capellus autem reducit ad annos Iulianos 3783. Deinceps annos solares putat ab Exodo ad Templum inchoatum 480. inde ad eiusdem Templi euersionem 427. tum ad annum 2. Darij Hystaspis 82. denique ad æram Christi 520. Ad quem computum Capellus hoc Glossema apponit. *Ita putat Solem creatum anno 5302. ante Christi æram, cyclo Solis 1. Lunæ 2. Aprilis 28. feria 1. qua die nouilunium cum æquinoctio concurrisse arbitratur. Sed omnino annis ante Christi æram 5300. æquinoctium vernum fiebat potius Maij primo, quam Aprilis 28. Itaque melius dixisset Lauretus Solem creatum Maij primo feria 4. corniculante Lunæ.* Hæc ille, quæ non probo. Quicquid enim sit de æquinoctio, annus 5302. ante æram Christi vendicat sibi cyclum Solis 28. Lunæ 1. lit. Domin. A. Sic illo anno, 28. Aprilis incidisset in feriam 6. prima Maij in fer. 2. Nouilunium circa 9. Maij. Anno vero ante eandem æram 5301. debetur cyclus Solis 1. Lunæ 2. sic 28. Aprilis in Dominicam, & Nouilunium saltem ciuile incurrebat. 15. Supp.

19. Ioannes Keplerus mundi creationem, signat anno ante vulgatem Christi Epocham 3993. 24. Augusti. Diluuium 2337. Exodum 1535. fundatum templum Salomonis 999. excidium Ierosolymitanũ 606. reditum è Babylone 537. Natalem Christi anno 40. Iuliano, qui est sextus ante vulgarẽ æram. Passionem verò anno 31. eiusdem æræ. Vnde patet Keplerum à cõmunibus bonorũ authorum sententijs deflectere: nam in primis à diluuio ad Exodum non plures annos quam 792. aut 797. computare deberet. Cum enim Cainan iuniorem non agnoscat, & Abrahamum anno 70. Thare natum velit; à diluuio ad natalem Abrahæ, nõ plures annos quàm 292. colligere potest. Hinc ad Exodum anni 509. aut 505. poni solent: ipse autẽ circiter 802. interponit. Deinde ab Exodo ad templum Salomonis supputat annos 536. quæ opinio est singularis. Denique ex eius dogmate, Christus ante annum 40. Augusti natus foret & passus anno 36. ætatis suæ, quæ à SS. Patribus minimè admittuntur, vt ipsemet fatetur, dum annum Natiuitatis Domini inquirit. Sic nempe Sectarij procedere solent. Beroaldus ab Orbe condito ad diluuium numerat annos 1656. hinc ad discessum Abrahæ ex Carris 427. hinc ad legem 430. hinc ad templum Salomonicũ 480. hinc ad transmigrationẽ Babylonis 408. hinc ad reditũ populi in terram Iuda 70. hinc ad Christi Domini Natalẽ 457. *Summa*, inquit, *horũ annorum est ter millẽ nongentorum viginti octo.* Audax est hîc calculus, & in vltimo interuallo egregiè fallax, vt alibi ostendi. Sed nec penultimum cum communi authorum sensu congruit. 16. Supp.

17. Suppl. 20. Hieronymus Vecchiettus signat diluuium anno Iuliano 1656. post conditum vniuersum currente, ortum Abrahæ 948. Exodum 2453. annum quartum Salomonis 2933. annum vndecimum Sedeciæ 3362. annum primum Christi, à decima die Nisan Augusto xiii. & Siluano Coss. 3950. æræ Christi communis initium C. Cæsare & Paulo Coss. 3952. Ex literis vero Dominicalibus, quas singulis annis dispertit mundus conditus esset anno ante æram Dionysianam 3952. diluuium accidisset 2297. natiuitas Abrahæ 2005. Exodus 1500. annus quartus Salomonis 1020. annus vndecimus Sedeciæ 591. natus Christus anno 3. ante æram vulgarem. Atque ita hic author exiguam fidem aut potius nullam suis calculis conciliat, & suam audaciam, ne quid grauius dicam satis prodit cum Saluatorem natum asserit 25. die Martij.

18. Supp. 21. Quarta cura Bucholcerorum ponit diluuium anno mundi 1657. Abrahæ natalem 1949. exitum Israëlis de Ægypto 2454. Templum Salomonis 3365. Iudæorum è Babylone in patriam reditum 3435. Addit annum nati Saluatoris distare à diluuio annis 2314. à natali Abrahæ 2021. ab exitu de Ægypto 1517. à condito Templo 1037. Vrbis desolatione 606. à reditu populi in terram Iuda 536. Christum autem natum putat anno Mundi 3970. Augusto xiii. & Plautio Coss. & hac ratione æram vsitatam vno anno præuertit.

19. Supp. 22. Sethus Caluisius, Scaligerum magistrum secutus, comitante Theobaldo Meuschio primam diem Orbis conditi putat fuisse 26. Octobris à præcedenti vespere more Iudaici festi computatâ anno ante communem Epocham Christianorum 3950. ita vt vesperi diei 25. Octobris cœperit rerum creatio: in quo ei non assentior, tum alijs de causis, tum habita ratione eorum, quæ melioris notæ interpretes docent ad illud Gen. 1. *Factum est vespere & manè dies vnus.* Capellus anno Mundi 50. ait sententiæ Scaligeri multa aduersari, & conuenientius fuisse vt æquinoctium conferretur in 4. quam in primam feriam. Deinde illo anno Solem non fuisse 26. Octobris in primo Libræ gradu, sed secundum verum motum in quarto. An res ita se habeat, alij ponderent.

20. Supp. 23. Iacobus Capellus ab Adamo ad diluuium computat annos Ægyptiacos 1652. Iulianos 1651. hinc ad natum Thare 252. hinc ad natalem Abrahæ 130. tum ad Exodum cum Iudæis ponit annos 500. deinceps ad Templum Salomonis 480. inde ad eius euersionem 427. hinc ad eiusdem restaurationem sub Dario Hystaspis 70. hinc ad æram Seleucidarum 208. Ex quibus concludit ab Orbe condito ad æram Christi effluxisse plus minus quatuor millia annorum. Infrà verò accuratiori calculo ponit Solem æquinoctio verno creatum, anno ante Christi æram 3999. die 21. Aprilis feria 4 cyclo Solis 15 Lunæ 12. Adamum factum 23. Aprilis Arietis tertio gradu, feria 6. ac proinde eum proxima post sui creationem nocte contemplari potuisse Lunam circa μεσονύκτιον oriē-

tem.

tem. Tabellæ meæ illo anno 3999. prædictos Solis & Lunæ cyclos exhibent, & nouilunium ad 4. Aprilis & 4. Maij. Quod verò Capellus ante diluuium non nisi 1652. annos Ægyptiacos, Iulianos 1651. computet; non probo: simili enim licentia quiuis aliquot annos tollere de summa, ex generationibus cap. xi. Geneseos recensitus, poterit. Vide notata infrà Gen. 5. q. 2. præsertim §. 8. contra Calendaristas.

24. Conradus Pauuell in consilio Chronologico 4022. annos Iulianos ab Orbe condito ad Christum hac ratione digerit. Ab Adamo ad diluuium 1656. hinc ad annum 131. Thare, quo Abraham natum censet 353. Hinc ad promissionem 70. hinc ad Exodū 430. hinc ad Templum 480. hinc ad annum 2. Ezechiæ exclusiue 514. Hinc ad Epocham Christi 721. Hoc autem vltimum diastema sic probat. *A prima*, inquit, *Ianuario primi anni Epochæ Christianæ vulgaris vel anni 42. Augusti Imperatoris exclusiuè vsque ad annum pugnæ naualis ad Actium anni 29. A dicta pugna in annis Regum Aegyptiorum, ex quo Lagidæ Aegypto potiti sunt, in anteriora numerantur anni 295.* (fortè 295. scribendum erat) *Ante occupationē istius regni post mortem Alexandri interregnum anno 1. A victoria Arbellianæ Alexander M. Asiæ dominatus est annis 2. Ante illam victoriam Arbellianam Persæ rerum potiti sunt annis 205. Ante eos Chaldæi & Babylonij Reges, inde ab excidio Ierosolymitano 70. Primus Ianuarij anni 23. Ezechiæ Regis præcessit excidium Ierosolymitanum annis 114. summæ annorum omnium eadem quæ suprà 721. annorum.* Sed hæc non subsistunt: ex prædictis enim interuallis non colliguntur 721. sed 816. Deinde à pugna Arbelana ad excessum Alexandri non nisi biennium computat: quod planè cum historica veritate pugnat. At hæc pugna Actiaca anno ante Christi Epocham 31. commissa est: cur igitur Pauuel hoc interuallum 29. annis definit? Denique à morte Alexandri vsq; ad Actiacum pugnam interfuerunt anni duntaxat 293. siquidem obijt Alexander anno ante æram 324. anno verò 31. Augustus Antonium & Cleopatram ad Actium vicit. 23. Supp.

25. Ioannes Alstedius in fundamentis Chronologiæ §. dato anno Mundi, & Chron. 2. Sect. 1. & Chron. 3. §. Epochæ temporum tradit mundum creatum anno Periodi Iulianæ 765. Rursus Chronolog. 2. §. A Martio ineunt: *Anni mundi*, inquit, *incipiunt iuxta nostram sententiam die 25. Martij cyclo Solis 8. Lunæ 4. litera Dom. E. feria prima.* Idem de die 25. Martij repetit Chron. 3. §. citato, ac denuo Chron. 5. inculcat primum mundi diem fuisse 25. Martij cyclo Solis 8. Lunæ 4. litera Dominicali E. Quæ doctrina ita seipsam destruit, vt nulla ratione defendi posse videatur. Currente enim cyclo Solis 8. & litera Dominicali E. dies 25. Martij incidit in feriam 3. non primam. Deinde fatetur, quod inter omnes constat, anno primo Periodi Iulianæ conuenire cyclum Solis primum: ergo annus eiusdem Periodi 765. quo Alstedius mundum creatum asserit, cyclum 22. Supp.

clum Solis 9. sibi vendicat. Deinde vult dato anno mundi adijci 8. vt habeatur cyclus Solis: anno igitur mundi primo adijciat 8. & habebit cyclum Solis 9. cui respondent lit. Domin. D. C. vt diserte notat in fundamentis Chronologiæ num. 20. Vnde sequitur 25. Martij tunc in feriam 5. incurrisse. Adhæc initio suæ Chronologiæ ante & post Præfationem, tradit annum mundi 5577. concurrere cum anno 1628. æræ Dionysianæ: ergo ad huius æræ annos oportet 3949. apponere, vt exurgat annus mundi, iuxta Alstedij sententiam. Siquidem ad annum Dom. 1628. adijcit 3949. vt habeat annum mundi 5577. Quod si verum est, mundi creatio incidit in annum ante æram Christianam 3949. cyclo Solis 9. lit. Dom. D. C. quarum posteriot ostendit 25. Martij fuisse feriam 5. Denique cyclus Solis 8. cum Lunæ 4. non conuenit anno Periodi Iulianæ 765. sed præcedenti, & neutro horum annorum, 25 Martij in feriam primam incurrit. Si verò circa illa tempora anno mundi primo, dies 25. Martij fuit Dominica, creatio mundi ad annum Periodi 762. referenda potius erit, quam ad 765. & mundus conditus fuerit cyclo Solis 6. Lunæ 2. qui sunt characteres anni ante vulgarem Christi Epocham 3952.

Æra quatuor principales

26. Quicquid porrò sit de alijs sententijs, quatuor potissimum æræ hic considerandæ sunt. 1. æra Christi vulgaris siue Dionysiana. 2. Mundi Græca, quæ Constantinopolitana dicitur. 3. Periodi Iulianæ. 4. æra mundi Iudaica. Anno primo æræ Christi incipit annus 5510. æræ Græcæ 4714. Periodi Iulianæ 3762. æræ mundi Iudaicæ. Harum ærarum connexionem sequens tabella ostendit.

Hic est locus tabulæ connexionis æræ mundi Græcæ, Periodi Iulianæ, æræ mundi Iudaicæ cum annis ante & post Christum vulgaribus.

Quinque habet annorum ordines: in primo sunt anni ante Christum, in 2. æra Christi, in 3. æra mundi Græca, in 4. Periodus Iuliana, in 5. æra mundi Iudaica. Vsum huius tabulæ in simili tradidi in *qq. Chronol. de annis Domini, Iulianis &c. cap. 18.*

De Periodo Iulianæ

27. Cum autem connexio Periodi Iulianæ cum æra vulgari Christi ritè constituta mirificum habeat in rebus Chronologicis vsum, iuuat hoc loco breuiter quædam ad eam spectantia annotare. *Primum* diastema, quo hæc Periodus recepta æram Christi antecedit est annorum 4713. ita vt vnus idemque annus à Calendis Ianuarijs inceptus, sit Periodi 4714. & æræ Christi primus. *Secundum*. Si detur annus Periodi qui non superet 4713. subtrahatur à 4714. & relinquetur annus ante æram Christi, v.gr. Annus Periodi 4712. qui fuit 44. Iulianus subductus à 4714. relinquet annum 2. ante æram Christi. Sic annus Periodi 3938. à 4714. ablatus dat annum ante Christi æram 776. quo inijt primus Olympiadis primæ. Hac ratione inuenies annum primum Periodi esse 4713. ante Christum cyclo Solis 1. Lunæ 1. Indictione 1.

28. Si

Part. pag. 16 § 26. in Genesin

Ante Christū	Æra Christi ✝	Æra mundi Græca		Periodus Iuliana		Æra mundi Iudaica	
	3000	8600	8500	7800	7700	6800	6700
	2900	8500	8400	7700	7600	6700	6600
	2800	8400	8300	7600	7500	6600	6500
	2700	8300	8200	7500	7400	6500	6400
	2600	8200	8100	7400	7300	6400	6300
	2500	8100	8000	7300	7200	6300	6200
	2400	8000	7900	7200	7100	6200	6100
	2300	7900	7800	7100	7000	6100	6000
	2200	7800	7700	7000	6900	6000	5900
	2100	7700	7600	6900	6800	5900	5800
	2000	7600	7500	6800	6700	5800	5700
	1900	7500	7400	6700	6600	5700	5600
	1800	7400	7300	6600	6500	5600	5500
	1700	7300	7200	6500	6400	5500	5400
	1600	7200	7100	6400	6300	5400	5300
	1500	7100	7000	6300	6200	5300	5200
	1400	7000	6900	6200	6100	5200	5100
3500		2000	1900	1200	1100	200	100
3600		1900	1800	1100	1000	100	0
3700		1800	1700	1000	900	0	
3800		1700	1600	900	800		
3900		1600	1500	800	700		
4000		1500	1400	700	600		
4100		1400	1300	600	500		
4200		1300	1200	500	400		
4300		1200	1100	400	300		
4400		1100	1000	300	200		
4500		1000	900	200	100		
4600	✝	900	800	100	0		
4700		800	700	0			
4800		700	600				
4900		600	500				
5000		500	400				
5100		400	300				
5200		300	200				
5300		200	100				
5400		100	0				
5500		0					
Ante Chrm	Æra Chri	Æra mundi Græca		Periodus Iuliana.		Æra mundi Iudaica.	

Ante Christū	Æra Christi ✝	Æra mundi Græca		Periodus Iuliana		Æra mundi Iudaica.	
		3000	8600	8500	7800	7700	6800	6700
		2900	8500	8400	7700	7600	6700	6600
		2800	8400	8300	7600	7500	6600	6500
		2700	8300	8200	7500	7400	6500	6400
		2600	8200	8100	7400	7300	6400	6300
		2500	8100	8000	7300	7200	6300	6200
		2400	8000	7900	7200	7100	6200	6100
		2300	7900	7800	7100	7000	6100	6000
		2200	7800	7700	7000	6900	6000	5900
		2100	7700	7600	6900	6800	5900	5800
		2000	7600	7500	6800	6700	5800	5700
		1900	7500	7400	6700	6600	5700	5600
		1800	7400	7300	6600	6500	5600	5500
		1700	7300	7200	6500	6400	5500	5400
		1600	7200	7100	6400	6300	5400	5300
		1500	7100	7000	6300	6200	5300	5200
		1400	7000	6900	6200	6100	5200	5100
		1300	6900	6800	6100	6000	5100	5000
		1200	6800	6700	6000	5900	5000	4900
		1100	6700	6600	5900	5800	4900	4800
		1000	6600	6500	5800	5700	4800	4700
		900	6500	6400	5700	5600	4700	4600
		800	6400	6300	5600	5500	4600	4500
		700	6300	6200	5500	5400	4500	4400
		600	6200	6100	5400	5300	4400	4300
		500	6100	6000	5300	5200	4300	4200
		400	6000	5900	5200	5100	4200	4100
		300	5900	5800	5100	5000	4100	4000
		200	5800	5700	5000	4900	4000	3900
		100	5700	5600	4900	4800	3900	3800
		0	5600	5500	4800	4700	3800	3700
0								
100	✝	5500	5400	4700	4600	3700	3600
		5400	5300	4600	4500	3600	3500
200		5300	5200	4500	4400	3500	3400
300		5200	5100	4400	4300	3400	3300
400		5100	5000	4300	4200	3300	3200
500		5000	4900	4200	4100	3200	3100
600		4900	4800	4100	4000	3100	3000
700		4800	4700	4000	3900	3000	2900
800		4700	4600	3900	3800	2900	2800
900		4600	4500	3800	3700	2800	2700
1000		4500	4400	3700	3600	2700	2600
1100		4400	4300	3600	3500	2600	2500
1200		4300	4200	3500	3400	2500	2400
1300		4200	4100	3400	3300	2400	2300
1400		4100	4000	3300	3200	2300	2200
1500		4000	3900	3200	3100	2200	2100
1600	✝	3900	3800	3100	3000	2100	2000
1700		3800	3700	3000	2900	2000	1900
1800		3700	3600	2900	2800	1900	1800
1900		3600	3500	2800	2700	1800	1700
2000		3500	3400	2700	2600	1700	1600
2100		3400	3300	2600	2500	1600	1500
2200		3300	3200	2500	2400	1500	1400
2300		3200	3100	2400	2300	1400	1300
2400		3100	3000	2300	2200	1300	1200
2500		3000	2900	2200	2100	1200	1100
2600		2900	2800	2100	2000	1100	1000
2700		2800	2700	2000	1900	1000	900
2800		2700	2600	1900	1800	900	800
2900		2600	2500	1800	1700	800	700
3000		2500	2400	1700	1600	700	600
3100		2400	2300	1600	1500	600	500
3200		2300	2200	1500	1400	500	400
3300		2200	2100	1400	1300	400	300
3400		2100	2000	1300	1200	300	200
3500		2000	1900	1200	1100	200	100
3600		1900	1800	1100	1000	100	0
3700		1800	1700	1000	900	0	
3800		1700	1600	900	800		
3900		1600	1500	800	700		
4000		1500	1400	700	600		
4100		1400	1300	600	500		
4200		1300	1200	500	400		
4300		1200	1100	400	300		
4400		1100	1000	300	200		
4500		1000	900	200	100		
4600	✝	900	800	100	0		
4700		800	700	0			
4800		700	600				
4900		600	500				
5000		500	400				
5100		400	300				
5200		300	200				
5300		200	100				
5400		100	0				
5500		0					

Ante Chrm	Æra Chri	Æra mundi Græca		Periodus Iuliana.		Æra mundi Iudaica.	



28. Si proponatur annus Periodi qui superet 4713. ab eo tollantur 4713. residuum dabit annum Domini. Exca. ab anno Periodi 4744. tolle 4713. remanebit annus Domini 31. Sic ab anno Periodi 4783. demantur 4713. & remanebit annus Domini 70. quo Titus Ierusalem euertit.

29. Si annus ante æram Christi propositus excesserit 4713. erit ante initium Periodi Iulianæ: si verò non fuerit maior quam 4713. subtrahatur à 4714. residuum erit annus Periodi. Sic annus 6. ante Christum, si demitur à 4714. ostendet annum Periodi 4708. Annus ante æram Christi 220. sublatus de 4714. eruet annum Periodi 4494. Annus ante æram Christi 753. subtractus à 4714. relinquit annum Periodi 3961. vnde exordium sumit annorum vrbis supputatio Varroniana.

30. Si aliquis annorum Christi proponatur, adde ei 4713. vt exurgat annus Periodi illi correspondens, v.g. annus Christi 222. qui fuit primus Imperatoris Alexandri Mameę est Periodi 4935. annus Domini 1631. est Periodi 6344. Quod si numerus annorum collectus integram Periodum superauerit, abijciantur 7980. in residuo erit annus secundæ Periodi, v.gr. anno Christi 3270. si adieceris 4713. exurget summa 7983. Hinc abijce 7980. remanebit annus 3. secundæ Periodi, qui est idem cum anno Domini 3270. cyclo Solis 3. Lunæ 3. Indict. 3.

31. Pererius libro 7. in Danielem qu. 11. numerat ab Orbe condito ad Christum annos 4022. Gordonus 4001. Mathematici Viennenses in tabula Chronologica, à Protoplasto ad Messiam annos computant secundum Vrspergensem & Picum Mirandulanum 3962. secundum Theophil. 3474. Rabbi Nahasson 3706. Pantal. Basil. & Hebr. 3970. Lombardum 3971. Funccium 3996. Rabbi Mosen 4058. Brentium 4121. Iosephum 4163. Origenem 4758. Epiphanium 5029. Orosium 5049. Hieronymum 5102. Philonem & Augustinum 5195. Isidorum 5196. Guaricum & Petrum de Aliaco 5343. Suidam & Cuspinianum 5500 Ioannem Regiomontanum & Alfonsum 6984. *Variæ supputationes annorum Mundi*

32. Si anno ante æram Christi 4040. vt arbitror, mundus est conditus: prima dies creationis inciderit in 20. Aprilis Iuliani, aut 19. Martij Gregoriani cyclo Solis 2. Lunæ 9. annus, erat Periodi Iulianæ 674.

IN CAPVT V. GENESEOS.

AGitur hîc de annis 10. Patriarcharum, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, He-

noch, Mathusala, Lamech Noë: ac in primis quaritur, quot annos vixerit Adam ante generationem Sethi, quot annis Sethus generationem filij sui Enos præcesserit, & sic de alijs, qui hoc capite recensentur. Nam quoad horum annorum numerum editio vulgata Latina, & paraphrasis Chaldaica, siue Targum Onkelij cum fonte Hebræo, prout ad nostra tempora defluxit, consentiunt: codices verò 70. Interpretum, neque inter se vbique, neque cum Hebræis conueniunt, vt ex sequentibus manifestè apparebit.

LATINVS ET HEBRÆVS SIC HABENT.

Gen. 5. à vers. 3.

VIxit autem Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias. Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongẽti triginta, & mortuus est. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitque Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est. Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus est. Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan postquam genuit Malaleel, octingẽtis quadraginta annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni & mortuus est. Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, & genuit Iared. Et vixit Malaleel postquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus est. Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch. Et vixit Iared postquã genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est. Porro Henoch vixit sexaginta quinq; annis,

annis,& genuit Mathusalam. Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit, postquam genuit Mathusalam, trecentis annis,& genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni. Ambulauitque cũ Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech,septingentis octoginta duobus annis,& genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusala nõgenti sexaginta nouem anni,& mortuus est. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis,& genuit filium: vocauitq; nomen eius Noe,dicens: Iste cõsolabitur nos ab operibus & laboribus manuũ nostrarum,in terra cui maledixit Dominus. Vixitque Lamech,postquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis,& genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech,septingẽti septuaginta septem anni,& mortuus est, Noe vero cum quingentorum esset annorum,genuit Sem, Cham & Iapheth.

In Græcis autem codicibvs Regiis sic legimvs.

1. Vixit autem Adam annos *ducentos triginta*, & genuit ad figuram suam,& nominauit nomen eius Seth. Facti sunt autem dies Adam postquam genuit ipse Seth anni *septingenti*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Adam quos vixit anni nongenti triginta, & mortuus est.

2. Vixit autem Seth annos *ducentos quinque*, & genuit Enos. Et vixit Seth postquam genuit ipse Enos annos *septingentos septem*,& genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth, anni *nongenti duodecim*,& mortuus est.

3. Et vixit Enos annos *centum nonaginta*, & genuit Cainan. Et vixit Enos postquam genuit ipse Cainan annos *septingentos quindecim*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enos anni *nongenti quinque* & mortuus est.

4. Et vixit Cainan annos *centum septuaginta* & genuit Malaleel:& vixit Cainan postquã genuit ipse Malaleel annos *septingentos quadraginta*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Cainan, anni nongenti decem & mortuus est.

5. Et vixit Malaleel annos *centum sexaginta quinque*,& genuit Iared: & vixit Malaleel postquam genuit ipse Iared annos *septingentos triginta* & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Malaleel *octingenti nonaginta quinque* anni, & mortuus est.

6. Et vixit Iared annos *centum sexaginta duos*, & genuit Enoch : & vixit Iared postquam genuit ipse Enoch annos *octingentos*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Iared, anni *nongenti sexaginta duo*,& mortuus est.

7. Et vixit Enoch annos *centum sexaginta quinque* & genuit Mathusala: Placuit autem Enoch Deo: & vixit Enoch postquam genuit ipse Mathusala annos *ducentos* & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch anni *trecenti sexaginta quinque* &c.

8. Et vixit Mathusala annos *centum sexaginta quinque (editio Romana habet 167.)* & genuit Lamech : & vixit Mathusala postquam genuit ipse Lamech annos *octingentos duos*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusalæ, quos vixit anni *nongenti sexaginta nouem*, & mortuus est.

9. Et vixit Lamech annos *centum octoginta octo*, & genuit filium, & nominauit nomen eius Noë, &c. Et vixit Lamech postquam genuit ipse Noë annos *quingentos sexaginta quinque*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech anni *septingenti quinquaginta tres*, & mortuus est.

10. Et Noë erat *quingentorum annorum*, & genuit Noe tres filios, Sem, Cham, Iaphet.

Ex his patet 1. in annis totius vitæ horum decem Patriarcharum omnes codices inter se conuenire exceptis annis Lamech, quos Hebræus 777. numerat; Græcus 753. *Secundò* patet, codices Græcos ferè semper annos 100. adijcere, ad tempus textu Hebræo notatum ante singulas generationes : postea verò totidem subtrahere. v gr. Hebræus dat Adamo ante genitum Sethum 130. annos; Græcus 230. post generationem Sethi, Hebræus ait Adamum vixisse 800. annos; Græcus textus 700. Patet *tertio*, editionem Romanã 70. Interpretũ, vno in loco à Regia suæ Antuerpiẽsi discrepare: illa enim Mathusalæ ante procreationẽ Lamech annos tribuit 167, hæc verò 165. Quod ipsũ clarè ostẽdit sequẽs tabella.

Nomina Patriarch.	Anni ante genitum fil.		Anni post gen. filium.		Anni totius vitæ.	
	Hebr.	*Græc.*	*Hebr.*	*Græc.*	*Hebr.*	*Græc.*
1. *Adam.*	130	230	800	700	930	930
2. *Seth.*	105	205	807	707	912	912
3. *Enos.*	90	190	815	715	905	905
4. *Cainan.*	70	170	840	740	910	910
5. *Malaleel.*	65	165	830	730	895	895
6. *Iared.*	162	162	800	800	962	962
7. *Henoch.*	65	165	300	200	365	365
8. *Mathusala.*	187	167. a	782	802	969	969
9. *Lamech.*	182	188	595	565	777	753
10. *Noe.*	500	500	450	450	950	950

a Regia habent 165. & Africanus legit 187.

Ergo

Ergo prima ætas ab Adamo ad diluuium duravit annos 1656. iuxta Hebræum fontem: at iuxta translationem septuaginta Seniorum colliguntur anni 2262. vt habet Nicephorus Constantinopolitanus & nonnulli alij: vel vt habet communis supputatio 2242. sed quæstio hæc oritur 1. vtra lectio sit præferenda: Hebræane, cui congruit Latina versio; an Græca 70. interpretatio? 2. vtrum hi anni sint completi an adhuc fluentes & mutili. 3. vtrum hi anni sint nostris æquales.

QVÆSTIO I.

Sitne textus Latinus quoad annorum numeros, præferendus Græco.

Textũ Latinũ Græco præferunt.

1. HVius loci interpretes magno consensu id affirmant: Tostatus, Pererius, quibus subscribunt Bonfrerius, Torniellus & Salianus ad annum mundi 131. Gordonus tom. 1. Chronol. cap. 3. numer. 5. Petauius loco iam citando, Vincentius specul. histor. libr. 1. cap. 58. Beda de 6. ætatibus, Baronius sub finem Apparatus ad Annales Ecclesiasticos, secutus S. Augustinum libr. 15. de Ciuit. cap. 13. S. Hieronymum in quæstionibus Hebraicis. Fauent S. Gregorius lib. 20. moral. cap. 23. Hugo de S. Victore lib. de Scripturis cap. 9. Bellarminus & Samerius in suis Chronologijs Barradius, Haræus, Azor. &c. consentiunt turmatim Sectarij Keplerus, Scaliger, Sethus, Alstedius, Funccius, Temporarius, Conradus Pavvel, &c.

Probant 1.

2. Probatur autem hæc communis sententia 1. Quia maior in textu Latino & Hebræo reperitur constantia, quam in Græco, vt ex Eusebio, Isidoro, alijsq; aduertit Baronius 2. Translatio septuaginta Seniorum, quæ ad nos peruenit, ætatem Mathusalæ vltra generalem cataclysmum protrahit. Siquidem Mathusala vixit annos 969. atqui iuxta editionem Græcam Romanensem idem Mathusala ante genitum Lamech vixerat annos 167. quibus si addas 188. quos eadem editio tribuit Lamecho ante genitum Noe, & alios 600. quos diluuij tempore exegerat Noe, reperies solum 955. annos à nato Mathusala ad diluuium: remanet igitur anni 14. post diluuium, vt compleatur summa annorum 969. qui Mathusalæ assignantur, nec tamen Arcæ beneficio vim aquarum inundantium euasit. In Arca enim octo duntaxat animæ saluæ factæ sunt. 1. Pet. 3. v. 20. scilicet Noe, Sem, Cham, Iapher, singulorum quę singulæ vxores. At vero editio vulgata signat Mathusalę, ante generationē Lamech annos 187. inde ad Noe 182 hinc ad diluuium 600. Ex quibus colliguntur anni Mathusalæ 969. diluuio terminati, Imo bene notat Salianus an. m. 875. & Petauius lt. 9.

Probant 2.

cap.8. Chronicum Alexandrinum, Epiphanium, Africanum, qui Græcam alias versionem vsurpare solent, asserere Lamechum in hanc lucem prodijsse cum Mathusala esset 187. annorum, prout exhibet vulgata editio. Ergo computatio Græca, vt varia est, ita minus probabilis, quam Hebræa & Latina. Taceo iuxta editionem Antuerpiensem & Basileensem, Mathusalem diluuio superuixisse annos 16. Huc spectat, quod *in quibusdam codicibus Græcis, tribus, & vno Latino, & vno etiam Syro inter se consentientibus, inuentus sit Mathusalem sex annis ante diluuium fuisse defunctus*, vt tradit S. Augustinus illo lib. 15. Ciuit. ca. 13. Quam sit inconstans annorum numerus in editionibus 70. Interpretum etiam ex eo liquet, quod à Diluuio ad Abraham Eusebius supputet annos 942. alias 1720. S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 10. 1072. Isidorus 942.

Probant 3. 3. Probatur *tertiò* Hebræi textus prærogatiua. Hic enim prior fuit Græco, nec videtur credibile omnes vbique Iudæos nullo suo lucro, eò dementiæ venisse, vt spreta veritate in sacrorum codicum deprauationem vnanimi mendacio conspirarent. Hinc S. Augustinus loco prædicto. *Rectè fieri nullo modo dubitauerim, vt cum diuersum aliquid in vtrisque codicibus inuenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum, vtrumq; non potest esse verum, ei linguæ potius credatur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio.* Hæc ille: nempe nisi ex alio Scripturæ loco veritas se prodat, vt infra suis locis dicetur. Denique authoritati, quam vulgata editio, non dico à paraphrasi Chaldaica, sed ab vniuersa habet Eccl. sia hoc merito debetur, vt reliquis editionibus præponatur, & annorum numerus in illa expressus cum honore suscipiatur, & si quæ loca inter se discrepare videntur; commoda interpretatione inter se concilientur.

Quid de 70. Interpretibus hic sentiendum 4. Neque idcirco damnandi sunt erroris ipsi septuaginta duo interpretes: sed ille potius, qui Ptolemæi Philadelphi primum exemplum descripsit, ex quo cæteri deinceps errorem constanter propagarunt, ita vt in 1. 2. 3. 4. 5. & septima generationibus annos centenos primis numeris adijcerent; medijs totidem subtraherent, & sic pari summa vltimos clauderent. *Quod non casum, sed industriam redolet*, inquit S. Augustinus, qui libro illo 15. ciuit. cap. 11. 12. 13. hæc latè discutit, & suspicatur eum, qui de industria numeros mutauit, fortè credidisse annos illos Patriarcharum, nostris multo fuisse breuiores. Quicquid sit, ex dictis apparet, vulgatæ editioni ex fonte Hebræo calculos suos sine varietate deducenti, cap. 5. Gen. potius, quam Græcæ interpretationi adhærendum.

QVÆSTIO

QVÆSTIO II.

Vtrum hi anni tanquam integri censeri debeant?

Ratio dubitandi.

1. MIrum cuipiam videri possit, antiquos illos Patriarchas, sic examussim rationes temporum seruasse, vt vbi alicuius parentis vita desinebat, inde filius viuere inciperet: præsertim cùm vt iam olim notauit Theophilus Antiochenus lib.3. ad Antolycum, in sacris literis non semper adnotentur dies & menses abundantes, aut deficientes.

Conclusio.

2. Retinenda nihilominus est ex æquo & bono communis grauissimorum authorum supputatio, qui hîc annos absolutos in suas rationes inducunt, dum ab Adamo ad diluuium ex Patriarcharum generationibus colligunt annos 1656. Quod ipsum sacra monimenta nobis innuere videntur, dum annos totius vitæ Adami nongentos triginta sic diuidunt, vt ante generationem Seth 130. numerent, post eam 800. Idem in reliquis seruatur. Patrimodo Noe dicitur vixisse ante diluuium annos 600. Gen. 7. v. 6. post diluuium 350. cap. 9. v. 28. & sic totam vitæ suæ periodum annis 950. terminasse. Annus igitur 131. Adami idem fuit, qui primus Sethi: annus 106. Sethi, primus Enos: annus 91. Enos, primus vitæ Cainan, & sic de cæteris. Quando enim absolutè Scriptura dicit, hûc aut illum tot annos vixisse, de completis accipi solet, nisi certæ aliquæ notæ obsistant, & annos mutilos fuisse indicent: quod in annis Regum Israël plerumq; contingit. Deinde nulla ratio suadet, hos annos aut omnes esse redundantes, aut omnes inchoatos: quin potius existimandum est, ita esse inter se digestos, vt quod vni fortasse deerat, id ab alio sumeretur, & sic tandem summa annorum in sacro textu reperta, si non exactissimè; at morali saltem computatione resultaret. Alias manca esset, sine vllo remedio sacra Chronologia. Adhæc anni 187. quos Mathusala vixerat, ante susceptum Lamechum, & 182. quos Lamechus ante natalem Noë peregisse dicitur integri fuerunt: his enim si 600. addantur ad quos Noë sæuiente diluuio peruenerat, confient 969. quot Mathusalæ tribuuntur. Sicut igitur anni, quos S. Scriptura Mathusalæ & Lamecho annumerat antequam filij nominati nascerentur fuerunt expleti: ita par est æstimare similem computandi rationem in cæteris Patriarchis seruatam esse, ne plures supputandi modos sine necessitate confingamus. Hinc bene Petauius: *Nos pro eo, ac Chronologi solent, omnes annos, qui in aliqua serie descripti sunt, pro integris accipimus, quamdiu nihil occurrit, quod secus opinari cogat, quodque alia ratione, quam adhibitis annorum fractionibus explicari nequeat.*

3. Neque

Nō per solos primogenitos texitur Genealogia Patriarcharum.

3. Neque etiam credendum est, hanc annorum seriem, per solos primogenitos deduci. Sicut enim Adamus ante Sethum alios filios procreauerat; ita non est verisimile Iared v.g. ante annum vitę suę 162. aut Lamech ante 182. nullam prolem suscepisse. Eorum autem nomina expressit Scriptura, ex quibus homines post diluuium propagati fuerunt.

Generatio aliquando pro Natiuitate accipitur.

4. Hîc porro generatio, pro perfecta, siue pro natiuitate, non autem pro conceptione accipi debet, ac proinde menses nouem, quibus Seth vtero materno gestabatur, ad annum 130. Adami referendi sunt: & sic de alijs. Nam verbum Hebræum ילד ialad, quod noster interpretatur *genuit*, ad natiuitatem geniti referri solet, & non solum ad conceptionem, vt patet Gen. 29. v. 32. & 35. & alibi sæpius, vt notat Salianus in scholijs ad annum mundi 131. Adam igitur cum esset 130. annorum, suscepit ex vxore filium Seth. Cum enim verbum ialad ad fœminam refertur, parere significat; cùm autem de viro dicitur, vel generare, vel prolem suscipere denotat.

Iuxta Heb. à mundo condito ad diluuium anni 1656.

5. Hinc sequitur 1. Hebraicam, Latinam, Chaldaicam Chronologiam ab Orbe condito ad diluuium, continere annos 1656. quam sequuntur Beda de 6. ætatib. Bellouacensis specul hist. lib. 1. cap. 6. Cornelius Bonfrerius, & alij plerique interpretes Latini in Genesin præsertim recentiores, vniuersa Hebræorum Synagoga, nostri æui Chronologi, Bellarminus, Torniellus, Salianus, Samerius, Gordonus, Barradius, Azor, Sectarij turmatim Scaliger, Sethus, Temporarius. Funccius, Pavvel, Alstedius, & alij suprà q. 2. recensiti.

Græcus habet nunc 2242. nūc 2656.

6. Sequitur 2. iuxta translationem Græcam Romanensem hoc interuallo numerari annos 2242. iuxta Antuerpiensem & Basiliensem 2240. quem numerum retinet author de mirabilibus sacræ Scripturæ lib 2. cap. 4. iuxta eam versionem, qua vsi sunt Nicephorus Constant. Fasti Siculi, Africanus in ijs laudatus, Epiphanius initio Panarij, Contius in Nicephorum; 2262. Iosephus verò, lib. 1. Antiquitatum cap. 5. ab Adamo ad Cataclysmum notat annos 2656.

Annus 131 Adami est 1. Sethi.

7. Sequitur 3. annum primum Sethi pariari anno ab ortu rerum 131. primum Enos, respondere anno mundi 236. & ita de reliquis, prout in tabulis expansis annotaui.

Error quorundam Calendaristarum.

8. Sequitur 3. merito in dubium vocari posse computum Calendaristarum, qui ab orbe condito ad diluuium non nisi 1650. annos computant. Hoc enim modo anni 5. vel 6. ab eo numero, quem sacrarum literarum monimentis consignatum habemus, detrahendi forēt: cur verò alius quatuor duntaxat aut septem eximere non possit! Cur non ex annis posterorum Noe vsq; ad Abraham aliquot anni pariter non subtrahantur, ex ea summa quam nobis caput xi. Geneseos repræsentat? Esto igitur nō omnino certū sit hos omnes annos fuisse completos, nullum verò deficientē; numerus tamen, quē sacri codices nobis exhi-

exhibent, tanquam in antiqua possessione, iure merito retinentur. Hîc, vt alibi, sapere licet, sed sapere ad sobrietatem, nec temerè aliorum rationes grauiore censura notare.

9. Licet autem ex editione 70. interpretum ob diuersitatem Græcorum Codicum & interpretationum, vix aut ne vix quidem certa Chronologia haberi possit: computus tamen eorum non est cum irrisione explodendus. Nam antiqui Patres quamuis inter se assignandis numeris dissideant, ex eorum tamen versione annos ab origine mundi deducere consueuerunt, vt Cyprianus in præfat. libr. de exhort. Martyr. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum. Hippolytus in Can. temp. Iulius Africanus ad Arist. Origenes tract. 29. in Matthæum, Eusebius passim, Lactantius lib. 7. cap. 25. Epiphanius hæresi 66. Hieronymus in epist. ad Titum, cap. 1. Philastrius de hæresibus cap. 112. Orosius lib. 1. cap. 1. Augustinus 12. Ciuit. cap. 12. Anastasius Sinaita lib. 7. Hexam. Anastasius Nicenus q. 92. Nicephorus in Chronico. Suidas in hist. His adde acta sextæ Synodi Oecumenicæ, quæ notatur anno mundi 6199. & Martyrologiũ Romanum die 25. Decembris. vt eruditè monet Baronius sub finem Apparatus.

Multi sũt vsi cõputo Græco 70.

QVÆSTIO III.

Vtrum anni Patriarcharum nostris fuerint æquales.

1. ADAM licet non in ætate puerili natus, sed in virili à Deo formatus sit; annos nihilominus 930. vixisse dicitur; Iared 962. Mathusala 969. Noë 950. alij aliquot annorum centurias. Quæ hominum longæuitas cum nonnullis Gentilibus visa esset, aut saltem videri posset, incredibilis & fabulosa; non defuerunt, qui vt numerum annorum quos Adam & posteri eius Gen. cap. v. & xi. vixisse scribuntur, defenderent, annos illos facerent non nostris æquales, sed multo minores, puta quasi menstruos, ita vt sexies sex, hoc est 36. diebus anni singuli absoluerentur, & decem ex illis annis vnum è nostris conficerent. Qua de re fusè S. Augustinus lib. 15. de Ciuitate Dei, vbi præter alia cap. 12. Quidam, ait, non destruentes fidem huius sacræ historiæ, sed astruere nitentes, ne sit incredibile, quod tam multos annos vixisse referantur antiqui: persuaserunt sibi, nec se suadere imprudenter existimant, tam exiguum spatium temporis tunc annum vocatum, vt illi decem sint vnus noster, & decem nostri centum illorum. Hoc autem falsissimum esse documento euidentissimo ostenditur. Hæc S. Doctor.

1. Opinio falsa.

2. Eadem forte ratione Plinius sacram scripturam interpretatus fuisset, qua libro 7. Naturalis historiæ explicabat Alexandrum, Cornelium, Xeno-

2. Opinio explicatur.

phontem & alios, qui quosdam 600. 700. aut etiam 800. annos vixisse asserebant: *quæ omnia*, inquit, *insciția temporum acciderunt. Alij enim vnum annum æstate determinabant & alterum hieme: alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere, quidam Lunæ senio, vt AEgyptij. Itaque apud eos aliqui & singula millia annorum vixisse produntur.* Hæc Plinius. Nec his multum absimilia habet Solinus lib. 2. cap. 12. & 32. Veritatem sacræ Scripturæ negasset Epigenes, qui inficiabatur fieri posse, vt homo, 122. annos viuendo expleret, & Berosus, qui non vltra 117. annos vitam humanam extendi posse tradebat, vt refert Pererius Gen. 5. q. 1.

Refellitur. 3. Verum ad propugnandam sacrorum Codicum auctoritatem, & Epigenis ac Berosi vanitatem, opus non est, vt ad annos menstruos, aut bimestres confugiamus. Nam & Plinius ipse Lib. xi. cap. xxxvii. cum retulisset figmentum AEgyptiorum asserentium cor humanum augeri ab ortu hominis per singulos annos, ac binas drachmas ad quinquagesimum annum accedere, deinde ab eodem tantundem detrahi, ac proinde cordis defectu hominem vltra centesimum annum non viuere: cùm inquam hoc figmentum retulisset Plinius, falsum esse confirmat his verbis: *Accedunt experimenta & exempla recentissimi census, quem intra quadriennium Imperatores Cæsares Vespasiani, pater filiusq; Censores egerunt. Et vt multos omittam, inuenti sunt duo, alter Bononiæ, alter Arimini 150. annorum. In regione autem Italiæ octauæ centenûm annorum censi sunt homines 54. centenûm denûm homines 57. centenûm vicenûm quinûm homines duo, centenum tricenum homines quatuor, centenum tricenum quinum, aut septenum totidem, sentenum quadragenum homines tres.* Cum autem Vespasianus & Titus hunc censum anno Dom. 75. egerint, mirum non est, si ante diluuium plures annos vixerint homines: si quidem omnium opinione prisci & robustiores & vitæ diuturnioris fuisse creduntur. Confirmat hanc veritatem Torniellus an. m. 1656. variis exemplis, vt S. Seruatij, qui 370. annos vixisse dicitur, Ioannis de temporibus, qui annos natus 361. obijt, circa annum Dom. 1140. Indi cuiusdam Bengalensis, qui parentum nostrorum ætate, vitam ad annum 335. produxit, & aliorum quos ibi latè recenset. Vide Plinium illo lib. 7. cap. 48. & 49. Solinum loco citato, Strabonem lib. 15. Theatrum vitę humanæ, volum. 2. libro 3. initio. Bonfrerium. Ruth. 1.

Quinque causæ longioru vitæ. 4. Varias causas longæuitatis Patriarcharum afferunt Pererius, Torniellus & alij. *Prima* fuit bonitas temperamenti, qua primorum hominum corpora gaudebant. 2. Sobrietas, continentia, & moderatio vitæ. 3. Præstantia alimẽtorum ob eximiam terræ bonitatem ante diluuium. 4. Adamus nouerat, quænam ad vitæ conseruationẽ conducerent, & fine dubio posteros idem docuit, fermè vsq; ad generalẽ cataclysmum, quippe qui vixerit ad 57. annos cum

Lamech

Lamech parente Noe; Lamech autem cum Noe vixit 595. annis. Gen. 5. v. 30. 5. Benigni influxus cæleſtes in eas regiones, quas ante diluuium iſti Patriarchæ incolebant. 6. vt homines multiplicarentur, prout circa mundi primordia congruum erat. 7. Ad artes & ſcientias acquirendas, alijsq; tradendas. Hinc Ioſephus lib. 1. Antiq. cap. 3. varios Gentilium authores refert, qui ſcriptis prodiderunt, quoſdam antiquis temporibus ad quingentos, ſexcentos, imo mille annos vitam produxiſſe.

5. Moyſen etiam non eſſe locutum de annis menſtruis, aut trimeſtribus, tum caput 5. tum c. 11. Geneſeos conſideranti manifeſtum eſt. Nam ſi 10. ex illis vnum de noſtris conficerent, pleriq; Patriarcharum, vix ſeptem annos nati filios procreaſſent, vt Malaleel, qui dicitur genuiſſe Iaredum, cum eſſet 65. annorum. Gen. 5 v. 15. Iared vero cum annos haberet 62. genuit Henoch. ib. v. 18. Imo Gen. 11. matori ex parte nati dicuntur filij, cum parentes necdum quadrageſimum ætatis annum attigiſſent. Vnde neceſſario fatendum eſſet, eos prius paterculos fuiſſe, quam quadrimulos. Deniq; cum nulli Patriarchæ ad annum milleſimum perueniſſe legantur; ſi decem anni è noſtris centum illorum adæquant, nullus ad centeſimum pertigiſſet, cum tamen noſtro etiam tempore nonnulli illam ætatem ſuperent.

Hi anni non fuerũt vnius aut duorum menſium.

6. Non videtur etiam vllo modo probabile ſingulos annos Patriarcharum fuiſſe trimeſtres, ſiue quartam anni noſtri partem ſolum habuiſſe: alioquin Sale, Phaleg, Sarug necdum octennes genuiſſent filios, quos genuiſſe dicũtur, cũ eſſent triginta annorum, vt taceam Nachorem, cui cum eſſet 29. annorum, natus eſt Thare. Abraham, qui dicitur vixiſſe 175. annos, non peregiſſet noſtrorũ annorum quadrageſimum, quem tamen S. ſcriptura ait mortuum in ſenectute bona, prouectæ ætatis, plenum dierum. Gen. 25. v. 8. Iſaac & Iacob non admodum ſenes fuiſſent, quorum tamen oculi præ ſenio caligabant. Iſaac enim vixiſſe dicitur 180. annos. Gen. 35. v. 28. Iacob vero 147. Gen. 47. v. 28.

Neq; trimeſtres.

7. Vt porrò res tota exactius inueſtigetur aduerto 1. nullam eſſe cauſam cur ſuſpicemur annos 130. quos ante Sethum genitũ vixit Adamus, fuiſſe inæquales ijs, quos deinceps nato Setho tranſegit: ac proinde omnes illos 930. quos vniuerſè Moyſes Adamo tribuit, Gen. 5. v. 5. æquales inter ſe fuiſſe arbitror. Idẽ eſt de triplici annorum notatione, qua ſingulis Patriarchis certus annorum numerus aſſignatur, dum aliqui anni, filiorum generationi præponuntur, alij poſtponuntur, ac deniq; omnes vnam in ſummam colligũtur. v. g. annos Setho attributos Gen. 5. v. 6. 7. 8. opinor æquales eſſe inter ſe, imò & annis Adami tribus præcedentibus verſiculis eodẽ capite notatis. Idẽ autumo de annis ſequentium Patriarcharũ toto illo capite recẽſitis. Non ſunt enim quantitates annorũ ſine ratione multiplicandæ: nullã autẽ hic video rationẽ, nullã neceſſitatem.

Omnes anni Adami tum inter ſe, tum annis ſequentiũ Patriarcharum fuerunt æquales.

Sic annos illos quingentos, quos Noë, ante Sem, Cham & Iapheth exegerat, reor æquales fuisse annis Lamechi, & ijs quos postea Noë traduxit, vsq; ad finē vitæ suæ, siue ante, siue post diluuium. Quanti igitur fuerunt anni singuli illorū 500. qui notantur in fine cap. 5. Gen. tantum existimo fuisse annum sexcentesimum, de quo Gen. 7. v. 11. tantos singulos 350. quibus post diluuium vixisse scribitur Gen. 9. v. 28. tantos 950. quibus totam vitæ suæ periodum finiuit. ib. v. 29. Nec enim mihi persuadere possum, Moysen in vnam summam, quosdam annorum maiores, quosdam minores (nisi adscita subinde intercalatione) retulisse, nullo relicto illius inæqualitatis indicio.

Chronographia Diluuii.

8. Aduerto vlterius anno sexcentesimo Noë mense secundo, septimo decimo mensis inijsse diluuium. Gen. 7. v. 11. intra 40. dies sæuientis diluuij arcam in sublime eleuatam. ib. v. 17. aquas obtinuisse terram 150. diebus. v. 24. aquas cœpisse minui post 150. dies, cap. 8. v. 3. Arcam requieuisse, mense septimo, vigesimo septimo die mensis, super montes Armeniæ. v. 4 sic aquas decreuisse, vt prima die mensis decimi montium cacumina apparerēt. v. 5. post quadraginta dies coruum emissum. v. 7. deinde prima vice columbam. v. 8. altera vice post 7. dies, & rursus post alios septem dies auolare permissam. v. 12. anno autem sexcentesimo primo Noë, initio mensis primi tectum Arcæ deductum, ac tandem die 27. secundi mensis arefactam fuisse terram, vt latius illo cap. 8. narratur.

Annus Noe 600. fuit 12. mensium.

9. Vnde liquido constat, annum illum, qui dicitur sexcentesimus vitæ Noë habuisse non solum mensem septimum, sed etiam decimum: post cuius initiū numerantur 40. dies ante corui emissionem, & bis septem dies auolantis columbæ, aliaq; facta insinuantur, quibus mensis vndecimus & duodecimus facilè completi fuerint. Nec minus certò patet, mensem septimum illius anni habuisse vt minimum dies 27. totidemq; mensem secundum anni sexcentesimi primi.

Menses erant 30. circiter dierum.

10. Ex his probabiliter deduco *primò* annum istum sexcentesimum Noe, duodecim mensibus constitisse (nisi fortè placeat decimum tertium intercalare) & menses singulos fuisse 30. circiter dierum. Neque enim scio vllam anni formam in vsu fuisse, quæ vndecim duntaxat mensibus constaret, aut cuius menses singuli ordinariè 27. dierum numerum non excederent.

Eadem est ratio aliorum annorum.

11. Deduco *secundò* probabile videri singulos Patriarcharum annos, qui Gen. cap. 5. & cap. 11. numerantur ordinariè constitisse 12. mensibus tricenūm circiter dierum. Quæ enim eadem sunt vni tertio, singulari, sunt eadem inter se, quoad quantitatem siue continuam, siue discretam. Iam autem declaratum est, probabile esse, singulos annos ante & post diluuium illis capitibus recensitos, æquales esse vni illi, qui est, vel in quem incidit, sexcentesimus vitæ Noë, quem-

quemq; probabile est, in 12. menses tricenorum circiter dierum fuisse distributum, Ergo & illi anni, quibus tum ante, tum post generalem illam eluuionem Patriarchæ vixisse scribuntur. Dixi annorum istorum singulos menses ordinariè fuisse 30. circiter dierum, tum propter intercalationem vnius pluriumve dierum, aut fortè integri mensis, quæ suis temporibus adhibebatur: tum quod fortassis menses alternatim fuerint 29. & 30. dierum, prout modo ab Hebræis vsurpantur. Nihil igitur mihi iam probabilius occurrit, quam quod nostris annis æquales aut fermè æquales fuerint anni Patriarcharum, quos sacrarum literarum monimentis consignatos habemus.

IN GEN. cap. 5. v. 32.

Noë verò cum esset quingentorum annorum genuit Sem, Cham, & Iapheth.

Quemodo anni ab Adam ad Abraham deducantur.

1. CErtum mihi videtur, hunc versiculum non fuisse necessarium ad Chronologiam ab Adamo ad Abrahamum deducendam. Siquidem constat Lamechum annos egisse 182. quando natus est Noe. Gen. 5. v. 28. Noe fuisse *sexcentorum annorum, quando diluuij aquæ, inundauerunt super terram.* Gen. 7. v. 6. *Sem* habuisse *centum annos, quando genuit Arphaxad biennio post diluuiũ.* Gen. 11. v. 10. Vnde clarè deducitur Sem fuisse genitum cum Noe annorum esset quingẽtorum duorum. Quare existimo, eos scitè philosophari, qui aiunt, Moysen in fine huius quinti capitis recensuisse filios Noe, non quod omnes illo anno 500. nati fuerint, sed quod ante illum annum quingentesimum vitæ Noe nullus eorum sit progenitus, vt docent Procopius, Caietanus, Del Rio, Sa, Cornelius, Bonfrerius, Gen. 5. & 11. Salianus ad annum m. 1557. num. 4. Petauius an m. 1558. & 1658. Iure autem inter antiquos Patriarchas recensentur Sem, Cham & Iapheth, quia per hos vniuersum genus humanum, à generali eluuione seruatum, restauratum, propagatum est. Rectè etiam additur Noe tunc fuisse 500. annorum, quia cum nullus ex præcedentibus Patriarchis hic enumeratis fuerit post 200. sui parentis annum natus; hi tamen tres filij Noe non prius sunt procreati, quam eorum genitor annos iam quingentos peregisset, quæ differentia tam notabilis est, vt merito sacrarum literarum monimentis signanda fuerit, sicut & in Natiuitate Abrahæ suo loco notabimus. Hinc non malè Bonfrerius Gen. 11. v. 10. ait finem capitis quinti Geneseos, non posse de præciso numero capi, quia alias dicendum esset, eodem anno quingentesimo Noe omnes tres filios generasse.

1. Obiectio.

2. Obijciet quispiam 1. hinc sequi, eodem modo intelligi posse, quæ de alijs Patriarchis habentur, ex ca. Adamum non genuisse Sethum antequam esset

Responsio. 130. annorum; sed postea: & sic tota ratio Chronologiæ fatiscet. Resp. esse magnam differentiam: quia in alijs mox adiungitur, quot annos prole genita vitam parens produxerit, quot denique totius vitæ periodum absoluerit: quod non fit in prædicto versu vltimo cap. 5. v. 9. Adam dicitur vixisse 130. annos priusquam Seth nasceretur; inde octingentos, totiusq; vitæ spatium 930. annis circumscribitur. Ordo vero temporis à Noe ad diluuium deducitur, tum à diluuio ad Arphaxad: nam in primis ponuntur anni 600. vitæ Noe, finiente diluuio Gen. 7. v. 10. iuncto cap. 8. v. 13. Deinde numerantur anni 350. quos Noe post diluuium transegit. Gen. 9. v. 28. ac tandem summa totius vitæ colligitur 950. annorum, ib. v. 29.

2. Obiectio 3. Obijcies 2. hinc sequi aut Sem non esse horum trium filiorum Noe hîc nominatorum natu maximum, aut nullum ex istis esse illo anno 500. Noe genitum: quorum vtrumq; videtur absurdum. R. Quidam concedunt Sem non fuisse ante alios natum, & sic vnum è fratribus illius in hanc lucem prodijsse anno illo quingentesimo absoluto: quod quo pacto defendant, viderint ipsi. Alij, vt Cornelius, Bonfrerius, Salianus, Petauius, probabilius existimant Semum alios duos ætate præire: tum quia Noë prius benedictionem ei impertiuit, quam Iaphetho & Chamo. Solebant autem Patriarchæ in filijs benedicendis ordinem Natiuitatis seruare, vt fecit Iacob Gen. 49. & eum secutus Moyses Deut. 33. eundemq; morem tenendum putabat Ioseph. Gen. 48. v. 28. cum diceret: non ita conuenit Pater, quia hic est primogenitus. Tum quia Sem vocatur Iaphethi frater maior, vt habet vulgata editio, Gen. 10. v. 21. cui congruit Pagnini & Tigurina versio, ac Paraphrasis Chaldaica, eamque retinent Oleaster, Lipomanus, Caietanus, Pererius, Del Rio. S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 3. & Procopius Gazæus, qui tamen duo postremi alias textu Græco vtebantur. Denique non pauci ex antiquis Patribus Semum Iaphetho & Chamo seniorem censentes, primogenitum, aut natu maximum filiorum Noe vocitabant, vt S. Augustinus l. c. S. Cyrillus lib. 4. in Genesin, S. Hieronymus ad Euagrium, Epiphanius in fine Anchorani, Isidorus in cap. 8. Gen. & Procopius in caput 9. quos laudat & sequitur Salianus ad an. m. 1559. & repetens, quæ iam alibi dixerat, concludit anno quingentesimo Noë nullum ipsi natum filium, nec scripturam vllum natum asserere, sed velle tantum Moysen illo cap. 5. Gen. v. vltimo docere, hosce tres filios natos esse post annum 500. patris, & non ante. *Vide notas Gen.* XI. v. 10.

Quicquid sit eo tandem cadunt horum annorum calculi, vt Arphaxad natus fuerit biennio post diluuium; diluuium autem omnium iudicio Orbi inductum est, anno Noë sexcentesimo vel currente, vel absoluto: quod clarius ex dicendis apparebit.

GEN. cap. 6. v. 3.

Dixitq; Deus: non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, eruntq; dies illius centum viginti annorum.

Status 1. quæstionis.

QVæritur hic *primò*, vtrum hæc verba dirigantur ad omne genus humanum, quasi generalis vitæ humanæ periodus 120. definiatur, quam homines etiam post diluuium nascituri, non possint ordinariè excedere; an vero de ijs tantum hominibus intelligenda sint, qui tunc existebant, & inundante diluuio perituri erant. q.d. nisi pœnitentiam egerint homines, non vltra 120. annorum spatium permanebunt. Priorem interpretationem amplectitur Iosephus lib. 1. Ant. cap. 3. & 6. Vitam eorum, inquit, breuiori spatio circumscripsit, & abrogata longæuitate intra centum & viginti annos coercuit. Idem sensisse videtur Lactantius de Orig. Err. id est lib. 2. cap. 13. diuin. Instit. & Procopius in hunc locum.

Conclusio 120 anni hominibus ad pœnitentiam dati.

2. Posterior autem explicatio communis & retinenda est, cum Ruperto, Tostato, Lipomano, Del Rio, Cornelio, Bonfrerio, Menochio, in hoc caput, Saliano an. m. 1537. Hunc sensum innuunt septuaginta: *non permanebit*, inquiũt, *spiritus meus in hominibus istis*: nempe, qui iam existunt, & tantis sese flagitijs inquinant. Et Chaldæus paraphrastes: *non permanebit generatio pessima hæc coram me in æternum, eo quod caro sunt, & opera eorum pessima & terminus dabitur eis centum & viginti annorum, si fortè conuertantur.* Eadem est sententia S. Hieronymi in Tradit. Hebraicis: *Porro*, ait, *ne videretur in eo esse crudelis, quod peccantibus locum pœnitentiæ non dedisset, adiecit: sed erunt dies eorum 120. anni. hoc est, habebunt 120. annos ad agendam pœnitentiam. Non igitur humana vita vt multi errant, in 120. annos contracta est, sed generationi illi ad pœnitentiam dati sunt.* Et S. Augustinus lib. 15. ciuit. cap. 24. *Quod autem dixit Deus, erunt dies eorum centum viginti anni, non sic accipiendum est, quasi prænunciatum sit post hæc homines 120. annos viuendo non transgredi, cum & post diluuium etiam 500. annos excessisse inueniamus.* Idem docet S. Chrysostomus homilia 22. in Genesin, & Diod. Tharsensis apud Lypomanum in catena.

Multi post diluuium vixerunt vltra 120. annos.

3. Enimuero Patriarchæ post diluuium nati, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, &c. annos 120. viuendo excesserunt, vt patet Gen. 11. Imo Iojada Pontifex ad annum 130. peruenit 2. Paralip. 24. v. 15. Addit Bonfrerius in Commentarijs libri Geneseos editis anno Dom. 1625. sua ætate confirmatum in Thuringia ab Episcopo Bambergensi, vnum alterumue seniculum, qui 150. annos attigerat, & Pastorem in VVestphalia extitisse, vt minimum 130. annorum, sanum

num adhuc & vegetum. Recole quæ ex Plinio retuli Gen. 5. quæstione 3. numero 2.

Status 2. quæstionis.

4. Quæritur 2. an reuera post hanc comminationem vsq; ad diluuium anni 120. interfluxerint? Notant S. Hieronymus & S. Chrysost. locis commemoratis, Deum ob duritiam hominum pœnitere nolentium tempus designatum non expectasse, sed detractis 20. annis, diluuium immisisse anno centesimo à comminatione: & ex eo confirmant, quod ante hanc comminationem, quæ habetur capite sexto Geneseos, scriptura præcedenti capite dixerit, v. 31. Noe fuisse 500. annorum. Orbem vero mersit diluuium anno 600. Noe. Gen. 7. v. 11.

Conclusio.

5. At probabilior est D. Augustini interpretatio, hanc diuinam indulgentiam non fuisse ad 100. annos duntaxat reuocatam, sed per 120. ipsos annos saltem inchoatos concessam. *Sine pœnitentia enim sunt dona Dei.* Rom. 11. v. 29. vt cum Emmanuele Sa, docet Salianus, Cornelius, Bonfrerius, Petauius, secuti Pererium in hunc locum, Lyranum Gen. 8. & 11. Saluianum Lib. Antikimenon ex Genesi. Ad confirmationem prioris opinionis, facilis est responsio, Moysen in fine capitis 5. & initio 6. ordinem temporis mutasse, vt vno narrationis filo generationem Noe, cum cæteris cap. 5. recensitis pertexeret. Quæ solutio mihi solidior videtur, quam eorum, qui suspicantur, rotundum 500. annorum numerum, pro 480. positum fuisse. Hos igitur 120. annos ante diluuiũ numerandos censeo, & à quadringentesimo octogesimo anno vitæ Noe accersendos.

GEN. 6. v. 14. & 22.

Noe 100. annis arcã extruxit.

1. *Fac tibi Arcam de lignis læuigatis, &c.* v. 14. Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat ei Deus. v. 22. Quando hoc præcepit Deus? quanto tempore Noe Arcam fabricauit? S. Augustinus lib. illo 15. Ciuit. cap. 27. & contra Faustum Manichæum lib. 12. cap. 18. disertis verbis asserit Arcam à Noe extructam 100. annis, cui assentitur S. Gregorius hom. 15. in Ezechielem: *Noë ante oculos veniat, qui cura domestica postposita ex iussione omnipotentis Domini, per centum annos ad Arcæ fabricam vixit occupatus.* Origenes contra Celsum lib. 4. Rupertus lib. 4. in Genesin cap. 20. His suffragantur Ado, Marianus Scotus, Genebrar. Oleaster, Cornelius Bonfrerius, &c. Torniellus an. m. 1557. num. 5. Salianus num. 2. Belouacensis lib. 1. hist. cap. 59.

Obiectio.

2. At verò Caietanus non putat tantum temporis in Arca fabricanda consumptum: quia cum Deus Arcam construi iuberet, simul iussit, vt Noe cum vxore, & filijs, filiorumq; vxoribus in eam se reciperet. *Et ingredieris in Arcam, tu & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.* Gen. 6. v. 18. Quibus verbis insinuari putat Caietanus, iam tum filios Noe vxoratos fuisse, cum

cum Deus de Arca fabricanda mandatum daret. Atqui anno centesimo ante diluuium, qui erat Noe quingentesimus, hi tres eius filij necdum erant nati, tantum abest, vt vxores haberent. Vnde concludit, non constare, quanto tempore ante diluuium, præceptum de Arca fabricanda Noemus acceperit.

3. Verum hunc nodum expeditè soluere possunt auctores contrarij: Opus enim non erat, vt filij Noe aut vxores eorum existerent, cum Deus diceret: *ingredieris Arcam, tu & filij tui*: sicut neque Arca tum existebat. Sufficiebat abundè, vt dum Arca conficeretur, hi paulatim nascerentur, & Arcâ constructâ haberent vxores: quia hoc modo poterat diuina iussio suo tempore executioni mandari. Licet igitur ex Scriptura non habeatur, vtrum Noe anno ætatis suæ 500. hoc mandatum acceperit, & quot annos Arcæ fabricandæ dederit: non est tamen, quod falsam dicamus S. Augustini & aliorum sententiam, asserentium à præcepto, de Arca conficienda dato, vsque ad diluuium annos centum saltem emergentes intercessisse, quibus Noe in opere adornando desudârit, præco pœnitentiæ & comminationis diluuij. Tunc adhuc in viuis erant Mathusala & Lamech, quos etiam consilia, & manus operi admouisse credibile est. *Responsio iussit hoc Deus anno 500. Noe.*

GEN. cap. 7. v. 6. & 10.

Eratq; Noë sexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt super terram. v. 6. Anno sexcentesimo vitæ Noe mense secundo septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ &c. v. 10.

1. QVamuis à mundi conditu vsque ad diluuium Eusebius in Chronico, Sulpitius lib. 1. sacræ historiæ, Isidorus lib. 5. Etymolog. cap. vlt. recenseant annos 2242. iuxta vulgatam tamen editionem, Hebræum fontem, & paraphrasin Chaldaicam, ex Patriarcharum generationibus, vnanimi Chronologorum, sacrorumque huius temporis interpretum consensu, colliguntur anni 1656. Nec dubium est, quin generalis hæc inundatio annum integrum tenuerit: cœpit enim mense 2. die 17. anni 600. Noe, vt dicitur v. 10. finito autem diluuio arefacta est terra die 27. mensis secundi anno 601. Noe. Gen. 8. v. 13. & 14. Sed *Diluuium fuit anno mũdi 1656*

QVÆSTIO PRIMA

Status quæstionis.

Hic est vtrum istis 1656. annis, contineatur annus ipse durantis diluuij; an verò annus mundi 1656. & Noe sexcentesimus transactus fuerit, antequam erumperet cataclysmus.

2. Quorundam opinio est, diluuium incepisse anno mundi 1656. Noe sexcentesimo absoluto. Ita Pererius in hunc locum disp. 1. Arbitror inquit sexcen- *1. Opinio.*

tesimum illum annum, non tantum fuisse inchoatum, sed planè completum, exactis præterea 46. diebus sexcentesimi primi. Et repetit disput. 2. ante § per placet, Scaliger, & ex eo Caluisius Introd. Chron. cap. 35. Bucholterus ait Noe

Ratio 1. anno ætatis suæ 600. plus minus completo ingressum in Arcam. Probat Caluisius ex Gen. 7. v. 6. vbi Noe dicitur fuisse sexcentorum annorum, quando iniit diluuium: quod de annis completis accipiendum ait, sicut in simili 3. Reg. 6. v. 1.

Ratio 2. 3. Probari potest 2. ex S. Augustino, qui lib. 15. Ciuit. cap. 24. ait centum ipsos annos Noe Arcam fabricasse, & cum præceptum de ea ædificanda accipere absoluisse annum ætatis quingentesimum. Pari modo anni illi 120. quos Deus ante diluuium agendæ pœnitentiæ concessit, inceperunt anno 480. Noe completo, & 481. inchoato, vt habet S. Augustinus & ex eo Salianus: & sic non nisi anno 600. Noe completo completur annus 120. pœnitentiæ concessus. Similiter Mathusala non compleuit annum ætatis 969. si initio anni 600. Noe venit Cataclysmus.

Conclusio. Venit diluuiū anno 600. Noe inchoato. 4. Communior autem sententia, censet currente anno sexcentesimo Noe diluuium cœpisse. Est Lyrani, Abulensis, Caietani, Cornelii, Bonfrerii, in hoc cap. Saliani anno mundi 1656. num. 4. qui in hanc sententiam laudat Rupertum, Marianum Scotum, Bedam, Adonem, Iulium Hilarionem tom. 7. Bibliothecæ Patrum libro de mundi duratione, Augustinum, Hieronymum; quibus tamen Pererius addi non debet. Idem censent Driedo, Genebrardus, Mercator. Petauius lib. 9. cap. 8. Torniellus illo anno mundi 1656. Et è Sectariis Temporarius, Beroaldus, Vignerius, Alstedius, Chron. 2. Epocharum, Pavvel, Scopulo 1. Probatur primò ex Gen. 7. v. 10. *Anno sexcentesimo vitæ Noe mense secundo, septimo decimo die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ.* Non potest autem dari ratio cur sicut dies 17. ad mensem proximè nominatum refertur, ita & mensis ad proximè nominatum annum non debeat referri, & quidem inchoatum duntaxat, non absolutum. Cui congruit quod scribitur Gen. 8. v. 13. *Sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram.* Quod de anno 601. ineunte accipi debet, sicut annus iniens intelligitur, quo, *mense primo, prima die mensis collocatum est tabernaculum.* Exod. 40. v. 15. Neque enim à verborum intelligentia ordinaria & vsitata, sine ratione discedendum est.

Probatur 1

Probatur 2. 5. Probatur 2. Quia Sem biennio post diluuium, genuit Arphaxad cum esset centum annorum, Gen. 21. v. 10. Atqui iam ante genuerat Ælam & Assur: siquidem hi pr mo loco recensentur, Gen. 10. v. 22. & 1. Paralip. 1. v. 17. non vtique alia de causa, quam quod priùs sint editi. Hoc autem fieri non potuit, nisi illud biennium à diluuio finito computetur. Siquidem

dem communis opinio tenet in Arca Noë & eius filios, ab omni vsu coniugij abstinuisse. Ergo si anno mundi 1657. contigit diluuium, natus fuit Arphaxad anno 1659. completo: quod non admittunt Aduersarii, quorum rationes diluere non est magni negotij, ac proinde licet aliquando probabiliter diluuium anno 1657. mundi notauerim: re tamen accuratius considerata malo communi sententiæ subscribere: tum ob rationes iam allatas, tum quod biennium nati Arphaxad computari soleat à transacto diluuio: pari autem ratione anni 350. quos Noë post diluuium vixit. Gen. 9. v. 28. à finito diluuio numerandos puto. quibus si addantur 600. anni quos Noë ante finem diluuii transegerat, confient anni totius vitæ illius 950. Gen. 9. v. 29.

6. Ad primam igitur rationem dico, Noë dici sexcentorum annorum, *Ad 1. Rat.* siue vt est in Hebræo, filius sexcentorum annorum, nempe inchoatorum Gen. 7. v. 6. quando erupit diluuium: vt insinuatur ibidem v. 10. & cap. 8. v. 13. vt iam numero 4. dicebam.

7. Porro, Noë in Arca construenda centum ipsos annos posuisse dicitur, *Ad 2.* vel inchoatos nimirum, vel fortè per synecdochen extremis in numerum adscitis, vel fortè rotunda computatione omissâ vnius anni fractione. Idem de annis 120. ad pœnitendum humano generi indultis dici potest. Mathusala verò, annum attigit 969. sed non compleuit.

8. Rem totam sic breuiter compono. 1. Annos Patriarcharum singulis generationibus, præfixos, Chronologicos puto, ac pro integris accipiendos: anni verò vltimi vitæ, pro inceptis haberi possunt, vt ostendat Scriptura, ad quotum vitæ suæ annum singuli Patriarchæ peruenerint. 2. Anni qui præponuntur plurium simul filiorum generationibus mihi non videntur Chronologiæ continuandæ idonei, vt cum Noe dicitur fuisse 500. annorum, quando genuit Sem, Cham & Iapheth, cum Thare septuagenarius dicitur genuisse Abram Nachor & Aran, vt dixi sup. cap. 5. v. 32. numer. 2. 3. annum 600. Noe Genes. 7. v. 11. & 601. Gen. 8 v. 13. more ordinario pro currentibus accipio, ita vt Noe fuerit 600. annorum inchoatorum, quando venit diluuium Gen. 7. v. 6. sicut Christus erat octo dierum quando circumcidebatur. Hoc modo cœperit diluuium ineunte anno mundi 1656. desierit sub initium anni mundi 1657. qui fuit vitæ Noe 601. anni verò secundæ ætatis numerentur à diluuio transacto, Noe vixerit ante finitum diluuium annos 600. eo finito 350. & summa annorum totius vitæ ad 950. peruenerit.

Anni Patriarcharũ nõ semper integri

Initium & finis diluuii.

QVÆSTIO II.

De forma anni à Patriarchis vsurpati.

1. Opinio. 1. LVnaribus annis dierum 354. vsos Patriarchas forte existimauerint, ij, qui hebdomadas Danielis de annis lunaribus interpretantur, nisi enim apud Patriarchas in vsu fuisse hanc annorum formam dixerint, non facile, vt reor, docebunt annos lunares fuisse vsu ciuili receptos. Anni verò solares, quorum singuli ordinariè 365. dies complectuntur, adhibita identidem vnius alteriusve diei intercalatione, plerisque ad vsum popularem accommodatiores iudicantur.

Refellitur. 2. Annos purè lunares, (etsi apud Mathematicos in temporum calculationem veniant) non arbitror sub diluuij tempus vulgo vsurpatos fuisse. Etenim si quispiam v. g. natus esset in æquinoctio verno, primum ætatis suæ annum vndecim diebus ante istud æquinoctium absolueret; secundum annum 22. diebus ante reditum solis in Arietem: nonum verò ante solstitium hibernum: decimum octauum ante autumnale æquinoctium, quæ numerandi ratio intricatior est, quam vt vulgo obseruari posse videatur: esto non sit omnino impossibilis.

2. Opinio probabilis. 3. Fieri vero potuit, vt prisci illi patres vterentur mensibus lunaribus, alternatim cauis 29. dierum, & plenis tricenarijs, ac mensem vnum congruo emboliſmo quandoque interponerent, ad eum ferè modum, quo iam pridem intercalare solent Hebræi, anno ad solis cursum aliqua ratione accommodato, ita vt primus mensis non procul ab æquinoctio remoueretur. Nouerant enim Patriarchæ Solis Lunæque cursus, quantum satis erat, ad eiusmodi annorum formam vulgo proponendam. Imo credibile est Moysen, ita ad Hebrææ gentis captum annos Patriarcharum instituisse, vt non essent ijs annis absimiles quos ex institutione diuina à Nisan ordiendos tradebat.

Varia anni forma. 4. Vtrum autem reuera eam anni dispositionem & mensium quantitatem tenuerint, quam moderni Iudæi vsurpant, quis affirmare audeat? Potuit enim Moyses per tales annos tempora metiri, qualibus in Ægypto Hebræi assueuerant: qualem autem formam ij anni habuerint, non puto vlli mortalium hactenus exploratum esse. Siquidem pluribus modis potuerunt illi veteres annos suos nostris ferè æquales, ad vsum popularem instituere. 1. *Primò* enim occurrit annus æquabilis Ægyptiorum, qualis est in æra Nabonassari apud Ptolemæum, constans 12. mensibus tricenûm dierum & quinque epagomenis sine vlla intercalatione. 2. *Secundò*, si post 120. annos æquabiles 165. dierum, integro mense

mense triginta dierum extraordinariè adscito anni caput ad vsitatam epocham reuocatum fuisset. *Tertiò*, si quarto quoque anno sexta dies epagomenis adiecta, primi mensis initium ita fixum teneret, sicut ex Iulij Cæsaris institutione postea retentum est, in annis Syro Chaldaicis ad formam anni Iuliani accommodatis, qui perpetuo cum Octobri Iuliano aperiuntur. *Quartò*, si menses essent lunares, & identidem per emboliſmum ad solis cursum directi, eo ferè modo, quo Calendaria modernorum Iudæorum cum Gregoriano quadantenus congruunt. 3. 4.

5. Prima ratio hoc habet incommodi, quod per eam, anni caput paulatim à vere ad hiemem, ab hieme per autumnum & æstatem, rursus ad vernum tempus prorepat, nępe annis æquabilibus 1461. vt alibi monui. Secunda ratio perplacet Scaligero & Caluisio; nec Petauio displicet. Tertia verò & quarta non plus habent difficultatis, quam Calendarium Iulianum, aut Gregorianum. Nam vt bene aduertit Petauius, ratio menstrua interualla diebus triginta definiendi antiquissima est, quam & Græci veteres secuti sunt, & Patriarcharum tempore extitisse, nihil vetat. Quænam verò horum intercalandi methodus tunc in vsu fuerit, etiamnum latet: quicquid asserat Scaliger & Caluisius Introd. Chron. cap. 33. Nam neque ex diluuij historia certo liquet, quænam fuerit eo tempore anni communis forma, neque constat, vtrum Patriarchæ semper eam formam tenuerint, quæ sub diluuij tempus vsu recepta erat, sicut neque exploratum habemus, vtrum Moyses mensem primum, secundum, septimum, decimum in diluuij historia, à vere, an ab autumno deducat. *Anni æquabilis difficultas.*

6. Equidem in hac rerum obscuritate aduerto *primò*, quod etiam notat Petauius lib. 2. cap. 30. ex communi omnium consensu, Iosephi, Philonis aliorumque vetustiorum authoritate, Iudæos non modo à Christi natiuitate, sed ante Christum aliquot saltem sæculis anno lunari vsos fuisse, non quidem ea penitus forma, & ijs regulis, quas æuo nostro obseruant, sed quæ ad cursum Lunæ mensibus ordinandis aliquo modo spectarent, ita vt in mense Nisan ratio haberetur æquinoctij verni; in Tisri æquinoctij autumnalis. *In Annis Priscis habita ratio æquinoctiorum.*

7. Aduerto *secundò*, probabilissimum esse, Hebræos tempore Moysis menses habuisse lunares, quod habet Lorinus, Num. 11. v. 20. & propè sibi certum esse scribit Bonfrerius Exodi 12. v. 2. notab. 3. idque non solum Rabinorum in suo Seder olam & Calendarijs: sed Christianorum etiam Doctorum ferè omnium opinione, probatque ex eo, quod initium cuiusque mensis ad Neomeniam retulerint. Nam à mense Nisan annum sacrum ex legis præscripto auspicabantur, ita vt communi authorum consensu circa plenilunium siue luna 14. ad vesperam Pascha celebrarent: quod fieri commodè non poterat, nisi cæteri menses cursui lunæ quadantenus respondérent. Addo, huius rei indicium ali- *Tempore Moysis mẽses fuerelunares.*

quod apparere 1.Regum 20.v.18.vbi Dauid ad Ionathan: *Ecce Calendæ sunt crastino.* ἰδοὺ δὲ νουμηνία αὔριον: ecce nouilunium cras. Ecce mensis cras. Vox enim חדש chodes ordinariè mensem significat, quia nimirum apud Hebræos menses lunationibus ciuili saltem modo congruebant.

Et seqq. Temporib.

8. Ex quibus deduco in primis, nihil mihi probabilius videri, quam tempore Exodi, menses lunares obseruatos fuisse, & eam obseruationem sequentibus temporibus viguisse, cum nullum extet vel in sacris, vel in profanis authoribus indicium, quo videantur menses lunares in gente Hebræa post Exodum cœpisse vsurpari. Quod autem iam ad initium legis Mosaicæ hæc ratio mensium in vsu fuerit, sua praxi confirmant, accuratioris diligentiæ Chronologi, qui hæc subtilius inquirentes, quintam decimam mensis Nisan Israëlitarum migratione nobilitatam, sextam tertij mensis lege data memorabilem, & similia certis mensibus & diebus patrata, ex lunæ cursu inuestigant, & ad Romanos menses reducunt. Hac ratione Petauius colligit primum Pascha in Rameſſe celebratum secunda die Aprilis, primum Pascha in terra Promissionis, decima Aprilis Iuliani: primum diem Nisan, quo tabernaculum erectum est, ad 8. Aprilis refert. Simili computo etiam Sectarij vtuntur, Scaliger, Serhus, Alstedius: quod minimè fecisse debuissent, si Hebræos mensibus & annis non lunaribus, sed solaribus tantum vsurpasse censuissent.

Imo & tempore diluuii.

9. Imò Tostatus Gen. 7. in illa verba: *mense secundo*, fatetur menses in sacro textu diluuij tempore notatos de lunaribus intelligendos esse. Idem disertè asserit Lyranus Gen. 8. quam opinionem communem vocat & sequitur Serarius lib. 1. in Iosue, q. 7. Chinenses & Iaponij etiamnum lunares menses habent, & annum à Vere ordiuntur, vt tradunt Maffeius & Trigautius, monet Bonfrerius, & Annuæ Societatis ex Iaponia, anno Dom. 1614. Vnde autem hanc anni formam acceperint, non constat. Sicut neque constat ex quo tempore verum sit, quod ait Ecclesiasticus cap. 43. v. 7. *A Luna signum diei festi*, & v. 8. mensis secundum nomen eius. nempe Hebraicè *Iareach, Ierach.* Græcè μὴν, μήνη: vnde etiam nonnulli nomen *mensis* deriuant.

Forma anni prisca erat fere talis qualem à paschate ad pascha habemus.

10. Re totâ sine affectu consideratâ opinor annos Patriarcharum fuisse ita lunares, vt mense vno lunari suis temporibus adiecto, suum initium non procul ab æquinoctio haberent, eo ferè modo, quo Nisan à multis sæculis apud Hebræos, & mensis Paschalis apud Christianos, cum ingressu Solis in Arietem componi solet. Ferè, inquam, nolim enim modernas Iudæorum Ephemerides cum omnibus suis minutijs ad Patriarcharum tempora retrahere. Non video rationem, cur putemus Patriarchas anno Solari vsos, & à Moyse Lunarem institutum. Cauebat quidem lex Mosaica, vt annus Sacer à Nisan inchoaretur: sed non vetabat, quin prisca anni forma retineretur, &

quoad

quoad res ciuiles annus ab autumno duceretur. Iosephus, cum dixisset Moysen omnium quæ ad rem diuinam pertinerent, mensem Nisan, exordium fecisse; *alioqui*, ait, *quod ad nundinationem rerum venalium reliquamque dispensationem anni, τὸν πρῶτον κόσμον διεφύλαξε, primam formam ac modum conseruauit.* Sicut igitur tempore Christi, Machabæorum, Siracidæ, Regum Iuda & Israël, atque Moysis; ita & temporibus Abrahæ, Noë reliquorumque Patriarcharum, menses & annos lunares in vsu fuisse arbitror, & verna temperie inijsse: qui vsus ne penitus interiret, Deus per Moysen iusserit Nisan esse principium mensium apud Israelitas: ac proinde in historia diluuij, mensem primum, secundum, septimum, decimum, eodem prorsus sensu interpretor, quo in libro Exodi, Regum, Prophetarum, Machabæorum. Possessio antiquitati suffragatur, nec est causa, cur eadem mensium nomina, ambiguè modo hoc, modo alio sensu, accipiantur, & sine necessitate interpretationes multiplicentur.

11. Quod si quilibet annus Patriarchicus, diebus 365 vt nonnulli volunt absoluebatur; ita vt post annos 120. mensis 30. dierum adijceretur: consequens esset, vt post quadriennium vno circiter die æquinoctia citius euenirent. Exempli causa. Si prima die primi anni foret æquinoctium; quintus annus inijsset vno circiter die, antequam rediret æquinoctium; annus nonus biduo æquinoctium præcurreret. Dixi *circiter*, ne in minutiis hæreamus. *Singuli anni non fuerunt 365. dierũ.*

12. Qui igitur talem anni formam Patriarchis tribuit, videat quanam ratione, diluuij tempore designando, aptè calculos ad æquinoctia collocet. Qua in re Caluisii rationes non probo: cum enim rerum creationem die 26. Octobris ad æquinoctium assignasset, & ab Orbis conditu vsque ad diluuium annos 1656. mensem vnum ac dies 16. computasset, addit 1. omnes menses tunc 30. diebus fuisse definitos: *Quod*, inquit, *apertissimè in historia diluuij indicatur, ita vt mirari libeat, quod quibusdam veniat in mentem, vt menses lunares in anno diluuij numerent.* Addit 20. duodecim mensibus tricenarijs adiunctas fuisse dies 5. post annos vero 120. elapsos, integrum mensem intercalatum, vt æquinoctium ad suos terminos reuocaretur. Tutissimum nihilominus ipsi videtur, annum diluuii ab æquinoctio autumnali arcessere. Quæ mihi non satis cohærere videntur. Si enim Caluisius *ex historia diluuij apertissimè colligit*, menses tricenarios à Patriarchis fuisse vsurpatos, cur eorum methodum anno diluuii inchoando non seruat? quem si seruaret, annum diluuii à 2. Octobris deduceret, diebus 24. ante æquinoctium, quo mundum ait fuisse conditum, vt ipse fatetur. Sicut igitur Sethus & alii grauatè anni primordia, quo diluuium cœpit multis diebus ab æquinoctio remouent: ita credibile est Patriarchas sic annorum rationes instituisse, vt æquinoctia annorum initiis propius adhærerent. *Opinio Caluisii examinatur.*

Credi-

Crediderim igitur Patriarchas Astronomiæ non ignaros, suos annos per legitimam mensis lunaris intercalationem æquinoctijs, eo ferè modo accommodasse, quo Iudæi nostro tempore faciunt, dum ad veris initium respiciunt, vt mensem Nisan ritè auspicentur.

QVÆSTIO III.

De varia Chronotaxi diluuij, donec Arca quiesceret.

Vna quãtitas anni 360. altera 354.

1. DVobus tricenarijs mensibus continentur dies 60. ternis 90. quaternis 120. quinis 150. senis 180. septenis 210. octonis 240. nouenis 270. denis 300. vndenis 330. duodenis 360. Mensibus autem lunaribus, si primus sit plenus, & sequenter alternis modo caui, modo pleni, binis continentur dies 59. ternis 89. quaternis 118. quinis 148. senis 177. septenis 207. octonis 236. nouenis 266. denis 295. vndenis 325. duodenis 354. Si ergo sex mensibus tricenarijs addantur dies 17, exurgent ab anni principio, vsque ad diem 17. mensis septimi dies 197. In lunaribus vero 194. Qua supputatione seruata; quando menses sunt tricenum dierum, ab anni epocha, vsque ad diem 27. septimi mensis inclusiuè colliguntur dies 207. in lunaribus vero mensibus 204.

1. Hypothesis.

2. Si dies 40. pluuiæ non continentur in illis 150. post quos aquæ minui cœperunt, vt dicitur Gen. 7. v. 12. & cap. 8. v. 3. numerabuntur ab ineunte diluuio vsque ad aquarum imminutionem dies 190. sin est, vt dies 40. pluuiæ sint pars dierum 150. prævalentis diluuij; fient ab initio pluuiarum, vsque ad aquarum decrementum dies 150. duntaxat.

2. Hypothesis.

3. Aduertendum præterea à die 17. mensis secundi, vsque ad 17. septimi, inclusiuè esse dies 151. si menses singuli fuerint tricenarij. Detractis enim 46. diebus à 197. qui ab anni exordio, vsque ad 17. secundi mensis exclusiuè præterfluxerant, remanent 151. Si verò menses putentur lunares, non comprehendentur isto interuallo, nisi 148. dies: totidem enim sunt, residui, si 46. tollantur de 194. Quod si mensis primus cauus fuerit, non nisi 45. subtrahendi sunt: sed tunc secundo mensi dabuntur 30 dies. Idem porrò numerus dierum reperitur à 27. secundi mensis, vsque ad 27. septimi; qui à 17. secundi, vsque ad 17. septimi, nempe dies 161. in mensibus tricenarijs; in lunaribus 158.

Aquæ diluuij non statim imminutæ.

4. Cum autem aquæ cataclysmi ad 15. cubitos vltra montium cacumina excreuerint: valde consonum rationi videtur, vt antequam Arca in montibus Armeniæ resideret, aquæ diebus aliquot imminui cœperint.

5. Hæc

5. Hæc & similia diligenter notanda existimo; quia in Hebræo, & Latino textu signatur initium diluuij die 17. mensis secundi; in Græco 27. eiusdem. At verò quietem Arcæ in montibus Armeniæ, Hebræus 17. mensis septimi; Latinus & Græcus 27. eiusdem signant. Tempus ergo, quod ab ineunte pluuia elapsum est antequam Arca resideret; Hebræus à 17. secundi, ad 17. septimi mensis extendit: Græcus à 27. secundi ad 27. septimi porrigit. Latinus denique à 17. secundi mensis protrahit vsque ad 27. septimi. Atque ita Latinus de initio diluuij pugnat cum Græco, conuenit cum Hebræo: de tempore verò quo Arca requieuit ab Hebræo dissentit; Græco subscribit. Decem igitur dies addit Latinus ad rationes Hebræi & Græci: siquidem 10. diebus citiùs quam septuaginta diluuium inchoat; diebus itidem 10. tardius Arcæ quietem tribuit, quam fons Hebræus. *Hebræi & Latini textus differentia.*

6. His animaduersis 24. modi excogitari possunt, quibus tempus, quo aquæ diluuij decrescere cœperunt comparari potest, cum eo die, quo Arca montibus insedisse dicitur. Octo modi desumuntur ex Hebræo textu, totidem è Græco, è Latino totidem. *24. Modis hic procedi potest.*

7. Primo igitur, si cum textu Hebræo pluuijs initium detur die 17. secundi mensis, & Arcæ quies signetur 17. septimi, & hic septimus mensis ab initio ruentium imbrium deducatur, nec non 40. dies pluuiæ à 150. quibus aquæ dicuntur obtinuisse terram, secernantur, ac denique menses tricenarij adhibeantur: tunc Arca requieuerit die 197. ab ineunte diluuio, & aquæ imminui cœperint vna hebdomade citiùs, nempe die 190. *1. Modus.*

2. In casu prædicto si menses lunares vsurpentur; aquarum decrementum quatriduo solùm Arcæ quietem præcessisset. Arca enim substitisset die 194. ab irruente Cataclysmo. *2. Modus.*

8. *Tertiò* si iuxta Hebræum textum initium pluuiæ 17. secundi mensis, Arcæ quietem 17. septimi notemus: mensemque septimum ab ineuntibus pluuijs numeremus, & dies 40. imbrium in illis 150. sæuientium aquarum inuoluamus: in mensibus lunaribus Arca requieuerit ab initio diluuij die 194. nempe diebus 44. post aquarum imminutionem die 150. cœptam. *Quartò*, si in hoc casu vtamur mensibus tricenarijs: aquæ prius decreuissent 47. diebus, quam Arca die 197. subsisteret.

9. *Quintò*, si eundem textum sequamur: sed mensem septimum ab anni Epocha putemus, & dies 40. imbrium, à 150. consistentis Cataclysmi distinguamus: subsederit Arca die 148. ab inchoato diluuio, nempe 42. diebus, ante aquarum decrementum, si menses fuerint lunares. *Sextò* si verò menses 30. dierum putentur, Arca hac ratione, quietem cœperit 39. diebus, citius, quam vis aquarum remitteret.

10. *Septimò*, si septimus mensis ab anni exordio, & dies 40. pro parte in

illis 150. inclusa computentur: fiet aquarum decretio die 151. Arca vero sistetur 148. die biduo antequam aquæ minuerentur, puta in mensibus lunaribus. *Octauò*. At verò in mensibus tricenarijs, hoc casu quieuisset Arca, die 151. quo & aquæ remittere cœpissent. *Atque hæc de textu Hebræo.*

11. Iuxta 70. interpretationem, qua imbres die 27. secundi mensis inisse, & aquæ 27. septimi decreuisse scribuntur: si mensis septimus computetur ab ineunte eluuione, & dies 40. ab illis 150. distinguantur: aquarum imminutio fiet die 191. Arca verò firmabitur die 204. à diluuio incepto: quæ est 14. ab aquarum decremento, in mensibus lunaribus. *Secundò*, in mensibus tricenarijs, quies Arcæ signabitur die 207. quæ est 17. ab aquarum decretione.

12. *Tertiò*. Si mensis septimus rursus ab imbre ruente, & dies 40. pluuiarum cum alijs 150. confundantur: quies Arcæ incidet in diem 204. ab inundationis principio, quæ erit post aquarum remissionem 54. in mensibus lunaribus. *Quartò*. In tricenarijs autem Arca subsederit die 207. ab exordio pluuiarum, aquarum verò decrescentium die 57.

13. *Quintò*. Fac mensem septimum deduci ab anni capite, & 40. dies imbrium ab illis 150. distingui: tunc Arca montes attinget die 148. ab incepto diluuio, antequam decrescerent aquæ diebus 52. in mensibus lunaribus. *Sextò*. Sed in mensibus tricenarijs, Arca prius quieuisset 40. diebus, quam aquæ decreuissent.

14. *Septimò*, Mensem septimum denuo accerse ab anni exordio: sed 40. dies pluuiæ include in summa 150. aquarum terram obtinentium: Arcæ quietem reperies die 148. ab irruente Cataclysmo, biduo antequam decrescerent aquæ, in mensibus lunaribus. *Octauò*: At verò in tricenarijs simul & Arca requiescet die 151. ab inundationis exordio, & aquæ decrescent. *Et hæc de Græco textu.*

15. Computatione denique Latina, qua imbres ruunt die 17. secundi mensis, Arca verò quiescit die 27. septimi: Si hunc mensem septimum ab initio pluuiarum, & dies 40. ante alios 150. computemus; Arca montibus adhærebit die 204. ab imbre ruente; vis aquarum remittet die 191. indidem computato, diebus ante quietem Arcæ 14. in mensibus lunaribus. *Secundò*. Hac ratione in tricenarijs, die 207. ab ineunte Cataclysmo, post aquarum decrementum die decimo septimo.

16 *Tertiò*. Si rursus mensem septimum ab ipso diluuij exordio petamus, sed dies 40. pluuiæ in illis 150. sæuientium aquarum includamus: Arca subsidebit die 204. ab initio eluuionis; ab aquarum remissione 54. in mensibus lunaribus. *Quartò*. In mensibus 30. dierum, isto casu, Arcæ quies aquarum imminutionem sequetur 57. diebus.

17. *Quin-*

17. *Quintò.* Puta mensem septimum ab anni principio, & dies 40. ab illis 150. seorsim numera: sic Arca quiescet die 204. ab initio anni: aquæ verò decrescent die 217. nempe diebus 32. ante aquarum decrementum. Intellige in mensibus lunaribus. *Sextò.* In tricenarijs verò, Arca sisteretur, die 207. ab anni exordio, vigesima nona ante aquarum remissionem.

18. *Septimò.* Si ab anni capite denuo mensis septimus ducatur, & 40. dies imbrium in illis 150. prævalentium aquarum intercipiantur: Arca statuetur die anni currentis 204. quæ incidet in octauam diluuij decrescentis, in lunaribus mensibus. *Octauo.* In tricenarijs autem, Arcæ quies attinget diem 207. anni labentis, & vndecimam eluuionis paulatim decrescentis. Vide, si placet, Pererium lib. 13. in Gen. disp. 5. Petauium lib. 9. cap. 10. Salianum & Torniellum, ad annum mundi 1656.

QVÆSTIO IV.

Vtrum in Chronotaxi diluuij textus Latinus, Hebræo & Græco præferendus sit.

1. In Hebræo & Latino diluuiũ inijsse dicitur die 17. mensis secundi: in Græco die 27. Gen. 7. 11. Arcam requieuisse die 17. mensis septimi habet Hebræus cum Chaldæo; Latinus & Græcus die 27. Gen. 8. v. 3. Sic nulla est de mensibus, sed solum de diebus controuersia. De qua sine ambagibus existimo, cum authoribus citandis Latinum textum reliquis præferendũ esse: quia plus operæ impendit Ecclesia in hoc, quam illis corrigendis & limãdis: textum tamen Hebræum, aut Græcum absolutè falsitatis non condemno. Licet enim nostra editio nihil contineat, quod aut sacræ fidei, aut bonis moribus, aut apertæ veritati repugnet, & Tridentinum sess. 4. decernat, vt hæc pro authentica habeatur; & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præsumat: non videtur tamen esse contra mentem Concilij, si quis suspicetur, eam editionem necdum ita plenè esse correctam, quin adhuc, aliqua loca minoris momenti perfectius limari & corrigi possint, vt notat Bonfrerius in præloquijs cap. 15. sect. 5. & confirmat authoritate Andreæ Vegæ, qui eidem Concilio interfuit, & Marcelli II. qui antequam ad Pontificatum eueheretur, in illa Synodo Præses fuerat. Idem docet latius Seratius in Prolegomenis. *In diebus tantùm differunt hi textus inter se.*

2. Arbitror igitur diluuij pluuias cœpisse die 17. secundi; Arcam in montibus Armeniæ quieuisse 27. die mensis septimi. Quod censent Del Rio, Cornelius, Bonfrerius, Gen. 7. & 8. Petauius lib. 13. ad ann. m. 1655. lib. 9. cap. 9. & sequentibus. Salianus ann. m. 1616. num. 7. & 48. Torniellus ann. m. 1656. num. 8. Chronicum Alexandrinum. *Conclusio.*

QVÆSTIO V.

Vtrum Vere, an Autumno inceperit diluuium.

Quidam autumno putant.

1. IOsephus lib. 1. Antiq. cap. 3. diluuium autumno cœpisse tradit, siue mense Marchesuan, quem passim sequuntur, qui mundum autumno conditum putat. Lyranus hîc, Tostatus, Oleaster, Petauius, Torniellus, Scaliger, Caluisius suæ assertionis rationem afferunt, quod verisimile sit, Deum illa anni parte diluuium immisisse, qua maximè pluuiæ & imbres decidere solent, quod plerumque adulto autumno accidere solet. Cum enim pluuiæ 40. dies; vis aquarum 150. dies præualuerint, diluuium totam hiemem tenuisse videtur: quod magis rerum naturæ congruit, quam si verno tempore cœptam inundationem tota æstate sæuijsse dicamus. Idem aliqui coniectant ex eo, quod sub diluuij finem columba viridem oliuæ ramum in Arcam retulerit. Hoc enim autumno potius quam veri congruum esse putant.

Rat. 1.

Ratio 2.

Id vere contigisse probabilius.

2. At verò S. Ambrosius cap. 14. initium diluuij in vernum tempus conijcit. Rupertus lib. 14. ca. 25. loquens de mense, quo erupit Cataclysmus ait: mensis secundus secundum legem, ipse est, qui apud Romanos Maius dicitur. His assentitur Del Rio, Cornelius, Menochius Gen. 7. Bonfrerius cap. 1. v. 11. Rabbi Mose apud Lyranum Gen. 7. Salianus ann. m. 1656. num. 18. Pererius Gen. 7. disp. 2. qui addit omnes prope Scriptores Ecclesiasticos idem sentire. Alstedius Chron. Calendariorum, quæ sententia mihi vt communior, ita & probabilior videtur. Nam certum est diluuium anno integro perdurasse: siquidem Noe Patriarcha anno sexcentesimo vitæ suæ, mense 2. Aream ingressus est: anno 601. mense item secundo Arca egressus in terram plenè desiccatam exscendit, & animalia quoquo versum more modoque naturali pabulum sibi quæsitura dimisit. Vix autem, aut saltem non sine miraculo alimenta sibi conuenientia reperissent, si nostro Octobri vel Nouembri, terris recens exsiccatis in campos & siluas immissa fuissent.

Ad 1. Rat. 3. opinionis

3. Diluuio particulari hiems potius, quam æstas idonea videtur: Vniuersalis Cataclysmi alia est ratio, qui in aliqua mundi plaga necessario in æstatem incidit. Suauis diuinæ prouidentiæ dispositio effecit vt respectu Armeniæ & vicinorum climatum, verno tempore diluuium inciperet, ac transacta anni periodo desineret. Sic animalium corpora tædio & pædore tot mensium pene confecta, veris amœnitate & vbertate respirarent, ijs herbis & frugibus paulatim repertis, quæ ad vires reparandas & species propagandas vires naturales suppeditare solent. Si vni tantum terræ portioni hanc Deus eluuionem inducere,

ætre, neque post eam feras conseruare decreuisset, tempestas autumnalis imbribus apprimè conueniret: Secus autem res gerebantur. Addunt nonnulli diuinam iustitiam, misericordiæ tamen admixtam tempus vernum imbribus istis deputasse, vt hoc tam terribili & intempestiuo Cataclysmo duras hominum mentes Noëmi monitis non audientes, aut permoueret ad pœnitentiam, aut etiam punire inciperet. Quod innuere visus est D. Ambrosius, qui cum præmisisset diluuium verno tempore inijsse, subiunxit: *Tunc ergo fecit diluuium quando dolor eorum maior foret, qui in sua abundantia puniebantur, &c.* Et infra: *Ideo non post collectos fructus infunditur aqua, ne beneficium magis diluuio terra sentiret*, puta in ijs partibus, qui cum Noë habitabant, & vernum tempus habebant. *Ad 2. Rat.*

4 Ramus oliuæ, vt supra dixi virere potuit mense vndecimo, qui ferè nostro Februario aut Ianuario respondet, cum tota hieme oliua vireat, & in calidioribus illis regionibus iam tum soleat noua germina & teneriores ramusculos foras protrudere, vt præter alios notat Bonfrerius. Imo Rupertus inde colligit diluuium verno tempore finitum fuisse. Quibus consideratis sicut eorum opinio qui veri diluuium tribuunt, mihi alijs præferenda videtur: ita etiam me ijs libentius adiungo, qui mundi creationem ad vernam temperiem referunt. Scriptores enim eo ferè conspirant, vt, qua quisque anni parte orbem conditum putat, eadem etiam diluuium mundo inductum arbitretur.

QVÆSTIO VI.

Vnde deducatur mensis secundus, quo diluuium cœpit.

1. CErtum est, mensem istum secundum, quo cœpit fieri diluuium aliqua ratione ad annum sexcentesimum vitæ Noë referendum esse, Moyses enim clarè scribit: *anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis rupti sunt omnes fontes*, &c. Sed quæstio est, vtrum mensis iste secundus computetur ab initio anni 600. Noë, siue à die Natali ipsius; an verò fuerit secundus, anni communis & vsitati, qui tunc agebatur. Nam vt aduertit Pererius Gen. 7. disp. 2. quemadmodum Romani supputabant annos ab Vrbe condita, & nos æram Christi temporibus computandis vsurpamus; ita credibile est sub diluuij tempus annos ab exordio mundi fuisse vsitatos. *Ille mense 2. currebat annus 600. Noe.*

2. Notant quoque boni authores assentientibus etiam Acatholicis menses antiquitus non fuisse proprijs nominibus distinctos, sed ex ordine, quo annum conficiebant denominatos, primum, secundum, tertium, &c. ac si noster *Olim mensibus propria nomina deerãt,*

Ianuarius, primus mensis appellatus fuisset, Februarius secundus, Martius tertius, & sic deinceps.

1. Opinio. 3. Salianus ad annum m. 1656. à die natali Noë mensem secundum putare videtur: (quod simpliciter facit Tostatus in hunc locum) quamuis non omnino annum currentem mundi excludat. *Sicut enim*, inquit, *dies decimus septimus ad proximè notatum mensem: ita & mensis secundus ad proxime nominatum annum refertur.* Vnde colligit annos Noë cum annis mundi ferè concurrere, & vtrosque à Veris initio incipere. Idem sentit Torniellus.

Ratio.

Verba Moysis explicantur 1. 4. Hanc sententiam verba Moysis in se spectata non quidem respuunt; sed neque necessario exigunt. Vera etenim forent, quamuis Noë aliquot mensibus ante finem anni ciuilis proximè elapsi, incepisset annum ætatis suæ præcise sexcentesimum. Nam hoc casu verè scripsisset Moyses, factum diluuio initium labente anno sexcentesimo Noë, mense Iiar, (vel vt alij putant, Marchesuan) qui est secundus ab exordio anni communis. Sic pleriq; authores, qui necem Principum Apostolorum notant anno 13. Neronis die 29. Iunij, dicere possent id factum anno 13. Neronis mense sexto, (nempe Romanis) die 29.

Explicantur 2. 5. Eadem phrasi vti potuisset Moyses, quamuis Noë, computatione rigida necdum peruenisset ad initium anni vitæ suæ sexcentesimi, à die natiuitatis computati, sicut Scriptores non mali Sanctorum Petri & Pauli Martyrum signant anno 14. Neronis die 29. Iunij. Sic verum dices si asseueris Christum baptizatum anno xv. Tiberij mense primo (quo scilicet Romani annum suum ordiebantur) die sexta, siue id Geminis, siue præcedentibus Coss. adscribas, vt pluribus declaraui Introd. Chron. capite 18. & Petauius de Doctrin. Temp. lib. 9. cap. 10. Verba enim Moysis nihil aliud significant, quam tunc inijsse diluuium, quando numerabat Noë annum vitæ suæ sexcentesimum, & illuxerat dies 17. illius mensis qui dicebatur secundus: cum nihil obstet, quo minus, vocabula primi, secundi, septimi, decimi mensis loco propriorum nominum vsurpare, & ordinem mensium in narratione diluuij ab anni communis initio supputare potuerit, quamuis anni Noë à die natali ipsius exacte aliter numerari possent.

Ad Rationem 1. opinionis. 6. Neque verò eadem prorsus ratione menses ad annos referuntur, quo singuli dies ad suum mensem. Numerus enim dierum non nisi ad mensem proximè notatum spectare solet: menses autem modo ad annum cui proximè iungitur, modo ciuilem duntaxat referri solet, prout verborum sensus exigit, & data exempla demonstrant. Sic Ptolemæus dum meminit annorum Nabonassari Mardokempadi, Cambysis, &c. adiungit menses, qui non ab Enthronismo die istorum Regum, ad annum communem Ægyptiacum referri debent. Idem fieri amat in sacris codicibus vt Exodi 40. v. 15. *mense primo anni secundi,*

tundi, primo die mensis collocatum est tabernaculum. Hic enim annus secundus ab Exodo intelligitur, non tamen à die ipsa egressionis de Ægypto, sed ab initio anni communis supputari debet: sicut & dies 15. mensis secundi cuius est mentio Exodi 16. vers. 1. & tertius mensis, de quo Exodi 19. vers. 1. Idem videre est 3. Reg. 6. vers. 1. & vltimo, vbi anni ad regnum Salomonis, dies & menses ad annum popularem referuntur: mensis enim secundus quo templum est fundatum, non ab eo die, quo Salomon regni sui quartum annum auspicatus erat, sed ab anni vulgaris Epocha numeratur. Idem est de mense octauo, quo Domus perfecta dicitur. Similibus temporum notis Prophetæ sua vaticinia insignire solent. Vnde valde miror nonnullos authores aliàs præclaros reperiri qui asserant insolitum & inauditum esse, vt cum aliquid factum dicitur, anno, verbi gratia, tertio, mense secundo alicuius Principis, annus referatur ad vitam vel principatum, mensis verò ad annum communem tunc currentem. Vide 4. Reg. 24. Ierem. cap. 28. cap. 29. & 52. Ezechielis cap. 1. 8. 20. 26. 29. 31. 32. &c. Aggæi 1. & 2. Zachariæ 1. & 7. & interpretes eorum capitum, vbi tales modi loquendi habentur & explicantur.

7. Existimo igitur diluuium anno 600. vitæ Noe exortum, sicut Templum ædificari cœptum est anno 4. Regni Salomonis, aut collocatum Tabernaculum anno secundo Exodi. Secundum mensem quo diluuium cœpit, ab anni qui tunc agebatur capite numerandum puto, siue esse secundum anni tunc ab orbe condito currentis. In hoc enim maior pars Scriptorum consentire videtur, vt monent Pererius & Petauius. Idem tanquam concessum sumunt Chronologi plerique omnes, qui annum mundi 1656. aut 1657. ab anno Noe 600. aut 601. minimè distinguunt. Hinc nonnulli cum Iosepho hunc secundum mensem vocant Marcheſuan: alij vt Cornelius, Salianus, Menochius, Iiar esse volunt. Enimuerò sicuti anni Adæ ab Orbis conditu in Scriptura computantur: ita & sequentium Patriarcharum anni ab eodem capite deduci videntur, vt series annorum per decem generationes ab Adamo ad diluuium; à diluuio per Arphaxad ad posteros continuato temporum cursu pertexatur. Sic annus mundi 131. idem apud Chronologos est, qui primus Patriarchæ Sethi; annus mundi 1656. aut 1657. idem censetur cum anno diluuij, annus mundi 1658. vel potius 1659. cum anno primo Arphaxad, supputatione vsitatâ, quamuis fortè neglectis aliquot mensium fractionibus, minus accuratâ. *Conclusio. cœpit diluuiũ mense 2. anni vulgaris.*

8. Ex his patet *primò*, cur initio huius quæstionis dixerim secundum mensem quo inundatio cepit, (idẽ intellige de reliquis, vt septimo & decimo mẽse) aliquo modo pertinere ad annũ Noe sexcentesimũ: quia hic mensis agebatur, quando *1. Corollar.*

2. Corollar. quando putabatur annus ille 600. calculo, si non Mathematico, at ciuili saltem & computatione vulgo vsurpatâ. *Secundo*, fuisse quidem Noë noui sæculi & mundi renascentis patrem, atque ab ipso posteros tempora computare potuisse: non tamen idcirco defectam fuisse mundi æram, ante diluuium sine dubio vsitatam, quasi vero Moyses interciso Chronologiæ filo, per Patriarcharum generationes deducto, ab anno Noë sexcentesimo nouam temporum seriem ordiri voluisset.

QVÆSTIO VII.

Vtrum 40. dies pluuiæ contineantur in illis 150. quibus aqua terram obtinuisse dicuntur.

Status q. declaratur 1. CVm Moyses Gen. 7. v. 12. dixisset: *& facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*, v. 24. ait: *obtinuerunt q; aqua terram centum quinquaginta diebus*. Quo etiam pertinet illud, cap. 8. v. 3. *Et cœperunt minui* (aquæ) *post centum quinquaginta dies*. Hinc oritur quæstio, vtrum 40. dies pluuiæ, præcesserint illos 150. quibus aquæ obtinuerunt terram: ita vt finitis pluuiæ diebus inciperent dies isti 150. & sic ab initio pluuiarum, vsque ad aquarum imminutionem transacti sint dies 190. an verò tempus pluuiæ in istis 150. diebus includatur, ita vt ab initio pluuiæ vsque ad aquarum decrementum non nisi 150. dies; à fine verò pluuiæ tantum 110. numerentur.

1. Cõputatio à fine pluuiarũ. 2. Istos 150. dies à fine imbrium computat S. Chrysost. hom. 25. in Genes. *Tot*, inquit, *dies mansit illarum aquarum altitudo*. Rupertus: *quadraginta dies pluuiæ, cum 150. diebus additæ sex menses lunares efficiunt, & paulò plus quam decem dies supersunt*. Nempe dies 40. diebus 150. conficiunt 190. sex autem menses lunares diebus 177. absoluuntur, & sic supersunt dies 13. Eadem computatione vtuntur Abulensis, Del Rio, Torniellus, & Salianus ad ann. m. 1656. ac in eandem sententiam laudant Rabbi Salomonem, S. Augustinum & Iosephum. Verum S. Augustinus hanc difficultatem nouisse potiùs quam resoluisse videtur. Sic enim q. xi. in Genesin scribit. Quod scriptum est: *aqua exaltata est super terram 150. dies*, quæritur vtrum vsque ad hunc diem creuerit, an per tot dies, in altitudine qua creuerat, manserit? quoniam alij interpretes planius videntur hoc dicere. Nam Aquila dixit: *obtinuit*, Symmachus: *præualuerunt aquæ*. Hæc S. Augustinus. Iosephi autem narratio de diluuio fidem non meretur, vt latè disputat Salianus, aut mendum irrepsit in textum, aut errore lapsus est Iosephus vt notat Pererius lib. 13. in Gen. disp. 3.

3. Con-

3. Confirmant Torniellus & Salianus suam expositionem. Quia diluuium cœpit post 46. dies anni, qui numeratur sexcentesimus Noë, continuata est pluuia per dies 40. cum perpetuo incremento: tum secutus est aquarum status dies 150. qui simul cum diebus imbrium iuncti conficiunt 190. dies, hoc est, sex menses & dies 3. quibus si addas 16. dies, finietur septimus mensis. Pro octauo & nono mense adijciuntur 59. dies, vsque ad initium mensis decimi, quo cacumina montium apparuerunt. Hinc ad corui emissionem dies 40. effluxerunt, denique bis septem consumpti dies, dum columba bis emittebatur. Quibus diebus vnam in summam collectis implebitur totus Solaris annus sexcentesimus vitæ Noë, dierum 365. vt ipsi computant, & concludunt 40. dies huic anno defuturos, nisi 40. dies pluuiæ à prædictis 150. diebus secernantur. *Ratio 3. compus.*

4. Verum hæc in primis calculatio mensem septimum facit cauum, ergo si menses lunares sunt alternatim caui & pleni, mensis primus cauus erit, quod non admittit Salianus. Deinde si dies vndecim adijciantur mensibus lunaribus redditur inutilis mensium lunarium vsus, vt dicam cap. seq. v. 14. Adhæc negandum est, omnes dies trium vltimorum mensium fuisse à Moyse recensitos. Satis erat si eos tantum commemoraret, quibus aliquid singulare factum fuerat. Gratis etiam aliqui assumunt particulam *igitur* Gen. 8. vers. 13. indicare mox tectum Arcæ reductum fuisse, cum reuerteretur columba. Solum enim innuit *vò igitur*, ita res esse gestas, vt ineunte anno 601. Noë tandem tectum illud aperiretur. *Reijcitur 4.*

5. Mirum præterea videtur quod huius opinionis authores asserunt, nimirum cap. 7. Geneseos mensem secundum ab anni Epocha deduci; mensem autem septimum & decimum, à die 17. mensis secundi siue ab ortu diluuij: rursus cap. 8. mensem primum & secundum ab anni capite numerari, sicut mensis secundus cap. 7. computabatur. Vnde bene aduertit Pererius lib. 12. disput. xi. magnam esse in hac sententia difficultatem, qua eius assertores coguntur ambiguè menses computare, aliquos scilicet ab anni Epocha, alios ab initio diluuij: cum eos tamen Moyses sine vlla varietatis insinuatione ponens, eodem modo omnes putandos esse non obscurè indicauerit. *Reijcitur 5.*

6. Exempla quibus suum computum vult confirmare Torniellus, mihi eam ad rem parum idonea videntur: (ea autem producit anno m. 1656. nu. 24. in fine, & ann. m. 3055. num. 2.) Quin potius eorum pleraque indicant mensem septimum & decimum Gen. 8. v. 4. & 5 posse commodè à principio anni, qui 600. Noë dicebatur, computari, & 150. dies ibid. vers. 24. ab initio diluuij accersiri, sicut Torniellus annum 36. regni Asa, 2. Paralip. 16. vers. 1. ducit à primordio regni Iuda, annum 40. quo rebellauit Absalon 2. Reg. 15. vers. 7. ab *Adration. 1. compus.*

actione Dauidis, secundum & tertium mensem de quibus Exodi 16. v. 1. & ca. 19. v. 1. ab anni exordio supputandum fatetur. Vide quæ iam afferam in cap. 8. Gen. v. 2. 5. 10. 14.

2. Computatio ab initio pluuiarum probabilior.

7. Altera ergo supputatio mihi probabilior videtur, quæ ab initio pluuiæ vsq; ad aquarum decrementum, non nisi 150. dies numerat, ita vt 40. dies imbrium in illis 150. absorbeantur. Est S. Ambrosij de Noë & Arca cap. 17. vbi etiam vnum annum computat ab initio diluuij, non vsq; ad annum sexcentesimum primum Noe, sed vsq; ad 27. diem secundi mensis, & mensem septimũ ab initio non diluuij, sed anni, computat. Idem sentit Vincentius lib. 1. Specul. hist. cap. 60. Historia Scholastica cap. 54. Gen. Lyranus Gen. 8. lit. f. & h. Hugo de S. Victore, Cornelius, Bonfrerius, Menochius. Gen. 7. & 8. Gordonus cap. 5. num. 2. Petauius lib. 9. cap. 10. Pererius etiam locis citatis magis in hanc explicationem, quam in aliam propendet. Accedunt Scaliger cap. de diluuio, Caluisius Isag. Chron. cap. 53. Rabi Salomon apud Tostatum & Lyranum in hunc locum. Nulla enim est necessitas aut ratio, quæ suadeat, multiplicanda esse initia mensium, primi, secundi, septimi, decimi, quos in eodem historiæ contextu, sine vllo varietatis indicio ponit Moyses, dum ait, mense secundo anno sexcentesimo vitæ Noe, immissam pluuiam, mense septimo Arcam quieuisse, mense decimo montium iuga apparuisse: ac rursus primo mense anni sexcentesimi primi (puta vitę Noe, vt habent septuaginta & fatentur aduersarij) tectum Arcæ fuisse apertum, mense secundo arefactam terram &c. Sicut ergo mensis secundus omnium iudicio ab anni capite ducitur: ita septimus & decimus, vt supputant S. Ambrosius & alij iam laudati. Annum autem istum fuisse 600. vitæ Noe certum est, sensu superius explicato, quem annum 1656. Orbis conditi numero, aquarum imminutionem refero ad diem 151. ab initio diluuij computatam, quæ fuit 20. septimi mensis lunaris: si verò menses fuere tricenarij 17. Arcæ quietem sacer textus Latinus & Græcus notat die 27. eiusdem septimi mensis quæ dies incurrit in 158. ab inchoato diluuio, si mensibus lunaribus vtamur, si tricenarijs incidet in 161.

Quomodo Aquæ obtinuerunt terrã 150. diebus.

8. Huic expositioni neq; fons Hebræus, neq; vulgata editio, neq; Symmachi, neque Aquilæ, neq; septuaginta interpretum translatio, cum horum 150. dierum mentionem faciant, aduersatur: omnes enim eum sensum admittunt, vt vis diluuij dicatur, superasse terram, aquæ orbem terræ vicisse tum eleuatione sua per dies 40. crescente, tum per alios 110. altitudine permanente, ita vt ab initio ascensus, siue ruptorum abyssi magnæ fontium, vsque ad aquarum imminutionem elapsi sint dies 150. toto enim illo temporis spatio prævaluerunt aquæ, victoriam ab initio pluuiarum inceptam continuo obtinuerunt; partim crescendo, partim in sua altitudine consistendo, dominabantur orbi:

post

post illos verò 150. dies, vis illa immanis aquarum remittere, paulatim cedere, ac imminui, terra vero tyrannidis illius iugum sensim excutere visa est. Quæ tyrannis in terras, non tunc solum sæuiebat, cum maximam altitudinem retineret, sed tunc etiam, cum vis aquarum qua infernè erumpentium, qua supernè præcipitantium sic prævalebat, vt orbis terrarum nullis ruptus molibus obiectis, nullis montium aggeribus oppositis resistere posset. Hebræum verbum גבר gabhar, *roborauit se*. quod isto capite Gen. quater reperitur, v. 8. vbi noster vertit, *inundauerunt*, v. 19 *prævaluerunt*. v. 20. *altior fuit*. v. 24. *obtinuerunt*. Septuaginta transtulerunt, ἐπεκράτει. ἐκεκράτει. ὑψώθη. ὑψώθη. nempe τὸ ὕδωρ.

IN CAPVT VIII.

GEN. v. 2.

Clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli, & prohibitæ sunt pluuiæ. v. 2.

Pluuiæ Diluuii nõ durarunt 150. diebus sed 40. tantum.

HInc Oleaster contendit imbres ab initio diluuij cœptos, durasse 150. dies: eo quod in fine cap. 7. aquę dicantur obtinuisse terram 150. diebus, quibus absolutis tum primum pluuias cessasse, neq, nisi post 40. dies imbrium Arcam à terra eleuatam fuisse autumat. Quod ante docuerat Aben Esra vt habet, nec refutat Munsterus Gen. 7. Sed hæc opinatio bene à pleriſq; refellitur: Deus enim præcedenti capite versu 4. non nisi 40. dierum pluuias minatus fuerat, & eas induxisse dicitur v. 12. Deinde scriptores passim etiam antiqui in hoc consentiunt, quod aquarum altitudo, aut 150. aut saltem 110. dies finitis imbribus tenuerit. Arcam verò, si non ante 40. diem eleuata fuisset, aquæ sine dubio obruissent: ac proinde intra 40. dies pluuiarum, ea fluitare cœpit, priusquam vis aquarum vertices montium transcendisset. Tostatus Gen. 7. putat 5. aut 6. die pluuiarum, Arcam sustolli cœpisse. Nec iuuat Oleastrum, quod Moyses prius illorum 150. dierum meminerit, quam pluuias fuisse prohibitas diceret. Nam etiam v. præcedenti aquas imminutas asseruerat: nec tamen inde colligere licet, eos ante decreuisse, quam pluuiæ cessarent. Moyses igitur, cum hîc ait clausos fuisse fontes abyssi, anacephaleosi vtitur, vt notat Salianus num. 41. & causas minuendarum aquarum ex alijs affert. inter quas v. 1. commemorat ventum exsiccantem, tanquam causam positiuam decrementi aquarum: causas verò negatiuas v. 2. adducit, clausam abyssum, & cataractas cœli, nec non prohibitas pluuias, ne scil. quod initio diluuij factũ fuerat aquarũ vis infernè ac supernè irrumpens vẽtis, & alijs causis exsiccãtibus obstaret. Sic autẽ inhibitæ sunt pluuiæ, vt cum ineunte cataclysmo 40. dies tenuisset, nullæ postea deciderint, quoad Noe cum suis Arca egrederetur anno sequenti

mense 2. die 27. Cum autem Noë in Arca fuerit mensem integrum lunarem & 10. dies, nec nisi 40. primis diebus pluuiæ deciderint, vndecim menses sine pluuia decurrerunt, vt aduertit Bonfr. Gen. 8. v. 4.

GEN. 8. v. 4.

Hic mensis non est ab initio diluuij vel anni 600. Noe sed vsualis anni.

1. *Requieuitq; Arca mense septimo.* Hunc septimum mensem aliqui computant ab initio diluuij, vt Tostatus & ij, qui ab initio pluuiæ vsque ad imminutionem aquarum 150. dies supputant: alij ab initio anni sexcentesimi vitæ Noe; alij denique quorum rationes probo, fatentur quidem hunc septimum mensem incidere potuisse in annum 600. Noe, eum tamen numerant, à capite anni, iuxta modum supputandi illis temporibus vsitatum, siue ab autumno, siue à vere, prout sunt diuersæ authorum hac de re opiniones. Ita Bonfrerius & Petauius, fauetq; Cornelius in hunc versiculum, & disertè exprimit Menochius. Et patet ex dictis cap. præced. q. 8. Dicitur ergo requieuisse Arca mense septimo, subaudi, anno 600. Noë sicut templum ædificari cœptum mense 2. anni 4. Salomonis 3. Reg. 6. v. 1. & verbum Domini factum ad Zachariam mense nono anni 4. Darij Regis, Zachariæ 7. v. 1. Lyranus in hunc locum ab initio anni hunc mensem septimum deducit.

Ab Hebræo hic discrepat Latinus & Græcus.

2. *Vigesimo septimo die mensis.* Ita constanter legunt, editio Latina, Græca, & passim Sancti Patres. In Hebræum textum, post S. Hieronymi tempora, error facile potuit irrepere, idque propter literarum affinitatem, quibus Hebræi diê 17. & 27. exprimere solent, vt plerique huius loci interpretum animaduertunt, & concedere debent ij, qui hunc septimum mensem putant ab anni exordio, vt supra declaraui. Bene etiam nonnulli notant, aquas diluuij paulatim decreuisse: siquidem Arca die 27. mensis septimi montibus iam adhæserat, nec tamen ante decimi mensis initium cacumina montium apparuisse dicuntur. Quare tempus sufficiens interponi debet, inter primum aquarum decrementum, & diem, quo Arca montibus adhæsit. Porro hoc loco, Hebræus duas voces habet יום עשר, id est, decimo die, pro vnica dictione עשרים, hoc est, vigesimo, supple die, vt notant Cornelius, Bonfrerius &c. Similis ferè est lectionis varietas Psal. 4. v. 3. Vsquequo graui corde? vt quid &c.

Opinio Caietani.

3. Caietanus in hunc locum, modernam Hebræorum lectionem sequitur, & ait, *primò*, Arcam requieuisse mense lunari septimo, ab initio diluuij, die 17. *Secundò*, singulis mensibus apud Iudæos 29. dies deputari. *Tertiò*. Ideo ab initio diluuij ad Arcæ quietem dies 191. computat. Vnde tandem cõcludit, 40. dies pluuiæ esse omnino separandos à 150. diebus de quibus Gen. 7. v. 24. Verum

Refutatur

hæc doctrina admittenda non est. Arca enim quieuit die 27. mensis septimi ab anni capite, non à diluuii origine computati. Nec singulis mensibus lunaribus Iudæi 29. dies attribuunt, sed alternis 29. & 30. Sic ab initio mensis primi

primi vsque ad diem 17. septimi, sunt dies 194. Deinde ex supputatione Caietani imminuto aquarum & quies Arcæ in eundem diem incidisset, quod suasu difficile est; imò falsum. Ex falso igitur ratiocinio colligit illos dies 40. pluuiæ ab istis 150. excludendos esse, nec vllo modo probat lectionem Iudaicam, Latinæ & Græcæ editioni præferendam.

Fallit Cæ. putatus Abulensis.

4. Sed & Abulensis computus fallit, qui cum scitè mensibus septem lunaribus dies 207. dedisset; (si menses impares pleni constituantur) inde 190. subtrahit, quot ab initio diluuij vsque ad aquarum decrementum enumerat, remanentibus 17. diebus, colligit totidem diebus aquas prius minui cœpisse, quam Arca iugis montium insedisset. Sed fallit, inquam, computus. Hoc enim Arca non nisi finito mense septimo subsedisset. Dicendum igitur est Arcam substitisse in montibus die 17. mensis septimi, quæ erat 207. dies mensium lunarium ab anni exordio computata, à primo aquarum decremento octaua, ab initio diluuij 178.

GEN. 8. v. 5.

Decimo autem mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium. Caietanus cum nonnullis alijs hunc mensem ab initio diluuij computat. Ab Arcæ quiete, vsque ad initium huius decimi mensis dies 70. connumerat, è quibus 12. ad mensem septimum, reliquos 58. ad octauum & nonum mensem refert. Sed hæc admittenda non esse, ex dictis liquet. Sic enim menses singuli forent 29. dierum, quod iam refutatum est. Adhæc si ab ineunte diluuio, vsque ad apparentia montium capita, nouem menses vt vult Caietanus præterierunt; annus Noe 600. æquo longior fuit. Nam ante diluuium, transacti erant, vt minimum 45. dies, si nimirum primus mensis 29. diebus absoluebatur: quibus si 40. dies corui dimissi, & saltem 14. columbæ bis emissæ adijciantur, confient dies 99. in tres menses, decimum, vndecimum duodecimum distribuendi, qui tamen ex opinione Caietani non nisi 87. dies continent. Abundabit igitur annus sexcentesimus vitæ Noe, diebus, vt minimum 12. Annum etiam olim duodecim mensibus vndetricenum dierum, ac 12. adiunctis diebus contentum fuisse, commiscisci poterit; at probare deberet.

Hic mensis erat 10. nõ ab initio diluuij neque ab Arcæ quiete sed ab initio anni tunc vsitati.

Melius igitur hic mensis decimus ab anni primordio computatur, vt supra dixi, q. 6. in cap. 6. Gen. quod in hunc locum diserte asserunt Lyra. & Menochius cum ijs, qui 40. dies pluuiæ non distinguunt à 150. quibus aquæ terram obtinuisse dicitur Gen. 8. v. 24. vide supra q. 7. Apparuerunt igitur montium apices aquis nudati ineunte mense decimo, ab Epocha anni tunc vsitata, die 167. si menses fuerunt lunares, ab inducto diluuio die 221. vt ex dictis tum hoc capite, tum præcedenti colligere licet.

GEN. 8. v. 6.

Cumq; transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram Arcæ, quam fecerat, dimisit coruum. Hi quadraginta dies computãtur ab initio mensis decimi, quo montium vertices aquis decrescentibus eminere cœperunt, ita vt conspici possent. Ex quo colligimus coruum emissum, mense vndecimo, circa diem decimam aut vndecimam, prout quadragesima dies includi aut excludi, mensis decimus, aut cauus aut plenus computari potest.

GEN. 8. v. 10.

Quoties & quando emissa columba.

Expectatis autem vltra septem diebus aliis rursum dimisit columbam. Certum est ter emissam ex Arca columbam. Prima vice redit vacua, altera cum ramusculo, tertia emansit. Argumentum nullum positiuum occurrit, quo affirmare ausim septenos dies esse interpositos, à coruo dimisso ad primam columbæ emissionem; cum tamen sine ratione dierum numerus augeri non debeat, arbitror vel eo die quo coruus ablegatus fuerat, aut potius sequenti missam primum, & vacuam redijsse columbam, vt quod S. Patriarcha per coruum non potuerat intelligere, per columbam exploraret: an scilicet aquæ cessassent terræ superficiem obtegere. Si enim dixeris cum Lyrano, Abulensi, Del Rio, Noe, coruo in Arcam non reuerso septem dies expectasse, antequam prima vice exploratricem columbam ablegaret: quæram cur non citius? cur non 40. dierum moras traxerit? An quia Moyses, ait eum septem *aliis* diebus præstolatum fuisse: At Moyses voce illa *aliis*, nihil aliud significare videtur, quam hos septem dies, esse ab illis 40. quorum paulo antè meminerat, distinctos, & inter primam ac secundam columbæ explorationem transactos. Ac proinde à die quo coruus euolauerat, vsq; ad eum quo columba ramusculum oliuæ in Arcam reportauit, non nisi septem dies, aut saltem octo fluxisse opinor, sicuti hinc ad tertium columbæ auolatum, alijs septem interceserunt. Ita censent Caietanus, hîc. Salianus loco citato, Pererius lib. 13. disputat. 6. quibus tacitè suffragantur, qui non nisi bis septem dies emissionibus columbæ annumerant, Rupertus li. 4. cap. 25. Torniellus illo anno m. 1656. Oleaster Gen. 7. Bonfrerius Gen. 8. v. 12. Genebrardus lib. 1. S. Ambrosius de Noe & Arca cap. 18. 19. 20.

Obiectio. 2. His obijci solet, tribus mensibus lunaribus contineri dies 88. Moysen verò ab initio mensis decimi vsque ad finem anni tantum numerare, 40. dies corui, bis septem columbæ, qui simul iuncti conficiunt 54. Ergo 34. dies desunt ad anni complementum. Respondet Salianus nouem integros menses, ab initio diluuij, vsque ad detecta montium iuga putandos; tres verò sequentes menses compleri non solum 40. & bis septem diebus, sed etiam 46. qui diluuium præcesserant, è quibus 34. annum lunarem expleuerunt: reliqui verò 12. aut *potius* inquit *vndecim* pertinebant ad exæquandum menses lunares cum anno solari.

3. Ve-

3. Verum contra hanc expositionem occurrit in primis, quod mensis ille decimus, in cuius *primâ die apparuerunt cacumina montium*, non ab initio diluuij, sed à capite anni putandus sit. Deinde hoc modo annus fuisset 12. mensium, & 12. dierum. Si enim primus mensis fuit plenus; reuera 46. dies illius anni diluuium præcesserunt; si primum mensem cauum feceris; cogeris duodecimum, imo & decimum plenos computare, & tribus vltimis mensibus 89. dies tribuere: quo tandem fiet vt annus iste 12. menses lunares & duodecim dies complectatur, nisi forte dixeris Patriarcham eodem illo die Arcæ tectum deduxisse, quo vidit columbam non redire. At verisimilius est columbæ reditū vsq; ad vesperā fuisse expectatum: paulatim deinde sequenti die laboratum tecto remouendo, vt liber in omnem partem aspectus pateret, & videretur, quænam esset rerum facies, præsertim in planis & conuallibus, tandemque deprehenderetur, an terræ superficies humoribus nimijs & luto careret. Quod non ante sequentis anni primordia deprehensum est, quando tamen Noe, rebus omnibus bene perspectis, necdum exscendendi tempus esse iudicauit, donec tandem die 27. mensis secundi, iussu Dei postliminio rursus in terræ possessionem reuersus est. *Responsio.*

4. Quare probabilior videtur eorum responsio, qui ab ineunte diluuio vsque ad aquarum decrementum 150. dies ponunt, mensem vero decimum, quo montium vertices patuerunt, ab initio anni computant: inde tres ipsos menses vsque ad anni finem numerant, rati Moysen, sicuti non omnes menses commemorauit, ita nec omnes dies istius anni expressisse: sed eos tantum, quibus aliquid memorabile contigerat. *Conclusio.*

GEN. 8. v. 13.

Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminuta sunt aquæ super terram, & aperiens Noe tectum Arcæ, aspexit, vidit q; quod exsiccata esset superficies terræ. 1. Quæstio hic est, quomodo dicat Moyses hoc versiculo *exsiccatam* esse *superficiem terræ*, cum versu sequenti asserat; mense demum secundo, die 27. *terram arefactam*? Caietanus diem illum quo terra arefacta dicitur, vnam eandemq; fuisse putat, cum ea, qua exsiccata superficies terræ scribitur: dici autem primâ primi mensis, si referatur ad annos vitæ Noe; sin autem ad annum vsualem siue currentem; nominari 27. secundi mensis. Opinatur enim hic author mensem septimum & decimum, cuius mentio fit hoc ca. v. 4. & 5. ab initio diluuij petendos esse; mensem primum v. 13. ad Natalem spectare; mensem secundum v. 14. ab anni primordio deduci. *Quæstio.* *1. Opinio.*

2. At melius Pererius lib. 13. disp. 9. & alij passim arbitrantur Moysen in tam breui narratione, tanta ambiguitate loqui noluisse, quæ narrationē ipsam obscu- *2. Opinio. verior.*

obscuraret, & lectoris intelligentiam confunderet. Accipitur igitur hic primus mensis, prima dies mensis, secundus mēsis, & 27. eiusdem, vt superiori cap. secundus mensis 17. eiusdem, qua cœptum est fieri diluuium, facta ab anni currentis initio supputatione. Dicitur in Græco diserte hic annus sexcētesimus vitæ Noe (quod in Hebræo supprimitur) eo nimirum sensu, quo diluuium anno sexcentesimo Noe inijsse scribitur Gen. 7. v. 11. vt supra dixi.

Concl. 3. Prima die primi mensis terræ superficies, aquis nudata & exsiccata erat, interius vero humida, mollis & adhuc lutulenta: die 27. sequentis mensis terra ipsa ita perfectè arida siue sicca & solida extitit, vt commodam hominibus & bestijs habitationem præberet. Ita innuit textus ipse & plerique interpretum docent, Abulensis, Pererius, Cornelius, Bonfrerius, Salianus an. mundi 1657. num. 5. & 6.

GEN. 8. v. 14.

Duratio Diluuij. *Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis arefacta est terra.* Hinc apparet, *quanto temporis spatio duraverit diluuium, Noe in Arca manente.* Constat enim diluuium cœpisse, anno illo, quo numerabatur sexcentesimus vitæ Noe, die 17. secundi mensis. Gen. 7. v. 11. Finito autem penitus cum suis reliquijs diluuio, Noe cum suis ex Arca egressus est, *mense secundo, septimo & vigesimo die mensis.* Gen. 8. v. 14. & 18. vtique anno sexcentesimo primo. Transierunt igitur ab initio diluuij vsque ad exscensionem ex Arca inclusiuè, annus vnus vsualis, & dies vndecim. Vtrum tunc anni solares in vsu fuerint, ita vt singuli communes 365. diebus constarent, in quæstione poni solet: probabilius puto fuisse lunares ordinariè dierum 354. cum Lyra Gen. 8. & alijs supra laudatis Gen. 7. q. 2. num. 9. Quod si ita est, nec annus iste Embolimæus fuit, Noe clausus in Arca permanserit, ad diem 365. quo clauditur communis annus solaris. Hoc probabilissimum putat Bonfrerius hic v. 14. Neque huic calculationi aduersantur, quæ in hunc locum notat Cornelius. Puto enim diluuij tempore in vsu fuisse, annos eo fere modo constitutos, quo Hebræi iam olim vsi sunt, & per vnius mensis intercalationem, secundo vel tertio anno insertam, suos annos ad solis cursum reuocabant, vt habet ibidem Cornelius, qui hanc anni formam vocat solarem, eo quod Hebræi semper annum suum inchoarent à mense nouarum frugum, & in eo Pascha celebrarent. Fauet Iosephus, citatus illa q. 2. num. 10. Modus enim quo Iudæi annos dispensant facit vt lunaribus quidem mensibus vtantur, sed interposito certis tēporibus Emboliſmo, Nisan haud procul ab æquinoctio verno retineant, atque adeo annos vsuales ad solis motum quadantenus reducant. Quod ipsum lege accepta sub Moyse factitarunt, vt ea, de Paschate, eleuatione manipuli, Pentecoste, messe triticea obseruarent, quæ lege cauebantur. Non fuit igitur opus vlla fastorum mutatione, quoad numerum mensium, & dierum,

rum, quando lex per Moysen data est; sed tantum monendi erant Hebræi, vt Nisan in mensibus anni sacri primus constanter haberetur, quia non solum eo mense contigerat Exodus, sed fortè etiam creatus fuerat Adam, & anni primitus inde ducebantur.

2. Quamobrem Torniello & Saliano non assentior, dum anno mundi 1656. & 1657. annum Noë sexcentesimum faciunt solarem, ex 12. mensibus lunaribus & diebus vndecim conglutinatum. Non enim video, cur lunares menses vsurpentur, nisi ad cursum lunæ accommodentur, ea ferè ratione, qua etiamnum factitant Hebræi. Hanc autem rationem omnino turbant dies isti vndecim adiectitij: sic enim fieret, vt si annus 600. Noe, nouilunio iniret, sexcentesimus primus luna circiter vndecima, 602. luna 22. 603. luna 3. sequens circa plenilunium aperiretur, & totius annorum istorum decursu, menses dicti lunares, multum à lunari mutatione discreparent, ac proinde tolleretur omnis vsus vtilis mensium lunarium, qui vulgo alium in finem non vsurpantur, nisi vt singuli dies mensium, ætati lunæ, more modoque ciuili congruant: quod ficti isti dies vndecim non patiuntur, nisi quam rarissimè. Menses lunares non sunt ad vsum idonei, nisi vt ex ijs annus lunaris constituatur vel simplex 354. dierum, vel embolimæus 384. aut 383. *Corollar.*

QVÆSTIO VNICA.

Quomodo diluuij tempus ad menses Romanos accommodari possit.

1. AVgustinus Torniellus ad annum mund. 1657. num. 3. rationi magis consentaneum putat, diluuium autumno inijsse, & anno sequenti circa Nouembrem esse finitum. Nihilominus num. 4. prolixè argumenta congerit, quibus confirmet opinionem Antonij Fonsecæ Lusitani, qui in suis super Caietani commentaria notis, Gen. 8. arbitratur mense Ianuario Patriarcham ex Arca egressum, & Ianum à Gentilibus nuncupatum. Verùm quicquid sit de Iani appellatione; exitus de Arca, non est tribuendus mensi Ianuario, tum quia reclamant vbique Scriptores, tum quia Torniellus asserit probabilius esse ipsum Noë, non præcisè ab eo tempore quo ex Arca pedem extulit, nimirum 27. mensis secundi: sed à proximo mensis tertij initio, nouum annum, nouam æram instituisse, primaque die sacrificium Deo obtulisse: tum denique quia coniecturæ, quas in hanc sententiam adducit, facilem ac obuiam habent solutionem, vt eas legenti patebit. *1. Opinio.* *Refutatur*

2. Hacigitur opinione omissâ, duratio diluuij, varijs nec improbabilibus modis aptari potest Romanis mensibus nunc vsitatis, prout sunt variæ nec probabilitate carentes, de anno ante vulgarem Christi æram, quo diluuium accidisse dicitur opiniones. Salianus & Torniellus illud adscribunt anno 2398. Petauius 2329. Caluisius 2294. Bucholcerus 2315. alij alio anno. Rem duobus exemplis illustrare sufficiat. Petauius sub initium lib. 13. ad annum m. 1655. hanc diluuij Chronotaxin breuiter ac dilucidè tradit. Anno, inquit, mundi labente 1655. à Ianuario, ineunte verò 1656. ab Octobri ac rerum conditu diluuium accidit. Mensis primus inijt Octobris x. feria III. Mensis secundus Nouembris IX. Itaque decima septima die mensis secundi, Nouemb. XXV. pluuiæ cœperunt, & Noë in Arcam ingressus est. Quadraginta porro diebus continuè pluit; quod Decembris 26. die feria III. fieri desijt. Eodem interuallo aquæ cæteræ, vehementius inundarunt, ac terram vniuersam operuerunt, sic vt quindecim cubitis supra montium vertices eminerent. Anno verò mundi 1656. his verbis orsam Chronologiam pertexit: Huius anni maiorem partem diluuium occupauit. Postquam diebus centum & quinquaginta, partim ingentibus pluuijs, partim inundante mari auctæ in immensum aquæ terram obruerunt: deinceps minui cœperunt à die 17. mensis æquabilis septimi, qui est Aprilis XXIV. feria III. inde XXVII. die mensis eiusdem, hoc est, vndecimo postquam minui cœptæ sunt, Maij IV. feria VI. requieuit Arca super montes Armeniæ, vt habet editio Latina vulgata. Postea decimo mense, prima die apparuerunt cacumina montium Iulij VII. feria VII. Post dies XL. Noë coruum emisit ex Arca Augusti XVI. feria V. qui nō est reuersus. Post VII. dies Augusti XXIII. feria V. columbam dimisit, quæ cum in sicco pedem figere non posset, ad eum reuertitur. Igitur post septem alios dies, hoc est, Augusti XXX. feria V. iterum emisit columbam, quæ ad eum reuersa virentem oleæ ramum attulit. Rursus post septem dies Septemb. VI. feria V. columbam dimisit, quæ non est reuersa. Euoluto demum anno sexcentesimo Noëmi & ineunte sexcentesimo primo, mense primo, id est, Octobris X. feria VII. siccatis iam aquis Noe tectum Arcæ diduxit. Mense deinde secundo, die XXVII. nempe Decembris VIII. feria VII. iussu Dei Noë ex Arca digressus est, ac Soteria celebrauit. Hæc ibi Petauius, quæ latius explicat tomo 2. lib. IX. cap. XI.

Chronotaxis diluuij ex Petauio

Chronotaxis diluuij ex Caluisio.

3. Sethus Caluisius ad annum m. 1656. sic scribit. Noah die 21. Nouembris feria 4. accipit mandatum, vt ingrediatur Arcam cum vxore, tribus filijs & omnis generis animalibus. Pluuiæ incipiunt die 28. Nouembris &c. Ad annum verò 1657. pluuiæ cessant die 6. Ianuarij. Arca quieuit die 26. Aprilis in montibus Ararat. Circa octauam Iulij apparuerunt cacumina montium. Noah coruum emittit circa 17. Augusti, post octiduum die 24. Augusti e-

mittit

mittit columbam, iterum post octiduum vltimo Augusti columba emissa lætum aquarum imminutarum nuncium præbet, exhibito ramusculo oleæ virentis. Die 7. Septembris columba emissa non redit. Circa vndecimum Octobris Noah tectum Arcæ remouet, seq; cum omnibus animantibus iterum terræ committit, circa 7. Decembris. Hæc ex illo, paucis omissis, ad Chronologiam non spectantibus: quæ prolixius deducit Isagoges Chron. cap. 33.

4. Nota hunc authorem sequi textum Hebræum, ex quo Arcæ quietem notat 17. mensis septimi: atque ita iuxta ipsius computum, eadem die qua cœperunt aquæ imminui, Arca requieuit. Quod licet absurdum sit, mauult tamen hæreticus hoc admittere, quam cum Sanctis Patribus Latinam & Græcam versionem admittere. Vide supra, quæ annoto Gen. 7. q. 2. sub finem. *Nota 1.*

5. Aduerte rursus horum duorum authorum calculationem congruere annis Iulianis, siue Calendario veteri, quo à Christi pueritia vsque ad Gregorium XIII. vsi sunt Romani, tum Ethnici, tum Christiani. Denique in vtriusque supputationibus accipiendos esse menses 30. dierum. *Nota 2.*

6. Ego vero probabilius existimo Patriarchas vtpote Astronomiæ non ignaros, & à vulgi consuetudine non abhorrentes, talem anni formam obseruasse, vt singulorum annorum capita non multis diebus ab æquinoctio distarent, & vsu saltem ciuili initia mensium cum nouilunijs congruerent: ac proinde mensibus lunaribus vsos fuisse, qui magis Gregoriano quam Iuliano Calendario responderent. Cum etiam ex æquo & bono constituam diluuium anno mundi 1656. ante communem æram Christi 2385. putaui subijciendum diagramma, durationis diluuij per dies singulos extensæ & ad menses lunares, & Romanos accommodatæ, iuxta formam styli Gregoriani. Incipio verò diluuij Chronotaxin à die 17. mensis secundi, anni tunc currentis, qui erat sexcentesimus Noë, eiusque dies 46. elapsi erant, si mensis primus fuit plenus: quamuis potius crediderim fuisse cauum. Sed communi apprehensioni hîc seruio. *Opinio authoris.*

DIAGRAMMA DVRATIONIS DILVVII.

Dies anni.	Dies ab initio diluuij.	Mensis lunaris Iiar.	Mensis Rom. Maÿ.		Dies anni.	Dies ab initio diluuÿ.	Mensis lunaris Iiar.	Mensis Rom. Maij.
47	1	17. *a*	6	*a* Die 27. secundi mensis cepit diluuiũ. Gen. 7. v. 12. Si id contigit, anno ante æram Christi 2385. initium anni Lunaris cõmodè referri potest ad 10. Aprilis Iuliani cyclo Solis 5. lit. Domin. B. A. Aureo numero 11. Stylo vero Gregoriano, quo hic vtor ad 21. Martij fer. 2 lit. Dom. C. B.	69	23	10	28
48	2	18	7		70	24	11	29
49	3	19	8		71	25	12	30
50	4	20	9		72	26	13	31
51	5	21	10		73	27	14	1. Iun.
52	6	22	11		74	28	15	2
53	7	23	12		75	29	16	3
54	8	24	13		76	30	17	4
55	9	25	14		77	31	18	5
56	10	26	15		78	32	19	6
57	11	27	16		79	33	20	7
58	12	28	17		80	34	21	8
59	13	29	18	*b* Incipit Sivan mensis tertius.	81	35	22	9
60	14	1. *b*	19		82	36	23	10
61	15	2	20		83	37	24	11
62	16	3	21		84	38	25	12
63	17	4	22	*c* Vltimus dies pluuiæ fuit quadragesimus ab initio diluuij 27. mensis Sivan 14. Iulij fer. 3. Diluuium autẽ incepit die 17. secundi mensis Maij Gregoriani die 6. fer. 6.	85	39	26	13
64	18	5	23		86	40. *c*	27	14
65	19	6	24		87	41	28	15
66	20	7	25		88	42	29	16
67	21	8	26	*d* Tamuz 4. mensis inijt die 44. ab initio Diluuij 18. Iunij.	89	43	30	17
68	22	9	27		90	44	1. *d*	18

Dies

Dies anni.	Dies ab initio diluuij.	Mensis lunaris.	Mensis Rom. Iun.
91	45	2	19
92	46	3	20
93	47	4	21
94	48	5	22
95	49	6	23
96	50	7	24
97	51	8	25
98	52	9	26
99	53	10	27
100	54	11	28
101	55	12	29
102	56	13	30
103	57	14	1. Iul.
104	58	15	2
105	59	16	3
106	60	17	4
107	61	18	5
108	62	19	6
109	63	20	7
110	64	21	8
111	65	22	9
112	66	23	10
113	67	24	11
114	68	25	12
115	69	26	13
116	70	27	14
117	71	28	15
118	72	29	16
119	73	1. e	17
120	74	2	18
121	75	3	19
122	76	4	20
123	77	5	21
124	78	6	22
125	79	7	23
126	80	8	24
127	81	9	25
128	82	10	26
129	83	11	27
130	84	12	28
131	85	13	29
132	86	14	30
133	87	15	31
134	88	16	1. Aug

Dies anni vsualis.	Dies ab initio diluuij.	Mensis Ab	Mensis Rom. Aug.
135	89	17	2
136	90	18	3
137	91	19	4
138	92	20	5
139	93	21	6
140	94	22	7
141	95	23	8
142	96	24	9
143	97	25	10
144	98	26	11
145	99	27	12
146	100	28	13
147	101	29	14
148	102	30	15
149	103	1. *f*	16
150	104	2	17
151	105	3	18
152	106	4	19
153	107	5	20
154	108	6	21
155	109	7	22
156	110	8	23

f Elul mensis sextus incipit die 103. diluuij, Augusti 16.

Dies anni vsualis.	Dies ab initio diluuij.	Mensis Ab	Mensis Rom. Aug.
157	111	9	24
158	112	10	25
159	113	11	26
160	114	12	27
161	115	13	28
162	116	14	29
163	117	15	30
164	118	16	31
165	119	17	1. Sept.
166	120	18	2
167	121	19	3
168	122	20	4
169	123	21	5
170	124	22	6
171	125	23	7
172	126	24	8
173	127	25	9
174	128	26	10
175	129	27	11
176	130	28	12
177	131	29	13
178	132	1. *g*	14

g Die 178. ab initio anni 132. ab initio diluuij, Septemb. 14. aperitur mensis septimus Tisri.

Dies

Dies anni.	Dies ab initio diluuij.	Mensis Tisri.	Mensis Sept.
179	133	2	15
180	134	3	16
181	135	4	17
182	136	5	18
183	137	6	19
184	138	7	20
185	139	8	21
186	140	9	22
187	141	10	23
188	142	11	24
189	143	12	25
190	144	13	26
191	145	14	27
192	146	15	28
193	147	16	29
194	148	17	30
195	149	18	1. Oct.
196	150	19 *h*	2
197	151	20	3
198	152	21	4
199	153	22	5
200	154	23	6

h *Obtinuerunt aquæ terram* 150. *diebus.* Gen. 7. v. 24. *Et cœperunt minui post* 150. *dies.* Gen. 8. v. 3. nempe ab incepto diluuio. Dies autem centesima quinquagesima incidit in 2. Octobris fer. 1.

k *Requieuit arca mense septimo vigesimo septimo die mensis, super montes Armeniæ.* Gen. 8. v. 4. puta 10. Octobris fer. 2.

l Die 162. ab initio diluuij cœpit mensis octauus Marcheſuan.

Dies anni.	Dies ab initio diluuij.	Mensis Tisri.	Mensis Sept.
201	155	24	7
202	156	25	8
203	157	26	9
204	158	27 *k*	10
205	159	28	11
206	160	29	12
207	161	30	13
208	162	1. *l*	14
209	163	2	15
210	164	3	16
211	165	4	17
212	166	5	18
213	167	6	19
214	168	7	20
215	169	8	21
216	170	9	22
217	171	10	23
218	172	11	24
219	173	12	25
220	174	13	26
221	175	14	27
222	176	15	28

Dies anni.	Ab initio diluuij.	Menſis Cheſuã	Menſis Octob.	
223	177	16	29	
224	178	17	30	
225	179	18	31	
226	180	19	1. Nov.	
227	181	20	2	
228	182	21	3	
229	183	22	4	
230	184	23	5	
231	185	24	6	
232	186	25	7	
233	187	26	8	
234	188	27	9	
235	189	28	10	
236	190	29	11	
237	191	1. *m*	12	*m* Initium menſis noni Casleu.
238	192	2	13	
239	193	3	14	
240	194	4	15	
241	195	5	16	
242	196	6	17	
243	197	7	18	
244	198	8	19	

Dies anni.	Ab initio diluuij.	Menſis Cheſuã	Menſis Octob.
245	199	9	20
246	200	10	21
247	201	11	22
248	202	12	23
249	203	13	24
250	204	14	25
251	205	15	26
252	206	16	27
253	207	17	28
254	208	18	29
255	209	19	30
256	210	20	1. Dec.
257	211	21	2
258	212	22	3
259	213	23	4
260	214	24	5
261	215	25	6
262	216	26	7
263	217	27	8
264	218	28	9
265	219	29	10
266	220	30	11

Dies anni.	Ab initio diluuij	Mensis Tebeth	Mensis Decēb.
267	221	1 *n*	12
268	222	2	13
269	223	3	14
270	224	4	15
271	225	5	16
272	226	6	17
273	227	7	18
274	228	8	19
275	229	9	20
276	230	10	21
277	231	11	22
278	232	12	23
279	233	13	24
280	234	14	25
281	235	15	26
282	236	16	27
283	237	17	28
284	238	18	29
285	239	19	30
286	240	20	31
287	241	21	1.Ian.
288	242	22	2

n Initium mensis decimi Thebeth. *Decimo mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium.* Gen. 8. v. 5. die ab inchoato diluuio 221. Decembris 12. fer. 2.

p Initium mensis vndecimi Sebat.

q *Cumq; transissent 40. dies aperiens Noe fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit cornum.* Gen. 8. v. 6. Hi 40. dies ab initio mensis decimi computantur, & finiuntur die 11. mēsis vndecimi 20. Ianuarij, ann. ante Chr. 2384. feria 6. Sequenti die, puto emissam prima vice columbam fer. 7 de qua Gen. 8. v. 8. *Emisit quoq; columbam post eum.*

Dies anni.	Ab initio diluuij	Mensis Tebeth	Mensis Decēb.
289	243	23	3
290	244	24	4
291	245	25	5
292	246	26	6
293	247	27	7
294	248	28	8
295	249	29	9
296	250	1. *p*	10
297	251	2	11
298	252	3	12
299	253	4	13
300	254	5	14
301	255	6	15
302	256	7	16
303	257	8	17
304	258	9	18
305	259	10	19
306	260	11 *q*	20
307	261	12	21
308	262	13	22
309	263	14	23
310	264	15	24

Dies anni	Ab initio diluuij.	Mensis Sebat.	Mensis Ianua.
311	265	16	25
312	266	17	26
313	267	18 r	27
314	268	19	28
315	269	20	29
316	270	21	30
317	271	22	31
318	272	23	1. Feb.
319	273	24	2
320	274	25 a	3
321	275	26	4
322	276	27	5
323	277	28	6
324	278	29	7
325	279	30	8
326	280	1. b	9
327	281	2	10
328	282	3	11
329	283	4	12
330	284	5	13
331	285	6	14
332	286	7	15

r Circa diem 18. mẽsis vndecimi puto emissam altera vice columbã, quãdo dicitur ramum virentis oliuę in arcam retulisse.

a Circa 25. aut 26. mensis vndecimi, tertium emissa columba, non redijt in arcam. v. 12.

b Initium mensis duodecimi Adar dicti.

Dies anni	Ab initio diluuij.	Mensis Sebat.	Mensis Ianua.
333	287	8	16
345	288	9	17
335	289	10	18
336	290	11	19
337	291	12	20
338	292	13	21
339	293	14	22
340	294	15	23
341	295	16	24
342	296	17	25
343	297	18	26
344	298	19	27
345	299	20	28
346	300	21	1. Mar.
347	301	22	2
348	302	23	3
349	303	24	4
350	304	25	5
351	305	26	6
352	306	27	7
353	307	28	8
354	308	29	9

Dies anni.	Ab initio diluuij.	Mensis Nisan.	Mensis Martij.
355	309	1 c	10
356	310	2	11
357	311	3	12
358	312	4	13
359	313	5	14
360	314	6	15
361	315	7	16
362	316	8	17
363	317	9	18
364	318	10	19
365	319	11	20
1. d	320	12	21
2	321	13	22
3	322	14	23
4	323	15	24
5	324	16	25
6	325	17	26
7	326	18	27
8	327	19	28
9	328	20	29
10	329	21	30
11	330	22	31
12	331	23	1. Apr.
13	332	24	2
14	333	25	3
15	334	26	4
16	335	27	5
17	336	28	6
18	337	29	7
19	338	30	8
20	339	1. e	9
21	340	2	10
22	341	3	11
23	342	4	12
24	343	5	13
25	344	6	14
26	345	7	15
27	346	8	16
28	347	9	17
29	348	10	18
30	349	11	19
31	350	12	20
32	351	13	21
33	352	14	22

c Initium primi mensis anni ab Orbe condito 1657. quo spectat illud Gen. 8. v. 13. *Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram.*

d Finis anni solaris.

e Initium mensis secundi, qui postea dictus est Iiar.

Dies anni.	Ab initio diluuij.	Mensis Iiar.	Mensis Aprilis
34	353	15	23
35	354	16	24
36	355	17	25
37	356	18	26
38	357	19	27
39	358	20	28
40	359	21	29
41	360	22	30
42	361	23	1. Maij
43	362	24	2.
44	363	25	3
45	364	26	4
46	365	27 f.	5

f Menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis arefacta eſt terra. Gen. 8. v. 14. Tunc Noë cum ſuis iuſſu Dei, ex arca egreſſus, ſacrificat. verſ. 18. Egreſſum Noë ex arca, refero ad diem 5. Maij, cum anno præcedenti ſexta die eiuſdem in eam ingreſſus eſſet. Qui verò in hiſtoria diluuij menſes 30. dierum, & quantitatem anni æquabilis Ægyptiaci ſumendam exiſtimant, Patriarcham anno integro ſolari & diebus vndecim in arca remorantur.

IN CAPVT IX.

GEN. v. 21.

Huius hiſtoria tempus incertum eſt.

Bibensq; vinum inebriatus eſt, &c. Quoto anno poſt diluuium id acciderit, incertum eſt. Theodoretus q. 57. in Geneſin tradit ex Hebræis Chanaan filium Chami, primò auum ſuum nudatum petulanter aſpexiſſe, tum parenti ſuo rem iſtam retuliſſe, Chamum filij petulantiam non coërcuiſſe, imò ſenis nuditatem irriſiſſe, ac fratribus, niſi modeſtiores fuiſſent, illudendam propoſuiſſe. Hanc traditionem admittit Caietanus, in hunc verſiculum, Menochius

nochius vers. 25. Salianus ann. m. 1671. num. 2. Eandem referunt & tacitè approbare videntur Pererius hîc, Torniellus ann. m. 1666. num. 3. Probabilitate non carere asserit Bonfrerius, cui assentior. Hinc ratio facilè redditur, cur S. Patriarcha non in alios Chami filios, sed in Chanaan solum maledictionis fulmen intorserit: quia videlicet illi fuerant peccati exsortes; Chanaan verò vt sceleris particeps, ita & maledictioni obnoxius. Atque ita probabile est, annis aliquot à diluuio decursis hoc accidisse, quando nimirum Chanaan, post tres suos fratres natus doli capax erat, vt notant S. Ambrosius cap. 32. Pererius, Del Rio, Cornelius, Bonfrerius, Salianus, Torniellus. Vtrum verò iam adultus fuerit incompertum est. Crediderim potius eum adhuc puerum tunc fuisse, sicut eum vocant Septuaginta, siue adolescentulum, 10. aut 12. circiter annorum, vt nonnullis authorum citatorum placet. Esto demonstratiuè refelli non possint, ij qui fortè dicerent, Chanaan iam ad ætatem adultam peruenisse, vel qui cum Gennadio & Origene, eum natum necdum fuisse, quando Noë nudatus fuit, arbitrarentur. Sicut enim Prophetico spiritu Noë Chananæis malè dixit, antequam existerent; ita & Chanaan nepoti, eius impietatem paternæ similem prænidens, maledicere potuit.

GEN. 9. v. 24.

Cum dideicisset, quæ fecerat ei filius suus minor. Septuaginta τὸν νεώτερον vocant; quem Theodoretus putat fuisse Chanaan filium Chami, nepotem Noë, cui mox versiculo sequenti maledicitur: solent enim aui suos nepotes dulci filiorum vocabulo compellare. Iure autem poterat dici minor, vt distingueretur à Sem, Cham, & Iapheth; qui fuere maiores, & propinquiores Noë filij, vt aduertit Pererius. Communis tamen doctrina est, minoris filij nomine hîc intelligi ipsum Cham parentem Chanaan, qui comparatiuè minor siue iunior Semo dicatur, quamuis Iaphetho senior. Ita Pererius, Cornelius, Bonfrerius, cum S. Chrysostomo hom. 29. in Genesin, vbi ait Chamum maiorem fuisse, quam Iapheth, dici tamen minorem, & suis fratribus postponi, propter scelus in parentem commissum. Idem habet S. Ambrosius illo cap. 32. de Noe & Arca, qui cum dixisset, Cham fuisse medium filiorum Noe, subiungit, eum iuniorem appellari non ætate, non tempore, sed rudem sensu, & in quadam intellectus infantia constitutum.

Quis minor ille filius Noe.

GEN. 9. v. 29.

Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis. Hos annos sicut & biennium nati Arphaxad à transacto diluuio putandos arbitror. Notant autem hic nonnulli Mathusalam vixisse cum Adamo annos 242. cum Noe verò circiter sexcentos, siquidem ipse Mathusala proximè ante diluuium obijt. Vnde colligimus Patriarcham Noe viuæ vocis oraculo à Mathusala rerum naturalium

Vixit Noe 350. annis à transacto diluuio.

ralium & supernaturalium scientiam consequi potuisse, quam Adamus Mathusalæ tradiderat. Addunt aliqui Abrahamum cum Noë vixisse annos 58. (cū à diluuio, vsque ad excessum Noe Scriptura 350. annos numeret) & hoc modo plurimarum rerum scientiam ab Adamo per Mathusalam, & Noe ad Abrahā peruenisse. Verum hoc intelligi debet, ex eorum sententia, qui putant Abrahamum annis à diluuio 292. elapsis natum. Ego verò cum alijs à diluuio ad ortum Abrahæ annos 382. computo. Cum vero Semus ante Mathusalæ obitum annis vt minimum 98. natus fuerit, & post diluuium 502. annos vixerit; potuit ad annum Abrahami 120. peruenisse, & quæ ipse Semus à Mathusala, & hic à primo parente didicerat, cum Abrahamo communicare.

IN CAPVT X.

GEN. v.21.

An Iaphet natus ante Semum.

1. Opinio affirmat.

FRatre Iaphet maiore. Græca habent ἀδελφῷ ἰαφὲθ τῷ μείζονι, fratri Iaphet maioris: textus verò Hebræus ex se ambiguus est. Opinionem Rabinorum & textum Græcum secuti Lyranus & Tostatus, putauerunt Iaphet siue Iapetum fuisse natu maximum trium filiorum Noe, qui hîc recensentur, secundum Cham, tertium Sem: quam opinionem probabilissimam existimauit Genebrardus. In cuius confirmationem adduci potest:

1. Ratio.

1. Quod Semus biennio post diluuium non nisi centum annorum dicatur. Gen. 11. v. 10. & Noe hos tres filios genuisse cum esset 500. annorum. Gen. 5. v. 31. Genuerit igitur Noe Iaphetum anno illo quingentesimo, Chamum 501. ac denique Semum 502. qui hoc modo biennio post diluuium centenarius inuenietur.

2. Ratio.

2. Quod hoc capite primo loco commemorentur filij Iapeti, deinde Chami, vltimò Semi. Si quis huius sententiæ authoribus obijciat scripturam, quæ filijs Noe recensendis constanter primum Semo locum tribuit, alterum Chamo, tertium Iapeto: Respondebunt, id fieri ratione dignitatis & sanctitatis, quia à Semo per Arphaxad descendit Abraham, atque adeo Messias ipse.

2. Opinio negat.

2. Tenenda nihilominus mihi videtur alia sententia, quæ iuxta vulgatam editionem, Semum inter fratres, Iapeto maiorem nominat. Ita legunt Caietanus, Pagninus, Vatablus, & legendum docent Cornelius atque Bonfrerius, qui notant verisimile esse, septuaginta versionem olim à Latina non discrepasse, eo quod in ijs eodem modo, quo in nostra editione legat S. Augustinus, lib. 16. de ciuit. cap. 3. S. verò Ambrosius cap. 31. sic sacram paginam interpretatur, vt Semus sit natu maximus filiorum Noe, medius Cham, minimus Iaphet: cui cum authoribus iam citatis assentior, fauente Torniello ann. m. 1659. vbi ait probabilius

bilius sibi videri Sem fuisse Iapeto maiorem, quod disertè asserit Menochius in hunc v. 21.

3. Ad id verò quod iam afferebatur, de filijs Noe anno ætatis ipsius 500. generari cœptis respondet Pererius lib. 15. disp. 10. vel Noe non cœpisse generare quingentesimo ætatis suæ anno præcisè: sed 502. eoque ipso anno Sem esse genitum, ob idque biennio post diluuium, fuisse eum centum annorum: vel Sem illo anno post diluuium, quo genuit Arphaxad, non fuisse centum annorum præcise, sed centum & duorum: cum diuinæ Scripturæ mos sit, minutis numeris prætermissis integrum siue rotundum numerum duntaxat commemorare. Idem habet Petauius lib. 9. cap. 17. & Cornelius in hunc locum, qui postea cap. 11. Gen. addit Sem genitum anno 502. Noe, & præcisè fuisse 100. annorum, quando genuit Arphaxad: *quia enim*, inquit, *hic numerus minutus exprimitur, scilicet, quod biennio post diluuium Sem fuerit centum annorum, qui non exprimitur, cap. 5. vers. 32. hinc Moyses hic potius, quam capite 5. præcisè videtur consignare annos Sem.* Hãc expositionem tuetur Bonfrerius, & ait sensum Scripturæ esse Gen. 5. Noe non ante 500. annum, sed sub illud tempus illos generasse. Idem habet Salianus an. m. 1059. & 1659. Petauius in serie temporum ann. m. 1558. ait: *Noe annos natus 502. genuit Sem.* Et an. 1658. *Arphaxad filius Sem nascitur, cum is centesimum annum ageret.* Idem habet Caluisius an. m. 1658. *Ad 1. Rat.*

4. Ratio etiam ad præcedentis opinionis firmamentum proposita, efficax non videtur. Moyses enim paucis Cham & Iaphet prosapiam expedire volebat, vt continuato postea historiæ filo, ordinem & res gestas posterorum Sem, sine interruptione vsque ad Abraham pertexeret. Primo loco recensentur filij Iaphet, deinde Chami, vltimo Semi, nempe à minimo, ad maximum natu: Chami progenies filijs Semi proximè adiungitur, quia Moyses sæpius Chananæorum mentionem facturus erat, propter historiam de Semi posteris ex professo instituendam. *Ad 2. Rat.*

5. Neq; verò ex eo præcisè, quod Sem primo loco nominetur, eum ante alios genitum dixerim; neq; etiam ex eo, quod quis sanctitate & dignitate suos fratres antecedat, nomẽ ipsius fratrum nominibus semper præponi debere existimauerim. Sic enim Iuda ante suos fratres, Dauid ante suos nominandus erat. Verum qui constanter in sacris literis ante suos fratres nominatur, is tempore cæteris præire censetur, nisi ratio sufficiens afferatur cur natiuitatis ordo nominibus eorum recensendis semper negligatur, vt in Abrahamo & eius fratribus contingit. E duobus igitur fratribus Iaphet Semus non dignitatis solum, sed etiam natiuitatis iure maior est, vt eum appellat vulgata editio. Gen. 10. v. 21. *Semus suis fratribus dignior & senior.*

De Phaleg cuius sit mentio hîc v. 25. inquiram cap. seq. v. 16. quando sit natus, quomodo *in diebus eius terra diuisa sit.*

IN

IN CAPVT XI.

GEN. v. 10.

Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio post diluuium.

Sem quãdo natus.

1. SEmum anno parentis sui quingentesimo secundo potius, quam præcise 500. genitum fuisse arbitror cum Lyrano Gen. 5. & alijs authoribus cap. præcedenti v. 21. num. 1. laudatis. Vt verò à Noe ad Arphaxad Chronologiæ filum extendatur, minimè mihi necessaria videtur notitia annj ætatis Noe, quo ille Semum, neque ætatis Semi, quo ille Arphaxadum genuerit. Siquidem anno Noe sexcentesimo inijt diluuium, anno sequenti mense secundo desijt: cui addito biennio reperietur annus, quo Arphaxad in lucem venit, quamuis ex Scripturâ non constaret quoto ætatis suæ anno Noe Semum, quoto suæ Semus

Status quæstionis.

Arphaxadum genuisset. Sed quæstio est: quomodo Arphaxad biennio post diluuium nasci potuerit, cum ex communi tententia parentes eius in Arca, vsu coniugij abstinuerint: & duo fratres ante ipsum in Scriptura numerentur.

1. Opinio.

2. Sunt nonnulli, qui de hisce minutijs parum solliciti, diluuium signant anno mundi 1656. ortum Arphaxadi 1658. vtique anno altero post diluuium currente. Ita Gordonus, Petauius, Bellarminus, in suis tabulis. In eundem computum incidunt, qui annum mundi 1657. tribuunt diluuio, & 1659. natiuitati Arphaxad, vt Bucholcerus. His addit Salianus Verronium, Adrichomium, & è Sectarijs, Codomannum, Vignerium, Caluisium, Bruchtonum, Capellum, Imo Caluisius anno mundi 1657. notat diluuium, 1658. natalem Arphaxad.

2. Opinio probabilior

3. Torniellus autem & Salianus probabilius asserunt natum Arphaxad an. mundi 1659. duobus annis à diluuio exactis, currentibus anno 3. secũdæ ætatis, centesimo primo Sem, 602. Noe. Vix enim reddi potest ratio cur hic annus secundus à diluuio non censeatur completus, sicut anni Patriarcharum, ex quibus Chronologia ab Adamo ad diluuium, & hinc ad Thare deducitur vnanimi ferè consensu Chronologorum tanquam expleti sumuntur. Imo, quotquot ab Adamo ad diluuium 1656. annos, à diluuio ad Abrahamum eum Hebræis 292. annos colligunt, duos annos Chronologicos inter diluuij finem & ortum Arphaxad inserere coguntur, sicut, ab ortu Arphaxad vsque ad natum Salen 35. supputant. Viderint proinde authores iam num. 2. citati, quomodo suos calculos ponant. Dicunt quidem septuaginta Arphaxadum natum anno altero δευτέρῳ ἔτει, post Cataclysmum, sed liberam nobis relinquunt interpretationem, vt hunc annum completum intelligamus, & ab Orbe condito ad diluuiũ vtiq; transactũ annos 1656. inde ad natalẽ Abrahæ (si Cainan excludatur &

Thare

Thare septuagenario Abraham nascatur) 292. computemus. Illo igitur anno mundi, quo Noe finito diluuio ex Arca egressus est, videtur natus AElam, sequenti Assur, tertio Arphaxad, Deo eas vires mulieribus suppeditante, quæ proli tam crebro concipiendæ & alendæ pares essent. Sic non erit opus incertas causas expiscari, quibus Arphaxad, aut primo aut secundo inter AElam & Assur natus dicatur, cum tertio semper loco memoretur: hoc enim commodè natiuitatis ordini tribui potest.

4. Arbitrabitur forte quispiam AElam & Assur, propter nobilitatem prius nominari, quam Arphaxad hic Gen. 10. v. 22. & 1. Paralip. 1. v. 17. eo quod ab AElam Persæ genus ducant, Assur verò Imperij Assyriorum conditor fuisse credatur. Verum debilis est hæc coniectura: si enim veræ dignitatis ratio haberetur, primo loco nominari deberet Arphaxad, à quo Abraham, Gens Hebræa Dauid, Salomon, atque adeo Messias ipse descendit. Taceo præclaris S. Scripturæ interpretibus, Gen. 10. v. 11. videri probabilius Imperij Assyriorũ conditorem non fuisse filium Semi, sed ex posteris Chami, vt habet Petauius lib. 9. cap. 13. Videri possunt Pererius, del Rio, Cornelius, Bonfrerius & alij. Gen. 10. v. 11. Deinde probabile est, non nisi biennio post diluuium exacto, primum filium Semo natum fuisse. Vnde etiam colligimus AElam & Assur non eam ob causam præponi Arphaxado, ob quam prius Iapheth & Cham nominari dicebam quam ipsum Semum. Gen. 10. v. 21. num. 4 Duo enim anni Chronologici à diluuio finito ad Natalem Arphaxad interceserunt, ex eorũ etiam sententia, qui à diluuio ad Abrahamum 292. annos colligunt, hinc ad Exodum 505 à mundi conditu, ad Exodum 2453. vel qui admisso Cainan & dilata ad annum 130. Thare Abrahami natiuitate, à prima rerum origine ad Exodum 2543. putandos arbitrantur.

Arphaxad nobilior suis fratribus.

GEN. XI. V. 12.

QVÆSTIO I.

De Cainan iuniore.

1. CAinan senior fuit filius Enos, parens Malaleelis: iunior autem Cainan filius Arphaxad, parens Salæ. Hunc silent Hebræi codices & Chaldaica Paraphrasis: recensent septuaginta interpretes & S. Lucas. Siquidem Gen. 10 v. 24. sic in Hebræo & Chaldæo legimus: *Arphaxad genuit Sale, & Sale genuit Heber.* siue vt habet vulgata, *Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber.* Et cap. 11. v. 12. *Porro Arphaxad vixit triginta quinq; annis & genuit Sale.* Et 1. Paralip. 1. v. 18. *Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber.* Sic constanter scribitur nomen Cainan iunioris apud Hebræos.

Quis Cainan senior? quis iunior?

2. At vero septuaginta cap. 10. Gen. v. 24. sic habent: *Arphaxad genuit Cainan: Cainan autem genuit Sale. Sale autem genuit Eber.* Et cap. 11. v. 12. *Et vixit Arphaxad annos centum & triginta quinque, & genuit Cainan: & vixit Arphaxad postquam genuit ipse Cainan annos 430. & genuit filios & filias, & mortuus est.* Et *vixit Cainan annos centum triginta, & genuit Sala: & vixit Cainan postquam genuit ipse Sala ann. 330. & genuit filios & filias, & mortuus est.* Et 1. Paralip. 1. v. 18. *Arphaxad genuit Cainan: Cainan autem genuit Sale.* Eiusdem Cainan meminit Sanctus Lucas Euang. cap. 3. v. 36. *qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad.*

Status quæstionis

Quæstio igitur hic *primum* oritur, antiqua, celebris, difficilis, *vtrum hic Cainan vnquam in rerum natura fuerit, nec ne?*

1. opinio negat.

3. Negant tacitè Iosephus, lib. 1. Antiq. cap. 6. Epiphanius hæresi 55. Beda & Ado subtimidè negare videntur: apertè verò negant Eugubinus, Caietanus, Sixtus Senensis, Genebrardus, Driedo, Abulensis, Ioannes Lucidus, Petauius lib. 9. cap. 17. & turmatim sectarij, Funcius, Bibliander, Beroaldus, Mercator, Temporarius, Caluisius, Codomannus &c. Capellus vellet expunctum Cainan ex Euangelio S. Lucæ: Beza autem reapse expunxit. At vero Cornelius à Lapide in hunc locum multa quidem congerit: concludit

Ratio 1.

tamen hæc suo loco, nempe Luc. 3. discutienda esse.

4. Probant recentiores hanc sententiam 1. Quia Hebræi codices, Paraphrastes Chaldæus, vulgata editio Chronologiæ Iudaicæ, Iosephus, Eusebius, Epiphanius locis citatis omittunt Cainan. Hebræi autem sunt præferendi Græcis ex sententia S. Augustini, lib. 15. Ciuit. cap. 3. *Si translatio*, inquit,

Ratio 2.

ab originali dissentit: & lingua potius credendum est, vnde in aliam per interpretem facta est translatio. 2. Alias sequeretur Moysen hic tam in Chronologia quam

Ratio 3.

in historia mundi errasse: siquidem omisit Cainan, & annos ætatis eiusdem, quos ante Natiuitatem Salæ vixerat. 3. Editio Romana 70. interpretum au-

Ratio 4.

thoritate Sixti V. vulgata, lib. 1. Paralip. cap. 1. excludit Cainan, & sic ostendit eundem Gen. 11. fuisse excludendum. 4. Totidem anni, tum generationis, tum vniuersæ ætatis tribuuntur Salæ, quot Cainan: vterque enim dicitur

Ratio 5.

genuisse filios, cum esset 130. annorum: inde vixisse 330. annos. Vnde suspicari quispiam possit, intrusum esse Cainan. 5. S. Hieronymus, qui solet alias diligenter notare vbicumque 70. ab Hebræis dissident, hoc præsens discrimen

Ratio 6.

silet: ergo correctiores videtur habuisse Græcos, in quibus Cainan prætermittebatur. 6. Procopius Gazæus disertè ait: Hebraica veritas habet, Salam genitum esse ab Arphaxad: quæ enim in medio ponuntur obelisco signata videntur.

2. opinio probabilius affirmat.

5. Contraria tamen sententia nec pauciores habet, & maioris authorita-

ritatis scriptores, qui asserunt septuaginta seniores, Dei spiritu afflatos, absque mendacio inter Arphaxad & Salen posuisse Cainan. Nam Eusebius ad initium Chronici inter Patriarchas Cainan admittit, & Epiphanius bis in Anchorato & hæresi 66. ac initio Panarij; pauloque inferius ab Adamo ad Abraham generationes 21. recenset, cum dempto Cainan forent 20. tantum. Idem facit S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 3. & 10. Nicephorus Constant. cap. 2. Chron. Contius ibidem, qui grauiter in contrariæ sententiæ authores inuehitur. Fasti Siculi, Marianus Scotus, in Chron. Georgius Syncellus apud Scaligerum, quibus Beda, (quicquid aliqui dicant) assentiri videtur præfat. in Actus Apost etsi fateatur se non posse difficultatem expedire. Hos ex recentioribus sequuntur Torniellus & Salianus anno 38. à diluuio, Ribera prælud. 2. in Prophetas, Salmeron tomo 3. tract. 28. Canus in locis Theologicis, Sigonius in Sulpitium, Lipomanus in catena, del Rio, Sa, in hoc cap. Bellarminus, Gordonus, Samerius in suis Chronol. Barradius tom. 1. Concord. Euang. lib. 5. cap. 29. Suarez in 3. p. q. 1. disp. 6. sect. 1. Toletus in caput 5. Lucæ, Vincentius Regius, lib. 1. Euangelicæ elucidationis cap. 5. ver. 10. Raderus in Fastos Siculos, Azor lib. 6. Institucionum moralium cap. 58. *dicendum* inquit, *existimo 70. interpretes addidisse generationem Cainan, vel afflatu & instinctu Spiritus S. vel viua traditione à maioribus per manus accepta, & ita Lucam eam posuisse.* Addit Gordonus periodo 3. in hanc sententiam grauiores nostri temporis scriptores consentire. Ratio est, quia nulla reddi potest idonea causa, cur à 70. falsum asseratur, aut à S. Luca Euangelico textui falso insertum dicatur, at iusta ratio potuit esse, cur in Hebræis codicibus Cainan sileatur. Quæ enim vel Septuaginta interpretum, vel aliorum audacia tanta esse potuit, quæ non modo nomen Cainan, sed & annos, quos ante, quos post genitum filium vixisse memoratur, in sacrum textum intruderet, si Cainan nunquam extitit? Quæ malitia, quæ spes vtilitatis, aut 70. seniores, aut eorum amanuenses potuit ad hoc mendacium impellere, tam disertis verbis, toties nomine repetito, tam accuratis annorum numeris concinnandum? Quomodo hic error in Euangelium irrepsit? An fortè Euangelista prout apud 70. legerat, sic Cainan in Euangelium sine vlla explicatione retulit, nec curauit, falsumne, an verum esset? Absit hæc temeritas ab Euangelista: multo verò minus intexuit, quæ falsa esse nouerat. An fortè deceptus est S. Lucas, vt hæc licet falsa; vera tamen esse putaret? procul hæc deceptio, ab eo, cuius calamum S. spiritus assistentia regebat. An fortè mente subaudiebat hæc aut similia: *prout in Græcis codicibus, quamuis falsò leguntur?* At hoc certè calamo exprimẽdum erat, ne Christiani in errorẽ inducerẽtur, aut occasio daretur malè sensatis sectarijs eiusmodi glossemata quoties liberet

Rationes 2. opinionis.

comminiſci. An fortè ab aliquo, non Euangeliſta, Cainan margini primum adſcriptus: deinde ab alio in textum translatus? eadem incommoda ſequerentur.

Ad 1. rationem 1. opinionis.

4. Ad rationes contrariæ opinionis procliue eſt generalem afferre reſponſionem, eas duci ab authoritate negatiua. Editionem tum Hebræas, tum Latinam, veram eſſe, neque tanquam falſam ex Græco corrigi: ſed per 70. ſeniores in veteri teſtamento, & per S. Lucam in nouo explicari, & quoad pauca quæ deerant ſuppleri. Hebræus enim non aſſerit Cainan in rerum natura nunquam conſtitiſſe, ſed tantum ſilentio præterit. Interpres autem Chaldæus, & vulgatus Latinus iure Cainan omiſerunt, ne ab officio puri interpretis diſcedere viderentur. Ioſephi authoritatem, vt alijs in locis, ita hic ſi commodè explicari non poteſt, ſine magno incommodo negligere licet. Cur autem Epiphanius illa hær. 55. negligat Cainan, quem alibi ſæpius Patriarchis annumerat; incertum eſt: forte, quia ibi contra Samaritas diſputat, qui non niſi Hebraicas ſcripturas admittebant, vt ex Radero notat Salianus: vel fortè, quia generatio Cainan non erat neceſſaria ad argumentum, quo in Samaritanos vtebatur, perperam exiſtimantes Sem filium Noe eundem cum Melchiſedecho fuiſſe. Iure enim Epiphanius Cainan prætermiſit, ne quid afferret, quod ab aduerſarijs negari poſſet, vel non conſtaret ab ijs admitti, vt notat Bonfrerius. Quid autem reuera hac de re ſenſerit Epiphanius, alibi ſatis oſtendit. Euſebius aliquando diſſimulat Cainan: quem cum alibi exprimat, negaſſe non cenſetur. Ad authoritatem S. Auguſtini reſpondeo: quando eſt pura translatio, quæ à fonte ipſo diſcrepat: fonti credendum potius, quam translationi. Sic numeri annorum in ſerie Patriarcharum, ex Hebræo certius quam ex Græco habentur. Sic latina quædam exemplaria, quæ Lucæ 15. v. 8. habebant *euertit domum*, rectè correcta ſunt ex Græco, vbi habetur, *euerrit*. At verò, quando translationi adiuncta eſt declaratio, & quorundam quæ ſubintelligi poſſunt expreſſio, tunc admittitur translatio: nec tamen fons ipſe deſeritur; ſed quod in fonte latebat, quaſi in apertam veritatis planiciem educitur. Vnde S. Auguſtinus ſeipſum explicans ib. cap. 23. *merito*, ait, *creduntur ſeptuaginta interpretes accepiſſe propheticum ſpiritum, vt ſi quid eius authoritate mutarent, atq; aliter quam erat, quod interpretabantur dicerent, neq; hoc diuinitus eſſe dictum, dubitaretur.* Hæcille, & meritò: tunc enim aliter quidem rem narrant, quam ſcripto ſit comprehenſa; contrarium tamen non aſſerunt, ſed quod obſcurè aut imperfectè ſcriptum erat, clarius & perfectius recenſent.

Ad 2. rat. 2. opinion.

5. Secundæ rationis neganda eſt illatio. Duobus modis, admiſſo Cainan poteſt ab errrore Moyſes vindicari. 1. Si cum nonnullis, vt Toleto, dicamus eum quidem olim inter Patriarchas Cainan poſuiſſe, & annos eius, ſed tem-

porum

porum aut hominum iniuria, vnum alterumue è sacra pagina versiculum excidisse. Corruptum enim aut saltem mutilum, non vno in loco Hebræum textum graues authores opinantur, vt videre est apud Salmeronem illo tract. 28. & Bellarminum tomo 1. lib. 2. de Verbo Dei, cap. 2. Quod si perfidia Iudaica, quippiam alibi è Codicibus Hebræis erasit: cur non etiam hic, vel ob eam causam, vt fidem 70. senioribus derogaret, odiumq; in Ecclesiam Synagogæ reliquijs instillaret? Altero modo ab errore Moyses eximi potest, si cum Saliano, Salmerone, Del Rio, nihil hic Hebræis codicibus detractum inductum sit, sed iusta de causa Cainan à Moyse data opera prætermissum putemus. Sicut enim S. Matthæus cap. 1. sui Euangelij tres generationes transilijt, & S. Ioannes Apocalyp. 7. tribum Dan inter cæteras non recensuit: Ita Moyses idonea aliqua de causa, puta vel latentis mysterij, vel quod decem tantum generationes à Noe ad Abraham recensere vellet, sicut totidem ab Adamo ad Noe retulerat, potuit vnam generationem præterire, & quod vel de Chronologiæ vel de historiæ perfectione scriptis non erat complexus, per traditionem ad posteros, atque adeo successu temporis ad ipsos 70. interpretes transmittere. Neq; verò idcirco historia veritate caret, quod vna generatio omittatur, aut Arphaxad dicatur genuisse Salen, qui est illius nepos: nam & Euangelio sua constat veritas, licet in eo tres generationes sint intermissæ, & Ioramus dicatur genuisse Iosiam, qui fuit Iorami abnepos: hæc enim de generatione mediata sine mendacio intelligi possunt, iuxta vsitatum scholis axioma. *Quod est causa causæ, est causa causati.* Minimè igitur absurdum videri debet, aliquid ad clarum veritatis sensum spectans, in textu Hebræo quandoque intelligi, quod à 70. senioribus explicetur, vt patet ex ijs, quæ de Cainan & Abel habemus, Gen. 4. v. 8. vbi Hebræa & Chaldæa editioni hæc verba desunt; *eamus foras*, siue *in agrum*, quæ in Græca & Latina reperiuntur. Similiter, quæ Exodi 12. v. 40. dicuntur de tempore, quo Israelitæ habitarunt in Ægypto latius Græci codices explicant, quam Hebræi, & ex his Latini atque Chaldæi, vt fusius illo loco declarabitur.

6. Nec est quod vllum Chronologia sollicitum reddat: Esto enim nunquam fuerit Cainan iunior, eritne idcirco clara in scripturis Chronologia? Haud facile concederet Petauius, memor eorum, quæ scripsit tum alibi tum lib. 9. cap. 6. §. Principio annorum, & cap. 17. ab initio: non concedent alij, qui memoria repetent intricatas illas rationes de Natali Abrahæ, de annis ab Exodo, vsque ad initia templi Salomonis, de annis Iosue, Iudicum, Regum Iuda, & Israel, seruitutis Babylonicæ, Hebdomadum Danielis, &c. Plura hac de re cum attulisset Bonfrerius Gen. 11. v. 12. *Malim*, inquit, *totam Chronologiam temporum, & rationem euerti & inuerti, fateriq; me nescire, quid quoq; tempore gestum sit, quàm*

scripturam mendacij arguere, quod nimis quam impium sit, vel quod ab Ecclesia omnibus, passim Doctoribus receptum sit pro sacra scriptura, vt suppositititium credere. Viderint, ne id fecisse putentur ij, qui Cainan negant vnquam fuisse, nomenq; Cainan per errorem in Euangelium impactum volunt.

Ad 3. Rationem 1. opinionis.

7. Tertium argumentum in aduersarios retorquetur. Ista enim Biblia diserte Cainan exprimunt, in libro Geneseos: ergo in libro Paralip. eundem tacitè intellexerunt: libro Geneseos Arphaxad dicitur genuisse Cainan, puta immediatè: in Paralipomenis scribitur genuisse Salam, subaudi, mediate. Cur vero Cainan in libris Paralipomenon tacitè prætereatur, causam nonnulli autumant, quod his libris eorum tantum catalogus texatur, qui magnæ alicuius familiæ capita fuerunt, & quasi agmen duxerunt, qualis putatur non fuisse Cainan. Addit Bonfrerius nihil mirum videri quod 1. Paralip. 1. Romanum exemplar Cainan omittat, cum ibidem in margine notatum habeatur, in eo loco esse hiatum & lacunam, nec tantum ille versus desit, sed etiam aliquot alij antecedentes & sequentes.

Ad 4.

8. Ex quarto nihil aliud colligi potest, nisi quod Sale, tot annis ante & post susceptam prolem ibi nominatam vixerit, quot simili ratione parens eius vixerat: quid autem hic adynaton? quid absurdum? Imò fortè non deerunt, qui mirentur, id non sæpius in sacris codicibus reperiri.

Ad 5. & 6.

9. Quintum etiam argumentum ab authoritate negatiua ducitur, & sic negatur consecutio: quanquam satis pro Cainan stet S. Hieronymus, cum apud S. Lucam, & apud Eusebium in Chronico à se in linguam latinam trãslato, Cainan in choro Patriarcharum constituat, nec vsquam alibi contrariũ insinuet. Neq; verisimile est eos codices S. Hieronymi manus effugisse, quibus eo tempore S. Augustinus & alij vtebantur. Quin potius inde suspicio oriri potest S. Hieronymum, aut ex aliquibus exemplaribus Hebræis adhuc integris, aut aliunde cognouisse veritatem Græcæ translationis de Cainan, ac ideirco hac de re siluisse, sicut & silet de illo vers. 40. Exodi 12. Imo hoc ipso capite de annis Arphaxad, & Sale, nec non cap. 12. v. 8. & 9. cap. 23. v. 15. Non igitur omnia loca notauit S. Hieronymus in quibus 70. ab Hebræis dissentiunt. Huius tamen loci eum meminisse refert Sixtus Senensis Biblioth. lib. 5. annot. 88. & ex eo Bonfrerius hic, ita vt S. Hieronymus fateatur S. Lucam in Euangelio Cainan potuisse, *& nullatenus falsum scribere potuisse, spiritu sancto calamum regente.*

Ad ratio nem Petauii.

10. Ex dictis facile depromi potest solutio eorum, quæ assertoribus Cainan obijcit Petauius lib. 9. cap. 16. Idem enim author cap. 24. explicans versum illum 40. Exodi 12. *Non possumus*, inquit, *magũ idoneos afferre vindices nodi istius, & interpretationis nostræ, quam seniores illos septuaginta, quos instinctu quodam afflatus spiritus S. sacri codices vertisse, antiquorum Patrum plerique sentiunt.* Idem prorsus de Cai-

Cainan dicere possunt qui eum inter Patriarchas agnoscunt. Addit Petauius S.Paulum ad Galatas 3.v.17. sine dubio ad eorundem 70. lectionem habuisse respectum. Verum quod de S.Paulo asserit ille: idem alij in negotio Cainan, de S.Luca affirmabunt. Dices: Cainan ab Helleniſtis Christianis in Lucæ contextum eadem inculcatum esse licentia, qua & in septuaginta seniorum editionem prius irrepserat. R.1. Probandum esset hoc assumptum. 2. Pari modo dicent S.Augustinus & alij Cainan patroni, idem obijci posse de illo loco ad Galatas, & de Seniorum versione Exodi 12.v.40. & sic Hebræos paucioribus quidem annis quam 430. in AEgypto moratos: certum tamen illius moræ annorum numerum non constare. *1. Obiectio. Resp.*

11. Dices iterum: Mendosus est locus ille apud S.Matthæum, quo Ioramus dicitur genuisse Oziam, & Iosias Iechoniam: ergo & ille apud S.Lucam quo Sale ponitur Cainan. At quam facilè infers hanc consequentiam, tam securè negari potest. Ex tuo enim antecedente, æquè concludi posse videtur vers. illum ad Galatas, aut textum Hebræum, quo Arphaxad dicitur genuisse Sale corruptum esse. *2. Obiectio infirma.*

12. Placet igitur eorum sententia, qui Cainan agnoscunt: quia etsi fateantur aliquid deesse Hebræis codicibus, ad plenam rerum explicationem, id tamen sine veritatis præiudicio fieri contendunt: qui verò Cainan non admittunt, coguntur asserere falsum esse, quod apud 70. legitur, & falso textu fictum Cainæ nomen, à S.Luca, vel alio quopiam in Euangelia deriuatum, nulla adhibita cautione aut explicatione huius intrusionis, ac denique Ecclesiam hunc errorem dissimulare.

13. Perpendantur sine studio partium hæc à S. Augustino ad S. Hieron. scripta epist. 8. *Ad hanc considerationem coget te pietas, qua cognoscis fluctuare auctoritatem Scripturarum diuinarum, vt in eis, quod vult quisque credat, quod non vult, non credat, si semel fuerit persuasum aliqua illos viros per quos nobis hæc ministrata sunt in scripturis suis officiosè potuisse mentiri.* Et epist. 9. *Si ad scripturas sanctas admissa fuerint velut officiosa mendacia: quid in eis remanebit auctoritatis? quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiosæ falsitatis obteratur improbitas? statim enim vt protuleris; si aliter sapit, qui contra nititur, dicet illud, quod prolatum est bonesto aliquo officio scriptorem esse mentitum.* Hæc ibi, quæ aliquo modo in eum quadrare videntur, qui dixerit, aliqua falsa per exscriptoris imprudentiam sacro textui inserta, præsertim vbi omnes editiones concordant. Vide notas in lib. Iud. 9.4.num.2. *S. Augustini doctrina.*

QVÆSTIO II.

Quot annis Cainan vixerit, ante genitum Sale.

Cainan natus annos 30. genuit Sale.

1. IN translatione septuaginta legimus Cainan fuisse 130. annorum, quando genuit Sale: quem annorum numerum retinet Marianus Scotus; sed non satis securè, calculos Græcos Hebræis admiscet. Quare breuiter censendum puto, detrahendos esse centum annos, quos vt supra diximus, 70. singulis generationibus in prima & secunda ætate, ad numerum Hebræum quando ad 100. non pertingit, adijciunt: ac proinde Cainan fuisse 30. annorum, cum ei natus est Sale. Ita computant Bellarminus, Torniellus, Pererius, Samerius, Gordonus, Salianus, Bonfrerius, &c. Natus est igitur Cainan, anno 38. currente, post diluuium. Siquidem Arphaxad natus est biennio exacto post diluuium, & triginta quinq; annos expleuerat ante ortum Cainan.

Arphaxad & Cainã non fuerũt fratres.

2. Sunt qui putant Arphaxad & Cainan fratres fuisse, sed Cainan sine prole discessisse, ac Salen genitum secundum naturam ex Arphaxad; secundum legem ex Cainan. Patronos suæ opinionis laudant, Naclantum, Lyranum, & Temporarium &c. Verum hæc opinatio mihi non arridet. 1. Quia S. Lucas ca. 3. texit catalogum ascendentium, non autem lateralium consanguineorum, & ita de Arphaxad, Cainan, Sale, sicut de Abraham, Isaac, & Iacob loquitur. Quando Cainan dicitur fuisse τοῦ Arphaxad; posset quidem absolutè intelligi ὁ υἱὸς: contextus tamen verborum Euangelij præcedentium, & subsequentium, nec non intentio S. Lucæ, hanc interpretationem non admittit. Nimis violenta esset sine vlla necessitate æquiuocatio, vt inter 70. & amplius patres, vnus frater, sine vlla differentia collocetur. 2. Falsa esset translatio 70. Gen. xi. vbi disertè Arphaxad dicitur genuisse Cainan: quod de fratre dici non potest. Deinde si mortuo Cainan, Arphaxad genuit Salen: quomodo ijdem 70. scribere potuerũt Cainan vixisse tot annos post genitum Salen: quomodo etiam error in annorum numerum irrepserit, saltem erit verũm, Cainan genito Sale aliquandiu vixisse. Si aut Hebræo soli aut soli Græco lapsus esset impingendus: mallem errorem Græco tribuere. At vero existimo, nec in Græco, nec in Hebræo falsum haberi. Hebræus non affirmat quicquam, quod à Græco & veritate dissideat. Est enim verum, quod Arphaxad genuerit Salen, nempe mediatè, quando genuit Cainan. Tunc enim erat

causa causæ.

QVÆSTIO III.

De Phaleg.

GEN. 11. v.16.

1. A Diluuio ad ortum Phaleg iuxta Hebræam & Latinam editionem colliguntur anni 101. excluso Cainan iuniore: isto vero admisso 131. Idcirco autem vocatus est Phaleg, (quod diuisionem significat) *quod in diebus eius diuisa sit terra*, Gen. 10. v. 25. Vtrum tamen sub natalem ipsius hæc diuisio facta sit, an postea, inter authores non conuenit. *Phaleg natus annis 131. à diluuio. Status quæstionis.*

2. Prima opinio est nomen Phaleg non inditum fuisse filio Heber ex futuro euentu: sed ex eo, quod sub idem tempus, quo nascebatur, diuisio hominum in varias colonias acciderit. Ita Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 7. S. Augustinus lib. 16 ciuit. cap. 11. *Intelligendum est*, inquit, *ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, vt vocaretur Phaleg, quod interpretatur diuisio, quia tunc ei natus est, quando terra per linguas diuisa est.* Quam sententiam latè defendit Bonfrerius Gen. 11. & probat: quia si terra diuisa est, in fine, aut decursu vitæ Phaleg, non erit ratio, cur ea potius in dieb⁹ Phaleg, quã Iectan fratris eius, facta dicatur, siquidé ambo illi fratres tunc viuebãt. Confirmatur ex eo, quod alias Scriptura indicet similes euentus occasioné præbuisse nomina nascentibus pueris imponendi. Sic Iacob à planta pedis fraterni, quã nascẽs manu apprehẽderat nomen accepit. Gen. 25. v. 25. sic Nurus Heli filium suum Icabod appellauit, *dicens: translata est gloria de Israel* 1. Reg. 4. v. 21. Huic opinioni adhærent Caluisius, & Bucholcerus. *1. Opinio.*

3. Verum hæc Chronographia plerisque minus arridet, quia, vt ait Cornelius, Scriptura non ait in ortu, sed in diebus Phaleg diuisam esse terram. Neque sub ortum Phaleg tantus erat hominum numerus, vt sufficeret colonijs quaquaversum per orbem deducendis, & tot linguis inter se differentibus satis esset, prout communiter ab authoribus commemoratur. Deinde esto, de rigore loquendi, verè dici posset: in diebus Iectan diuisa est terra: ab hac tamen diuisione Phaleg potius, quam frater ipsius appellationem sortitus est: quia nascente Phalego, Heber diuinitus hanc diuisionem futuram cognouit, non autem sub tempus natiuitatis Iectan. Sic Lamech filium suum vocauit Noe, *dicens: iste consolabitur nos, ab operibus & laboribus manuum nostrarum.* Sic Oseas Propheta liberis suis nomina indidit, quibus significabantur mala populo Iudaico euentura. Ose 1. v. 6. & 9. Vnde apparet in Scripturis sacris nomina desumi, non solum à præteritis aut præsentibus, sed etiam à futuris euentis. *Refutatur*

4. Secunda opinio est Rabbi Iosue, & Hebræorum in Seder Olam, qui sub finem vitæ Phaleg linguarum diſſidium, & inde hominum in varias regio- *2. Opinio.*

nes dispersionem contigisse arbitrantur, ea fortassis ratione ducti, quod non ante genus humanum sic propagatum putent, vt ista migratio in varias terras fieri posset. Verum hæc opinatio minus placet, quam præcedens. Ex ea enim sequeretur hanc linguarum & gentium diuisionem incidisse in annum circiter 340. à diluuio, prout Hebræi excluso Cainan iuniore ratiocinia ponunt. Nam ortum Phaleg in annum 101. à diluuio transactum coniiciunt, quibus si accedant 239 anni vitæ Phaleg, exurgent à diluuio, ad linguarum & populorum separationem anni 340. quando secundum Hebræos Abrahamus annum agebat 48. Hoc autem aduersatur communi historicorum & Chronologorum asserto: quo Abraham natus dicitur anno 43. Nini Regis Assyriorum: ante Ninum verò Belus, quem plerique Nemrodum esse censent, annos 65. regnauerat: atque ita 107. vt minimum, coloniæ & aliqua regna ante natalem Abrahæ constituta erant, atque adeo in varias orbis partes concesserant illi, quos ædificanda turri Babylonis, linguarum confusio abstraxerat. Porrò Nemrodem eundem fuisse, cum eo, quem Scriptores Ethnici Belum nominant, parentemque Nini, atq; Babylone annos 65. regnasse tradit Eusebius initio Chronici, S. Hieronymus in cap. 2. Osee. S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 17. Pererius lib. 15. in Gen. disp. 3. Cornelius à Lapide Gen. 10. v. 10. Salianus & Torniellus iam citandi. Petauius anno m. 2539.

Reijcitur.

3. Opinio probabilior.

5. Tertia opinio est, linguarum & populorum diuisionem non esse factam sub ortum aut obitum Phaleg, sed annis aliquot ab eius natiuitate transactis. Ita Torniellus & Salianus ad annum m. 1931. Petauius lib. 9. cap. 13. Cornelius Gen. 10. v. 25. S. Chrysostomus hom. 30. in Gen. *Considera*, ait, *quemadmodum ea futura præscientiam vocabulo nati pueri declarauit, vt cum videris rem opere adimpletam, non vltra mireris, videns diuinitus id pueri nomine prædictum.* Probatur hæc supputatio, quia Heber natus annos 34. genuit Phalegum, antequam nasceretur Iectan: non est autem prius facta dispersio gentium, quam Iectan 13. filios haberet, nec illos pueros, sed *qui tam grandes iam familias haberent, vt in linguas proprias diuidi possent, & digni essent nominibus gentium*, vt totidem verbis libr. 16. ciuitat. cap. 11. notat sanctus Augustinus, qui suspicatur quidem, Iectan esse maiorem natu: sed hoc non obstat huic rationi. Phaleg enim natus est anno 34. parentis sui, ergo Iectan frater ipsius, tantam sobolem nascente Phalego habere non potuit, vt 13. familias, ne dicam populos, constitueret, etiamsi Iectan fuisset primogenitus Heberi.

Obiectio.

6. Occurrit Bonfrerius, & negat opus esse asserere hos filios Iectan natos fuisse tempore confusionis linguarum, sed satis esse, si dicamus paulo post natos & inchoatam terræ diuisionem à Iectane & cæteris qui turri exstruendæ inter-

interfuêre; postmodum verò à filijs Iectan distributionem perfectam nec non in plures partes ac populos dissectam. Addit probari non posse, eos omnes, qui cap. 10. Genes. recensentur, ædificationi turris & linguarum diuisioni interfuisse. At verò authores tertiæ opinionis instare possunt, & dicere, non esse sine ratione, post confusionem & dispersionem Babylonicam, aliam haud multo post in 13. colonias partitionem excogitandam. 2. Quo iure Bonfrerius à prima deductione coloniarum filios Iectan eximit, alius alias personas illo cap. 10 notatas excipiet, verbi gratia, filios Aram; contra communem interpretum sensum, qui singulos nepotum & posterorum Noe illo capite numeratos, vel asserunt, vel tanquam concessum sumunt, fuisse capita gentium à suis fratribus distincta, & propter linguarum diuersitatem peculiares populos constituisse, quibus omnibus ac singulis diuersas regiones assignant, eo prorsus modo, quo alijs familiarum principibus, qui eo tempore, quo linguæ vnius commercium esse desijt, in varias patrias concesserunt. 3. Verisimilius est ad vnam eandemque diuisionem respexisse, cùm vers. 25. scripsit, *in diebus Phaleg diuisam esse terram*, & vers. 31. ait *istos* (nempe proximè nominatos) *esse filios Sem, secundum cognationes & linguas, & regiones in gentibus suis.* & vers. 32. *ab his diuisas esse gentes.* 4. Filij Iectan in 13 populos diuisi, aut in possessiones incolis vacuas venerunt, aut iam ab alijs gentibus occupatas. Si prius; quærenda erit ratio, cur illi, quos linguæ vnius confusio in varias regiones distraxerat, tantam terræ portionem neglexerint, quantam filij Iectan occuparunt. Sin posterius asseruerit, diuinandum erit, quinam isti populi fuerint, quos Iectanidæ suis sedibus expulerint. Si dixeris consultò relictas in futurum populis Iectan sine habitatoribus prouincias; hoc ipso fateberis binas terræ diuisiones, alteram designatione, alteram reali executione factam, quod Bonfrerius contra Epiphanium, Torniellum, Salianum, multis improbat.

Responsio.

7. Quamobrem probabilius existimo, confusionem linguarum, & populorum in varias plagas migrationem, non prius factam, quam filij Iectan in eam multitudinem excreuissent, quæ tredecim gentibus sufficeret, & Phaleg iam ad ætatem adultam peruenisset, vt volunt authores tertiæ opinionis, qui tamen non conueniunt de anno ætatis Phaleg, quo linguarum diuisio turris Babylonicæ ædificationem intercepit & eius ædificatores, *inde dispersit Dominus super faciem cunctarum regionum.* Gen. 11. v. 9.

Quando facta linguarum diuisio.

Quonam anno ætatis Phaleg. 1 Opinio.

8. Torniellus & Salianus id referunt ad annum 144. vitæ Phaleg, qui erat ipsis 275. à diluuio, ante Natiuitatem Abrahæ 107. Regnum enim Babylonicum in ipsa linguarum diuisione natum putant, in quo ante ortũ Abrahæ Belum siue Nemrod annos 65. Ninum 42. regnasse cõstans est Scriptorũ sentẽtia.

At vero Bonfrerius negat constare posse regnum Babylonicum Beli cœpisse in ipsa linguarum diuisione, maximè cum Scriptura tradat, immisso linguarum dissidio ab ædificatione cessatum esse. Gen. 11. v. 8. Nemrod Babylone quidem regnasse fatetur; sed non nisi post Babylonicam confusionem confirmatis sensim per tyrannidem viribus, populis in suam potestatem redactis, vrbibus, ac in primis Babylone, extructis.

2. Opinio. Cornelius Gen. 10. ver. 10. censet Nemrod in Babel regnare cœpisse sub annum 170. à diluuio, quo linguarum & gentium distractionem factam putat, tum sensim viribus & potentia auctum, factum esse regem, & quasi Monarcham anno 184. à diluuio: inde regnum tenuisse annos 65. Nemrodo Ninum successisse, cuius regni anno 43. natus fuerit Abraham, annis post diluuium 291. nempe excluso Cainan, & natali Abrahæ ad annum 70. Thare signato.

3. Opinio. Petauius libro 13. ortum Phaleg, notat anno ante Christum 2227. confusionem linguarum & primordium imperij Assyriorum anno 2175. Beli interitum, & initium regnantis Nini anno 2110. obitum eiusdem Nini anno 2058. natalem Abrahæ anno 2036. ante æram Christi.

Corollar. 1. 9. Ex quibus patet 1. Petauium in eo cum Torniello & Saliano conuenire, quod à diuisione linguarum regni Babylonici æram deducat, Belo 65. annos Nino 52. tribuat: à communi verò sententia in eo recedere, quod Abrahæ natiuitatem ad annum 23. Semiramidis differat. *2.* Ex eius sententia ab ortu Phaleg ad gentium dispersionem fluxisse annos 52. à diluuio autem 153. *Tertiò* patet, aliquem errorem irrepsisse in ea quæ idem author habet lib. 9. cap. 14. vbi ad primordium Beli assequendum annis Abrahæ tantùm 97. addit. Nini scilicet 42. & 55. Beli. *3.*

Conclusio. 10. Equidem omissis aliorum authorum dissidijs existimo probabiliorem esse eorum computum, qui ab initio regni Babylonici, vsque ad ortum Abrahæ, annos 107. numerant, quorum 65. Belo tribuuntur, Nino 42. Verum vero dispersio gentium eodem tempore, an prius fuerit quam Belus regnum capesceret, affirmare non ausim: tardius factam non arbitror, licet suspicer Belum initio diuisionis terrarum, non nisi inter suos populares ducem fuisse, sicut in cæteris gentibus erant principes, & capita familiarum, quorum quilibet suam coloniam gubernabat: atque ita populos, aliquanto temporis spatio remansisse distinctos, prout deserta turris ædificatione, in suas quique regiones abscesserant, donec paulatim Belus, herili potius imperio, quam charitate paterna, Babylonijs iura daret, Babylonis fabricam linguarum confusione intermissam resumeret, alias etiam ciuitates conderet, vicinis regionibus manum adijceret, ac sese tandem palam pro rege gereret. Quod si mox ab ipsa populorum digressione, annos regni Babylonici computare libuerit, dicatur Belus, tum

tunc suæ tantum genti, aliquamdiu imperitasse, postea vicinas gentes sollicitasse; tandem vel ipse, vel Ninus, per fas & nefas, aliorum ditiones etiam remotiores inuasisse, vt tradunt Iustinus & Diodorus, qui libro 3. recensitis plurimis gentibus à Nino subactis: *ad extremum*, inquit, *debellauit Zoroastrem regem Bactrianorum, qui comparato quadringentorum hominum exercitu, aduersus Ninum pugnaturus obuiam ei processit, cum id temporis haberet Ninus in exercitu suo, (vt proditum est à Ctesia) peditum decies septies centena millia, equitum ducenta millia, curruum autem falcatorum, paulo minus decem millibus, & sexcentis.* Hæc Diodorus.

APPENDIX

De æra Babylonica.

Initium æræ Babylonicæ.

SImplicius in lib. 2. de cœlo, com. 46. meminit quarundam obseruationum cœlestium, quas Aristotelis mandato Calisthenes Babylone in Græciam misit, quæ teste Porphyrio erant annorum 1903. vsque ad Alexandri Macedonis tempora signatæ. Vnde Chronologi huius æræ caput ad annum circiter 2233. ante vulgarem Christi epocham figunt, vt dixi intr. Chron. cap. 10. Petauius lib. 9. cap. 13. vno anno discrepat, quia à victo Dario orditur Alexandri Magni tempora; ego à capta Babylone anno Periodi Iulianæ 2481. computaba m. Putauerit forte quispiam hanc æram à Babylonica gentium dispersione deduci: verum id sciri vix potest. Nam Torniellus & Salianus hanc dispersionem circa annum 2123. ante vulgarem æram Christi factam putant, Cornelius præter propter ann. 2126. Petauius 2175. qui apertè fatetur, aliquas obseruationes in ista æra notatas, dispersione humani generis, & regni Babylonici primordijs antiquiores esse: quod non negant Sethus Caluisius & Buchol cerus, qui hanc æram ante natalem Phaleg, cui gentium diuisionem adscribunt, auspicantur. Mihi æra Babylonica oritur circa annum 20. Phaleg, quo necdum fuisse linguarum confusionem arbitror. Si verum esset, quod aliqui ex Epiphanio asserunt, nimirum ante ortum Phaleg, Noe tribus suis filijs suas cuique terræ portiones sortitione attribuisse; hæc sortitio siue designatio principijs æræ Babylonicæ præponeretur. Sciebant quidem mortales antequam Vrbis & turris Babylonicæ fabricam aggrederentur, se in varias mundi partes digressuros, vt innuitur Gen. 11. v. 4. vtrum autem inter eos, iam tum de orbis distributione conuentum fuerit, & quantum temporis durante adhuc linguæ communis vsu ædificationi sit impensum; non constat.

GEN. 11. v. 26.

Vixitq; Thare septuagintæ annis, & genuit Abram, & Nachor & Aran.

Vt solidior sit loci huius explicatio, non erit abs re considerare, quid super eo duo sancti Doctores Hieronymus & August. senserint: imò illa ipsa verba,

quæ in huius loci expositionem nobis scripta reliquerunt, huc bona fide transcribere, atque notis aliquot, & corollarijs illustrare.

QVÆSTIO IV.

Quoto anno Thare, natus sit Abraham, ex sententia S. Hieronymi.

Doctrina S. Hieronymi.

1. IN quæstionibus siue traditionibus super Genesin ad illa verba: *erat autem Abram septuaginta quinque annorum, quando egressus est ex Charran.* Gen. 12. Indissolubilis, inquit, quæstio. Si enim Thara pater Abrahæ, cum adhuc esset in regione Chaldæa 70. annorum genuit Abraham, & postea in Charran ducentesimo quinto ætatis suæ anno, mortuus est: quomodo nunc post mortem Tharæ Abraham exiens de Charra 75. annorum fuisse memoratur, cum à Natiuitate Abrahæ vsque ad mortem patris eius 135. fuisse anni docentur? Vera est igitur illa Hebræorum traditio, quam supra diximus, quod egressus sit Thare cum filijs suis, de igne Chaldæorum, & quod Abraham Babyloniæ vallatus incendio, quia illud adorare nolebat, Dei sit auxilio liberatus, & ex illo tempore, ei dies vitæ, & tempus reputetur ætatis, ex quo confessus est Dominum, spernens Idola Chaldæorum. Potest autem fieri, vt quia Scriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thare de Chaldæa profectus venerit in Charran, quam mortem obiret, vel certè statim post persecutionem in Charran venerit, & ibi diutius sit moratus. Si quis ergo huic expositioni contrarius est, quærat aliam solutionem, & tunc ea rectè, quæ à nobis dicta sunt, improbabit.

Corollariũ triplex.

2. Ex his habemus 1. hanc quæstionem prima fronte videri insolubilem, si nimirum natalem Abrahæ ad 70. annum Tharæ constituamus. 2. Ad huius nodi solutionem nihil à S. Hieronymo afferri, nisi eam traditionem, quam paulo ante fabulam vocauerat. 3. Alijs relinqui huius difficultatis expeditionẽ.

Abrã veniens in Chanaanitidem nõ erat 135. annorum.

3. Porrò siue hæc narratio de igne Chaldæorum fabulosa sit, siue non: bene ostẽdit Pererius dici non posse, Abrahamum cum primum in Chanaanitidem venit, annos vitę suę numerasse 135. à liberatione verò ab igne Chaldæorum fuisse 75. Nam hoc modo Isaac genitus fuisset, annis 35. antequam è Charran discessisset Abrahamus: hic enim erat 100. annorum, quando natus est Isaac. At verò sacra libri Geneseos historia Abrahamum in terram Chanaan venisse tradit, ante natiuitatem Isaac: siquidem vt alia quæ clarissima sunt, taceam, Agar nupsit Abrahamo, post annos decem, quam habitare cœperant in terra Chanaan Gen. 16. v. 3. Ismael autem ex Agare susceptus, iam erat tredecim annorum, cum biennio ante Natalẽ Isaac circũcideretur, vt patet Gen. 17. v. 24. & c. 18. Nec est quod obganniant Hebræi & dicant illos 100. annos, quos nascente Isaaco Abrahamus gessisse dicitur, ab igne Chaldæorũ numerandos: sic

ſicenim Iſaac natus eſſet anno vitæ Abrahami 160. Atqui idem Iſaac, quadragenarius viuo adhuc Abrahamo Rebeccam duxit vxorem. Gen. 24. Vixiſſet igitur Abrahamus annos 200. & amplius, contra ſacram paginam, qua anni vitæ Abrahami 175. notantur. Gen. 25. v. 7.

QVÆSTIO V.

Quid hac de re ſcribat S. Auguſtinus.

Doctrina S. Auguſt.

1. QVæſt. 25. in Geneſin ſic ſcribit: Quomodo accipiendum ſit, quod cum eſſet Thare pater Abrahæ annorum 70 genuit Abraham, & poſtea cũ ſuis omnibus, manſit in Charran, & vixit annos 205. in Charran, & mortuus eſt. Et dixit Dominus ad Abraham vt exiret de Charran, & exijt inde cum eſſet idem Abraham 75. annorum: niſi quia per recapitulationem, oſtenditur viuo Thare locutum eſſe Dominum, & Abraham viuo patre ſuo, ſecundum præceptũ Domini exijſſe de Charran cum eſſet 75. annorum, centeſimo & quadrageſimo & quinto anno vitæ patris ſui, ſi dies vitæ patris ſui anni 205. fuerint, vt ideo ſcriptum ſit, fuerunt anni vitæ Thare 205. in Charran: quia ibi compleuit oẽs annos totius vitæ ſuæ. Soluitur ergo quæſtio, per recapitulationem, quæ indiſſolubilis remaneret, ſi poſt mortem Thare acciperemus locutũ eſſe Dominum ad Abraham, vt exiret de Charran, quia non poterat eſſe adhuc annorum 75. cum pater eius iam mortuus eſſet, qui eum 70. ætatis ſuæ anno genuerat, vt Abraham poſt mortem Patris ſui annorum eſſet 135. ſi omnes anni patris eius 205. fuerunt. Recapitulatio itaque iſta, ſi aduertatur in Scripturis, multas quæſtiones ſoluit, quæ indiſſolubiles videri poſſint, ſecundum etiam ſuperiorum quæſtionum expoſitionem per eandem recapitulationem factã. Quãquam & aliter iſta quæſtio à quibuſdam ſoluatur, ex illo computari annos ætatis Abrahæ, ex quo liberatus eſt ex igne Chaldæorum, in quem miſſus eſt, vt arderet, quia eundem ignem ſuperſtitione Chaldæorum colere noluit. Liberatus inde, etſi in Scripturis non legitur, Iudaica tamen narratione traditur.

1. Solutio per recapitulationẽ.

Poteſt & ſic ſolui: quoniam Scriptura quæ dixit: *cum eſſet Thare annorum 70. genuit Abraham & Nachor, & Aran*, non vtique hoc intelligi voluit, quia eodem anno ætatis ſuæ omnes tres genuit, ſed ex quo anno generare cœpit, eum annũ cõmemorauit Scriptura. Fieri autem poteſt, vt poſterior generatus ſit Abrahã ſed merito excellentiæ, quæ in Scripturis valde commendatur, prior fuerit nominatus, ſicut Propheta priorẽ nominauit minorẽ: *Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui*, & in Paralipomenon cũ ſit quartus ordine naſcẽdi Iudas, prior eſt nominatus, à quo Iudaicæ genti nomen eſt datum, propter tribum regiã. Commodius autem plures exitus inueniuntur, quibus quæſtiones difficiles diſſoluuntur. Conſideranda ſanè eſt narratio Stephani de hac re, cui magis harũ expoſitionũ non repugnet. Et illud quidem cogit, vt non ſicut narrari videtur in Geneſi

2. Solutio.

poſt

post mortem Thare locutus sit Deus ad Abraham, vt exiret de cognatione sua & de domo patris sui: sed cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran, iam vtique egressus de terra Chaldæorũ, vt in illo itinere intelligatur ei locutus Deus. Sed quod Stephanus postea sic narrat: *tunc egressus Abraham de terra Chaldæorum, habitauit in Charran, & inde postquam mortuus est pater eius, collocauit eum in terra hac*, non patuas affert angustias huic expositioni, quæ fit per recapitulationem. Videtur enim habuisse imperium Domini, quo ei fuerat locutus, in itinere Mesopotamiæ egresso, de terra Chaldæorum & eunti in Charran, & hoc imperium post mortem patris sui obedienter implêsse, cum dicitur, *& habitauit in Charran: & inde postquam mortuus est pater eius collocauit eum in terra hac.* Ac per hoc manet quæstio. Si 75. *annorum* (sicut euidenter Scriptura Geneseos loquitur) *fuit, quando egressus est de Charran*; quomodo potest esse hoc verum, nisi fortè quod ait Stephanus: *tunc Abraham egressus est de terra Chaldæorum, & habitauit in Charran*, non sic accipiatur, tunc egressus est, postquam ei locutus est Dominus: iam enim erat in Mesopotamia, sicut supra dictum est, quando illud audiuit à Domino, sed ipsam regulam recapitulationis contexere voluit Stephanus, & simul dicere, vnde egressus, vbi habitauerit, cum ait: tunc Abraham egressus est de terra Chaldæorum & habitauit in Charran. In medio autem, id est, inter egressum de terra Chaldæorum & habitationem in Charran, locutus est ei Deus. Porrea verò, quod adiungit Stephanus: *& inde postquam mortuus est pater eius collocauit eum in terra hac*, intuendum est, quia non dixit, & postquam mortuus est pater eius, egressus est de Charran: sed inde *collocauit eum in terra hac*, vt post habitationem in Charran, collocaretur in terra Chanaan, non post mortem patris egressus, sed post mortem patris collocatus in terra Chanaan, vt ordo verborum sit: habitauit in Charran, & inde collocauit eum in terra hac, postquam mortuus est pater eius, vt tunc intelligamus collocatum vel constitutum Abraham in terra Chanaan, quando illic eum nepotem suscepit, cuius vniuersum semen, illic fuerat regnaturum, ex promissione Dei hæreditate donata. Nam ex ipso Abraham natus est Ismael de Agar, nati & alij ex Cethura, ad quos terræ illius non pertinet hæreditas, & ex Isaac natus est Esau, qui similiter ab illa hæreditate alienatus est. Ex Iacob autem filio Isaac, quotquot filij nati sunt, id est, vniuersum semen eius ad illam hæreditatem pertinuit. Sic ergo collocatus, & constitutus est in illa terra Abraham, quoniam vixit vsque ad natiuitatem Iacob. Si rectè intelligitur, soluta quæstio est, secundum capitulationem, quamuis & aliæ solutiones non sint contemnendæ.

2. Hæc ibi S. Augustinus, qui eadem alijs verbis inculcat lib. 16. de ciuit. cap. 15. omissa secũda solutione, & hæc sub finem capitis addit. Intelligendũ est igitur,

igitur locutum Deum fuisse cum Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra, sed eum in Charran peruenisse, cum patre retento apud se præcepto Dei, & inde exisse, septuagesimo & quinto suo, patris autem 145. anno. Collocationem verò eius in terra Chanaan, non profectionem de Charra, post mortem patris eius factam esse dixit, quia iam mortuus erat pater eius quando emit terram, cuius ibi iam suæ rei cœpit esse possessor. Quod autem iam in Mesopotamia constituto, hoc est, iam egresso de terra Chaldæorum dixit Deus, *exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui*, non vt corpus inde eijceret, quod iam fecerat sed vt animam euelleret, dicitur, Non enim exierat inde animo, si spe & desiderio redeundi tenebatur, quæ spes & desiderium Deo iubente ac iuuante, & illo obediente fuerat amputanda. Non sanè incredibiliter existimatur cum postea secutus est Nachor patrem suum, tunc Abraham præceptum Domini impleuisse, vt cum Sara coniuge sua, & Loth filio fratris sui exiret de Charra, hæc ibi.

3. Huc etiam spectant, quæ idem S. Doctor habet cap. 16. eiusdem libri, dum sic scribit: sed intelligendum est, quod eodem anno facta sunt omnia, & Dei promissio antequam in Charra habitaret Abraham, & in Charra habitatio eius, & inde profectio; non solum quia Eusebius in Chronicis, ab anno huius promissionis computat, & ostendit, post quadringentos & triginta annos exitum esse de Aegypto, quando lex data est, verum etiam quia id commemorat Apostolus Paulus Fauet Vincentius lib. 1. Spec. hist. cap. 104. *Abraham*, inquit, *cum esset annorum circiter 75. ad imperium Domini relicta patria & gente, acceptaq; promissione seminis & terræ possidendæ venit in terram Chanaan.* Et clarius lib. 2. cap 6.

4. Ex ijs, quæ hactenus ex S. Augustino retuli, patet *primo*, eum q. 25. in Gen. & illo cap. 15 lib. 16 de Ciuit. inquirere, quomodo sacra scriptura intelligatur dum ait, Thare dum esset 70. annorum genuisse Abraham, & Nachor, & Aran: Thare vixisse annos 205. & paulo post, narret Abraham fuisse 75. annorum. 2. huius nodi tres afferri solutiones, *primam* per recapitulationem, *secundam* per traditionem, *tertiam* sine recapitulatione & traditione. Duæ priores explicationes referunt Abrahæ natalem ad annum 70. Thare; postrema ad centesimum trigesimum. Duæ priores moriente Thare tribuunt Abrahamo annos vitæ 135. vltima 75 Patet *tertio*, non esse abs re, si ad euadendas difficiliũ quæstionum angustias, varijs modis vtamur. *Commodius*, inquit, *plures exitus inueniuntur, quibus quæstiones difficiles dissoluuntur. Quarto.* Considerandæ esse, quæ Act. 7. narrat S. Stephanus, & videndum cuinam harum trium *explicationum minus repugnet. Quinto*, cum prolixius verba S. Stephani ad primam solutionem retulisset, addidisse in fine q. 25. *alias solutiones non esse contemnendas.* Vnde colligo hanc quæstionem, non esse absolutè à S. Augustino definitam. Nec mirum: in

Corollarium 1. 2. 3. 4. 5.

libris enim Quęstion. licet aliqua ita tractarit, vt soluta & expositа iudicari possint, ideo tamen quęstionum libros, sic appellare voluit, *quia ea quæ ibi disputantur, magis quærenda proposuit, quam quæsita dissoluit*, vt ipse notat li. 2. Retr. c. 55. Neq; etiam rem absoluisse videtur illo c. 15. de Ciuit. cum ibi duas ponat solutiones; & neutrã refellat. Liberũ igitur lectori reliquit, quã quisq; mallet interpretationẽ sequi. *Sextò*. S. Augustinum plus quidẽ operæ posuisse, vt declararet quonã pacto ea sententia defendi possit, quæ ortum Abrahæ ad annum 70. Thare signandum putat: non tamen probare, sed supponere tantum, Abrahamum illo anno natum fuisse. Siquidem tertiam, quam affert solutionem, admonet non esse contemnendam, cuius tamen non meminit illo libro 16. Ciuit. quia fortè nullam aut exiguam habet difficultatem vt Pererius fatetur, & infra dicam latius. *Septimò*. Quædam, quæ ad explicationem primæ solutionis à S. Augustino afferuntur, non carere notabili difficultate. *Primò* enim, iuxta eam vix defendi potest, quomodo Iescha eadem sit, cum Sara, filia Aran, vxore Abrahæ, quod tamen cum alijs plurimis docet S. Augustinus lib. 22. contra Faustum c. 35. & alibi. *Secundò*, quod ait primam Abrahæ vocationem de qua loquitur S. Stephanus non esse factam in Chaldæa, sed in itinere, quo Abraham in Charan veniebat; alij plerique negant. *Tertiò* quod asserit translationem siue vt loquitur collocationem Abrahami in Chanaan, non fuisse profectionem ex Charris; sed tunc à Deo in terra promissionis collocatum quando ei natus est nepos Iacob, communiter maximè à recentioribus refutatur, qui tamen in hisce tribus punctis, nempe de vocatione Abrahæ, vxore eius, & translatione in Chananitidem non absolutè S. Augustini authoritatem deserunt, sed solum ex hypothesi, si nimirum primam illam quæstionis solutionem propugnaret S. Augustinus; quod non facit: proponit quidem, sed alias etiam non contemnendas esse fatetur. *Octauo*. Si iuxta solutionem tertiam Thare non ante annũ vitæ suæ septuagesimum tres illos filios, quorum meminit Scriptura generare cœpit, & minimus, aut saltem secundus natu fuit Abraham, dici poterit Abrahamus anno 75. ætatis suæ è Chaldæa diuino monitu Charras venisse cum parente suo, & vsq; ad eius obitum ibi habitasse, inde eodem anno, aut vi primæ vocationis, aut certè iterum à Deo monitum se in Chananitidem transtulisse cum necdum haberet filium. *Nono* valde dubium esse, si non falsum, quod aliqui proferunt, nempe Abrahamum viuo adhuc parente, corpore quidem Deo paruisse, postea verò animo, cum scilicet nulla eum ad reuisendas ædes paternas causa sollicitabat. Hoc enim non satis congruere videtur, cum prompta Abrahæ obedientia. Nam sicut filium immolare iussus, sine mora *de nocte consurgens* diuino mandato quantumuis arduo obsequi studuit, Gen. 22. v. 3. ita credibile est, Deo imperanti vt exiret, de terra, domo, cognatione sua, statim

corpore

corpore & animo obtemperasse, eodemque anno, quo ei facta est prima promissio, venisse Charran, & inde in terram Chanaan. *Decimo*, ex sententia S. Augustini, quærendos quidem esse plures exitus, è difficilium quæstionum perplexitate, sed non plures exitus Abrahami de Charan. 10.

QVÆSTIO VI.

Quando Deus Abrahamum Charris in Chananitidem transtulerit.

Status quæstionis.

1. ID post mortem Tharæ accidisse testatur S. Stephanus Act. 7. v. 4. quod nemo scriptorum Christianorum in dubium vocare potest. An vero id factum fuerit, quãdo primum in Chananitidem sese Charris contulit Abraham, vt narratur Gen. 12. in quæstione versatur. Sunt enim, qui negant Moysen illo capite 12. mentionem huius translationis fecisse; Abrahamum quidem annos 75. natum, à Deo vocatum in Chananitidem venisse fatentur, sed inde post 60. annos sub Thare obitum Mesopotamiam repetijsse volunt, siue vt parentis funus curaret, siue vt hæreditatem cerneret, ac tandem inde translatum à Deo in Chananæa permansisse. Ita Cornelius Gen. 12. v. 4. & Petauius lib. 9. cap. 17. ex eorum mente, qui annum Thare 70. Natali Abrahæ dedicant. Et probatur hæc opinio, quia S. Stephanus vbi Latinus habet, *transtulit*, scripsit μετῴκισεν, id est, firmiter collocauit, vt ipsi interpretantur. Abrahamum autem ante mortem parentis, non putant in Chananæa firmiter collocatum fuisse. Taceo explicationem quam affert S. Augustinus, nempe Abrahamum à Deo in terra Chanaan firmiter collocatum, quando natus est Iacob, Abrahæ nepos. *1. Opinio.*

2. Alij verò contendunt tunc à Deo Abrahamum in Palæstinam translatum, quando ex Haran in Sichem venit, vt narratur Gen. 12. quam Chronographiam sequuntur ij, qui ad annum 130. Thare, ortum Abrahæ differunt, & migrationes Abrahæ ex Haran, ab aduersarijs sine necessitate multiplicari putant, & sine efficaci ratione natalem Abrahæ ad annum 70. Thare referri. Hinc Bonfrerius Gen. 11. vers. 26. ait μεταοικίζειν idem esse ac efficere, vt quis habitationem & domicilium mutet: quod non fecit Abraham, cum iam 60. annos habitasset in Chanaan, & tantum conficiendi negotij causa animo mox in Chanaan reuertendi in Charan abijsset. *Quis enim*, inquit, *dicat eũ, qui fixum in Belgio domicilium habet, si Parisios negotij causa profectus fuerit, inde mox negotio confecto reuersurus, cum reuersus domum fuerit, mutasse habitationem & domicilium?* Addit Sanctius in cap. 7. Act. num. 10. translationem siue secundam, quam aliqui excogitant Abrahami ex Haran profectionem, dici *2. Opinio.*

non debere firmam collocationem siue constitutionem: quia plus quam 400. annis tota Abrahami posteritas peregrinata est, donec à Iosue exturbatis antiquis possessoribus in terram promissionis introducta est. Et probat exilio Hebr. 11. *Fide demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem.*

Conclusio. Hanc Bonfrerij & Sanctij interpretationem sequor: sicut enim κατοικῶ, id est, quod *habito*; & κατοικίζω quod *habitare facio*, iuxta illud Psal. 112. ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ: *qui habitare facit sterilem in domo*: ita μετοικίζω aliam vim non habet, quam *migrare facio*, siue is qui migrat, fixè & constanter in termino quem petit, siue ad tempus sit permansurus. Vnde illud Thren. 1. v. 3. μετωκίσθη *migrauit* Iudas, cum scilicet ea Tribus Babylonem ducta est, non ibi perpetuo, mansura, sed post annos 70. postliminio reditura. Quamobrem qui vocem μετοικίζω ad perpetuam siue constantem habitationem duntaxat referunt, & opponunt illi migrationi, qua Abraham è Mesopotamia Sichimam primum aduenit, à genuina vocum significatione mihi deflexisse videntur. Sicut nec probatur opinatio Andreæ Masij in cap. vlt. Iosue, vbi verba S. Stephani dicentis Deum transtulisse Abrahamum in terram Chanaan post mortem Thare, interpretatur de morte animæ siue peccato Idololatriæ, quo Thare corpore viuus, animæ interitum subierit: liquido enim apparet hanc explicationem esse excogitatam, & nullo modo probandam, vt bene Pererius lib. 16. in Gen. disp. 3. docet. Deus igitur transtulit Abrahamum in terram Chanaan; quando ipse Abrahamus Dei iussu & auxilio ex Haran migrauit in Chananitidem, vt scribitur Gen. 12.

QVÆSTIO VII.

Vtrum Sara fuerit filia Aran, neptis & vxor Abrahæ.

1. Opinio. 1. SAram fuisse non Aranis sed Tharæ filiam ac sororem, non tamen vterinam Abrahæ censent Clemens Alexandrinus sub finem lib. 1. Stromatum, Lipomanus & Caietanus in cap. 20. Gen. Dominicus Soto lib. 2. de Iust. & iure q. 3. quibus fauere videtur S. Hieronymus in Tradit. Hebr. in Genesin, Petauius lib. 9. cap. 17. loquens de authoribus pro secunda opinione mox citandis: *Nos* inquit *ad ea sic parati sumus, vt quod isti ex Hebræorum traditione certissimum putant, eadem fiducia falsum arbitremur Ieschan eandem esse cum Sara. Hanc enim Thare patre genitam, sed ex alia coniuge, qui melius, quam omnes isti, scire potuit Abrahamus docuit,* Gen. 20. v. 12. Probatur hæc opinio 1. Quia qui volunt Ieschan esse eandem

cum

cum Sara non nisi Hebræorum traditione nituntur. 2. Ex illis verbis Abrahæ Gen.20.v.12. *& vere soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ.* 3. Ex Gen. xi.v.29. *Duxerunt autem Abraham & Nachor vxores: nomen vxoris Abraham Sarai, & nomen vxoris Nachor Melcha, filia Aran patris Melchæ & patris Ieschæ.* Si enim Sara fuisset filia Aran, cur id non expressisset Moyses, sicut de Melcha & Loth expressit? Confirmatur ex eodem capite, v.31. *Tulit itaq; Thare Abram filium suum & Loth filium Aran filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abraham filij sui.* Si Sara esset filia Aran, cur id diserte hic non diceretur, sicut Loth diserte nominatur filius Aran?

2. Altera opinio, vt communior, ita & probabilior credit Saram fuisse filiam Aran sororem Loth, Abrahami ex fratre neptem, ita vt auus Saræ fuerit Thare, patens Abrahæ. Sic habet Iosephus lib.1.antiq.cap.6. *Aranes*, ait *relicto filio Lotho, & filiabus Sara & Melcha in regione Chaldæorum est mortuus.* Et paulo inferius. *Neptes verò ex fratre duxerant coniuges, Melcham Nachor, Saram Abrahamus.* Quod ipsum repetit cap.seq. Idem sentiunt S.Hieronymus, S.Augustinus locis mox indicandis. Procopius, Lyranus, Tostatus, Pererius, del Rio, Cornelius Sa, Carthusianus, Bonfrerius, Menochius, Vatablus, in loca Gen. pro prioris opinionis confirmatione adducta. Genebrardus ad finem 2.ætatis, Torniellus & Salianus in suis Annalibus ad an.m.2049. Hebræi in Seder Olam, addunt-que hi authores magno consensu Saram eam esse, quæ & Iescha appellatur. Probatur hæc interpretatio. Ratio enim honesti non permittit, vt credamus Abrahami ætate viros iustos cum sororibus eodem parente genitis nuptias contraxisse: imo neq; vulgò factitatum id fuisse videtur, nisi forte apud barbaras & impias aliquas nationes, vt postea de regibus AEgypti, & Cambyse Persarum Monarcha patratum legimus & horremus. Idcirco Abrahamus dicebat Saram esse sororem suam, vt inde homines certo sibi persuaderent, eam non esse coniugem. Nec idcirco mentiebatur Abraham: quia vulgari apud Hebræos loquendi vsu, fratres & sorores eæ personæ dici solent, quæ sanguine iunctæ sunt, vt patrueles, consobrini, amitini, item nepotes & neptes cum patrijs, auunculis, materteris.

2. Opinio communior & melior.

Probatur 1.

3. Confirmatur 1.ex Leuitico cap.20.v.17. *Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illaq; conspexit fratris ignominiam, nefariam rem operati sunt, occidentur in conspectu populi sui.* Vnde apparet prorsus detestandum esse eiusmodi connubium, nisi humani generis propagandi summa necessitas ad talem coniunctionem vrserit, vt contigit in primis Adami & Euæ liberis. Hinc S. Augustinus 15. Ciuit. 16. *Cum non essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas coniuges acceperunt, quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius religione*

Probatur 2.

prohibente. Quod non de religione Mosaica duntaxat intelligendum autumo, sed naturali, post eam multiplicationem hominum, quam Abrahami tempore ex antiquis historijs, & sacræ Scripturæ interpretibus fuisse legimus. Recole, quæ ex alijs retuli supra de Phaleg, ante Appendicem de æra Babylonica.

Probatur 3.

4. Confirmatur 2. Cum Thare duas filij sui Aranis natus parente ortas, quâ optimè collocatas desideratit, & Melcham Nachori dederit; credibile est alteram nempe Iescham Abrahamo elocasse, patruo neptem, quod neq; tunc neq; legis Mosaicæ tempore vetabatur. Nam Othoniel vir bonus, vxorem duxit Axam filiam fratris sui Chaleb. Iud. 1. quod legi per Moysen datę minimè aduersabatur. Quam in sententiam S. Hieronymus in Tradit. Hebr. Gen. 11. sic scribit: Aran filius Thare, frater Abraham & Nachor duas filias genuit, Melcham & Sarai cognomento Iescham δυώνυμον, è quibus Melcham accepit vxorem Nachor, & Sarai Abraham: necdum quippe inter patruos & fratrum filias nuptiæ fuerant lege prohibitæ, quæ in primis hominibus etiã inter fratres & sorores initæ sunt. Hęc ibi. Et contra Heluidium: quomodo, inquit & Abraham ipse Saram sororem suam habuit vxorẽ: etenim ait, verè soror mea est, de patre, sed non de matre, i.e. fratris est filia, non sororis. Alioquin quale est, vt Abrahã vir iustus, patris sui filiã coniugẽ sumpserit, cũ in primis hominibus propter auriũ sanctitatẽ idipsum scriptura nõ nominet, malens intelligi, quâ proferri, & Deus lege postea sanciat ac minetur, qui acceperit sororẽ &c. Leu. 20.

5. Ex quibus apparet contrariam explicationem, quæ apud eundem S. Hieronymum reperitur, in Tradit. Gen. 20. vel esse mutilam, vel non tam ex proprio, quam alieno depromptam. Eandem prorsus doctrinã tradit S. Aug. lib. 22. contra Faustum cap. 35 hisce verbis: Cum Abraham eo tempore viueret in humanis quo tempore iam frater, ex vtroq; aut altero, alteraue parente natos necti coniugio non licebat, filios autem fratrum, aliosque longiore gradu generis consanguineos nulla lege, nulla potestate prohibita consuetudo iungebat: quid mirum si sororem suam, id est, ex patris sui sanguine procreatã habebat vxorem? nam hoc ipse reddenti sibi regi dixit, de patre esse sororem, non de matre. Vbi certè vt sororem mentiretur, nullo iam timore cogebatur, quando ille vxorem eius esse didicerat, & eam diuinitus territus cum honore reddebat. Fratres autem siue sorores generali nomine consanguineos vel consanguineas solere apud veteres appellari Scriptura testatur. Nam & Tobias iunior, quam accipiebat vxorem appellauit sororem, non quidem eiusdem patris aut matris satu natam, sed ex eadem stirpe cognationis exortam. Et Loth Abrahæ frater dicitur cuius tamen patruum fuisse Abrahamum scriptura declarat. Similiter in Euangelio fratres Domini nominantur, non eiusdem matris filij, sed ex eadem sanguinitate propinqui. Eadem docet lib. 16. ciuit. cap. 11. &

19.ac pleriq; Theologi cum S.Thoma 2.2.q 110.Huic sentẽtię calculum suum addit S.Chrysost.hom.45. in Genesin, vbi Abrahamum sic loquentem introducit: Ne putetis me etiam sic mentitum esse: etenim soror mea est, ex patre, sed & non ex matre, quia eundem patrem vocat, quem & ego: ideo & ego sororem meam vocaui. Hinc iure miratur Pererius S.Chrysostomum in contrariam sententiam citari.

6. Ad primam rationem prioris opinionis; dico eos qui Saram Abrahami neptem esse censent, non sola Hebræorum traditione, niti: sed etiam rationibus, iam num.2.3.4. allatis. *Ad 1. prioris opinionis.*

7. Sara *verè*, hoc est, sine mendacio fuit soror Abrahæ, eo sensu, quo sanguine iuncti Hebræo idiotismo fratres & sorores nominantur, vt iam ex S.Augustino dicebam, & patet Gen.13.v.8.Tobiæ 8.v.9. Matthæi 13.v.55. Ioan.7.v.3. & alibi. Sciebat vtiq; Abrahamus, & dicebat Saram esse sororem suam ex patre & non ex matre, quia Thare quidem genuit Aranem & Abrahamum, sed non ex eadem coniuge, vt præter alios inculcant Cornelius & Bonfrerius Gen. 20. Quod cum non ignoraret Abraham vocabat eam generali nomine sororẽ, hoc est, consanguineam suam, ex parte patris sui qui erat auus Saræ: cuius auia non erat genitrix Abrahami. Quo fiebat vt more scripturæ Sara diceretur filia Thare, eo sensu, quo Dauid dicitur parer Abiæ sui pronepotis. 3.Reg.15.v.3.& Nabuchodonosor passim dicitur Parer Baltassaris. vt Dan.5. ex Petauij & aliorum plurimorum, qui hunc putant Nabuchodonosoris nepotem fuisse; & clarissimè ex Matth.1. Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. *Ad 2.*

8. Tertium argumentum soluendum est ab Aduersarijs. Si enim Sara fuit filia Thare, cur id Moyses siluit, cum expresse dixit Aranem fuisse filiam Thare? Saram tamen fuisse Arane genitam insinuasse videtur, dum monet Aran fuisse parentẽ Melchæ & Ieschæ, quę alio nomine Sara dicebatur: eam autẽ nõ vocat expresè filiam Aranis, sed vxorẽ Abrahæ, quia huius coniugium magis nobilitat Saram quã filiatio ex Aran. Siquidem ex hoc connubio facta est mater credentium & totius populi à Deo electi. Confirmatio in authores retorquetur: Si enim Sara fuisset filia Thare: cur hic dicitur tulisse *nurum suam*, & non potius verbo amabiliore *filiam*, sicut dicitur tulisse Abrahamum *filium suum*? *Ad 3.*

9. Obijciunt nõnulli verba Thamar, quibus fratrẽ suum cõpellabat, 2.Reg. 13.v.13. *Loquere ad regem, & non negabit me tibi.* Vnde deducũt illã credidisse, quod saltẽ ex dispensatione, soror fratri nubere posset. At crediderit sanè id fieri posse, sed puellari credulitate: magis autẽ credendum est, S.Augustino, S.Hieron. & alijs, qui id negãt. Vide Sanctiũ in c.13.l.2.Reg. qui tandẽ cõcludit magis sibi probari, verba illa à Thamar dicta fuisse eo ꝙ ignoraret, quid lex & natura prę-scriberet, aut ꝙ hac ratione pruriẽtis insaniã eludere vellet. Idẽ putat Abul.q.4. *Obiectio.* *Responsio.*

QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

Quoto anno Thare natus sit Abraham.

Quidam putant anno 70.

1. QVidam Abrahamum Thare septuagenario natum autumant. Ita Hebræi in Seder Olam, Iosephus, 1. Antiq. 6. Pererius & Cornelius Gen. 11. & 12. Suarius 3. p. q. 1. art. vlt. Azor lib. 6. moral. cap. 58. Petauius lib. 9. cap. 18. Genebrardus, & turmatim tum alij, tum in primis sectarij, vt Scaliger, Caluisius, Bucholcerus, Alstedius, Funccius, Chytræus, Origanus, probãt 1. ex scriptura Gen. 11. v. 26. *Vixitq; Thare septuaginta annis, & genuit Abram & Nachor, & Aran*: quibus verbis asserunt Moysen clarè indicare, quod Thare septuagenarius Abrahamum genuerit, atque ita per hunc annum septuagesimum Thare Moyses voluerit sacram Chronologiam continuare, quæ alioquin, inquiunt, esset incerta & dubia, imo falsa, si non septuagesimo, sed centesimo trigesimo anno Thare, natus foret Abrahamus. 2. Cum oraculo diuino accepisset Abraham sibi nasciturum filium dixit: *putasne centenario nascetur filius, & Sara septuagenaria pariet?* Gen. 17. v. 17. Non habuisset causam hoc dicendi, si natus fuisset anno patris sui centesimo tricesimo.

Alii anno 130. idq; probabilius.

2. Sunt tamen alij, qui censent Abrahamum anno patris sui 130. exacto natum esse. Ita Torniellus & Salianus ad annum mundi 2039. Sanctius in cap. 7. Act. Apost. Barradius tom. 1. Concordiæ Euang. lib. 8. cap. 9. Pontacus in Chron. Eusebij, Merzilla paraphrasi in Pentateuchum, Lyra, Caietanus, Bonfrerius, in Genesin, Naclantus libro Arcanorum Christi & de annis ætatis mundi. Theodoretus apud Lipomanum, & disertè Procopius Gazæus in cap. 12. Gen. Mihi inquit elucescere satis superq; videtur, Tharam genuisse Abrahamum, non instante anno 70. sed eo perfectè completo. Nec etiam continuo, vbi ille annus finem accepit, natus est Abraham, sed demum centesimo trigesimo Tharæ. Eadem est doctrina S. Chrysost. vt paulo post ostendam: cui subscribunt è sectarijs Nicolaus Reimarus, Beroaldus, Temporarius, Tremellius, Bruchtonius, Pavvel, qui in hanc sententiam trahit, si Dijs placet, Lutherum & Caluinum. Ad huius sententiæ declarationem quidam Sacræ scripturæ versus, considerandi sunt. 1. *Vixitq; Thare septuaginta annis, & genuit Abram & Nachor & Aran* Gen. 11. v. 26. 2. *Tulit itaq; Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abraham filij sui, & eduxit eos de vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan, veneruntq; vsque Haran, & habitauerunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum & mortuus est in Haran.* ib. v. 31. & 32. 3. *Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran.* Gen. 12. v. 4. 4. *Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charran, & inde postquam mortuus*

mortuus est pater eius transtulit illum (Abrahamum) *in terram istam, in qua vos habitatis, & non dedit illi hæreditatem &c. cum non haberet filium.* Act. 7. v. 4. & 5.

3. Ex hisce tribus postremis locis Abrahamum anno 130. Thare genitum probari potest. Nam teste S. Stephano in Act. Apost. Deo duce, & imperante Abram in Chananitidem venit: & tunc erat 75. annorum teste Moyse loco citato, cum paulo ante dixisset Thare obijsse in Haran. Tolle 75. de annis 205. vitæ Thare: remanebunt 130. quos Thare ante Abrahamum exegerat.

4. Respondent prioris sententiæ authores Abrahamum sæpius Charris in Chananitidem profectum. *Primò* quidem, cum esset 75. annorum, & Thare haberet 134. ætatis annos: atque huius profectionis Moysen in Gen. meminisse: sed ibi non obseruatum temporis ordinem, dum Thare obitus, ante illam primam profectionem enarratur. *Secundò*, annis 60. ab hac migratione transactis, cum sub parentis obitum Abrahamus Charras redijsset, indeque rursus se in terram Chanaan referret: atque de hac profectione locutum S. Stephanum existimant. Verum hæc responsio plures Abrahami transmigrationes, ex Haran, in terram Chanaan gratis excogitat, idque ex eo, quod præsumat, quasi ccntum, id quod est in controuersia, nempe Abrahamum esse natum Thare septuagenario. Imo reclamare videtur S. Stephanus Act. 7. v. 5. cum ait Abrahamo *non fuisse filium*, quando Thare mortuo Deus Abrahamum transtulit in Terram promissionis. Alludit enim S. Stephanus illo versu quinto, ad vers. 7. cap. 12. Geneseos, atque ita de eadem profectione loquitur, de qua Moyses loco isto Geneseos. 2. Reclamat apertè S. Chrysostomus hom. 31. in Genesin, vbi multis in hanc rem allatis diserè asserit Abrahamum Charris, non ante euocatum à Deo, quam Thare obijsset. Quod & homilia 36. inculcat. Vnde clarè patet, ex huius S. Doctoris sententia Abrahamum non nisi semel ex Haran, idque parente iam mortuo migrasse. Et sic aduersarij non solum migrationes sine sufficienti ratione multiplicant, sed & temporis prolepsin gratis excogitant, in ijs, quæ Moyses, de morte Thare, & Abrahami in Chananæã aduentu narrauit. Quod verò dicunt μετῴκισεν non conuenire illi profectioni de qua Moyses in Genesi meminit; nescio quo iure id asserant. Siquidem vt supra monui, μετοικίζειν nihil aliud significat, quam aliquem mutato domicilio, ad nouas sedes occupandas inducere, siue transferre. Quod factum scribitur illo cap. 12. Gen. eo prorsus modo, quo mutatis sedibus homines domicilium aliò transferre solent, secum ducentes familiam, & rem familiarem totam. *Tulit Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamq; familiam, quam possederant, & animas quas fecerant in Haran, & egressi sunt, vt irent, in terram Chanaan.* Cum autem authore Deo hæc fecerit Abraham, verè ac propriè de hac migratione dici potest, quod Deus tunc illum μετῴκισεν, hoc est migrare fecerit, siue transtulerit in terram Chanaan.

Obiectio.

Responsio.

Arg. 1.

Arg. 2.

Arg.3. 5. Reclamant tertiò, quæ deinceps in Geneſi narrantur à Moyſe, tum illo cap.12. tum ſequentibus, & indicant Abrahamum, annos 75. natum è Charan ſic digreſſum eſſe vt nunquam eo ſe & familiam ſuam retulerit, imò neque per nuncios lõgo temporis ſpatio videatur quicquam cum cognatis, qui vel Charris, vel in Vr Chaldæorum degebant habuiſſe commercij. Nam vt bene cum Torniello aduertit Salianus, quando Abraham deſcendit de monte, in quo filium immolaturus erat; ex Meſopotamia nuncium accepit, Melcham peperiſſe fratri ſuo Nachori, octo filios, Romam cõcubinam quatuor. Erat autem eo tempore Abraham circiter 125. annorum. Vnde colligunt iſti authores Abrahamum cum eſſet 75. annorum, non reliquiſſe parentem in Haran ſuperſtitẽ; cum enim ſæpius ſaltem per nuncios reuiſiſſet, & citius de tam fœcunda Melchæ ſobole certior factus fuiſſet. His addit Bonfrerius Gen. 11. v. 26. Si Abrahã anno ætatis ſuæ 135. Charras redijt, quid ni tunc potius nuptias inter Iſaac annos iam 15. natum & Rebeccam conciliaſſet, quàm poſt quinque annos magnis impendijs, eo ſeruum ea de cauſa ablegaret? Cur ſeruus de rebus Domini ſui, de eius opulentia, de filio ex Sara ſuſcepto (Gen. 24. v. 35.) quaſi de rebus ignotis loquitur, ſi ante paucos annos Abraham eos inuiſerat? Reſpondet non nemo, illud nimis otiosè quæri, hanc præpoſteræ curioſitatis enucleatam diligẽtiam meritò prudentibus viris ludibrium debere. *Satis eſt nobis*, inquit, *Abrahamum anno patris* lxx. *natum eſſe, teſtatum in ſcripturis legi.* Verum hæc verba ſunt & principij. vt dicitur petitio. Nam vt Semum anno parentis 500. natum in Scriptura legimus, ſicut Abrahamum 70. Quomodo autem tam de Semo, quam de Abrahamo ſcriptura intelligenda ſit, hoc vero eſt quod varijs diſcurſibus inquirunt Chronologi, cũ id ſcriptura non explicet expreſſis & apertis verbis.

Replica.

Ad replicã

Arg.4. 6. Confirmatur hæc ſententia 1. ex eo, quod ſit plana & facilis, ac ſine apparentibus contradictionibus, omnem propoſitæ quæſtionis difficultatem penitus exhauriat, nullamq; ne in ſpeciem quidem, in ſacris literis diſſonantiã relinquat, vt teſtatur Pererius, lib. 16. in Gen. diſp. 13. Quæ meo iudicio cauſa fuit, cur hanc ſententiã paucis expediuerit, & minimè contemnendam monuerit S. Auguſtinus. Cõtraria autem opinio, quæ ſine probatione ſupponit Abrahamũ parente ſeptuagenario natũ, intricatiſſimos ac penè indiſſolubiles difficultatũ nodos habet, vt oẽs fatentur. Confirmatur 2. ex eo, quod vt q. 4. declarauimus Sara credatur eſſe filia Aran, quæ non niſi decennio iunior Abrahamo fuit. Volunt quidem Hebræi Saran octenni paterculo naram: ſed non eſt facile creditu, eam ætatẽ liberorũ procreationi aptam fuiſſe. Iſaaco non ante quadrageſimũ ætatis annum elocata eſt Rebecca. Iacob ſeptuageſimũ annũ ante ſuas nuptias ſuperarat. Cõfirmant aliqui *tertiò* ex S. Paulo Heb. 11. v. 15. vbi cum dixiſſet Abrahamum, Iſaac, Iacob, Saram fuiſſe peregrinos & hoſpites ſuper terram addit: Si qui-

Arg.5.

Arg.6. ſed infirmum.

si quidem illius meminissent, de qua exiuerant: habebant vtique tempus reuertendi. Sed hæc ratio non videtur efficax.

Ad 1 rationē 1. opinionis.

7. Primo aduersæ partis argumento principium peti videtur: hic enim quæritur, vtrum ex eo, quod Moyses dicat, vixisse Thare 70. annos & genuisse Abram, Nachor, Aran, velit significare, tres istos illo anno natos; an verò solum Abrahamū; reliquos duos annis præcedentibus, aut sequētibus. An fortè Aran prius, natum, Abrahamum illo anno, Nachorem postea? An deniq; nihil aliud intenderit Moyses, quā indicare istos tres fuisse fratres, & oēs genitos, cum iam Thare esset vt minimum 70. annorum, cum tamen alij Patriarchæ post Arphaxad, Gen. 11. recensiti circa annum trigesimum suorum parentum nati dicātur. In has enim licet diuersissimas interpretationes sacer contextus distrahi posse videtur. Abrahamum illo anno 70. vel solum, ante alios, vel cum reliquis duobus natum non arbitror: si præsertim Sara fuit Aranis filia, vt ex dictis patet. Si dixeris prædictis verbis significari Aran & Nachoren iam antea natos fuisse: Abrahamum verò isto anno in lucem prodijsse; quęret quispiam vnde hanc interpretationem habeas? deinde an simili modo similem phrasin de Sem, Cham & Iapheth interpreteris. Ego verò arbitror planum & genuinum illorum verborum sensum esse, Thare prius 70. annos vixisse, tum successu temporis istos tres genuisse: quo autem ordine, quo præcisè anno singuli procreati fuerint, aliunde inquirendum.

Quo sensu dictū quod Thare 70. annorum genuerit.

4. Sensus esse possunt prima fronte.

Sēsus probabilior.

Responsio ad obiecta.

8. Nego vero ex hac interpretatione Chronologiam turbari: hæc enim ab Arphaxad ad Abrahamum, non deducitur per annum 70. Thare; sed per annum 205. de quo Gen. 11. in fine, iuncto initio cap. 12. Cum enim ibi Moyses dixisset Thare è viuis excessisse, cum esset 205. annorum, mox versu 4. cap. 12. subdit Abrahamum fuisse 75. annorum, quando patre vita functo in Chanaan cōcedebat, vt explicat S. Stephanus Act. 7. v. 4. Non igitur Moyses incertam hoc loco Chronologiam reliquit, tantum abest vt falsam tradat; quantumuis ab anno 70. Thare, Abrahami natalem seperemus. Imò sicut Moyses explicuit annorum seriem, signando natalem Arphaxad biennio post diluuium, quam intricatam reliquerat, ortum Sem, Cham & Iapheth ad annum 500. Noe referendo: ita ex eo quod annum 75. Abrahæ adiungat ad 205. Thare, satis declarasse videtur, quod obscurè dixerat, narrando Thare vixisse 70. annos, tum Abram, Nachor, & Aran genuisse.

Cur scriptura meminerit Aran & Nachor.

9. Iure autem sacer contextus hîc trium istorum Thare filiorum meminit; quia ex Aran Sara, ex Nachor Rebecca descendit: atque adeo Israelitæ, totum genus suum ex hisce tribus fratribus trahunt; paternum ab Abrahamo: maternum ex Nachor & Aran. Nec tacere debuit Moyses annum 70. Thare: quia cum reliqui Patriarchæ post diluuium nati circa annum

ætatis suæ 30. filios hoc cap. recensitos genuisse: attamen Thare non nisi post annum 70. genuit Abram, Nachor, Aran, quod discrimen iure merito notandum erat, quamuis inde series annorum non deducatur.

Ad 2. 10. Ad 2. argumentum respondet Salianus Abrahamum non solam suam senectutem initio admirationis considerasse, sed etiam corpus suum emortuum; imò & Saræ de qua agebatur conditionem, quæ & senex erat, & semper sterilis fuerat; postea verò cum in spem, contra spem, omissa naturalium impedimentorum consideratione credidisset, eum diuinitus vigorem accepit, vt non solum ex Sara Isaacum, sed ex Cethura etiam post multos annos prolem copiosam susciperet. Gen. 25. v. 2. Hinc de Sara Apostolus Hebr. 11. v. 11. *Fide & ipsa Sara sterilis, virtutem in conceptionem seminis accepit etiam præter tempus ætatis.* Addit Menochius, ex admiratione natam istam interrogationem Abrahæ: *Si dubitasset*, inquit, *à Domino reprehensus fuisset.* S. Hieronymus tamen & S. Chrysost. eum dubitasse censent.

Aran fuit senior Abrahamo. 11. Ex dictis colligitur 1. Aran fuisse Abrahamo seniorem: siquidem Sara siue Iescha non nisi decennio iunior erat Abrahamo. 2. Non idcirco Abrahamum ante suos fratres Aran & Nachor nominari, quod primus eorum natus fuerit, sed quod dignitatis excellentia præcesserit, sicut ob similem rationem Isaac præponitur Ismaëli. Gen. 25. v. 9. Iacobus fratri suo Esau, Malach. 1. v. 2. progenies Iudæ prius commemoratur, quàm fratrum eius 1. Paral. 4. v. 1. Idem

Cur Abrã fratribus suis præponatur. suis fratribus anteponitur Apoc. 7. ver. 1. licet ordine nascendi, quartus fuerit. Ita S. August. loc. c. Lyranus Genes. 11. Tostatus ib. q. 19. &c. 3. Ex verbis Sacræ Scripturæ Gen. 11. v. 26. solum haberi Tharã fuisse prius septuagenarium, quam Abram, Nachor, Aran nascerentur, vt in simili de Noë ex multorum sententia dixi, qui cum esset 500. annorum, dicitur genuisse Sem, Cham, Iapheth.

QVÆSTIO IX.

Quoto anno post diluuium natus sit Abram.

1. Opinio. 1. NOtat Pererius ex supputatione Eusebij à diluuio ad Abraham censeri annos 1720. in alijs tamen exemplaribus, & pluribus in locis notantur tantum 942. S. Augustinus 16. ciuit. 10. putat 1072. Isidorus 5. Etym. cap. vlt. 942. ex computo Iosephi exurgunt 993. Quicquid autem sit de variis hac de re sententijs; annorum numerus, qui hoc temporis interuallo effluxerunt colligitur ex annis, quos habebant Patriarchæ, quando filios in Scriptura nominatos suscepperunt. Septuaginta prout iam ordinariè apud eos legimus dant Sem annos 2. Arphaxad 135. Cainan 130. Salæ 130. Heber 134. Phaleg 130. Ragau 132. Saruch

Sarug 130. Nachor 179. Thare 70. sic ad annum 70. Thare à diluuio computantannos: 172.

Alia opiniones.

2. At Hebræa & Latina editio tribuit Semo annos duos, Arphaxad 35. Sale 30. Heber 35. Phaleg 30. Ragau 32. Sarug 30. Nachor 29. Thare 70. Summatim 292. Si igitur excludatur è numero Patriarcharum, Cainan iunior, & natiuitas Abrahæ ad annum 70. Thare conijciatur, Latini & Hebræi non nisi 292. annos inter diluuium & ortum Abrahæ numerabunt: si vero excluso Cainan, natalis Abrahæ ad annum 130. Thare differatur, putabuntur anni 352. si dentur Cainan 30. anni, & Tharæ 130. putentur: à transacto diluuio ad natiuitatem Abrahæ numerabuntur anni 382. quam supputationem cæteris antepono, quam diu Ecclesiæ censura Cainan in Euangelio, & Patriarcharum choro residere permittit.

Conclusio.

Quoto autem anno ante Christum natus putetur Abraham, facile iam colligi potest, collatis his quas de anno creati mundi retuli sententijs. Gen. 1. q. 2.

GEN. 11. v. 32.

Et factisunt dies Thare ducentorum quinque annorum & mortuus est in Haran. Sic habet fons Hebræus, vulgata editio, & Chaldaica paraphrasis. Septuaginta verò: *Et facti sunt dies Thare in terra Charan, anni 205. & mortuus est Thare in Charan.* Quæ verba explicans S. Augustinus 16. ciuit. 14. sic scribit: *Non est hoc sic accipiendum, quasi hos omnes dies ibi egerit: sed quia omnes dies vitæ suæ, qui fuerunt 205. ibi compleuerit.* Idem repetit cap. 24. & eandem computandi rationem accommodat ad 400. annos, quibus affligendum dicitur semen Abrahæ. Genes. 15. v. 13. Quam explicationem plerique omnes admittunt, nec pauci ad similia sacræ Scripturæ loca adhibent, vt Exodi 12. vers. 40. vbi Hebræa & vulgata habent: *habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto fuit 430. annorum.* Non quod omnes istos annos ibi Israëlis posteri transegerint; sed terminauerint, vt notat Cornelius in eum locum, Salianus ad ann. m. 2543. num. 11. Eodem sensu Iudith mansisse dicitur in domo viri sui annos centum & quinque. Iudith 16. v. 28. Simili computatione anni aliquot Iudicum cum annis seruitutis vnam in summam colliguntur, vt Othoniel 40. Aod 80. &c. Similiter plurimi Saulem 40. annos regnasse scribunt, sed simul tempus, quo Samuel iudicem egit, inuoluunt. Multi etiam hoc modo annos 70. desolationis templi computant, de quibus Dan. 9. v. 2. ij nimirum authores, qui seruitutis Babylonicæ annos à transmigratione Iechoniæ, aut initio regni Nabuchodonosoris, vel citius ordiuntur.

Insignis Interpretis Regula ex S. Augustin.

* * *

IN CAPVT XII.

GEN. v.1.

Status quæstion.1.

1. DIxit autem Dominus ad Abram: egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi &c.

Quæstio hic est, 1. vtrum hæc vocatio contigerit antequam Abraham veniret Charras, an cum ibi iam aliquamdiu habitasset. Ad cuius decisionem considerandæ sunt, quæ S. Stephanus narrat, Act. 7. v. 2. *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan, & dixit ad illum: exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Tunc exijt de terra Chaldæorum & habitauit in Charan.* Vnde clarè patet Abrahamum fuisse à Deo vocatum antequam in Charan moraretur. Etsi verò S. Augustinus q. 25. in Genesin, id contigisse putet, cum iam Abraham egressus esset à Chaldæa; sed Charras necdum peruenisset: communis tamen interpretum doctrina, Gen. 12. & Act. 7. in narratione S. Stephani *Mesopotamiam* sumit, non præsertim pro ea quæ dicitur Syriæ, sed prout complectitur etiam vicinam Chaldæam, quam Mesopotamiæ contributam asserit Plinius lib. 6. cap. 26. Idem docent Sanctius, Cornelius, Menochius l. c. Salianus ann. m. 2108. num. 5. Petauius lib. 9. cap. 18. & probat Bonfrerius hîc: tum quia Chaldæa propriè est patria Abrahæ, tum quia Deus passim dicitur illum eduxisse de Vr Chaldæorum, tum quia id euincere videntur, quæ ab Achior narrantur Iudith 5. v. 7.

Conclusio.

Status quæstio.2.

2. Vtrum tamen ea vocatio cuius meminit Moyses, eadem sit cum ea, quam commemorat S. Stephanus disputant Scriptores: esto in eo conueniant omnes, cum S. Augustino, quod S. Stephanus agat de vocatione facta antequam Abraham Charris moraretur. Cornelius & Bonfrerius initio cap. 12. Gen. existimant verius esse tantum semel vocatum à Deo Abrahamum, eandemq; esse vocationem de qua agitur Gen. 12. & Act. 7. atque ita eam contigisse ante mortem Thare, non in Charan, sed in Vr Chaldæorum. Vnam etiam tantum vocationem Abrahæ agnoscit S. Aug. 16. ciuit. 15. vbi docet mortem Thare per prolepsin prius à Moyse narrari, quam hanc vocationem, Itaque primum illud verbum cap. 12. *Dixit*, erit idem, quod *dixerat*, scilicet ante mortem Thare, ita vt Abraham dum Charris excederet, vocationi in Vr Chaldæorum factæ obediret: præsertim si, quod idem S. Aug. tradit ibid. cap. 16. *eodem anno facta sunt hæc omnia, & Dei promissio antequam in Charra habitaret, & in Charra habitatio eius, & inde profectio.* Probatur hæc interpretatio, tum quia sine necessitate, non sunt vocationes multiplicandæ, tum quia S. Stephanus ijsdem verbis vtitur, quibus Moyses, & sufficiebat vocatio facta in Chaldæa, vt Abraham intelligeret sibi per-

1. Opinio Abrahamum semel vocatum esse.

pergendum Chananitidem versus, quoad certior fieret, quanam in parte illius regionis sibi ex Dei voluntate subsistendum esset.

3. Alij verò, vt Sanctius in cap. 7. Act. Apost. censent Abrahamum bis esse vocatum, semel cum adhuc esset in Vr Chaldæorum, de qua vocatione S. Stephanus: iterum in Charan, de qua Moyses agit Gen. 12. *Cuius etiam*, inquit Sanctius, *meminit Stephanus dum ait, & inde postquam mortuus est pater eius transtulit illum in istam terram, nempe vocatione & imperio.* Idem sentit Salianus l. c. cum Ribera Hebr. 11. Gagnæo Act. 7. & alijs, quos laudat Petauio, lib. 9. cap. 18. & diserte S. Chrysostomo, hom. 36. in Genes. vbi cum de priore vocatione è Chaldæa egisset, subiungit: *deinde cum peruenissent in Charan, postquam illic tabernaculum fixerunt, & morte functus est Thare, iterum præceptum est ei à Deo, vt exiret inde: egredere* inquit *de terra tua.* Ratio est: Quia cum Abrahamus Deum primò vocantem sequeretur versus terram Chanaan veniebat, vt patet Genes. 11. ver. 31. *nesciens tamen quo iret*, vt loquitur S. Paulus Hebr. 11. v. 8. Cum enim Chanaan latè pateret, ignorabat quam potissimum in partem Dei iussu vocaretur. Opus igitur fuit secunda vocatione vt sciret sibi in Sichem veniendum esse, vt factum legimus Gen. 12. v. 6. Idem docet Abulensis in istud cap. 12. q. 2. 21. & clarius 22. vbi putat Abramum primo vocatum ex Vr Chaldæorum. 2. ex Haran annis 60. ante obitum Thare: de qua vocatione ait mentionem fieri Gen. 12. initio.

2. Opinio bis vocatū esse.

4. Equidem vtra harum opinionum sit verior, mihi non est compertum; nec multum ad Chronologiam refert. Qui vnam tantum vocationem admittunt; eam in Chaldæa factam asserant, vi cuius Abraham absque alio oraculo vsque in Sichem peruenerit; nescius an vlterius pergendum sibi esset. Cum autem in Sichem peruenisset, tum demum diuinitus intellexisse, eam esse regionem ad quam vocatus esset. Tunc etiam ei Deum dixisse: *semini tuo dabo terram hanc.* Gen. 12. v. 7.

Conclusio.

QVÆSTIO II.

Quamdiu Charris moratus sit Abraham.

1. Genebrardus li. 1. Chronol. ex Hebræorū traditione existimat Patriarchā Charris quinque annos habitasse, cui assentiūtur Caietan Act. 7. Naclātus Arca. Christi. Petauius l. c. Salianus an. m. 2108. Barrad. tom. 1. Cōcord. Euang. li. 5. c. 20. etsi aliā opinionē nō improbet. Probāt hi authores suā sententiā ex ca. 5. Iudith, prout in Græco legitur, vbi Achior dicit Israëlitas fugisse in Mesopotamiā, & ibi habitasse dies multos. Hinc S. Chrys. illa hom. 36. in Genesin asserit Abrahamū & Thare nō paruo tēpore domiciliū habuisse. Quæ mora ex Saliani opinione, nō arguit Abrahamum tarditatis aut negligētiæ in obediēdo primo præcepto, quippe qui *exire iussus de Chaldæa, exijt*, inquit, *subsistere in Haran, subsitit; proficisci in Chananæam; profectus est.* Hæc ille, probabiliter.

Quidam putant 5. annos.

2. At

Alij aliquot menses tantũ.

2. At probabilior mihi videtur S. Augustini sententia, qui Abrahæ aduentum in Charan, habitationem ibidem, & inde exitum in Chanaan vnius anni spatio concludit, 16. ciuit. 16. quem sequitur Pererius, in cap. 12. Genes. & repetit disput. 5. in cap. 25. num. 39. Nec aliter verum esse potest assertum Iosephi, scribentis Abrahamum annos natum 75. reliquisse Chaldæam. 1. Antiq. 15. Huc etiam spectat, quod ait S. Augustinus l. c. cap. 24. computari ab anno 75. Abrahæ, *quando ad eum*, inquit, *facta est prima promissio*, vsque ad exitum Israelis ex Ægypto 430. annos, quorum Apostolus ad Galatas meminit. S. Augustino consentit Vincentius libro 2. histor. cap. 6. vbi *à prima promissione facta Abrahæ in via Mesopotamiæ vsque ad legem datam* numerat 130. annos. Quod si Abraham anno ætatis 70. venisset in Haran, vt prioris opinionis authores putant, & ab anno 75. vsque ad Exodum isti 430. anni computarentur; essent reuera à prima promissione vsque ad legem datam 435. anni. Quia habitatio filiorum Israël, de qua agitur Exodi 12. v. 40. non incipit ante annum 75. Abrahæ, quo primùm in Chananitidem venit, vt infra dicam. Addo eos, qui volunt Gen 11. per prolepsin narrari mortem Thare ante vocationem Abrahæ initio cap. 12. relatam, non facile inuenturos à prima promissione vsque ad datam legem annos præcisè 430. si quinquennium Abrahæ in Charan moranti tribuerint.

3. S. Chrysostomus fortè, in priori fuit opinione; aut fortè tantum voluit, non vna tantum aut altera nocte in Charan hospitatum; sed aliquot septimanis aut etiam mensibus ibi habitasse, nempe ad obitum parentis.

Quomodo dicantur Israelitæ diu habitasse in Charran.

Qui verba Achioris allegant ex Græco textu, viderint, qua de causa Græcam editionem de iuniore Cainan facessere iubeant. Meminerint eum gentilem fuisse, & sic in sua narratione facilè errare circa quasdam circumstantias potuisse. Adhæc illos *multos dies* commorationis in Charran potuit Achior ad Nachorem retulisse, quia hic diu Charris habitauit, & ex eo per lineam femininam genus trahunt Israëlitæ. Denique illos *multos dies* fortasse intellexit annos, quibus Iacob in Mesopotamia mansit vxores duxit, copiosam prolem suscepit. Sic enim Israëlitarum parens *multos dies* cum primis Israëlitis paulatim nascentibus in Mesopotamia habitauit. Vide quæ annoto infra cap. 12. v. 5. & Exodi 12. v. 40.

GEN. 12. v. 4.

Hi 75. anni erant completi.

Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran. Hunc annum absolutum fuisse arbitror, cum Mariano Scoto, qui annum primum repromissionis Abrahæ ait esse 76. ætatis eiusdem. Idem notat in Chronico Eusebius, Petauius ad ann. m. 2022. Salianus ann. 2114. S. August. 16. ciuit. 24. ab annos promissionis computari ab anno 75. ætatis Abrahæ, nempe exclusiuè Si-

quidem

quidem cap. 16. ostendit se Eusebij computum sequi. Duo potissimum Deus Abrahæ promisit, benedictionem & terram Chanaan. Benedictionem Gen. 12. v. 3. *In te benedicentur omnes cognationes terræ.* Terram 16. v. 7. *Semini tuo dabo terram hanc*: quam veramque promissionem postea Deus non semel iterauit. Promissionem terræ primò factam legimus in Sichem; promissionem benedictionis, aut in Chaldæa, aut in Charan. Vtrum verò Deus etiam in Chaldæa, aut Charris terram fuerit pollicitus nec ne; Scriptura silet. Quicquid sit anni promissionis, computantur ab anno 75. Abrahæ, sicut & anni habitationis in Chanaan & Ægypto, qui vsque ad Exodum siue legem datam fuêre 430. Vide Exodi 12. Galat. 3.

GEN. 12. v. 5.

Et *animas quas fecerant in Haran.* Vt Abraham & Loth animas facerent, hoc est, familiam siue seruos, armenta, greges vel precio, vel aliter compararent: putant nonnullieos, quinquennium circiter in Charan consedisse. Verum id paucis mensibus fieri potuisse non ambigo. Abraham enim & Loth non videntur habuisse distinctam familiam à familia Thare, antequam Charras peruenirent: quandoquidem Thare eos tulisse dicitur ex Chaldæa Gen. 11. v. 31. Thare verò eodem anno è viuis sublato, vt vult S. Augustinus; Abram & Loth familiam peculiarem, aut primum adepti sunt, vel adita hæreditate auxerunt, siue vt loquitur Scriptura, animas fecerunt. Nec obstat, quod Thare, Abram, Loth Charris habitasse dicantur, Gen. 11. v. 31. quia Thare ibi absolute sedem fixit cum proposito ibi remanendi, Abram autem qui nusquam alibi domicilium fixum habebat, cum non intelligeret, Dei voluntatem esse, vt ante patris obitum inde digrederetur, ad tempus in Charan habitauit, quod de paucis mensibus, vetè dici potest, vt declarabo infrà Gen. 35. v. 19. num. 2.

Id aliquot mensibus perfectum.

GEN. 15. v. 13.

1. *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subjicient seruituti, & affligent quadringentis annis.* Idem repetitur Act. 7. v. 6. Aduertendum *primò* hîc sermonem fieri de semine Abrahæ, hoc est, Isaac & posterorum eius ad populum Israëliticum pertinentium, iuxta illud: *in Isaac vocabitur tibi semen.* Gen. 21. v. 12. Rom. 9. v. 7. vnde sequitur hos 400. annos, ante ortum Isaaci non aperiri. *Secundò*, tria hîc commemorari, peregrinationem, seruitutem, afflictionem: ac proinde videndum, vtrum tempus istud 400. annorum sit ad solam afflictionem; an verò etiam ad seruitutem & peregrinationem referendum. *Tertiò* à promissione facta Abrahæ, (quando erat 75. annorum) vsque ad Exodum numerari annos 430. è quibus si 25. subtrahantur, qui ab illa promissione vsque ad natum Isaacũ effluxerunt; remanebunt ab ortu Isaac, ad Exodum anni 405. Quod clarius patebit, ex dicendis, Exodi 12. v. 40.

400. annis futura prænuntiantur. *Nota 1.* *Nota 2.* *Nota 3.*

Hi 400. anni supputãdi sũt à natiuitate Isaac.

2. Hisce animaduersis, isti anni ex communi sacræ paginæ interpretum & Chronologorum computo ab ortu Isaac numerandi sunt, ita vt non solum afflictionem, sed & seruitutem ac peregrinationem complectantur. q.d. ab eo tempore, quo Isaac promissum tibi semen natum fuerit, vsque ad tuorum posterorum ex Ægyptiaca seruitute & afflictione egressum fluent anni præter propter 400. quibus Isaac & posteri tui peregrini erunt tum hic in terra Chanaan, tum in Ægypto, vbi vltimis annis seruient, & ante suum exitum grauiter affligentur. Ita Cornelius, Bonfrerius, Menochius in hunc locum: quam interpretationem iam olim tradiderat S. Augustinus 16. ciuit. 24. hisce verbis: *Non quod in eadem seruitute sub AEgyptijs affligentibus quadringentos annos ille populus fuerat peractur⁹; sed in ipsis quadringentis annis prænunciatum est hoc futurum. Quemadmodum enim scriptum est de Thara patre Abrahæ* (iuxta editionem 70.) *& fuerunt dies Thare in Charan quinque & ducenti anni: non quia ibi acti sed quia ibi completi sunt. Ita & hic propterea interpositum est, & in seruitutem redigent eos, & affligent 400. annis: quoniam ille numerus completus est, non quia ibi vniuersus peractus est.* Hæc S. Augustinus.

Obiectio.

3. Obijci solet: à promissione ad Exodum supputari annos 430. è quibus si 25. tollantur, qui ab anno 75. Abrahæ ad natiuitatem Isaac interceserunt, remanebunt 405. à nato Isaac, vsque ad egressum de Ægypto. Cui obiectioni

Resp. 1.

occurrentes Hebræi quos Bonfrerius & nonnulli alij sequuntur, putant probabilius esse, annos illos 430. deduci ab anno 70. Abrahæ, & sic præcisè à nato Isaac ad Exodum numerari annos quadringentos.

Resp. 2.

4. Alij verò communi supputatione, à natali Isaac ad exitum de Ægypto annos 405. exactè numerant, & sacram paginam hoc loco vulgari calculatione interpretantur, qua maiorem summam rotũdo numero exprimere solemus pauculis vnitatibus prætermissis, vt cum 70. Interpretes, 70. Christi discipulos nominamus, licet 72. fuerint. Ita Bellouacensis loco citando, Abulensis, Pererius, Sanctius, Cornelius, Salianus, Gordonus, hunc locum interpretãtur, quos sequitur Petauius lib. 9. cap. 24. præuio S. Augustino q. 47. in Exodum, sic scribente: *Quia scriptum est, in Isaac vocabitur tibi semen, ex anno natiuitatis Isaac, vsque ad annum egressionis ex AEgypto computantur anni 405. Cum ergo de 430. detraxeris 25. qui sunt à promissione vsque ad natum Isaac, non vnum est, si quadringentos & quinque annos, summa solida 400. voluerit appellari Scriptura, quæ solet tempora ita nuncupare, vt quod de summa perfectioris numeri, paulatim excrescit, aut infra est, non computetur.* Idem habet in hunc locum Tostatus. Beda verò in cap. 7. Act. Apost. ait posse sic intelligi, *quod à quinto Isaac anno quo, per filiũ ancillæ cœperit affligi, labor 400. annorum probetur annorum.* Indidem præcisam horum 400. annorum computationem accersendam putant Torniellus & Cornelius, eo quod tunc in domo Abrahæ solus remanserit Isaac Abrahæ semen, & promissionum hæres.

à nato Isaac ad Exodum anni 405.

5. Ma-

5. Mihi verò, etsi quoad exactæ supputationis summam, idem arbitrer; cau- *Cur minuta tempora hic omissa.*
sas tamen minus idoneas iã dicti authores afferre videtur: nam reuera antequã Isaac ab Ismaële vexaretur & separaretur, erat semen Abrahæ & peregrinum in terra necdum sua, vt aduertit Salianus an. m. 2543 num. 13. Quare magis arridet quod docet S. Augustinus & Vincent. lib. 2. spec. hist. cap. 6. de numero rotundo omissis minutijs intelligendo, & habet Sãctius, nempe paruum quinque annorum spatium hoc idcirco reticeri, quod pueri ante quinquennium vix aduertant, an sint peregrini nec ne; quinquennes autem peregrinationis incommoda discernere incipiant.

6. Nicolaus de Lyra in cap. 12. Exodi fatetur quidem à nato Isaac vsque ad *Error Nic. de Lyra.*
Exodũ esse annos 405. sed in colligẽdo eorum numero, hallucinatur, dũ moræ in Ægypto annos 210. tantũ deputat. Nã promissio facta est Abrahæ, cum esset 75. annorum ante quẽ annũ nõ incipit habitatio illa, cui in Exodo adscribũtur anni 430. Exodi 12. v. 4. Deinde natus est Isaac Abramo cẽtenario; hinc ad descensum in Ægyptũ sunt anni 190. quia 60. habebat Isaac quando natus est Iacob, & hic annorũ erat 130 cũ primum se stitit Pharaoni: vt sacræ literæ testantur. Respõdet Lyranus nos quidẽ nõ nisi 190. supputare: ex fractionibus tamen annorum cõsurgere 195. v. g. cum Abraham dicitur fuisse 75. annorum, migrans ex Haran; *intelligendum est*, inquit, *75. annorũ completorum. & dimittitur 76. qui erat incõpletus, licet forte tres partes anni illius trãsissent.* Sed hãc responsionẽ bene cõfutat Abulensis Exodi 12. q. 54. Quia isti 190. anni à nato Isaac ad descensum in Ægyptum ex duobus duntaxat integris numeris desumuntur, sc. ex annis 60. quos gerebat Isaac nascente Iacobo. & 130. quos exegerat Iacobus, eũ in Ægyptum descenderet. Fac etiã aliquã fuisse anni 75. Abrahæ fractionem: ex tribus tamen istis fractionibus, quinque anni non prouenient. Addo: si Abraham aliquid de anno 76. delibauerat cum Charris excederet, consequens erit, ab eius aduentu in Chananitidem vsq; ad natum Isaac non effluxisse integros 25. annos: atq; ab hoc aduentu vsq; ad Exodum, non fore numerandos 430. annos, nisi incompletos: multo verò minus ab ortu Isaaci ad descensum 195. posse computari.

GEN. 15. v. 16.

Generatione autem quarta huc reuertentur. 1. Nomine generationis quartæ com- *1. Explicatio.*
modè quartum sæculum absolutũ intelligitur, ita vt quatuor sæculis à nato, vel quinquenni Isaaco decursis, posteri Abrahæ de Ægypto Chananitidem versus regressuri dicãtur. Ita Cornelius, Salianus, Menochius, cõsentit Vatablus, & idoneam hanc interpretationem esse fatetur Abulensis. Nã generationem siue spatium vitæ humanæ centum annis definit Ecclesiasticus cap. 18. v. 8. *numerus dierũ hominum, vt multũ centum anni.* Hoc modo quatuor generationes apprimè congruunt 400. annis iam memoratis, siue initium, siue finem spectes.

2. Explicatio.

2. Addunt Pererius, Cornelius, Salianus duce S. Hieronymo hîc generationem capi posse, pro ea, qua pater filium generat, filius nepotem. *Prima* v. gr. generatione in Ægypto Esron Iudæ nepos genuit Ram: *Secunda* Ram genuit Aminadab: *tertia* hic genuit Naason: *quarta* Naason Salmon, cui postegressum de Ægypto Raab Iericuntina nupsit. S. Augustinus q. 50. in Exodum docet vtroque hoc modo accipi posse nomen generationis, nimirum & pro centum annis, & pro successione hominum ab ipso Iacobo ad Moysen, ita vt Iacob sit primus, secundus Leui, tertius Caath, quartus Amram, quintus Moyses.

Quomodo Exodus acciderit generationes 5. iuxta 70.

3. Dices: quomodo igitur septuaginta Exodi 13. v. 18. scribunt quinta progenie siue generatione filios Israël ascendisse de terra Ægypti? Siquidem Deus loquens Abrahamo id quarta progenie futurum prædixerat. Hanc eandem quæstionem sibi à Damaso Papa propositam soluit S. Hieronymus tomo 3. epist. ad Damasum q. 2. & docet vtrumque esse verum: sed diuersis generationibus, aut diuersimodè computatis. *Replica*, inquit, *Genealogiam Leui, Leui genuit Caath, Caath genuit Amram, Amram genuit Aaron, Aaron genuit Eleazar, Eleazar genuit Phinees. Caath cum patre suo Leui ingressus est Aegyptum: rursus Eleazar cum patre Aaron egressus est de Aegypto. A Caath vsque ad Eleazar computantur generationes quatuor: licet quidam velint ab Amram vsque ad Phinees, vt nos in Eleazar secimus peruenire. Si vero volueris disparem numerum ostendere, quomodo secundum Exodum, quinta generatione egressi sunt filij Israel de terra Aegypti, Tribus tibi Iudæ numeretur. Iuda genuit Phares, Phares genuit Esron, Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naason, Naason genuit Salmon. Phares cum patre suo ingressus est Aegyptum: Naason princeps tribus Iuda in deserto describitur, cuius filius Salmon terram promissionis intrauit. Computa à Phares, vsque ad Naason, & inuenies quinque generationes: tametsi nonnulli, vt in tribu Leui ostendimus, in Esron initium faciunt, vt ad Salmon vsque perueniant.* Addit ibidem nonnulla S. Hieronymus, quibus explicet quanam occasione septuaginta Seniores scripserint, *quinta generatione*: sed ea ad Chronologiam non spectant.

Distinctio temporis completi ab inchoato.

4. Ad apparentes eiusmodi antilogias adhiberi solet distinctio termini inclusi vel exclusi, numeri completi vel inchoati. Dicamus igitur quarta generatione in Ægypto completa, & quinta durante Israëlitas inde in Chanæam reuertisse. Prior autem explicatio, quæ generationis nomen vsurpat pro sæculo planior ac facilior esse videtur: quia iuxta secundam expositionem non constat, à qua persona sumendum sit initium, ad quam vsque personam progrediendum. Quatuor autem sæcula ab ortu Isaac ad egressum Israelitarum de Ægypto effluxerunt, & quinque anni, vt dictum vers. præcedenti.

IN CAPVT XVI.

GEN. v.3.

SArai tulit Agar Aegyptiam ancillam suam post annos decem, quam habitare cœperunt in terra Chanaan. Absoluto decimo, vndecimus agebatur annus à promissione & aduentu Abrahæ in terram Chanaan: anno vero sequenti natus est Ismael, ait enim Moyses vers. 16. octoginta & sex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Ismaëlem. Atque ita annus 87. Abrahæ, & 12. à promissione est primus vitæ Ismaëlis, vt notat Salianus ad an. m. 2125. Nec refragatur Petauius: nam aduentum Abrahæ in Chananitidem signat anno periodi Iulianæ 2752. ortum Ismaëlis anno 2763. Dices: quomodo igitur S. Hieronymus qq. Hebr. in Gen. cap. 21. asserit Ismaëlem fuisse 13. annorum, quando natus est Isaac? Hoc enim modo annus quartus decimus Ismaëlis esset primus Isaaci? Resp. S. Hieronymus intellexit particulam *ad minimum*: subdit enim se breuiorem eligere ætatem. Porrò annus primus Isaaci pariatur decimo quinto Ismaëlis, & centesimo primo ætatis Abrahæ, vt infra dicam. *Quando natus Ismael.*

IN CAPVT XVII.

GEN. v.1.

ABraham, *postquam nonaginta & nouem annorum esse cœperat*, &c. Hebræus textus & Chaldæus paraphrastes seruato proprio idiotismo habent: *& fuit* Abraham, *filius nonaginta nouem annorum*, id est, cum Abraham natus esset annos 99. vt habent Tigurina, & in simili interpretatus Menoch. Gen. 16. v. 16. nec dissentiunt septuaginta. Non auspicabatur tunc Abram annum ætatis 99. sed eo iam completo centesimum agebat, quo currente contigerunt, quæ narrat Moyses cap. 17. 18. 19. 20. Nempe cap. 17. Deus Abrahamo rursus apparet, facta sei de copiosa posteritate & possessione terræ Chanaan promissiones confirmat, eius & Sarai nomen immutat, circumcisionem instituit, filium ex Sara nonagenaria ad quem benedictiones pertineant, bona etiam Ismaëli, in gratiam Abrahæ pollicetur. Abraham verò legem & ritum circumcisionis in se & suis exequitur. *Tunc absoluerat annum 99.*

GEN. 17. v.24.

Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circumcidit carnem præputij sui: & Ismael filius tredecim annos impleuerat tempore circumcisionis suæ. Ita habet vulgatæ editio consentientibus, Hebræa, Græca, Chaldaica. Suscepit igitur Abraham circumcisionem, cum ageret annum ætatis centesimum. Tunc Isaac necdum conceptus erat, sed paulo post concipiendus, vt ex sacræ historiæ con- *Quando Abraham circũcidit se.*

textu patet, ac proinde in annum sequentem cadit ortus Isaac, nempe Abrahami centesimum primum, Ismaelis decimumquintum.

IN CAPVT XVIII. XIX XX.

GENES.

In his nihil Chronologicum occurrit.

Cap.18. Abraham Angelos hospitio recipit, qui promissionem de filio in annum proximum ex Sara suscipiendo confirmant. Cladem Sodomorum prædicunt Abrahamo eũ sæpius deprecante, si pauculi in ea boni reperirẽtur.

Cap.19 Loth Angelis hospitio receptis, grauia à Sodomorum ciuibus patitur, & ab incendio imminente educitur. Vxor eius in Salis statuam conuertitur Pentapolis igne cœlesti conflagrat, filiæ Loth ex patre concipiunt, vnde Moabitæ, & Ammonitæ genus ducunt.

Cap.20. Abraham habitat in Getaris, Sara periculo exponitur & eripitur, Deo Regem Abimelech castigante. Hæc omnia referuntur ad annum 100. Abrahami currentem, vt paulo ante monui.

IN CAPVT XXI.

GEN. v.5.

Quando natus Isaac?

Cum centum esset annorum: hac quippe ætate patris natus est Isaac. Idem est sensus Hebr. Græc. Chald. textus. Ex dictis autem manifestum est hos annos accipi debere completos: siquidem Ismaël annos 13. compleuerat, cùm Abrahamus 99. transegisset. Ergo anno Ismaëlis quintodecimo, & Abrahæ centesimo primo nascitur Isaac: quo fit, vt annus decimus quintus Ismaëlis & centesimus primus Abrahæ sit primus Isaaci, vt notat Eusebius, Marianus Scotus, Isidorus, Beda, Ado, in suis Chronicis, & Nicephorus Constant. Sulpitius li. 1. sacræ hist. Chrysostomus hom. 40. in Gen. Torniellus & Salianus an. m. 2138. & 2139. Samerius in tabulis, quibus accedunt Mercator, Contius, Capellus, Pelicanus.

GEN. 21. v.8.

Quando ablactatus

Creuit igitur puer, & ablactatus est. Hoc nonnulli ad annũ Isaac 12. referendum putant: sed sine idonea ratione. Tostatus Gen. 21. & 22. Lipomanus & Caietanus hic censent id factum, cum Isaac esset duos, aut tres annos natus. Dicebat enim Machabæorum mater: *lac triennio dedi.* 2. Macha. 7. v. 27. Alij probabilius id anno 5. Isaaci tribuunt, cum S. Hieron. in qq. Heb. Gen. 21. Pererio Del Rio, Cornelio, Menochio hic, Saliano in annalib. Nec procul absunt, qui initio anni sexti hoc annotant, vt Torniellus. Cum enim vita hominum longior esset, tardior etiam ablactatio fuisse videtur: præsertim si proles esset vnica, vt aduertit Cornelius. Quod vero Machabæa tres tantum annos filium lactauerit, mirum non est; cum annis plusquam 1700. à tempore Isaaci abfuerit.

GEN

GEN. 21. v.10.

Eijce ancillam hanc & filium eius. S. Hieronymus in hunc locum: *Nos*, inquit, *vt breuiorem eligamus ætatem, post decem & octo annos Ismaelem supputauimus eiectum cum matre.* Communior autem sententia est, expulsionem Ismaelis, vel eo anno, quo ablactatus est Isaacus contigisse, vel proximè sequenti. Quare valde probabilis est cõputatio Tornielli & Saliani, qui hoc referunt ad annum sextũ Isaaci, quinto iam absoluto, quo Beda in cap. 7. Act. Apost. ait Isaacum per filiũ ancillæ cœpisse affligi, & hinc ad Exodum numerat annos 400. quod percommodè fiet, si primus horum 400. annorum cum sexto ætatis Isaaci componatur. Nec dissentit Pererius, dum ait, Ismaëlem tunc non fuisse anno vigesimo minorem. Tostatus in hoc caput, ait Isaacum eo tempore fuisse sexennem, aut septennem, quo Ismaël eijciebatur: vnde infert Ismaëlem tunc fuisse annorum viginti & vltra. Menochius hic v.14. putat Ismaëlem tunc egisse annum 17.

Quando eiectus Ismael:

IN CAPVT XXII.

GEN. v.2.

Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac. Quæritur hîc primò, quo anni tempore; secundò, cuius tunc ætatis erat Isaacus, quãdo immolandus erat.

1. Quod ad primum attinet, traditione ab Hebræis acceptâ creditur Isaac ad sacrificium ductus die primò septimi mensis: quando post ingressum in terram clangebant Hebræi buccinis, quæ idcirco corneæ erant, vt recoleretur memoria Isaaci seruati, cuius loco immolatus est aries, qui cornibus inter vepres hærebat. Quod admittit S. Hieronymus in hunc locum, referunt, nec refutant, Tostatus & Pererius hic. Salianus ad an. m. 2163. num. 4.

Hoc constat mẽ, 7.

2. Secundò Hebræi in Seder Olam. *Isaac pater noster*, inquiunt, *peruenerat ad 37. annum, quando super altare ligatus est.* Consentit Genebrardus, nec dissentit Tostatus in ea verba Gen. 22. *eumq; alligasset Isaac*, additque eodem quidem anno mortuam Saram, sed post Isaaci à destinato sacrificio reditum. Verum hæc computatio non videtur amplectenda: nam si dixeris prius mortuam Saram, quam Isaac victimæ destinaretur; hysterologiam Moysi tribues sine sufficienti ratione: prius enim narrat Abrahamum in Bersabee habitasse, quam in Hebron, vbi Sara è viuis excessit. Sin autem viuente adhuc Sara id contigisse cum Hebræis asserueris; minus temporis relinques, ab Isaaci reditu, vsque ad Saræ obitum, quam res interea gestæ requirant. Siquidem Isaac mense septimo immolandus erat, à sacrificio arietis rediit Abraham, & habitauit in Bersabee Genes. 22. vers. 19. indeque migrauit in Hebron, vbi tandem Sara viuendi finem fecit: quæ ante mensis duodecimi exitum vix commodè fieri potuisse videntur.

Quidã putant tunc Isaac fuisse 37. annorum.

3. Alij

Alij 10. aut 12. annorum.

3. Alij, & si Bibliandro credimus Hebræorum doctissimi, arbitrantur Isaacum, tunc non nisi decennem, aut duodennem fuisse, tum quia puer ab Abrahamo vocatur, Genes. 22. vers. 5. tum quia existimant Isaacum, vinculis ibi ad necem iniecta non passurum fuisse, si ad resistendum vires suppetissent. Si enim sponte victimam se obtulisset, Abrahamum meritis superasset, quod eis absurdum videtur. Ab hac sententia non sunt procul, qui Isaacum, dum à patre ligatus est, putant fuisse 12. aut 13. annorum, vt Bibliander & Bucholcerus vel 15. vt Caluisius. Quorum coniecturæ non multum vrgent. Nam etiam adultos Scriptura pueros nominat, vt milites illos róbore præstantes, de quibus 2. Reg. 2. v. 14. Absalonem etiam iam planè virum Dauid puerum appellat 2. Reg. 18. v. 5. & 12. Deinde esto Isaac se sponte vinciri permiserit: vnde constat, sic eum plus apud Deum meruisse, quam parentem eius, qui fortè ardentiori in Deum charitate ducebatur, & nisi diuinum imperium aliud vrsisset, ipse pro filio mori, quam filium immolare maluisset? aut quis scire potuit, plus in hoc negotio meruisse Abrahamum, quam Isaacum?

Videtur fuisse 25. annorum.

4. Medium inter hos tenet Iosephus 1. Antiq. 13. Marianus Scotus, Adrichomius, Del Rio, Torniellus, Salianus, qui iure etiam Lyranum huc accersunt, apud quem graphico errore in numeros illapso, ponitur annus 35. pro 25. Siquidem Lyranus se Iosephum sequi profitetur, qui cum prædictis authoribus diserte Isaaco tunc 25. annos tribuit. Idem forte quod Lyrano, Fastis Siculis cõtigit. Huic opinioni subscribit Petauius, an. m. 2072. Menochius Gen. 22. v. 3. Bonfrerius probabiliorem asserit. Gen. 22. v. 9. Hæc sententia ordinẽ seruat rerũ gestarũ, prout eas refert Moyses, & tantũ per ætatem virium tribuit Isaaco, quantum satis erat, ad iter tridui pedibus conficiendum, & ligna quæ ad holocaustum sufficerent, vel ex quo mons apparuit, vel per ascensum ferendi, vt innuitur Gen. 22. vers. 4. & 6. quod puero 12. aut 15. annorum non conueniat. Denique hoc modo relinquitur à liberato Isaaco tempus sufficiens, pro habitatione in Bersabee, migratione in Hebron, morbo & obitu Saræ. Huic computo fauet Cornelius dum ait Isaac tum fuisse 25. annorum, Gordonus datem 27. annos, Tostatus in hoc caput arbitratur hæc facta ante istum annum. Broughtonus signat annos 33. Pererius rem in medio relinquit, cum hac de re nihil certi habeamus: sed tantum authoritatem Iosephi, & Hebræorum traditionem.

GEN. 22. v. 4.

Distantia Bersabee à monte Moria.

Die autem tertio, eleuatis oculis vidit locum procul. 1. Quomodo tres dies insumpsit Abraham? Nam è Bersabee euocatus fuerat: vnde vsque ad montem Moria, in quo offerendus erat Isaacus, exiguum est interuallum. Respondet Hieronymus in qq. Hebr. à Gerari, vsque ad montem Moria esse iter trium dierum.

dierum,& consequenter Abrahamum eo,die tertia peruenisse, neque tunc ad quercum Mambre habitasse, *cum*, inquit, *inde vsq; ad montem Moria vix vnius diei iter plenum sit*. Tostatus è contrario ait Bersabee à monte Moria distare, decem & septem duntaxat miliaribus, siue vt ipsemet interpretatur, octo leucis cum dimidia.& tandem concludit Abrahamum citius quidem iter illud conficere potuisse:sed Deum ita disposuisse vt ad tertium diem via protraheretur, quo magis Abrahæ virtus eluceret,& constantia probaretur,dum rem tam arduam toto eo tempore,animo pertractabat, nec tamen ab obedientiæ norma declinabat.Cornelius Tostati sententiæ adhærere videtur,& tertio demum die Abrahamum ad montem Sion peruenisse autumat: quia onustus erat rebus ad sacrificium necessarijs: atque hoc sensu S.Hieronymum dixisse esse iter tridui. Idem sentit Pererius. Salianus verò & Bonfrerius S.Hieronymi verba rigidè interpretantur tanquam Adrichomij tabulis consona, qui 20. circiter leucis horarijs à Bersabee, vbi tunc agebat Abrahamus, Ierusalem separat. Menochius à Bersabee ad montem Moria ait esse iter vnius diei.

2. Quicquid sit de exacta huius itineris dimensione, Abraham non exijt ex oppido Geraris,sed è loco ad Gerara pertinente, nempe Bersabee: qui etsi breuiori temporis spatio hoc iter absoluere potuisset; lentè tamen processit, non tam propter onus rerum,quas secum ferebat,cùm nec iumenta nec famuli deessent:quam quod sacrificij tam insoliti cogitatione quasi absorptus teneretur,hinc præcepto vrgente,illinc amore in filium retrahente,hinc affectu,inde fide,hinc præsentium gratia, inde futurorum expectatione, animum eius distrahente, vt bene ex Origene ponderat Cornelius. *Primo* igitur *die*, res ad hoc negotium necessarias apparat,& viam aggreditur, *secundo*, tardus meditabundus;constans tamen susceptum iter prosequitur,*tertio* demum *die* ineunte, locum sacrificio destinatum eminus videt, ac Dei præceptum exequi nititur, eodemque die voluntate à Deo pro facto acceptata arietem pro filio immolat. Tum in Bersabee reuertitur,& ibi habitat. Gen.22.v.19.

Eo lentè ibat Abraham.

IN CAPVT XXIII.

GEN. v.1.

Vixit autem Sara centum viginti septem annis & mortua est. Annus hic 127.Saræ congruit cum anno 137. Abrahæ,Isaaci 37.vt notant Tostatus & alij. Ad quem annum referenda sunt, quæ hoc capite narrantur,de sepultura Saræ, & agro, quem ab Ephron emit Abrahamus.

Ætas & mors Saræ

IN CAPVT XXIV.

GEN. v.1.

Isaac duxit Rebeccã

ERat *Abraham senex*: nempe 140. circiter annorum. *Cum* enim *Isaac esset quadraginta annorum duxit vxorem Rebeccam*, Gen.25. v.20. Intelligo completorum, vt hîc asserit Abulensis, & Salianus ann.m.2174. qui cum Pererio & Cornelio bene notat legationem hoc 24. cap. descriptam proximè antecessisse matrimonium Isaaci & Rebeccæ. Nec video cur id à quoquam iure negari possit: qui enim dicunt has nuptias anno 140. Abrahæ celebratas, de completo intelligendi sunt. Siquidem fatentur Abrahamum Isaaco seniorem fuisse, centum annis vt ex S. Augustino monet Cornelius. Supra enim probauimus anno centesimo primo Abrahæ currente natum esse Isaacum, qui vxorem duxit triennio à morte Saræ transacto, vt clare habet Tostatus Gen.23. Cornelius, Salianus, nec dissentit Bonfrerius hîc.

IN CAPVT XXV.

GEN. v.1.

Abraham Ceturam.

1. *ABraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam.* Quæstio est, vtrum hoc post mortem Saræ contigerit? Dubitat Caietanus, eo quod Abraham moriente Sara, fuerit ferè 140. annorum, quæ ætas nouis nuptijs contrahendis non censetur idonea. Scripturæ tamen, (vt fatetur) narratio, si rei gestæ ordini respondet, insinuat hoc factum esse post mortem Saræ.

2. Quod scriptura insinuat, hoc diserte communis authorum sententia tuetur, puta, hasce Abrahami nuptias post obitum Saræ cõtigisse. Est S. Augustini & Origenis, locis paulo post memorandis, Sulpitij lib. 1. sacræ hist. Tostati, Del Rio, Pererij Cornelij, Bonfrerij, Menochij in hunc locum, Sahiani ann.m.2179. Petauij an.m.2093. Probatur communi illo argumento, quo sacri historiographi rerum gestarum ordinem seruare cẽsentur, nisi idonea ratio aliud suadeat: qualis hîc nulla occurrit. Sicut igitur post mortem Saræ, post nuptias Rebeccæ, Moyses hoc Abrahami matrimonium retulit: ita & reapse contigisse putandum est, vt diserte plerique authorum iam citatorum annotarunt.

Obiectio,

3. Solum difficultatem ingerit senectus Abrahami: quomodo enim, aut voluit, aut potuit tam graui ætate liberis operam dare? Hebræi fingunt eandem esse Ceturam & Agar, quæ mortua Sara, post multorum annorũ diuortium, ad Abrahami consortium reducta sit. Quod commentum cum retulisset S. Hier. in qq. Hebr. *Verum*, ait, *quod incertum est relinquamus*. Alibi tamen simpliciter illud Hebræorum traditionem affert nec refutat, nec multum refragatur Lyranus.

4. Certa

4. Certa nihilominus & cõmunis doctrina Ceturam ab Agar distinguit, vt cum S. Aug. Origene, Tostato, Caietano, Del Rio, Pererio, docẽt Cornelius, Bõferius, Menochius, idq; perspicuè intelligitur ex sacro textu, nõ modo vulgato, sed etiã Hebræo, Græco, & Chaldæa paraphrasi, quo Abrahã dicitur munera dedisse filijs cõcubinarum, Agaris nimirũ & Ceturæ. Nec est, quod hic Enallagen numeri confingamus: hæc enim nõ quadrat, ad planã historiæ seriem, qualis hoc loco à Moyse pertexitur: Imò bene monẽt paulo ante nominati authores, Agarem iam decrepitã fuisse, nec amplius ad prolẽ concipiẽdam, à viro præsertim sene videri habilẽ. Fuit ergo Cetura iuuencula, cũ ex eiusmodi feminis senes facile prolẽ suscipere soleãt. Nec tamẽ idcirco Abrahamus post mortẽ Saræ credendus est voluisse nouis nuptijs lasciuire: sed diuino, vel instinctu, vel præcepto, nec sine mysterio id fecisse, vt explicat S. August. q. 70. in Gen. & clarius 16. ciuit. 34. his verbis: *Quid sibi vult, quod Abraham post mortẽ Saræ Ceturã duxit vxorẽ? vbi absit, vt incontinentiã suspicemur, præsertim illa iã ætate, & in illa fidei sanctitate.* Et paulo post: *Sed profectò sicut Agar & Ismaël, Doctore Apostolo significauerunt carnales veteris testamẽti: cur non etiã Cetura & filij eius significent carnales, qui se ad testamentum nouum existimant pertinere? Ambæ quippe & vxores Abrahæ, & concubinæ sunt appellatæ: Sara verò nunquam dicta est concubina, sed vxor tantùm. Habent ergo non-nulla munera filij concubinarum, sed non perueniunt ad regnum promissum* &c.

Respon.

Rationes pro nouis Abrahami nuptiis.

Origenes etiam prolixè hanc historiam prosequens, id ab Abrahamo factũ existimat, quod spirituale connubiũ mentis humanæ cũ Sapientia, nõ nisi ætate prouecta fieri soleat. Alij causam huius rei sufficientẽ, aut saltẽ secundariã autumant, vt Deus hoc modo cumulatissimè satisfaceret promissis, quibus Abrahæ copiosam posterorum multitudinẽ fuerat pollicitus. Addunt aliqui; vt Abrahamus ab Isaaco separatus haberet personã, quæ sui in senectute, & totius familiæ fidelẽ curã gereret. Abraham igitur cum iam 140. ætatis annos exegisset, Ceturam ducere voluit vxorem: quia sic Deo placere intellexit. Liberos ad mysterij iam dicti significationem suscipere potuit: quia vires ei Deus suppeditauit.

GEN. 25. v. 7.

Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinque anni. Vltimus vitæ illius annus cõgruit cum an. m. 2213. à diluuio 557. Vidit Semum, inquit Salianus, primogenitũ Noe 120. annis, eius filium Arphaxad 58. Cainan 15. Salen 118. Heber 175. cum Rehu abauo 18. annis versatus est, cũ proauo Sarug 140. (an potius 141?) cũ parẽte Thare 75. Hæc Salianus, qui rectè monet in scholijs, Chronologiã lõge diuersam reperiri apud Pererĩ, eo quod hic è Patriarcharum catalogo Cainan expungat, & natiuitatem Abrahæ ponat anno 70. Thare: quod faciũt Cornelius, Petauius &c. quorum cõputationi addo 50. annos, propter Cainan, cui 30. annos tribuo, & natalem Abrahæ, quam ad annum 130. Thare differendam puto.

Ætas & mors Abrahamĩ

Epilogismus vitæ Abrahæ.

2. Iuuat autem quasi Epitaphij Chronologici loco, breuem vitæ Abrahami Epilogismum, prout authores iam nominati fecerunt attexere. Noë vita functus est anno post diluuium 350. Phaleg 370. Nachor 371. antequam Abraham nasceretur annis 382. à diluuio elapsis. In Chaldæa moratus est vsque ad annum ætatis suæ circiter 75. sub idem tempus, euocatus est è patria, accepta promissionem, venit in Haran: tum mortuo ibidem parente in terram Chanaan, annos 75. natus. Primis decem annis quibus in Chananitide & Ægypto peregrinatus est, inter cætera hæc ei mirabilia contigerunt. 1. Flagellatio Pharaonis propter abductam Saran. 2. Victoria de quatuor regibus & assertio Lothi. 3. Occursus Melchisedech, benedictio Abrahæ, sacrificium panis & vini. 4. Memorabilis illa Dei apparitio, in qua renouatæ & confirmatæ sunt promissiones, & ei prædictus post 400. annorum peregrinationem Hebræorum in terram promissionis reditus. Elapso autem decennio, ex quo in Chananæam aduenerat, Agar ancillam ducit vxorem, ex qua anno sequenti, qui erat Abrahæ 86. inchoatus Ismaëlem suscipit. Annos natus 99. Deo iubente circumciditur cum Ismaële 14. annum agente: mutatur eius nomen Abram, in Abraham, & Sarai vxoris in Sara. Angelos ternos hospitio excipit, qui Isaacum e Sara nasciturum prædicunt: eodem tempore subuertitur Pentapolis, & Sara ab Abimelecheo ablata restituitur. Centum annorum absolutorum erat Abraham cum natus est Isaac, qui post quinquennium ablactatur: mox Agar cum Ismaele expellitur. Ad annum Abrahæ 125. Isaac iubetur immolari. Anno post moritur Sara, annum vitæ 127. gerens. Exacto inde triennio, Abraham 140. annorum, senex Rebeccam filio, sibi Ceturam connubio iungit. Interiecto deinceps annis 20. cum Isaac sexaginta, Abraham 160. annos haberet, Rebecca gemellos parit, Esau & Iacob, qui cum ad annum 15 adoleuissent, auus eorum Abrahamus tandem vitæ suæ annorum 175. periodum emensus naturæ debitum soluit.

Variæ Chronographiæ.

3. His commodè addit Cornelius: *A morte Abraham*, inquit, *vsque ad discessum Iacobi in AEgyptum, qui contigit anno ætatis Iacobi 130. fluxerunt anni 115. A morte verò Abrahæ, vsque ad egressum Moysis, & Hebræorum ex AEgypto fluxerunt anni 215. Cum ergo Moyses tunc in egressu Hebræorum ex AEgypto esset octogenarius, hinc sequitur eum natum esse 250. annis post mortem Abrahæ.*

Quoto ante æram Christianam anno obierit Abraham, variæ sunt opiniones, Torniellus & Salianus putant, anno circiter 1840. Cornelius 1827. Petauius 1862. Bucholcerus 1874. Ego 1827.

GEN. 25. v. 17.

Ætas & mors Ismaelis.

Et facti sunt dies vitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiensq́, mortuus est. Promissio Abrahæ facta est annis vndecim antequam nasceretur Ismael, quo adu-

adiunxeris ad 137. quos idem vixit, comperies vltimum annum vitæ Ismaelis respondere anno à promissione 148.

GEN. 25. v. 26.

Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei paruuli. Erat is annus Abrahami 161. à promissione, siue aduentu in Chanaan 86. *Ori.º Iacob & Esau.*

IN CAPVT XXIX.

GENES.

1. QVæritur quando nati sint 12. Patriarchæ Iacobi filij? Iacob è 4. vxoribus duodecim filios totidem tribuũ Patriarchas suscepit, hoc ordine. 1. Ruben ex Lia. 2. Simeonem ex eadem. 3. Leui ex eadem. 4. Iudam ex eadem. 5. Dan ex Bala. 6. Nephtali ex eadem. 7. Gad ex Zelpha. 8. Issachar ex Lia. 9. Aser ex Zelpha. 10. Zabulon ex Lia, tum Dinam ex eadem. 11. Ioseph ex Rachel. 12. Beniamin ex eadem, vt patet cap. 29. Geneseos & sequentibus. *12. Patriarchæ nati ex 4. vxoribus Iacobi.*

2. Hinc sacro textu considerato deducitur, Liam septem filios & filiam, intra septennium concepisse & peperisse, ita vt aliquanto etiam tempore diceretur parere desijsse. Nam Iacobus vno duntaxat mense post suum ad Laban aduentum, inijt cum eo septennalis seruitij pactum, quo Rachelem acciperet vxorem. Gen. 29. ver. 14. Transacto hoc septennio, mox Lia, deinde post dies septem Rachel Iacobo nubit, ibid. v. 20. 27. 28. Iosephum autem post suos fratres nõ vterinos natum esse ostendit, tum ordo narrationis, quem tenuit Moyses Gen. 29. & cap. 30. Tum quod Israel plus Iosephum, quam illos dilexerit, eo quod in sua senectute, nempe post filios Liæ, Zelphæ, Balæ eum genuisset. Gen 37. v. 3. Atqui non nisi circa finem anni 14. aut initium 15 seruituris Iacobeæ natus est Ioseph. Gen. 30. v. 26. Hoc enim nato, cum vellet Iacobus Chanaanitidem repetere, mansit nihilominus sex alios annos in Mesopotamia; atque ita Labano seruiuit annos 20. pro vxoribus quidem 14. pro gregibus autem sexennium. Gen. 31. v. 38. & 41. Cui Chronologiæ diserte subscribit Tostatus Gen. 29. q. 3. additque cap. 24. Dinam & Iosephum eodem anno natos. Vnde manifestum euadit totam Liæ sobolem non prius hanc lucem aspexisse, quam annos circiter 14. Iacobus Labano seruiuisset, è quibus 7. ante nuptias cum Lia celebratas effluxerant. Neque verò hîc opus est, ad partus septimestres recurrere, aut contra apertam sacræ paginæ narrationem gemellos inducere. Satis constabit temporum ratio, si probabiliter dicamus cum Demetrio apud Eusebium 9 præpar. 4. Torniello & Saliano, ad ann. m. 2283. singulis denis mensibus solaribus concepisse ac peperisse. Sic à nuptijs ad Iudam quarto loco natum, quadraginta menses transiuerint; inde Lia cessauerit parere. Gen. *Fœcunditas Liæ.*

29.v.35.per 14.menses,quorum decursu Zelpha conceperit, & postea enixa sit Gad:deinde Aser conceperit. Deniq; triginta mensium interuallo concepti & nati sint Issachar, Zabulon & Dina, qui menses in vnam summam collecti dant 84.quot mensibus duodecim anni solares absoluuntur. Qua ratione ferendum erit vna vice contigisse vt Lia bis vno eodemq; anno pareret: quando verò Bala ancilla Rachelis Dan & Nephtali pepererit, non vsquequaque constat. Videntur hi ante Gad nati, forte post Iudam.

Quando nati Patriarchæ 10.

3. Porrò, quoto quisque anno vitæ Iacobi hi Patriarchæ editi sint, non est facile ad vnguẽ determinare. Cornelius Gen. 29.v.35. ait anno 85. Iacobi natũ Ruben; 86. Simeonem, 87. Leui. 88. Iudam. Ad finem anni 85. vitæ Iacobi Rubenis ortum referunt Demetrius apud Eusebium, Marianus Scotus, Sameritus, Salianus: quibus suffragatur Abulensis hic q.3. dum ait Iacobum 84. annorum fuisse, quando petiuit vxorem à Laban, absoluto nimirum septennio seruitutis. Petauius lib.9.c.19. nec non an.m.2152. & sequentibus hæc diligenter rimatus, anno vndecimo quã Iacob in Mesopotamiam venerat, natos putat, Iudam & Dan, cũ annis præcedẽtibus suscepti essent Ruben, Simeon, Leui. An.12. Nephtali & Gad: an. 13. è Zelpha Aser. Ineunte eodẽ anno ex Lia Issachar, exeũte vero Zabulon. An. 14. ex Lia Dinã, ex Rachele Ioseph hũ eodẽ mense teste Demetrio.

Iosephi Natalis certior cæteris.

4. Iosephi Natalem, magis illustrant sacrarum literarum monimenta. Hic enim cum 30. esset annorum, somnium Pharaoni interpretatus principatum in Ægypto obtinuit. Gen. 41.v.46. Inde effluxerunt anni septem fertilitatis, & duo famis, donec parentem suum Iesephus in Ægyptum accerseret, cum adhuc quinque anni famis supererent. Gen. 45.v.11. Descendit igitur in Ægyptum Iacobus anno 2. famis inchoato, cum Iosephus esset 39. Israël autem 130 annorum. Gen. 47.v.10. Et sic tandem annus 131. Iacobi pariabitur anno 40 Iosephi, vt docet S. Aug. tomo 4. q.122. in Gen. & q.47. in Exodum, additque Iosephum vixisse post descensum Iacobi annos 71. qui si addantur ad 39. quos Ioseph Iacobo in Ægyptum descendẽte habebat, consurgent anni vitæ Iosephi, qui fuêre 110. Gen. 5.v.25. Ex quibus colligimus annum primum ætatis Iosephi, maiore sui parte respondere anno 92. vitæ Iacobi. Similia habent Cornelius, Gen.30.v.25. Petauius lib.9.cap.19. Salianus an. m. 2289. Tostatus Gen. 37.v.3. & cap.35. Vincentius lib.1. spect. hist. cap.118. vbi annum 40. Iosephi componit cum anno Iacobi 121.

GEN. XXIX. v.15.

Postquam completi sunt dies mensis vnius. Hinc manifestum euadit, Iacobum vno post suum aduentum mense, pactum cum Labano de septennali seruitio pro Rachele inijsse, & hinc annos seruitutis Iacobeæ initium capere.

GEN

GEN. 29. v. 27.

Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis alijs. Acquieuit placito, & hebdomada transacta Rachel duxit vxorem. Iosephus tradit Rachelem septennio post nuptias Liæ, Iacobo in manum venisse. cui subscribere videtur S. Chrys. hom. 56. in Gen. Sed textus iam allegatus reclamat, & clarè significat, non nisi septem dies inter Liæ nuptias, & Rachelis cum Iacobo matrimonium intercessisse, vt notat S. Hieron. in Trad. Hebr. S. Augustinus q. 89. in Gen. Alcuinus, Tostatus, Eugubinus, Genebr. Pererius, del Rio, Aben Esra, Cornelius, Bonfrerius, Menochius, Salianus, Seder Olam, Fauet Petauius in tabulis, dum Liæ & Rachelis nuptias eidem anno adscribit.

Iacob ducit Liam & Rachelem eodem anno.

IN CAPVT XXX. GEN. v. 25.

Nato Ioseph, dixit Iacob socero suo: dimitte me. Hinc patet natum esse Iosephum vel ad finem anni 14. ab aduentu Iacobi in Mesopotamiam Syriæ, vt notant Tostatus, Pererius, Bonfrerius, in hunc vers. & Salianus an. m. 2289. num. 1. vel anno illo decimoquarto, quam Iacob seruire cœperat iam expleto, vt habent Cornelius, Menochius, Torniellus, Petauius in tabulis, Chronicum Alexandrinū. Tunc enim transactum erat tempus, quo Iacob Labano pro vxoribus seruire ex pacto debebat, & instabat sexennium seruitutis pro gregibus.

Quando natus sit Ioseph.

GEN. 31. v. 38.

Idcirco viginti annis fui tecum? His verbis confirmatur, quod iam de nato Iosepho dicebam: hæc enim protulit Iacob, cum in patriam reuertens à socero in monte Galaad esset deprehensus. Necesse, quod Labano pluribus annis, quam 20. Iacobum seruiuisse quispiam suspicetur, siquidē differtis verbis ait v. 41. *Per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis.* Constat autem ex capite præcedenti, non nisi nato Iosepho de gregibus inter eos conuentum.

Iacob Labano seruiuit 20. annis.

GEN. 33. v. 17.

Et venit Iacob in Socoth: vbi ædificata domo, & fixis tentorijs &c. Hic & sequentes versiculi indicant Iacobum aliquanto tempore moratum in Socoth, & iuxta Sichem non transeūtes sicut solent viatores alicubi quiescere, sed diutius in istis duobus locis habitasse, donec adolesceret Dina, quæ, cū Iacobus è Mesopotamia discederet, nonnisi sexēnis erat: cū autē oppressi fuit, erat 15. aut 16. annorū, vt infra dicā. Iacobum in Socoth sesquiannū habitasse volunt Hebræi, cui consentiunt Bonfrerius, hic & Salianus an. m. 2298. Pererius præfat. in hoc caput. Petauius autē in tabulis duos circiter annos. Iuxta Salem 8. circiter annos mansit cum suis Patriarcha, vt constabit ex ijs quæ iam de Dina afferemus.

Iacob habitat in Socoth ferè 2. annis, iuxta Salem 8.

GEN.

GEN 34. v. 1.

Quando casu Dina acciderit.

Egressa est Dina filia Liæ. Casum hunc accidisse mox ab aduentu Iacobi ad Sichem putauit Tostatus ex eo, quod Emor, post facinus patratum Sichimitas alloquens id insinuare videatur. Confirmat Torniellus, quia *Dina ingressa est vt videret mulieres regionis illius*: quas sine dubio iam pridem vidisset, si ante septennium, aut octennium huc cum parentibus aduenisset. Verum id cum communi authorum doctrina non congruit, qui moram Iacobi in Socoth non vltra biennium extendunt: Tostatus ad annum octauum producit. Neque Emor dum suos ciues ad circumcisionem hortatur, significat Israelitas eo recens aduenisse: quin potius insinuat, tanto eos tempore ibi moratos, vt constaret eos esse *pacificos*, nec tam facile Sichemitis persuasisset, in vnum populum cum peregrinis coalescere, si nuper admodum aduenissent, moresque & ingenia eorum necdum perspecta fuissent.

Iam diu tunc Iacob ad Sichem habitauerat.

Dina iam pridem Sichimitidas viderat: sed tunc celebritas erat, qua magno & apparatu & numero mulieres comparebant, quo spectaculo ipsa frui voluerat: quia forte antea simile placuerat. Iosephus & Tostatus *festum* vocant. Theodoretus *panegyrin*. Theodotus apud Eusebium 9. præp. Euang. cap. *mercatum*, vt aduertit Salianus ann. m. 2305. Aliam causam affert S. Augustinus q. 108. in Genes. nimirum *Dinam, cum ad eam venisset ætatem, vt amicas iam haberi posset, condiscere voluisse filias ciuium loci illius.* Quod aptè conuenit cum fonte Hebræo. Nam ראה raa, non solum aspicere, sed etiam considerare & explorare significat, vt patet Gen. 37. v. 14. 1. Paralip. 21. v. 12. Psal. 33. v. 9 quibus in locis septuaginta habent ἰδεῖν: hic verò καταμαθεῖν. Quamobrem verius esse puto hunc casum euenisse paulo ante quam Iacob ex Sichem vbi octo circiter annos hæserat, moueret in Bethel. Caietanus fatetur quidem Dinam iam tunc nubilem fuisse: quandoquidem eius connubium petebat Sichem: sed tardius corruptam opinatur, quia tardius natam. Verum ex dictis cap. 29. colligimus eam natam eodem anno, quo Ioseph, & quidem ante ipsum, cum nulla ratio appareat, cur ibi Moyses hysterologia vti voluerit, ordine temporis prætermisso.

Dina tunc erat 16. circiter annorum.

Quoad ætatem Dinæ, ea annorum 16. circiter fuisse videtur. Nam sexcem erat antequam Iacob è Mesopotamia digrederetur, & ipse 10. circiter ann partim in Socoth, partim ad Sichima habitauit, antequam Dina raperet Pererius, & Torniellus aiunt eam tunc fuisse annorum 15. Cornelius circiter Menochius fortè 15. Petauius circiter 16. Bonfrerius 15. aut 16. Salianus ann. 2305. subscribit Demetrij rationibus apud Eusebium l. c. qui prout in Gr legitur, disertè asserit eam corruptam fuisse cum annos 16. haberet, & 4. m ses, Ruben peruenisset ad ann. 22. & duos menses, Simeon ad 21. & 4. me Leui ad 20. & 6. menses. Additque Iacobum tunc fuisse annorum 107.

verò seniorem non fuisse inde constat, quod ipsa eodem ferè tempore nata sit, quo Ioseph, qui venditus est, cum Iacob ex Sichem in Bethel, & hinc in Hebron migrasset: ipse verò Ioseph dum venderetur, erat 16. aut 17. annorum vt patet Gen. 37. v. 2. & 14. Dina autem vim passa est, Iacobo adhuc in Sichem commorante, vt sacer historiæ contextus exhibet, Gen. 34.

IN CAPVT XXXV.

GEN. v. 19.

1. *Mortua est ergo Rachel.* Haud longo tempore, post vitium Dinæ oblatum, cum Ioseph esset annorum circiter 16. Nam antequam Ioseph nasceretur Rachel cum Iacobo 7. annos vixerat, qui ad 16. adiecti conficiunt annos 23. quot eam cum viro fuisse tradit Demetrius apud Eusebium, cui in tabulis subscribit Petauius, & ad eundem annum Dinæ casum, & Rachelis obitum refert. Consentit Pererius hic disp. 4. Bonfrerius & Cornelius in hoc cap. v. 28. Abulensis Gen. 37. nec multum dissentiunt Torniellus & Salianus an. m. 2306. *Mori Rachelis.*

2. Hinc colligitur 1. errare Hebræos in Seder Olam, dum non nisi 14. annos Rachelem in matrimonio vixisse fingunt. 2. Ad hoc vt quispiam alicubi habitare dicatur, non requiri aliquot annorum domicilium: nam post oppressam Dinam Deus Iacobum in Bethel habitare iussit. Gen. 35. v. 1. quod hic absque vlla dubitatione præstitit. Inde nihilominus migrauit ante obitum Rachelis. Hebræi mansionem in Bethel semestrem faciunt, nec facile diuturnior esse potuit, vt ex dictis patet. Quare ex eo, quod Abraham dicatur in Charan habitasse, Gen. 11. v. 31. refelli non potest eorum opinio, qui cum S. Augustino illum eodem anno, quo Charras venerat, inde mortuo patre discessisse arbitrantur. *Coroll. 1. 2.*

GEN. 35. v. 28.

Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. S. Augustinus q. 122. in Genesin latè docet, Moysen non seruasse hoc loco temporis ordinem, eo quod Ioseph venditus fuerit annis 12. ante excessum Isaac, aui sui, qua de venditione, agam infra cap. 37. Idem docent vnanimi consensu interpretes in hoc caput. Moriente Isaac effluxerant anni à promissione 205. à natiuitate Iacobi & Esau 120. à venditione Ioseph 12. &c. *Ætas & obitus Iacob.*

CAPVT XXXVII.

v. 2. & 28.

Ioseph cum sedecim esset annorum. &c. vendiderunt eum Ismaëlitis. v. 28.

Vulgatus interpres de annis 16. completis intelligendus est, vt bene Lyranus & clarius Abulensis, Menochius & alij passim in hunc locū. Codices *Ioseph vēditur.*

verò Hebræi, Chaldæi, Græci, S. Augustinus &alij, qui Iosepho, cum vēderetur 17. annos tribuunt, de currentibus loquuntur, ita vt labente anno ætatis suæ 17. Ioseph à suis fratribus venditus sit, ætatis Iacobi 108. iuxta S. Augustin. q. 122. in Genesin, & Chronicon Alexandrinum. Repromissionis 93. supra centesimum vt notat Eusebius, decimo tertio antequam ipse Ioseph carcere Ægyptiaco solutus Pharaoni sisteretur, vt cōputat Demetrius apud Eusebium. In hāc Chronologiam pleriq; omnes, maximè recentiores conspirant. Pererius, Sanctius, Torniellus, Gordonus, Cornelius, Bonfrerius, Petauius, quos inter tam exigua est de annis iam recensitis discrepantia, vt pro nulla merito haberi possit. Aliud est de annis mundi, à diluuio, ante Christum ad hanc venditionem relatis.

CAPVT XXXVIII. v. 1.

De Coniugio Iudæ tria certa. 1. EOdem tempore, *descendit Iudas*. Certum est *primò*, ea, quæ de Iudæ coniugio hic narrantur, contigisse antequā Iacob cū sua familia in Ægyptū descenderet: quæ enim hoc cap. 38. referuntur gesta sunt in terra Chanaan, ad quam Iacob & Iuda non sunt reuersi, ex quo in Ægyptum à Iosepho vocati, sese contulerant. Deinde filij Iudæ Her & Onan coniuges Thamar, in Chananitide mortui sunt. Gen. 46. v. 12. ergo aliquot annis antè nati fuerant, quam eorum parens & auus è Chanaan in Ægyptum descenderent.

2. 2. Certum est *secundò*, ab anno 17. ætatis Iosephi, quo labente ipse venditus est, exclusiuè, vsque ad descensum Iacobi in Aegyptum effluxisse annos 23. Erat enim Ioseph, cum Pharaoni, somnium eius interpretaturus sisteretur, triginta annorum. Gen. 41. v. 46 mox septennium vb. ertatis, tum sterilitatis biennium interfluxit, quoad Iacob in Aegyptum à Filio accerseretur. Gen. 45. v. 6. Eius tempore Cathodi Iosephi expleto 39. ætatis anno, quadragesimum agebat. Subductis igitur 17. annis, ad quos Iosephus cum venderetur peruenerat, manebunt anni 23. à tempore quo Iosephus venditus est ad descensum Iacobi in Aegyptum.

3. 3. Certum etiam mihi videtur, Iudam, vt hic narratur, vxorem duxisse, circa id ferè tempus, quo Ioseph abductus est: hoc enim indicant verba illa primi huius capitis. *Eodem tempore*, quibus Moyses hanc auspicatur historiam. Cōsentiunt Hebræus, Latinus, Chaldæus, nec dissentit Græcus dum ait: ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ: vtrum autem paucis annis, ante, vel post; disputari potest.

De tempore huius connubij 1. Opinio. 4. Nonnulli, vt Torniellus ita verba prima huius capitis interpretantur, Iudas anno circiter 13. ætatis suæ genuerit Her, mox anno sequenti Onan, tum ad annum 15. Selam: anno Iudæ 27. Thamar nupserit primum Her, deinde mortuo Onan, hoc etiam è viuis sublato, Thamar vidua vsque ad annum Ioc

Iudæ iam propè desinẽtem nuptias cum Sela expectauerit, quibus frustrata, se fartim suo socero prostituerit, & gemellos ex eo pepererit, Phares & Zaram, anno 29. Iudæ mense circiter septimo. Phares annum vitæ 13. ingressus, ducta vxore successiuè spatio decem & nouem mensium genuerit Hamul & Hesron, ita vt posterior paulo antequam Iacob descenderet in Aegyptum nasceretur.

5. Duo autem potissimum huic opinioni obsistunt. 1. Quod Moyses scribat, *eodẽ tempore*, Iudæ nuptias contigisse, quo Iosephi abductionẽ: hæc autẽ opinio, Iudæ connubiũ septennio circiter anteuertit, & violenta interpretatione prima huius cap. verba, ad medium duntaxat tempus refert, quod à nuptijs Iudæ, vsq; ad natiuitatem Phares decurrit. *Alterum*, quod creditu difficile sit Iudam & filios eius in tantilla ætate liberis operam dedisse, & tam crebro ex vna vxore prolem suscepisse. Vult enim Torniellus an. m. 2306. num. 6. Iudam anno 13. ætatis suæ sub finem mensis decimi suum primogenitum suscepisse; anno sequẽti mense circiter octauo, alterum filium; tertio anno, qui erat Iudæ 17. natum ei esse tertium filium sexto circiter mense. Quæ sanè mira videntur. *Refutatur dupliciter.*

6. Si Iudas ante proditum Iosephum duxit vxorem, quod fieri potuisse insinuat S. Augustinus q. 128. in Gen. id non nisi de exiguo tẽporis spatio cõcedi debet. Siquidem Liam non nisi septennio circiter antequã Iosephus nasceretur duxit Iacobus, & quarto demũ partu, ex eadẽ Iudã suscepit, ac proinde haud multo vltra triennium Iudas ætate Iosephum anteuertit. Hic autem vẽditus est, anno vitæ suæ 17. cum Iudas esset 20. circiter annorum, & dicitur *eodem tempore*, quo scilicet nuper admodũ Ioseph abductus est, duxisse vxorẽ filiã Sue. Gen. 38. v. 1.

7. Quare verius, vt arbitror, censent alij, connubium Iudæ initum eodẽ anno (non antè) quo Iosephum sui fratres vendiderunt. Ita contra Aben Esra Tostatus hic, Pererius disp. 1. Del Rio, Cornelius, Bonfrerius, Menochius, Salianus an. m. 2306. Addunt plerique diserte Iudam tunc fuisse 20. circiter annorũ. Probant 1. Quia nulla vel apparens occurrit ratio, cur hoc loco Moyses tẽporis ordinem inuerteret. Nam cap. 37. historiam de Iosepho orditur, ab eius in Aegyptum abductione: deinde cap. 38. de Iuda narrationem instituit. Capite 39. & sequentibus, ea persequitur, quæ maxime ad Iosephum spectant. Quod si prius matrimonium iniisset & liberos suscepisset Iudas, quam Iosephus traderetur, id sine dubio prius enarrasset, vt res deinde à Iosepho gestas vno historię filo sine interruptione aut capitis tricesimi octaui interpositione absolueret. Idem probant duobus argumentis, quæ iam contra priorem opinionem attuli, & breuẽ huius rei Chronotaxin hoc fere modo componunt. Cũ Iacobum de Iosepho recens perdito mœrentem sui filij consolarentur in Hebron, diuulsus à cæteris Iudas descendit Odollam & inde coniugem duxit filiã Sue, eo fere tempore, quo Ioseph in Aegyptum abductus est, Tũ Iudas erat 20. fere anno- *2. Opinio verior.*

annorum, vtpotè triennio ante Ioſephum in lumen editus. Intra annum à Iudæ coniugio natus fuerit Her, nec multo poſt Onan, tertio circiter anno Sela. Sic anno decimooctauo à nuptijs Iudæ, Her ad annum 17. ætatis ſuæ proiectus, Thamar vxorem duxerit, ac paucis menſibus exactis interierint, Thamar biennio, ſi placet, Selam futurum maritum expectarit. Tum fraudulento concubitu Phares & Zaram ex Iuda conceperit, ac anno ſequenti ante deſcenſum in Ægyptū pepererit. Sic non incommodè ea omnia fieri potuerunt, quæ à venditio Ioſeph vſque ad ortum Phares & Zaræ cap. 38. narrantur. Hinc ſequitur, Hamul & Heſron, non in Chananitide, ſed in Ægypto natos: quomodo verò id non pugnet, cum numero perſonarum, quæ cum Iſraële, in Ægyptum deſcendiſſe dicuntur, dicam cap. 46.

CAPVT XXXIX.

GEN. v. 7.

De Ioſepho ab hera ſollicitato.

Poſt multos itaque dies, iniecit Domina oculos ſuos in Ioſeph. Hebræi in ſuo Seder Olam cap. 2. aſſerunt Ioſephum 12. menſes in herili domo manſiſſe, totidem annos carcere Ægyptio detentum: imò ad annos 13. Ioſephi carcerem extendere videntur, Demetrius apud Euſebium & S. Chryſoſtomus hom. 6. in Geneſin, & hom. 8. in Epiſt. ad Epheſios, niſi forte vincula & carceres cum iugo ſeruitutis confundant. Fauet Philo in libro de Ioſeph, quem νεανίσκον vocat, dum ad facinus prouocabatur. S. Hieronymus in Pſ. 104. ait Ioſephum 18. annos natum, adamatum eſſe à Domina. Verum alij communiter cenſent Ioſephum non vltra triennium fuiſſe in vinculis, vt paulo poſt declarabo. Longiori enim quam 12. menſium ſpatio probanda fuit à Putiphare Ioſephi indoſtria, prudentia, vitæ integritas, antequam totius familiæ, & rerum ſuarum gubernationē emptitio ſeruo committeret, antequam videret agros & fortunas ſuas Ioſepho gubernante plurimum auctas, antequam fidem Ioſephi ita haberet perſpectam, vt nihil cognoſceret Putiphar, *niſi panem, quo veſcebatur.* Gen. 39. v. 6. Etſi verò Ioſephi indoles ea fuerit, vt beneuolentiam & amorem Dominæ ſtatim conciliaret: non eſt tamen credibile, eum amorem in turpitudinis flammam exarſiſſe. Nemo derepente fit peſſimus. Nec refert, quod vocetur νεανίσκος: hoc enim non ſolum ad ætatem teneriorem Ioſephi, vt cum eſſet 17. aut 18. annorum, ſed etiam ad ſingularem morum facilitatem, ac amabilem agendi rationem accommodari poteſt. Taceo S. Paulum cum annum trigeſimum exceſſiſſet appellari νεανίαν, ſiue adoleſcentem. Act. 7. v. 57. Ita Ioſeph videtur à ſua hera ſollicitatus, cum ipſe eſſet circiter 27. annorum.

C

CAPVT XLI.

GEN. v. 1.

Quot annos Ioſephus in carcere fuerit.

Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Hos duos annos videtur Ioſephus computare, ab eo tempore, quo impudicæ mulieris fraudibus Ioſeph circumuentus in carcerem impactus fuerat. Verum communis interpretum huius loci ſententia eſt, horum duorum annorum initium, ab illo tempore ſumendum, quo regius pincerna officio ſuo reſtitutus, & piſtor in patibulum actus eſt. Ita Procopius, Del Rio, Pererius Cornelius, Bonfrerius, Menochius, in hunc locum, Gordonus, Torniellus, Salianus, Petauius. Conſentiunt plerique heterodoxorum, Caluiſius, Capellus &c. Sic enim, nec aliter congruunt inter ſe finis cap. 40. Geneſeos, cum initio ſequentis, ita, vt poſt duos annos, quàm pincernæ & piſtori ſua ſomnia, Ioſeph interpretatus fuerat, Pharaoni oblatum ſit inſomnium de bis ſeptem ſpicis fertilitatis, & ſterilitatis indicibus. Antequam verò iſti duo regij ſerui in vincula conijcerentur, Ioſephi virtutes ita iam innotuerant, vt ei carceris Præfectus vinctorum cuſtodiam prudenter committeret, vt patet ex fine cap. 39. Eam enim decurſu temporis de Ioſepho experientiam cęperat Princeps carceris, vt eius fidei duos illos Pharaonis famulos credere auderet. Gen. 40. v. 1. & 4. qui tamen non niſi exiguo temporis ſpatio, in carcere detenti videntur. ibid. v. 4. 12. 18. Quibus omnibus rite animaduerſis colligit Pererius, Gen. 39. verſ. 8. videri Ioſephum ab inſaniente hera tentatum fuiſſe, triennio fermè antequam è carcere in Aulam Pharaonis educeretur. Sic Ioſephus carceris miſerias tribus circiter annis pertulit, nempe ætatis ſuæ 28. 29. 30. vt latius deducunt authores iam laudati.

Ioſeph tres annos in carcere.

Quomodo anni fertilitatis & famis ad Ioſephi ætatem accommodentur.

GEN. 41. v. 29.

Ecce ſeptem anni venient fertilitatis. Hos annos mox ab interpretatione ſomniorum Pharaonis cœpiſſe innuit textus Hebræus: *Ecce ſeptem anni venientes*, ſiue veniunt & v. 32. *quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt, eò quod fiat ſermo Dei, & velocius impleatur.* Quare exiſtimo primum vbertatis annum inijſſe fluente 31. ætatis Ioſephi: cum verò iam eſſent tranſacti ſeptem anni abundantiæ, & duo penuriæ, Ioſephus 39. annos natus, parentem accerſit, diſertè aſſerens, quinque annos famis adhuc eſſe reſiduos. Geneſ. 45.

Annus 1. vbertatis inijt anno Ioſephi 31.

vers.11. Currente ergo anno 3. inopiæ Iacob in Ægyptum descendit, anno sa
131. Iosephi quadragesimo, vt habet Demetrius apud Eusebium lib.9. præp.
cap. vltimo, Petauius anno m.2237. Nec obstat, quod S. Augustinus, Eusebius,
Syncellus, Marianus Scotus dicant Iacob in Ægptum descendisse anno 2. fa-
mis: id enim de completo intelligitur, quod satis indicat ipse S. Augustinus,
q.128. in Genesin sic scribens: *Euidenter autem Scriptura dicit, triginta annorum fu-
se Ioseph, quando innotuit Pharaoni. Cum ergo ipse anno 17. ætatis suæ venditus fuisse re-
datur, tredecim annos peregerat in AEgypto ignotus Pharaoni: ad hos autem 13. annos, ac-
cesserunt 7. anni vbertatis, & facti sunt anni 20. His addantur, 2. quia secundo anno fa-
mis intrauit Iacob AEgyptum cum filijs suis, & inueniuntur 22. anni, quibus abfuit Ioseph
à patre & fratribus suis.* Hæc S. Doctor: qui sicut annum 17. Iosephi completu
accipit, dum ab eo ad tricesimum numerat annos 13. ita annum secundum fa
mis expletum intelligit. Deinde nullo anno interiecto statim post trigesimu
ætatis Ioseph, annos vbertatis computat. Idem habet lib.18. de ciuit. cap. 4. vb
ab anno trigesimo vitæ Iosephi exclusiuè, vsque ad descensum in Ægyptu
computat annos 7. fertilitatis, & biennium sterilitatis. Idem docet Perer
Gen.41. disput.6.§. Tertia causa. Salianus an.m.2329. à quo non discrepat Pe
tauius lib.9. cap.24. vbi ait Iosephum egisse annum quadragesimum, quand
patrem cum suis venientem suscepit.

CAPVT XLVI.

GEN. v.15.

Regula Notanda.

HI *sunt filij Liæ, quos genuit in Mesopotamia Syriæ.* Aliqui in Ægypto nati, hu
capite inter eos recensentur, quos sacra eloquia natos referunt in Meso
potamia ante descensum in Ægyptum, vt Hesron & Hamul. Quia dum sacra
Scriptura plures in vnam summam aut catalogum colligit, solet quandoque
de ijs ita loqui, vt id quod omnibus & singulis quodammodo tribuere vide
tur, plerisque tantum conueniat, & aliqui è numero reuera excipiendi sint. Sic
Gen.35.v.26. cum Moyses filios Iacobi recensuisset, addit: *Hi sunt filij Iacob, q
nati sunt in Mesopotamia Syriæ*: excepto scilicet Beniamino, quem constat natu
esse, post Iacobi è Mesopotamia reditum in terram Chanaan, vt notant ip
dem interpretes.

Eodem sensu intelligi potest, quod isti Hesron & Hamul, alijque nonnul
hoc capite numerati dicuntur ingressi cum Iacobo in AEgyptum. Quanquam
& aliter id explicari potest, nempe quatenus erant in lumbis & virtute genera
tiua parentum in AEgyptum descendentium; quo sensu Leui dicitur Melchis
decho decimas dedisse. Heb.7.vers.9. Addunt plerique descensum siue ingre
sum

sum Iacobi in AEgyptum, extendi ad annos 17. quos Iacob in AEgypto vixit: imò vsque ad obitum Ioſephi, eo quod procurante & vocante Ioſepho, Iſraël in AEgyptum deſcenderit. Ita Abulenſis, Pererius, Del Rio, Cornelius, Bonfrerius, Menochius in cap. 46. Gen. ex S. Aug. q. 173. in Geneſin, conſentit Salianus an. m. 2529. num. 11. Petauius lib. 9. ſub finem cap. 19.

CAPVT XLVII.

GEN. v. 9. & 28.

Quando Iacob in Ægyptum deſcenderit.

Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt. Huius ætatis erat Iacob cum in Aegyptum à Ioſepho annos 39. nato accerſitus venit, tota Iſraelitarum, quæ tunc erat comitante progenie, exceptis Ioſepho & filijs eius, qui iam erant in terra AEgypti. Id accidit anno 2. famis exacto, ab Orbe condito, vt arbitror currente anno 2329. à diluuio 673. æræ Babylonicæ 522. à promiſſione 216. inſtante vel ineunte: ante Exodum 215. ante ingreſſum in terram promiſſionis 255. ante regnum Danidis 651. ante templum Salomonis 694. ante regnum Iſraël 731. ante Chriſti æram 1712. Cum verò Scriptura dixiſſet, Iacob in AEgypto vixiſſe 17. annos; ſubdit, v. 28. *factique ſunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta ſeptem annorum.* quod ex dictis manifeſtum eſt. Addit Salianus in Epitaphio Iacobi, eum 84. annos cælibem vixiſſe, cum Abrahamo auo 15. tres & ſexaginta cum Iſmaële patruo, centum & viginti cum patre ſuo Iſaac: quæ omnia perſpicuè exhibent tabulæ noſtræ expanſæ, quæ obitum Iacobi anno ante Chriſtum 1695. repræſentant.

CAPVT L.

GEN. v. 25.

Ætas & obitus Ioſephi.

Ioſeph mortuus eſt expletis centum decem vitæ ſuæ annis. Vixit cum patre & fratribus ſuis vſque ad annum vitæ ſuæ 17. deinde in herili domo & ſeruitute annos 10. in carcere 3. in principatu 80. poſt deſcenſum in AEgyptum 71. Morte Ioſephi clauditur liber Geneſeos, qui continet annos 2399. ex eorum ſententia qui Cainan iuniorem agnoſcunt, & ortum Abrahæ ad annum 130. Thare dilatum putant.

* * *

IN

IN LIBRVM EXODI.

Argumentum libri.

HIc Liber succinctè tradit gesta annorum 145. qui effluxerunt à morte Ioseph, vsque ad annum secundum, ab egressu filiorum Israel de Ægypto, quo anno erectum est Tabernaculum prima die mensis primi. Exodi 40. v. 15. Nam vt notat Cornelius, à morte Josephi ad Natalem Moysis transierunt anni 64. inde ad Exodum 80. Anno sequenti absoluto Moyses Tabernaculum erexit. Exod. c. vlt.

CAPVT I.

EXODI v. 6.

Quæstio.

1. *QVo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omniq; cognatione illa* &c. Quæritur quando cœperit, & quamdiu durauerit, afflictio duraque seruitus Hebræorum in Ægypto? Mercator putat hanc persecutionem excitatam, anno ante ortum Moysis. Hebræi in Seder Olam, Genebrardus, Pererius, anno quo & natam sororem Moysis Mariam ab amaritudine afflictionis sic nuncupatam opinantur; Torniellus anno 9. Salianus decimotertio.

Duo hic certa.

2. Certum autem est *primò*, non esse suscitatam hanc oppressionem, nisi post mortem Iosephi, fratrum eius, & eorum, qui æquales Iosepho in Ægypto fuerunt, & hîc *cognationis* nomine significantur. Exodi 1 v. 6. *Secundò*, hanc tyrannidem in Israëlitas erupisse ante ortum Moysis, qui annis 80. Exodum antecessit, vt patet Exodi, cap. 1. & 2. Deut. 7. v. 7. & cap. vlt. v. 7.

Obitus Leui.

3. Leui porro Iosephi frater obijt circa annum promissionis 308. siquidem natus est anno fere 172. à promissione, vt supra dixi, vixitque annos 1[illegible]

vt h[illegible]

vt habemus Exodi 6. 16. Ex quo colligimus vltimũ annum vitæ Ioſephi concurriſſe cum anno 308. à promiſſione: quo numero à 430. ſubducto; reſidui erunt anni 122. à morte Leui, vſq; ad Exodum tranſacti.

4. Quanto vero tempore Caath poſtea vixerit; incertum eſt. Torniellus autumat Caath mortuum ad annum à promiſſione 324. Salianus 13. annis tardius: puta anno à promiſſione 337 idq; ex Epiphanij ſententia. Quamuis enim Rex Aegypti Amenophis aliquot annos iam ante regnaſſet: ſuã tamen ſæuitiã nõ videtur viuo Caath in Hebræos effudiſſe. Siquidem ſolent Tyranni nõ prius conceptæ acerbitatis virus plenè euomere, quam principatum ſuum firmauerint, eaq; remota viderint, quibus improbi conatus reprimi poſſent. Caath autem cum eſſet Ioſephi ex fratre nepos, tam bene de regno Aegyptiorum meriti, plurimum ſine dubio authoritate pollebat, qua tyrannidi Pharaonis poterat obſiſtere. Valde igitur probabile eſt, non niſi poſt mortem Caath Hebræos affligi cœptos: non tamen, vtrum mortuo Caath confeſtim cœperit Iſraelitarum oppreſſio: cur autem hoc ſine fundamento aſſeratur? At neque certo aſſerendum videtur, mox ab initio perſecutionem fuiſſe acerbiſſimam. Nam, vt aduertit Salianus an. m. 2457. non deſunt in ſacris literis indicia, quibus ſuſpicari poſſimus, hanc Hebræorum calamitatem tribus gradibus increméta ſumpſiſſe. *Primò* cum grauibus laboribus, & fabricis excitandis Hebræi premerentur. Exodi 1. v. 11. *Secundo*, cum obſtetrices iuberentur maſculos in primo vitæ ingreſſu perimere. ibid. v. 16. *Tertio* cum publico edicto infantes in fluuium proijcerentur, ibid. v. 22. Eſt enim veriſimile Aegyptios hiſce crudelitatis generibus aliquanto tempore probaſſe an poſſent Hebræos opprimere, antequam ad acerbiora deſcenderent. Primum gradum poſt mortem Caath: ſecundum ſub ortum Mariæ ſororis Moyſis: tertium eo ferè tempore, quo natus eſt Moyſes inchoandum putat Salianus. At verò Bonfrerius Gen. 25. v. 13. & Exodi 1. v. 8. cenſet tempus afflictionis non duraſſe vltra 117. annos: tot enim à morte Leui vſque ad Exodum computat. Quod facere coguntur ij, qui à promiſſione ad Cathodum 220. annos numerant. Verum horum calculos ſupra abiecimus.

Quando obierit Caath incertum.

Viuo Caath non cepit oppreſſio Hebræorum.

5. Equidem, omnibus conſideratis, exiſtimo, poſt exceſſum Caath, ſenſim Hebræos odio haberi & vexari cœptos ab Aegyptijs: odium & oppreſſionem paulatim eo malitiæ proceſſiſſe, vt maſculos naſcentes ab obſtetricibus necari iuberet Pharao: quâ flagrãte tyrannide, vel paulo antè Annam vxorem duxerit, nec multo poſt ex ea Mariam: tum quadriennio interiecto Aaronem: poſt aliud triennium Moyſen ſuſceperit, ferali edicto de maſculis ſubmergendis antea promulgato. Et ſic ſeruitus Aegyptiaca ex æquo & bono computari poterit ab obitu Caath, nempe quoad gradum mitiorem: alias ab eo ferè tempore, quo nata eſt Maria. Ferè, inquam, eo modo, quo in vnam eandemque

Gradus huius oppreſſionis.

æram conijci solent plagæ Aegyptiacæ, & lex per Moysen data. quamuis non eodem mense hæc duo contigerint.

Obiectio 1. eiusq; solutio.

6. Obijciet quispiam 1. Antequam immanis hæc persecutio in Hebræos concitaretur, extincta erat cognatio Iosephi vt liquet Exodi 1. v. 6. Ergo etiam Iochabed vxor Amram, quæ erat Iosephi patruelis Exodi 6. v. 20. At omnes hunc nodum soluere debent: certum enim est Iochabed, & cognatam fuisse Iosephi, & calamitoso illo tempore peperisse Moysen. Cognationis vero nomine hic non significatur absolutè sanguinis propinquitas, sed eiusdem ætatis duratio, vt in simili S. Augustinus q. 50. in Exodum explicat progeniem sive γενεὴν, Hebraicè, *dor*. Idem reipsa docent Pererius, Cornelius, Torniellus, Salianus & alij dum aiunt nomine cognationis loco citato intelligi eos, qui cum Iosepho familiariter vixerant, quales erant fratres illius & fratrum filij, aut qui ingressi erãt Aegyptũ cum Iacobo, vt interpretatur Bonfrerius, & Menochius.

Obiectio 2. eiusq; solutio.

7. Obijci potest 2. Cum Moyses in fine cap. 1. Exodi mandatum Pharaonis retulisset de infantibus Hebræorum masculis mox ab ortu suo submergendis, subiungit initio cap. 2. *post hæc* Amram Leuitam duxisse vxorẽ, & ex ea Moysen suscepisse. Ergo ante hoc connubium ad summum peruenerat crudelitas Pharaonis. Verum illa duo verba: *post hæc*, non habentur in Hebræis, Græcis, Chaldaicis codicibus: in Latina vero editione non tam ordinem temporis, quam transitum ad nouam narrationem significant. Atq; Moyses cap. 1. summum recensuit, & quasi sub vnum aspectum dedit, quę ad Aegyptiacam seruitutem spectant: postea verò ca. 2. ad particularem de se narrationem descendit. Hunc autem transitum vulgatus interpres significare voluit per illud *post hæc*, quam orationis particulam etiam adhibuit, Gen. 47. v. 7. quamuis ibi nec in Hebræo, nec in Græco reperiatur. Nonnulli eodem modo interpretantur illud Act. 4. v. 47. *post hæc extitit Iudas*, vt ibi non significetur series temporis, sed solo nexio nouæ narrationis, idq; tam in Latino quam Græco.

Obiectio 3. eiusq; solutio.

8. Obijci potest 3. Ex dictis colligi Aegyptiacam seruitutem non durasse vltra 122. annos aut circiter, etiamsi mox ab excessu Leui cœpta fuisset. Nã à morte Iosephi vsque ad finem huius seruitutis anni sunt 144. è quibus si tollantur 22. quibus Leui Iosepho superstes fuit, remanebunt 122. Si verò cum Salian. hanc afflictionem mortuo Caath, ab anno 338. promissionis ordiamur; non durauerit nisi annos 93. Taceo ex Hebræorum sententia non nisi 87. annos tenuisse. Horum autem quodcumque dicatur, vis nonnulla scripturæ afferri videbitur, quæ ait *Hebræos* mortuo Iosepho, fratribus, & cognatis eius, *creuisse & quasi germinantes multiplicatos fuisse*. Exodi 1. v. 7. ita nempe vt ad finem huius seruitutis numerarentur filij Israel, *à vigesimo anno, & supra, qui poterant ad bellum procedere sexcenta tria millia virorum quingenti, quinquaginta* Num. 1. v. 45. quibus

acce

accenseantur senes, pueri, mulieres. non temere opinabimur vniuersam hanc Israelitarum multitudinem ad tricies centena millia ascendisse, vt bene cum alijs Peterius disp. 1. in Exodum. Salianus an. m. 2451. Menochius Num. 11. v. 31. Quomodo enim Iacobi progenies, tam breui tempore sic excrescere potuit, quæ vno & septuaginta annis ante Ioſephi obitum non nisi 70. circiter animabus constabat? Gen. 46. v. 27. & Exodi 1. v. 5. Hæc difficultas non solum seruitutis tempus attingit, sed habitationis in Aegypto, nec vllam vim sacris literis infert, aut violentam interpretationem parit. Sacra enim illa pagina Exodi 1. v. 6. non asserit tunc primum hanc Hebræorum multiplicationem cœpisse cum Ioſephus & fratres eius excessissent, sed magnis incrementis auctam esse, adeo vt licet toto eo tempore, quo Gens Hebræa in Aegypto fuit, fœcunde multiplicaretur: sæuiente tamen Pharaonis tyrannide, magis quam antea soboles exuberaret. *Quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.* Exodi 1. v. 12.

Causa propagationis Hebræorũ in Aegypto

9. At quomodo inquies, tam breui populus iste in tantum numerum excrescere potuit? Duplicem causam huius tam vberis propagationis reddunt harum rerum tractatores. 1. Singularem Dei prouidentiam, qui sterilitate sublata, Hebræos reddebat fœcundos. *Creuerunt Hebræi diuinitus fœcundata eorum multiplicatione*, inquit S. Augustinus 18. ciuit. 7. Deinde cœli, solique Aegyptiaci conditionem: nam feminæ in Aegypto binos, vel ternos, quaternosue vno partu fœtus edebãt, vt habet Aristoteles lib. 7. hist. animal. cap. 4. Vnde deducit Cornelius fieri potuisse, vt omnes mulieres Hebrææ essent fœcundę, singulis annis parerẽt præmaturè inciperẽt parere & sero admodũ desinerent, binos ternos, quaternos, liberos simul parerent: quod reipsa contigisse ex Hebræorum libris nonnulli referunt, nec refellunt. Videri potest Bonfrerius Exo. 1. v. 7.

CAPVT II. EXODI v. 2.

Quando natus Moyses.

ET *concepit & peperit filium*, nempe Moysen, anno m. 2464. à diluuio 808. vt notant Torniellus & Salianus, consentientibus ijs qui Abraham natũ volunt cum Thare esset 130. annorum & Cainan iuniorem admittunt. A natiuitate Abrahæ 426. teste præter alios Cyrillo lib. 1. contra Iulianum, in textu Græco. A descensu in Aegyptum 136. vt cum Eusebio, Scoto, Freculfo aduertit Salianus, æræ Babylonicæ 657. ante ingressum in terram 120. ante fundatum Templum Salomonis 599. Periodi Iulianæ, vt arbitror 3137. ante æram Christi 1577. à quo computo non procul abit Cornelius Deut. 34. v. 6. vbi mortem Moysis signat anno ante Christum 1456. cui si addantur anni vitæ Moysis 120. exurget annus ante Christum 1576.

At quoto anno vitæ Amram parentis sui Moyses in lucem venit? Epipha-

nius & Eusebius videntur assignare septuagesimum aut 72. Bonfrerius ponit 73. Chronicum Alexandrinum 76. Pererius & Cornelius 77. Petauius 78. Torniellus & Salianus 79. inchoatum. Existimo Moysen natum circa annum vitæ Amram 78. desinentem aut 79. inceptum, cum Demetrio apud Eusebiū, qui Amrami ortum annis 14. ante obitum Ioseph consignat, ante natum Moysen 78. quos annos si completos intelligamus, confirmabuntur ratiocinia Demetrij, qui mansioni Hebræorum in Aegypto tribuit annos 215. Siquidem ab ingressu in Aegyptum vsque ad mortem Iosephi sunt anni 71. à nato Moyse ad Exodum 80. quibus si adiungantur anni 78. quos Amram nascente Moyse compleuerat, confict summa annorum 229. hinc autem subtrahi debent 14. quos Amram moriente Iosepho exegerat: & sic tandem remanebunt anni 215. moræ Israelis in Aegypto. Bonfrerius Demetrij authoritatem de anno Natali Amram sequitur: at verò de Natali Moysis & mora in Aegypto deserere cogitur: quia ipse Bonfrerius annos promissionis ab anno 70. Abrahami accersit inde ad Cathodum annos 220, hinc ad Exodum 210. computat. Demetrium sequor.

CAPVT II. EXODI v. XI.

Moysis quãdo reliquit aulam Pharaonis.

IN *diebus illis postquam creuerat Moyses.* Anno videlicet Moysis 40. inquit Bonfrerius in hunc locum, Petauius in Tabulis: quibus alij assentiuntur, præsertim S. Stephano Act. 7. v. 23. dum ait: *cum autem compleretur ei quadraginta annorum tempus*, hoc est, cum Moyses ageret annum ætatis quadragesimum, inquit Cornelius, quod ita interpretatur Salianus, vt cædes Aegyptij, & fuga Moysis contigerit anno ætatis illius quadragesimo currente. Solet nihilominus vita Moysis in tres æquales partes diuidi, & 40. primi anni habitationi ipsius in Aegypto assignari: 40. sequentes exilio in Madianitide, 40. postremi peregrinationi in deserto.

EXODI 2. v. 23.

Post multum verò temporis, mortuus est Rex Aegypti. Hæc ad illud ferè tempus referenda sunt, quo Deus Moysi, in rubo apparuit, & verisimiliter vno anno antequam Israel migraret ex Aegypto, signari possunt iuxta dicenda cap. seq.

CAPVT III. EXODI.

QVÆSTIO.

Quanto tempore plagæ Aegypti durauerint.

1. opinio explicatur.

1. HAEc quæstio præmittenda est, vt lucem præferat ijs, quæ sequentur obscuriora. Abulensis, Adrichomius, Pererius, Torniellus, Cornelius vno ferè mense durationem harum plagarum absolutam putant, minus

mirum 27. diebus. Nã vt cum Pererio Cornelius sub finem c. 7. Exod. ait, post primam plagam, vsque ad secundam transierunt dies 7. die nono ablata est secunda plaga ranarum, die 10. immissa est plaga tertia sciniphum: die vndecimo Deus minatus est muscas: duodecimo immisit eas, & decimo tertio remouit. Die 15. minatus est, & inflixit plagam quintam: die 16. inflicta est sexta plaga. Die 17. minatus est plagam septimam, quæ inflicta est die 18. & sublata decimo nono. Die vigesimo minatus est octauam plagam; die 21. inflixit, & 22. remouit eam. Sequentibus tribus diebus, puta 23. 24. 25. durauit plaga tenebrarum. Die 26. Pharao à se expulit Moysen, & media nocte sequente inflicta est decima plaga cædis primogenitorum sub initium diei 27. Vnus ergo ferè mensis lunaris fluxit, à prima plaga, vsque ad vltimam. Iam vero cum vltima plaga certissimè contigerit decima quinta die mensis Nisan, qui respondet nostro Martio; hinc sequitur primam plagam factam esse circa medium vltimi mensis, qui Hebræis dicitur Adar. Hæc ibi. Sed & Bonfrerius Exodi 7. v. 7. disertè negat, se ijs assentiri, qui annum integrum plagis Aegyptiacis, vel à Moysis reuersione in Aegyptum, vsque ad omnium Israelitarum egressum adscribunt. *Satis*, inquit, *ad eam rem vnus alterue mensis esse potest.* Et confirmat exeo, quod Moyses dicatur fuisse 80. annorum, quando ipse & Aaron sunt locuti ad Pharaonem. Exodi 7. v. 7. Fauent Fasti Siculi qui visionem rubi signant anno 81. vitæ Moysis. Suidas verbo *plagæ*, censet eas, 40. diebus transactas. Codomannus eas inter 27. Martij & 25. Aprilis coërcet, quamuis apertè non neget eas citius fortasse inchoatas.

2. Hebræi vero in Seder Olam cap. 3. & 5. duodecim menses his plagis tribuunt, ita nempe vt totus ferè annus octuagesimus ætatis Moysis, qui pariatur quadringentesimo tricesimo à Promissione, hisce plagis funestatus fuerit. Quibus in sua Chronologia adstipulatur Genebrardus, Carthusianus, & Cajetanus in cap. 9. Exodi. Serarius Iosue 4. Fauet Comestor Exodi 19. & S. Prosper 1. p. cap. 36. cum ait, Sciniphes media æstate morsu pestifero Aegyptios infestasse. Author etiam lib. 1. de mirabilibus S. scripturæ notat in plagis Aegypti reperiri, quæ omnibus anni temporibus conueniunt. Quam sententiam serio defendit Salianus an. m. 2543. à num. 15. idemque sentire ait, quicumque harum plagarum initium ad annum 80. Moysis, & exitum ad alterum annum referunt. Hanc Chronographiam hisce ferè argumentis confirmat. 1. Plaga quinta abstulit equos, asinos, camelos, omnia denique animantia Aegyptiorum, vt habetur Exodi 9. v. 3. & 6. & tamen discedentes ex Aegypto Israelitas iunctis sexcentis curribus electis, & quicquid curruum in Aegypto erat prosecutus est Pharao. Exodi 14. v. 7. Non est autem persuasu facile, post quintam plagam, quæ iuxta prioris opinionis assertores, non nisi 12. diebus Exodum præcessit,

2 opinio declaratur.

cessit, tantam equorum copiam comparari, tot currus iungi potuisse. Imò non pauca iumenta vlceribus læsa, non pauca grandine septimæ plagæ interempta videntur, vt insinuatur illo cap. 9. v. 25. his verbis: *Percussit grando in omni terra Aegypti, cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine, vsq; ad iumenta.* Mirum igitur foret, si tam exiguo dierum numero, tam multa iumenta, quibus Aegyptij Hebræos insecuti sunt, vel sanari, vel ad bellum parari possent. Deinde secunda plaga ranarum, quomodo vno die inferri, & sequenti mox auferri potuit: cum constet congregatas fuisse ranas in immensos aggeres, & inde terram comptruisse? Exodi 8. v. 14. præsertim cum Pharao, ante sequentis plagæ inflictionem *videns, quod data esset requies*, dicatur *ingrauasse cor suum.* v. 15. *Tertiò* toto harum plagarum tempore, si Moyses & Aaron in Regia versati sunt, magnum fuit miraculum, quod non ferro, aut lapidibus opprimerentur: quin imò è terra Gosen, per interualla ad Regem data fide publica accersiti videntur. Deniq; Pharao inflicta vna plaga; antequam alia succederet aliquanto tempore dissimulasse & moras de industria traxisse putandus est, potius quam quod vno die promiserat, proximè sequenti negasse. Quod verò aliqui ex Iosepho addunt grandinem, quæ fuit septima plaga καρῷ ἀκμαζοντι, vere vigente cecidisse, non multum momenti habet, cum id mensi Nisan attribui possit, habita ratione Terræ promissionis.

Conclusio. 3. Vtraq; opinio suam habet probabilitatem: posterior tamen obtinet iam allatas mihi probabilior videtur. Nam locus ille Act. 7. v. 30. de 40. annis quos Moyses in Madianitide transegisse scribitur, facile de inceptoque dragesimo explicari potest, vt mox dicam cum Saliano, qui sub initium anni 2544. quatuor vltimas plagas circa Februarium & Martium, illius anni quo exitum est de Aegypto, contigisse arbitratur. Quo verò sensu Moyses dicatur fuisse 80. annorum quando Pharaonem allocutus est; dicam cap. 7. v. 7.

C. III. EXODI. v. 2.

Rubus ardens incombustus APparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Huc spectant verba S. Stephani Act. 7. v. 30. *Expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sinai Angelus in igne flammæ rubi:* quibus significare videtur, hæc gesta fuisse exactis à fuga Moysis in Madianitidem annis 40. atque adeo anno ætatis Moysis 81. inchoato. Ita visum Torniello, 4. ætatis anno 1. num. 4. & qui vno mense plagas omnes Aegypto inflictas putarunt. Alij censent verba S. Stephani, eo modo intelligi, quo Christi circumcisio facta dicitur *postquam consummati sunt dies octo.* Lucæ 2. v. 22. Et quo Iudæi asserebant Christum dixisse *post tres dies resurgam.* Matthæi 27. v. 63. ita hæc apparitio facta sit, anno 40.

fuga Moysis, non omni sed aliqua parte expleto. Similis modus loquendi habetur Ieremiæ 34. v. 14. *Cum completi fuerint septem anni, dimittat vnusquisque fratrem suum Hebræum, qui venditus est ei, vt seruiat tibi sex annis.* Quod clarius explicatur Exodi 21. v. 2. *si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis.* Et Deut. 15. v. 12. *sex annos seruiet tibi; in septimo anno dimittes eum liberum.* Ita sentire videntur, qui plagas Aegypti ad 12. circiter menses protendunt, nisi forte dicant, Moysen in Madianitidem fugisse, sub initium anni vitæ suæ quadragesimi. Addunt Hebræi l. c. Deum diebus septem cum Moyse in rubo locutum diemq; septimum incidisse in 15. mensis Nisan: anno verò sequenti Israëlitas Aegypto excessisse. Probabilem huius rei coniecturam mouent rationes eorum, qui plagis Aegypti annum ferè tribuunt, deinde series eorum, quæ de Moysis è Madianitide reditu, & oppressione Hebræorum, post eius reditum narrantur, Exodi 5. & 6. præsertim illud ver. 12. *dispersusq; est populus per omnem terram Aegypti, ad colligendas palcas.* Hæc enim omnia non videntur vno alteroue mense expediri potuisse.

CAPVT VII. EXODI, v. 7.

Aetas Moysis ante Exodū.

ERat autem Moyses 80. annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. Hos annos expletos putant ij, qui 10. plagas ad vnum mensem restringunt: alij currentes sumunt: ita vt hic annus octogesimus Moysis inchoatus duntaxat fuerit, quo anno maior pars plagarum sæuierit, reliquæ plagæ sub initium anni sequentis. Neq; verò mordicus asserendum est, cum quis dicitur esse 80. annorum, eum illos annos expleuisse. Nam Gen. 7. v. 6 Noe dicitur fuisse *sexcentorum annorum, quando diluuij aquæ inundauerunt super terram*: quem tamen annum Cornelius, Bonfterius & alij plurimi non absolutum, sed ineuntem aut saltem currentem accipiunt. Sicut igitur ibi Noe sexcentorum, ita hic Moyses dici potest fuisse octoginta annorum.

CAPVT XII. EXODI, v. 2.

Quando Nisan cœpit esse caput anni.

MEnsis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Hebræus ait: *primus vobis in mensibus anni.* supple *sit*, vel *erit*, vt in Latino legitur, vel *est*: vt in Græco. Hinc aliqui concludunt, non fuisse antea initium anni in Vere, sed in Autumno, nempe ineunte Tisri. Verum hoc argumentum nō est efficax: simili enim modo scriptura loquitur de Iride in nubibus futura post diluuium; *arcum meum ponam in nubibus.* Gen. 8. v. 13. *Apparebit arcus meus in nubibus.* vers. 14. *Eritq; arcus in nubibus.* v. 16. nec tamen licet inde inferre, arcum

cum antea in nubibus non apparuisse: cum ex communi interpretum sententia, non minus ante diluuium Iris in nubibus effulserit, quam postea. Sensus ergo esse potest: mensis, quo Hebræi ex Aegypto emigrarunt, non ex antiqua tantum consuetudine, quæ per non vsum aboleri potest; sed ex Dei præcepto primus erit mensium anni sacri. Et sicut Iris assumpta est in signum non futuri diluuij: ita mensis Nisan erit primordium anni, in memoriã populi ex Aegypto educti. Neque vero Deus vetuit, quin alios in vsus annum etiam ab Autumno auspicarentur Hebræi, puta in contractibus, in annis Sabbaticis & Iubilæis: sed tantum cauit, vt hinc annum sacrum ordirétur, siue antea sint soliti indidem annos inchoare, siue non, vt dixi Gen. 1. q. 1. Potuit enim fuisse legis ma causa, cur Israelitæ in Aegypto, annorum principia à Vere deducerent, quod olim factitabant Arabes, Damasceni, Romani ante Numam Pompilium, vt hic notat Cornelius, & etiamnum faciunt Chinenses & Iaponij; qui hi paulo citius annum inchoẽnt quam Hebræi.

C. XII. EXODI. v. 40.

Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Hos annos Exodo terminari fatentur omnes; sed de eorum initio non exigua est quæstio.

De initio horum 430 annorum 1. opinio falsa.

1. GEnebrardus, Eugubinus, Stapletonus, Marsus, eos à descensu Iacobi in Aegyptum computant: sed eos hallucinari apertè docet Scriptura. Caath enim in Aegyptum cum Auo suo venit Gen. 46. v. 11. vixitq; annos centum triginta tres. Exodi 6. v. 18. Huius filius Amram vitæ suæ curriculum absoluit, annis 137. ibid. v. 20. quibus si addantur 80. quos Exodi tempore Moses habebat; non nisi 350. anni colligentur, è quibus demenda est ætas in qua erat Caath, cum Aegyptum ingressus est, & anni quos post genitum Amrammum idem Caath inter viuos transegit, illi etiam quos Amram iam nato Mose traduxit. Altius igitur accersendum est horum annorum exordium quam κατάβασιν Iacobi, cum esset 130. annorum. Gen. 47. v. 9.

2. opinio falsa.

2. Paræus hos 430. annos deducit ab anno 85. Abrahami, quando Deus cum Abrahamo fœdus confirmasse asserit, idque ex cap. 15. & 16. Geneseos construere conatur, vt refert Petauius lib. 9. cap. 24. vbi hoc commentum bene refellit; tum quia licet Abrahamus illo anno 85. ætatis suæ Agarem sibi matrimonio iunxerit: non tamen constat vtrum sacrificium illud, de quo Gen. 15. v. 9. fœdus, de quo ibidem v. 19. in annum 85 Abrahæ inciderit. Tum *quia S. non manifestè*, inquit, *de prima illa* ἐπαγγελία *loquitur, quæ anno Abrahami 75. facta.* Quæ mox ex dicendis clariora euadent.

3. opinio & Conclusio.

3. Communi authorum supputatione hæc 430. annorum summa, ab eo tempore ducit originem, quo Abraham annos natus 75. Deum vocantem ea-

cutus in Chananitidem venit, vt narrat Moyses Gen. 12. v. 4. Hanc Chronologiam approbant Iosephus 2. Antiq. 6. Eusebius in Chronico. S. Augustinus q. 47. in Gen. & 16. ciuit. 16. & repetit ib. cap. 24. *Computantur*, inquit, *sicut superius iam diximus ab anno septuagesimo & quinto Abrahæ, quando ad eum facta est prima promissio, vsque ad exitum Israël de Aegypto, quadringenti & triginta anni quorum Apostolus ita meminit: Hoc autem dico testamentum.* Coquæus in hunc S. Augustini locum. Anastasius siue vt vulgo circumfertur Athanasius in Synopsi Exodi. Tostatus Gen. 15 & Exodi 12. Lyranus & Menochius ib. Torniellus & Salianus in suis Annalibus, Samerius & Gordonus in suis Chronologijs, Salmeron, Iustinianus & alij in Epistolæ ad Galatas caput tertium. Caspar Sanctius in cap. 7. Act. Apost. Barradius tomo 1. conc. Euang. lib. 1. cap. 20. Petauius loco præcitato, omnes denique Doctores Hebræi & Latini, inquit Cornelius, in hunc locum, & Gal. 3. exceptis nempe pauculis illis authoribus quos iam retuli num. 1. & 2. Probatur autem hæc computatio ex Ep. ad Galatas cap. 3. vers. 17. vbi Apostolus: *Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit, ad euacuandam promissionem.* Cum igitur constet legem Hebræis datam anno primo egressionis ex Ægypto mense tertio, Exodi 19. v. 1. & 16 iure S. Augustinus illa q 47. asserit eam computationem quam secutus est Euseb. in Chro. perspicua veritate subnixã esse: *ab illa enim*, ait *promissione computat 430. annos, qua vocauit Deus Abraham, vt exiret de terra sua in terram Chanaan.* De qua sc. agitur Gen. 21. v. 31. c. 12. v. 1. Act. 7. v. 2. Deinde cũ sententiam Apostoli explicasset, de ea promissione, qua Deus pollicitus est Abrahæ fore, vt in eo benedicerentur omnes tribus terræ, eandem rursus Chronologiam his verbis inculcat: *Ex illa ergo promissione, qua vocatus est Abraham, & credidit Deo post 430. annos factam legem dicit Apostolus, non ex eo tempore, quo Iacob intrauit in Aegyptum.* Augustinum sequitur Bellouacensis lib. 2. spec. hist. cap. 6. Cum inquit, legitur in Exodo, quod habitatio eorum in Ægypto fuit 430. annorum, nomine Ægypti intelligitur omnis incolatus eorum, qui cœpit à prima promissione facta Abrahæ in via Mesopotamiæ, à qua vsque ad legem datam tot anni fluxerunt, vt in epistola ad Galatas legitur, & in Act. Apostolorum idem numerus ponitur, hæc ibi.

4. Hanc ipsam veritatem annis ante Christi Passionem circiter trecentis clarè expresserunt Septuaginta interpretes in hoc 12. c. Exodi v. 40. asserẽtes, *habitationem filiorum Israël, quam habitauerunt in terra Aegypti & terra Chanaan, ipsi & patres eorum fuisse quadringentorum triginta annorũ*: quorum sc. pars media iam effluxerat, quam Iacob cum familia sua in Ægyptum descendit. Cum enim ex Haran in Chananæam accepta promissione migraret *Abrahamus, erat 75. annorum* Gen. 12. v. 4. Eidem centenario natus est Isaac, Gen. 21. v. 5. atque à promis- *Cõfirmatur ex 70.*

sione Abrahæ vsque ad natiuitatem Isaac, 25. anni interfluxêre. Hinc ad natum Iacobum decurrerunt alij 60. anni. Gen. 25. v. 26. inde ad descensum in Aegyptum 130. Gen. 47. v. 9. qui omnes in summam collecti efficiunt 215. totidemque à descensu in exodum colligit S. Aug. ex eo, quod Ioseph Iacobo superstes fuerit annos 71. siquidem hunc Iacobus in Aegypto, annos 39. natum reperit; & omnis ætas Ioseph fuit 110. annorum: restant deinde à morte Ioseph ad egressum de Aegypto anni 144. Mora ergo Hebræorum in Ægypto, ex quo Iacob eo cum suis aduenerat complectitur annos 215. quam supputationem sigua Ioseph illo lib. 2. Antiq. ita scribens: *Reliquerunt autem Aegyptum, mense Xanthico luna 15. anno 430. postquam Abraham pater noster in Chananæam venit, & post lacobi migrationem in Aegyptum, anno 215.*

1. Obiectio Resp. 5. Obijcit Augustinus Eugubinus, in textu Hebræo non fieri mentionē, nisi filiorum Israël & Aegypti, Exodi 12. v. 40. excludendum igitur tempus, quo Abraham, Isaac & Iacob extra Aegyptū peregrinati sunt. Verum huic argumento obsistit torrens Doctorum melius sapientium, ac in primis S. Aug illa q. 47. qui diserte asserit computādum etiam esse tempus istorum Patriarcharum ex quo peregrinari cœpit Abraham in terra Chanaan, vsque ad ingressum Iacobi Aegyptum. *Toto quippe illo tempore peregrinati sunt patres in terra Chanaan, & deinde semen Israel in Aegypto. & sic completi sunt anni 430. à promissione vsque ad exitum ipsorum de Aegypto.* Hæc ibi. Fontem Hebræum variè explicant scriptores, ac in primis quemadmodum plerique alijs in locis, prout ad nos peruenit, nōnihil turbidus & mutilus deprehenditur: ita fortasse hoc loco quidpiam desiderarut, vt non Bonfrerius. Esto verò nihil desit: at nomine filiorum Israel, idiotismo Hebræo populus Hebræus significatur, sicuti Deus Israel non raro nominatur Deus Hebræorum. Et sic per filios Israel, non soli 12. Patriarchæ Israelis filij intelliguntur sed quotquot ad eā gentē pertinere dignoscūtur, vt cū S. Aug. pleriq; huius loci interpretes animaduertunt. Sicut post laxatā à Cyro captiuitatē, Iudæi nuncupantur, non ij solum, qui ex stirpe Iuda, sed etiā ex alijs tribubus oriūdi sunt, ut inquit Salianus, nomine Aegyptiorū intelligūtur etiā populi, qui ante Aegyptum regem, Danai fratrem, eam regionem incoluerunt. Idem habet Tostatus his

2. Obiectio Resp. 6. At quis vnquam ait Steuchus, auos & patres filios nepotum appellari? Resp. hoc in primis dici posse de Aegyptijs antiquis, vt iam dicebat Salianus. Deinde non desunt etiam in sactis literis modi loquendi, quibus ea, quæ auis & patribus conueniunt, filijs nepotum tribuuntur; vt cum Christus Iudæis dicebat: *quem occidistis inter templum & altare*: iuxta eorum sententiam, qui erant Hieronymo hæc de Zacharia filio Ioiadæ interpretantur. Nunquid S. Stephanus filios nepotum alloquebatur, cum diceret: *accepistis legem, in dispositione angelorum?* Act. 7. v. 53. Nunquid etiamnum Iudæis dici potest, vos estis qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

buchodonosor Babylonem captiuos abduxit ? quorum Metropolim Titus euertit ? Rursus sicut pensio decimarum, quas Abraham dedit Melchisedech tribuitur Leuitici generis sacerdotibus, aut saltem ipsi Leui Hebr. 7. v. 9. ita hic filiis Israel habitatio in terra Chanaan, quia ibi Abraham, Isaac, Iacob morati sunt.

7. Non est ab vsu scripturæ alienum, quod Moyses istis 430. annis, ab vltima eorum parte, hoc est, habitatione in Ægypto nomen indiderit: quia licet totum illud tempus in Ægypto non sit transactum; ibi tamen est finitum, vt in simili diximus Gen. 11. v. vltimo. Vide Iudith 16. ver. 28. & interpretes ibidem, & locis illo Gen. 11. citatis. S Aug. 16. ciuit. 24.

8. Denique siue aliquid desit textui Hebræo, siue non; id bene vel suppleuerunt, vel illustrarũt septuaginta interpretes, quos instinctu diuino sacros codices in Græcum sermonem transtulisse, iam pridem antiquissimi patrum senserunt, acproinde, non possumus magis idoneos communis interpretationis huius loci vindices aduocare, vt monet Petauius illo lib. 9. cap. 24. sicut eosdem 70. Seniores, alij in causa Cainan iunioris, aduocatos & patronos habent.

9. Vt autem hæc Chronologia magis perspicua sit, aduertendum est *primò*, Deum Abrahamo varia pollicitum fuisse. 1. ingentem posterorum multitudinẽ Gen. 12. v. 2. Deinde benedictionem omnium gentium. ibid. v. 3. Deniq; vt alia omittam, possessionem terræ Chanaan. ib. v. 7. *Secundò* aduertendum, Apostolum ad Galatas annos illos 430. non deducere à promissione, vel multiplicãdi seminis, vel terræ possidendæ, sed benedictionis omnium gentium in Christo, vt patet ex verbis Apostoli Galat. 3. v. 14. & 16. & habet S. Augustinus locis citatis & passim interpretes tum in epist. ad Galat. tum in hoc 12. caput Exodi. *Tertiò* aduertendum, hanc promissionem de benedictione gentium sæpius factam Abrahamo. *In te benedicẽtur omnes cognationes terræ.* Gen. 12. v. 3. *Benedicẽdæ sint in illo oẽs nationes terræ.* Gen. 18. v. 18. *Benedicẽtur in semine tuo oẽs gentes terræ.* Gen. 22. v. 18. *Quartò* cum Gentium Doctor absolutè dicat à promissione ad legem datam annos 430. intercessisse : non apparet ratio, cur non loquatur de promissione prima, siue primò facta. Quemadmodum si tu 1000. aureos Caio sæpius per aliquot annorum interualla daturum recepisses : ille verò simpliciter se post 40. annos à promissione eam summam accepisse narraret, istos annos à prima stipulatione supputare censeretur. Deinde quo iure dixeris te à secunda promissionis vice hos annos computare, eodem alius ita suos calculos digeret, vt à tertia vice eos deducat. Exempli causa: si dixeris primam promissionem Abrahamo annos 70. nato factam, tum anno 75. iteratam : & ab hac secunda promissione oriri illos annos 430. quorum fit mentio Exodi 12. & ad Gal. 3. cur non licebit alteri à tertia accersere?

Varia Deus Abrahamo promisit,

Corollariũ 10. Hinc colligo in primis non esse vsquequaq; planam eorum sententiã, qui volũt eam vocationem cuius Moyses meminit Gen. 12. v. 1. factã prius esse, qui Abraham habitaret in Charan, & ibi quinquennium hæsisse Patriarchã. Hoc enim modo, anni promissionis irirent quinquennio citius, quã anni habitationis in terra Chanaan & Ægypto: siquidem in prædicta vocatione continetur promissio benedictionis. Habitatio verò in Chanaan non incepit antequam Abraham è Charan in Chananitidem se conferret anno ætatis suæ 75 Gen. 12. v. 4. cum tamen ex communi authorũ consensu anni 430. promissionis de quibus Apostolus ad Galatas agit, & anni habitationis de quibus Moyses Exod. 12. anno 1 Exodi concludantur: ergo etiam eodem anno vitæ Abrahami apertebantur. Taceo eos apertè à S. Augustini sentẽtia discedere: hic enim eodem no censet Abrahamum venisse in Chananæam, quo Charras aduenerat, & nos promissionis orditur à prima promissione, quam ait factam Abrahæ cum esset 75. annorum. Quæ sententia mihi cæteris præferenda videtur. Qui eum Abrahamum quinque annis remorantur, fateri debent, aut eum nullam de benedictione gentium antequam Charris habitaret, promissionem habuisse, aut certè annos promissionis citius inijsse, quã habitationis in Chanaan; aut denon à prima, sed secunda promissione S. Paulum eos annos auspicatum fuisse verò suauiorem modum nobis aperiunt ij, qui eodem anno factam primace promissionem, & inchoatam in Chananitide habitationem arbitrantur.

EXODI XII. v. 41.

Eodem die egressus est omnis exercitus Domini. Non est sensus Hebræos eo die Aegypto migrasse, quo explebatur annus 430. sed cum paulo antè vel ferè pletus esset ille annorum numerus, oẽs Hebræos, non pluribus diebus succeuè; verum vno eodemque die 15. Nisan summo mane Aegypto excessisse, ququandam miraculi speciem referebat, tanta hominum multitudine simul arripiente.

Quando contigerit Exodus.

Tempus Exodi. 1. Existimo filios Israel ex Aegypto eductos currente vel ineũte anno ab Obe condito 2544. à diluuio 888. à Natali Abrahæ 506. à promissione 431. à cocensu in Aegyptum 216. ante ingressum in terram 40. ante regnum Dauid 436. ante templum 479. ante regnum Israel 516. Eosdem annos mundi, diuij, promissionis, moræ in Aegypto, computat Salianus.

Quoto anno ante Chr. variæ opiniones. 2. Quotus verò ante Christum fuerit hic annus, variæ sunt Chronologorum sententiæ ex varijs capitibus ortæ. 1. ex interuallo annorum, qui ab Exodo fundatum à Salomone templum, interfluxerunt: quod etsi sacer textus 3. Reg. 6. v. 1. anno 480. factum signet; de hac nihilominus temporis intercapedine, quindecim vt minimum reperiuntur authorum opiniones. 2. à tempo fundã-

fundato, vsque ad eiusdem atque adeo S. ciuitatis euersionem, Hebræi 410. alij nonnulli 424. alij 427. alij 430. alij plures paucioresve annos enumerant.

3. Annos seruitutis Babylonicæ, quidam ab anno 4. Ioakim, alij aliunde auspicantur. 4. hos 70. annos varij varijs annis Cyri finitos putant. Ex tot igitur tamque diuersis calculis, vna eademque annorum ab Exodo ad Christum natum supputatio prouenire non potest: præsertim cum de anno & Coss. Christi nascentis non vnus sit inter harum rerum tractatores consensus. Cornelius Exodi 12. v. 4. signat exitum Hebræorum de Ægypto anno mundi 2454. à diluuio 797. à natiuitate Abrahæ 505. à descensu Iacobi in Ægyptum 215. à morte Ioseph 144. ante ædificationem templi Salomonis 480. ante Christum 1496. ante bellum Troianum 356. Hic author in annis mundi & diluuij eorum opinionem sequitur, qui Cainan II. negant, & natalem Abrahæ anno 70. Thare constituunt: aliqui tamen eorum Exodum signant anno mundi 2453. vt Petauius, Caluisius &c. Troia vero excisa fuit anno ante æram Christi 1184. quibus adiecti 10. anni, belli, & ex sententia Cornelij 356. quos ab Exodo ad bellum Troianum supputat, Exodum reperies annis 1559. ante æram Christi. Est igitur hic in numeris error. Bonfrerius annum Exodi ait fuisse mundi 2539. à diluuio 883. cum ab ortu Isaac elapsi fuissent anni 400. Ego verò hisce numeris, quinque annos puto adijciendos, quia hic author existimat Abrahamum quinquennio post promissionem Charris habitasse: quod suprà reiecimus. Hinc enim sequeretur, habitationem Hebræorum in Chanaan & Ægypto, non fuisse 430. annorum, quod tamen asseritur Exodi 12. v. 40. sed 425. quandoquidem à promissione ad Exodum idem author 430. annos numerat, & initium habitationis in Chanaan promissioni, quinquennio postponit. Denique communis supputatio, ab Isaac nato ad migrationem ex Ægypto, ponit annos 405.

Petauius egressos ex AEgypto Hebræos censet anno mundi 2453. ante æram Christi 1531. lib. 9. cap. 24. & in tabulis Chronologicis.

4. Salianus ad an. m. 2543. num. 22. Exodum signat anno ante Christum 1510. & probat ex Roman. Martyrologio, quod die 25. Decembris memorat Christum natum anno 1510. ab exitu de AEgypto. Fauet Eusebius dum Christi natalem tradit anno ab ortu Abrahæ 2015. contigisse. Hinc enim si subducantur 505. qui à natiuitate Abrahæ teste etiam ipso Eusebio, elapsi sunt; residui fient 1510. In quem annorum numerum, inquit Salianus, incidit Temporarius & Functius, ab eo numero Torniellus vnico anno abest, Mercator duobus, alij 10. 12. aut 15.

5. Nota in Martyrologio Romano natalem Christi signari anno m. 5199. à diluuio 2957. ab ortu Abrahæ 2015. ab Exodo 1510. à regno Dauidis 1032. hebdomade Danielis 65. olymp. 194. ab Vrbe condita 752. Imperij Augusti 42. Verum *Tempus natiuitatis Christi ex Martyrologio.*

rum pauci, aut potius (quod sciam) nulli authores hanc Chronologiam omni ex parte sequũtur. Sicut igitur Salianus, in annis mundi, diluuij, regni Dauidis, à Martyrologij computo recedit, ita alij in annis Exodi. Neq; verò constat, vtrum anni ibi notati sint vulgares, an ab aliquo authore, ex propria opinione computati. Adde Baronium & multos alios, quorum sententiam sequor, natalem Christi, vno anno citius ponere, quam ponat Salianus, qui Abraham natum putat anno ante Christum 2014. Beroaldus & Brougthonus Exodum signant anno mundi 2513. Capellus 2503. qui tamen secum pugnat, dum anno m.16 notat Exodum contigisse anno æræ mundi Iudaicæ, 2263. hic enim annus Iudaicus incepit anno ante Chr. 1499.

Exodus fuit 15. Nisan.

6. *At quo mense, quoto die mensis, Hebræi AEgypto excesserunt?* Certum est tunc ræ ëlitis fuisse mensem nouarum frugum qui postea Nisan dictus est, & diem ineuntem, vt patet Exodi 12. v. 2. 6. 29. 51. Et clarius num. 33. v. 3. *Profecti sunt Rameſſe mense primo, quinta decima die mensis primi, altera die Phase*, &c.

De die & mense Romano variæ supputationes.

7. De mense & die Romanorum, stylo nostro ad ea tempora reuocato, quicquam affirmari potest. Cum enim non constet, quoto ante Christi æram anno, quota luna exactè computata: vtrũ nimirum plenilunio vero, an vulgi hæc emigratio contigerit: coniecturis duntaxat locus hic relinquitur. Chron. cum Alexandrinum ait primum Pascha in Ægypto celebratum 15. Aprilis Petauius die 2. eiusdem, Caluisius & Alstedius 15. *Equidem opinor* Exodum probabiliter referri posse ad annum ante æram Christianam 1497. & si Calẽdario Iuliani formã eo reuocemus, esus Agni Paschalis incidet non incõmodè in diem aut 16. Aprilis: Exodus autem in diem sequentẽ. Stylo enim Iuliano Nouilunium Nisan fuit 12 Aprilis: Gregoriano verò 20. Martij, & sic plenilunium Paschale ad vsum popularem incurrit in 3. aut 4. diem Aprilis Gregoriani.

Opinio authoris.

8. Nec obstat, quod Caluisius asserat tunc æquinoctium verum fuisse die Aprilis Iuliani; Petauius autem anno ante Christi Epocham 1531. reiecit quartam eiusdem mensis: quicquid enim ex diuersis tabulis eliciatur, eo dem veniet calculus, vt anno ante vulgarem Christi Epocham 1497. dies Nisan facile incidat in 16. aut 17. Aprilis Iuliani: quæ est 3. aut 4. eiusdem mensis iuxta methodum Gregorianam.

Computus Caluisii examinatur.

9. Non obstant etiam duo illi characteres, quibus annum exitus Israelitarum, ita à se definitũ existimat, Sethus, *vt loco*, inquit, *moueri nõ possit*. Duos characteres vocat diẽ 17. mensis secundi, quo primũ cœlitus manna datum & annum 46. ab Exodo Sabbaticum simul & Iubilæũ. Sumit enim hic autem tanquã certũ 1. diẽ 22. mensis secundi ab Exodo fuisse sabbatũ, & primũ manna die Dominico pluisse 2. Diuisionẽ terræ fuisse anno 46. ab exitu de AEgypto 3. eundem annum fuisse Sabbaticum & Iubilæũ, ab Orbe cõdito. 4. Nõ tan-

turbatum ordinē annorum mundi Sabbaticorum ac Iubilæorum, adueniente serie annorū legalium. Hæc autē probatione indigent. Iam ab alijs etiā admittitur, qui nō paucis annis Exodum citius notāt, quā Caluisius. Exēpli causa. Petauius Exodo cōsecrat annum ante Christum 1511. & simul primum manna, diei Dominico: Sethus autē anno ante Christi æræ 1497. ait migratam Ægyptū. Deinde non desunt, qui alio die manna primitus cecidisse autument. Deniq; nonnulli mēsem Nisan probabiliter existimāt, olim 29. dierū fuisse: atq; ita ex primo charactere non innotescit annus ille, quo Caluisius Exodum signat. 2. etsi à nullis negetur, admitti tamē potest, sed nihil probat, nisi etiā tertium & quartum concedatur, quæ probari nō possunt nisi ex traditione Hebræorum, quā in hoc negotio pletiq; oēs tum Chronologi, tum sacrorū voluminum interpretes reipsa cōtemnunt: siquidē æræ mundi æquo breuioré habēt Hebræi, ex qua cōnexionē illā ac seriē annorum sabbaticorum & Iubilæorum cōminiscuntur, & filios Israēl ex Ægypto feria 6. migrasse tradūt, quā traditionē respuit Caluisius, sicut & illā qua lege in sabbato datam credunt. Sic Sethus duas traditiones Hebræorum explodit, vt eam retineat, quæ ex falsa mundi æra deducitur.

De feria Exodi varia sententia.

10. De feria qua Hebræi ex AEgypto migrarunt restat dubium. Fasti Siculi hoc tribuunt feriæ 2. Author quæstionum de nouo Testamento apud S. Aug. tomo 4. q. 95. confert in feriam 5. quod facit Petauius, Sethus, Alstedius, locis citatis. Alij feria 6. ineunte, populum ex AEgypto educunt. Hebræi in Seder Olam, cap. 5. Vincentius lib. 2. spec. hist. ca. 7. Genebrardus in Chron. Torniellus anno m. 2544. num. 21. Salianus eodem anno num. 160. Cornelius & Bonfrerius Exodi 12. Equidem in hisce minutijs scrutandis existimo primam diem Nisan, nō ita nouilunio pertinaciter alligandā esse, quin ab illo vnius alteriusve dei spatio abesse possit, sicut luna paschalis ritu Ecclesiastico à veris luminarium motibus recedere solet, vt in simili philosophatur de vero æquinoctio Petauius lib. 9. cap. 24. vbi de anno Exodi disputat. Vide quæ dicam cap. 16. v. 1. & quę habet Clauius c. 4. Calendarij §. Neq; verò: vbi cum dixisset Iudæis non fuisse præceptum, vt verum aut medium æquinoctium, in paschæ sollemnitate obseruarent, sed tantum tempus quo dies iudicio sensus noctibus æquales fiunt, quod triduum aut quatriduum sine magna differentia cōplecti solet: cum inquam hæc dixisset explicat verba illa Exodi 12. *Mensis iste, vobis principiū mensium, primus erit in mensibus anni.* Semper, inquit, inculcantur voces, *hæ, iste, huius*: quibus significari videtur Deum noluisse immutare consuetam anni, aut mensium Hebræorum formam & numerationem; sed mutationem tantum septimi mensis in primum. Et tandem concludit, hîc mensem primum dici non more Astronomico, quando videlicet Sol ingreditur primum punctum arietis, sed ritu modoque admodum vulgari.

11. Cum

Conclusio. 11. Cum nihil minus, quam de hisce fractionibus cogitarem, ita ex communibus principijs calculos meos digessi, vt Exodus quasi sponte sua in annum mundi 2544 ineuntem; ante æram Christi 1497. incideret: quo die 16. Aprilis erat feria 5. dies 17. feria 6. nec tantum hæ duæ dies à plenilunio aberant, quin vtralibet, quintadecima mensis Nisan censeri posset. Magis autem in eam partem propendeo, quæ Exodum feriæ sextæ consecrat, & primum mensem cauum facit.

De annis Sabbaticis ab Orbe condito. 12. Porro in confesso est, Iudæos non agnoscere Cainan secundum, & natalem Abrahæ anno 70. Thare consignare: ego verò cum authoribus suo loco memoratis Cainan 30. annos adscribo, & Abrahamum 60. annis tardius natum existimo, atque ita ad Hebræorum æram adijcio ante Exodum annos 130. quos si exemeris anni Sabbatici & Iubilæi, ab origine mundi, ad annos Sabbaticos & Iubilæos legales, ita deducentur, vt nihil desit, nihil supersit. Nam mea supputatione, mundus est creatus anno ante Christi Epocham 4040. ab initium veris. Fuisset igitur annus primus semitæ, primo mundi autumno fi tus, & inijsset secundus. Sic primus annus mundi iuxta formam annorum Sabbaticorum, ab autumno incipientium non nisi sex menses habuisset.

EXODI 12. v. 37.

1. & 2. mansio. *Profectiq; sunt filij Israel de Rameſſe in Socoth.* Hæc est 2. mansio in qua Israel *coxerunt* pastam siue *farinam, quam dudum de AEgypto consperſam tulerant, & fe runt subcinericios panes azymos, neque enim poterant fermentari cogentibus exire Ægptijs, & nullam facere sinentibus moram.* ib. v. 39. In Socoth Hebræos vnum di (vt minimum) posuisse verisimile est, quod tradit Seder Olam, dum notat duum ab exitu vsque in Ethan absumptum. Consentiunt Torniellus ad ann 2544. num. 23. & Salianus num. 200. qui putat in hac secunda mansione Hebræos non solum azymos coxisse, sed etiam ex itinere fessos, partim quietem liquam cepisse, partim res suas, quas confusas raptim è Rameſe extulerant posuisse, & ea accepisse, quæ Exodi cap. 13. vsque ad 19. tradita narrantur, de ge primogenitorum, religione Paschæ, azymorum obseruatione, & iugi cordatione beneficij, quo è seruitute Ægyptiaca asserti fuêre.

CAPVT XIII. *Exodi* v. 20.

3. mansio. PRofecti de Socoth castra metati sunt in Ethan. Nempe tertio vt minimum quam de Rameſe egressi fuerant.

CAPVT XVI. *Exodi* v. 1.

Quando manna Hebræis dari cœptum.

Quãdo ad 5. mansionẽ ventũ PRofecti sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin,

est inter Elim & Sinai, quintodecimo mensis secundi, postquam egressi sunt de terra AEgypti. Exodi 16. v. 1.

1. Hic obiter nota. primam Hebræorum ex Ægypto egredientium mansionem fuisse in Rameſſe. 2. in Socoth. 3. in Etham. 4. in Phihahiroth. 5. in Mara. 6. in Elim, & inde eos venisse ad mansionem septimam Iam-Suph, vt habetur Num. 33. v. 9. *Profectiq; de Mara venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuagintæ, vbi castra metati sunt. Sed & inde egressi fixerunt tentoria super mare rubrum, profectiq; de mari rubro castra metati sunt in deserto Sin.* nempe die illa 15. mensis secundi, quo ad vesperam, fuit coturnicum aucupium, & manè insequenti manna cœlitus datum, prout narratur, isto cap. 16. Exodi, præsertim v. 13. Manna igitur primum Hebræi acceperunt die 16. mensis Iiar, anno primo exitus de Ægypto: defecit autem anno 41. die 15. Nisan, aut circiter, cum transito Iordane populus in campestribus Iericho castra haberet, Iosue 5. v. 12.

Aucupiũ coturnicũ & manna primò datum.

2. At non exigua difficultas est, vtrum ea dies decima sexta mensis secundi qua primum in castrorum circuitu Hebræi manna conspexerunt fuerit Dominica, an feria 2. Fuisse feriam secundam tradit in primis Salianus anno m. 2544. num. 319. & seqq. probatque 1. authoritate eorum, qui cum modernis Hebræis mensem Nisan dicunt Moysis tempore fuisse plenum, siue 30. dierum, quod asserunt Serarius Iosue 14. q. 7. Caietanus Exod. 16. Ribera lib. 5. de Templo, cap. 7. Sanctius Act. 2. num. 15. Fauet S. Hieronymus tomo 3. epist. ad Fabiolam in 7. mansione, vbi diem 15. mensis secundi egressionis Hebræorum ex Ægypto, ait fuisse 31. postquam egressi sunt de Rameſſe. Et Iosephus lib. 3. Antiq. cap. 1. vbi ait 30. dierum itinere confecto, cõmeatum quem Hebræi ex Ægypto secum extulerant fuisse consumptum, antequam Deus coturnices submitteret. Probat 2. ex Seder Olam cap. 5. vbi Neomenia mensis secundi notatur prima sabbati, quam diem Dominicam vocamus: quod necessario asserunt ij, qui 15. mensis Nisan in feriam 6. conijciunt, & ipsum mensem primum tricenis diebus definiunt. Si vero mensis Nisan fuisset cauus, prima dies mensis secundi non fuisset prima sabbati, quod tamen illo cap. 5. traditur. Probat 3. Quia Israëlitæ pridie quam manna decideret, venerunt in desertum Sin. Si ergo primum manna die Dominica datum est; Israëlitæ Sabbato iter fecerunt, idque duce columna, & sic Sabbatum, authore Deo, non seruarunt, quod minimè admittendum videtur.

Deferia dati mãnæ

1. Opinio.

3. Sunt tamen plures nec inferioris notæ, qui primum manna die Dominica pluisse asseuerant. Origenes hom. 7. in Exodum: *ex diuinis scripturis apparet, quod in die Dominica, primo in terris datum est manna.* Idem docet S. Ambrosius 1. Cor. 10. S. Augustinus serm. 251. de tempore, & apud eundem in Appendice ad tom. 4. Author quæstionũ de Nouo Testamento q. 95. Synodus Cæsariẽsis,

1. Opinio probabilior

quam refert Beda, epistola de celebratione Paschæ. Philo sub finem lib. 3. de vita Moysis, Torniellus anno m.2544. Cornelius hîc, & Menochius, v. 5. Bonfrerius Exodi 12. & Exodi 16. ver. 22. vbi ait illam diem sextam numerandam à dato manna. Petauius lib. 13. in tabulis. Vincentius lib. 1. hist. cap. 8. Hi authores adstruunt *sextam* illam *diem*, qua Hebræi *cibos duplices collegerunt*, fuisse ordine sextam ex quo manna primo datum fuerat. Exodi 16. v. 22. sicut tertia dies est *manè cœperunt audiri tonitrua* Exodi 19. v. 16. non computatur ab initio hebdomadæ, sed ex quo Deus Moysi dixerat: *sanctifica illos hodie & cras*. ib. v. 10. Tum etiam ratione dies septimus, quo Deus Moysen è caligine vocasse dicitur Exodi 24. ver. 16. communi authorum interpretatione, fuit septimus, ex quo Moses cum Iosue montem tabulas legis accepturus conscenderat. Huic sententiæ Caluisius & Alstedius subscribunt: quam Origenes & alij ex Scripturis astruunt. Cùm enim Deus hîc versu 4. prædixisset se manna daturum, mox subiungit: *Die autem sexto* (nempe ab accepto manna) *parent quod inferant, & duplum, quàm colligere solebant, per singulos dies.* Antequam primum à dato manna sabbatum aduenisset, nulla sabbati præcedentis; sed dati manna mentione facta, dicuntur Israëlitæ die sexto cibos duplices collegisse: ex quo apparet, sextum illum diem numeratum fuisse, à primo die, quo manna collegerunt Hebræi. Ita diuina prouidentia disponente, vt eadem esset & sexta sabbati, & sexta manna primum collecti. Sic Deus suauiter populum ad sabbati seruationem inducebat, & vt docet Origenes significabat Dominicam noctem, qua pluit de cœlo manna, prælatam esse sabbato. Cum igitur antiqui Patres Synodus iam citata, hunc locum eo modo exponant, quo similia interpretari solemus, arbitror cum ijs manna primum die Dominico collectum, præsertim cum prioris opinionis argumenta idoneam habeant solutionem, si aut Noe tunc cauus fuit, aut feria 5. exitum de Ægypto.

Ad rationem 1. opinionis. 4. Ad primam igitur rationem dici potest *primò*, migrationem de Ægypto feria 5. contigisse. *Secundò* licet Hebræi Nisan iam plenum habeãt, non potuisse Moysis tempore id in vsu fuisse. Sicut Iudæi à pluribus iam annis suum Pascha feria 5. Vesperi non celebrant: quod tamen Hebræi Exodi tempore fecerunt. S. Hieron. fortè loquitur secundum formã Calendarij suo tempore apud Iudæos vsurpati, aut exitum de Ægypto feriæ 5. attribuit. Iosephus fauet posteriori sententiæ: nam reuera ex annona de Ægypto sumpta, victum habuerunt Hebræi, vsque ad 30. diem vesperi: si quod supponere videtur Iosephus Nisan erat 29. dierum: quorum quindecim vltimis, & quindecim primis azymis secundi diebus vsque ad vesperam farinâ Ægyptiaca victitarunt.

Ad 2. 5. Authoritati Seder Olam præualet eorum authoritas, qui posteriorem tuentur sententiam. Deinde author istius libri sibi non constat, ac proinde

vni potius sententiæ fauet, quam alteri, vt fatetur Salianus num. 161. Addo in anno deficiente mensem Adar vno die solito breuiorem esse: atque ita fieri posse, vt dies 23. Adar & prima Nisan sequentis in eandem feriam incidant: licet ordinariè vltimus mensis 30. dies complectatur, si mensis primus sit tantum 29. dierum.

6. Tertia ratio, quam aliqui non satis ab Origene ponderatam autumant, parum iuuat aduersarium. Quod enim Deo authore fit, licitè fit. Deinde Salianus num. 160. fatetur diem 22. primi mensis fuisse feriam sextam, & tamẽ duobus diebus sequentibus Hebræos mouisse per desertum Sur: atque ita 24. eiusdem mensis tandem venisse in Mara. Si igitur licuit Israëlitis die 23. Nisan, iter suum non obstante Sabbato prosequi, licuit & decimo quinto mensis liar, quamuis esset sabbatum, duce columna, venire in Elim. Hinc Abulensis Exodi 16. q. 13. ad illa verba: *& sabbatizauit populus die septimo*, incipientes colere sabbatum, inquit. Hebræi etiam, fatente Saliano, primum in Alus suos maiores sabbatum obseruare cœpisse tradunt. *Ad 3.*

EXODI 16. v. 27.

Venit q. septima dies. Etsi hæc verba ad primum à dato manna sabbatum referri posse videantur; ita vt nulli Israëlitarum ad manna colligendum eo die è castris exiuerint quo Moyses valde manè dixerat: *Comedite illud hodie, quia sabbatum Domini est, non inuenietur hodie in agro:* hic vers. 25. Probabilius tamen esse censent Tostatus in hunc locum & Salianus ann. m. 2544. primo sabbato post datum manna Hebræos non fuisse obiurgatos, quod in agrum egressi explorarent verum esse, quod Moyses de manna non inueniendo prædixerat, sed monitos duntaxat, vt sabbato cibis pridie collectis & paratis contenti feriarentur. Cum autem alterius hebdomadæ *septima dies venisset*, quosdam egressos de populo, vt colligerent, non inuenisse: idcirco grauiter obiurgatos, siquidem iam bis experti fuerant, annonam feria 6. sibi duplicatam fuisse, nec computruisse, & sic tandem, sabbato post acceptum manna secundo, *sabbatizasse populum die septimo*, puta in Alus vbi primò sabbatum obseruari cœptum censent Hebræi in Seder Olam. Vide notas initio sequentis capitis. *2. Sabbato post datũ manna.*

EXODI 16. v. 35.

Filij autem Israel comederunt manna quadraginta annis. Cœperunt hoc cibo victitare anno primo Exodi die 16. mensis secundi, vt patet ex hoc capite, quo Hebræos legimus die 15. istius mensis in desertum Sin mouisse, vesperi coturnices aucupatos, sequenti die manè per castrorum circuitum manna reperisse. *Defecit autem manna postquam comederunt de frugibus terræ.* Iosue 5. v. 12. scil. die circiter 15. mensis primi, quando *frugibus terræ* vesci cęperunt, *azymis & polenta eiusdẽ anni.* ib. v. 11. Nec dubium est, quin hoc contigerit anno 41. Exodi, quo in terrã promis- *Initium & finis mãnã cadentis.*

promissionis ingressi sunt. Sic ad exactum 40. annorum calculum, desideratur vnius circiter mensis spatium: sed eiusmodi minutias non raro Scriptura praetermittit.

CAPVT XVII. EXODI v. 1.

Mansio 11. 1. IGitur *profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas iuxta sermonem Domini castra metati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum.* Notant hoc loco sacri interpretes nonam populi mansionem fuisse in Daphca, decimam in Alus, vndecimam in Raphidim, prout ordine recensetur Num. 33. at vero nonam & decimam libro Exodi suis nominibus expressas non fuisse, sed tantum insinuatas hisce verbis: *per mansiones suas.*

Quæstio Ad octauam mansionem populum 15. die mensis secundi, anno primo Exodi peruenisse constat ex cap. 16. huius libri, v. 1. quando autem ad nonam, decimam, vndecimam aduenerint, in quæstionem vocatur.

2. Opinio non placet. 2. Salianus censet Hebræos vltima mensis secundi pertigisse in Daphca, ratus eos secundum à dato manna sabbatum in octaua mansione egisse, primum mensis tertij die, in Alus, quarto eiusdem in Raphidim se suaque transtulisse. Quod mihi creditu difficile est. Nam in 12. mansionem, vbi lex data est, non peruenisse post 3. diem Siuan Hebræos initio cap. 19. probabitur. Duas vt minimum noctes in Raphidim positas, sacra pagina ostendit hoc capite. Cum enim ibi non esset *aqua ad bibendum populo, murmurat populus contra Moysen.* ver. 1. & 3. Moyses post murmur ad Deum recurrit, ac diuino oraculo iubetur assumere secum seniores, & coram eis ac populo virga petram ferire: quod & fecit, vnamque elicuit. Venit Amalec & pugnabat contra Israël in Raphidim, vers. 8. dixitque Moyses ad Iosue: elige tibi viros, & egressus pugna contra Amalec; cras ego stabo in vertice collis &c. vers. 9. Pugnante cum Amalecitis Iosue, dicuntur manus Moysis non lassatæ, vsque ad occasum Solis. vers. 12. Vnde colligimus toto die pugnatum, cum de bello pridie habita fuisset consultatio. Pugna feliciter peracta, Moyses ibi altare erigendum, & sine dubio sacrificium offerri curat: quod non nisi postridie factum videtur. Veneritque

Quãdo ad 12. mansionẽ venit. in Raphidim populus die prima mensis tertij: die 2. pugnauerit vsque ad occasum, tertia oblato Eucharistico sacrificio, venerit in 12. mansionem demque die Moyses semel montem ascenderit.

Da 9. & 10 mansione. 3. De tempore nonæ & decimæ mansionis nihil habeo compertum, nisi quod secundo mense, post diem decimam sextam Hebræi per eas transierint. Nam in octaua, die 16. secundi mensis primum manna decidit

ea verò quæ de manna narrantur cap. 16. Exodi, suspicor non omnia in 8. statione; sed nonnulla etiam in nona & decima contigisse, secundo post datum manna sabbato populum iam fuisse in Alus, vbi tradunt Hebræi cœpisse obseruationem sabbati. Quando autem venerint in Daphca, quamdiu vel ibi, vel in Alus hæserint definire non possum.

Tempore Moysis primæ mensis erit cauus.

4. Ex eorum sententia, qui feria 6. ex Ægypto exitum, primum manna die Dominico datum, legem sabbato traditam existimant, dicendum videtur cum Torniello & Cornelio tunc mensem primum fuisse cauum. quod etiam Menochio placere videtur, cum ait diem 15. mensis secundi fuisse tricesimam ab exitu. Exodi 16. v. 1. tum die 15. Iiar mouisse Hebræos ad 8. mansionem, sequenti die manna decidisse, die 22. eiusdem fuisse primum à dato manna sabbatum, quo aduersum est cibum pridie collectum non computruisse, alterum verò sabbatum incidisse in 29. diem eiusdem mensis, quo *populus sabbatizasse* dicitur Exodi 16. v. 30. idque in Alus vt Hebræi interpretantur, cum iam per Daphca transitum esset, deinde, vltima Iiar, aut prima die Siuan ventum in Raphidim, sequenti pugnatũ, tertia migratum ad 12. mansionem, quarta & quinta die populum se ad legem accipiendam præparasse, sexta promulgatum Decalogum, tertio post datum manna sabbato.

Fasti Hebræorum mutati.

5. Nec est, quod obijciatur moderna Calendarij Hebraici ratio, qua Nisan plenus 30. dierum constituitur; hanc enim rationem Exodi tempore non fuisse seruatam fateri coguntur ipsimet Hebræi, dum asserunt die 15. Nisan qua ex Ægypto migrarunt, fuisse feriam sextam, & 6. Siuan incidisse in sabbatum. Tametsi iam in suis Calendarijs serio cauent, ne alterutrum horum contingat.

Cur Nisan olim cauus

6. Si quispiam quærat, cur in eam opinionem sim propensior, quæ Nisan tempore Moysis cauum fuisse arbitratur? Respondebo in primis non deesse authores bonæ notæ, qui diserte eam tradant, in quibus Torniellus ad annum m. 2544. num. 31. Cornelius in Exodum cap. 16. v. 1. Bonfrerius num. 13. v. 27. vbi secundum mensem plenum constituit. Idem asserere coguntur, qui diem 15. secundi mensis dicunt fuisse tricesimam ab exitu de Ægypto, quod facit Iosephus l. c. Menochius Exodi 16. v. 1. Deinde vel inuiti in hanc sententiam veniunt, qui cum Hebræis & alijs suo loco recẽsitis, Exodum feriæ 6. & primum manna feriæ 1. consignant: quibus adde Vincentium lib. 2. spec. hist. cap. 6. sicut & quotquot primum manna die Dominico datum autumant, & legem sabbato. Qui verò Nisan Exodi tempore tricenum dierum fuisse affirmant, vna Calendarij Hebraici authoritate nituntur, quę tamen satis imminuta videtur ex iam dictis num. 5. Ex eo enim quod Hebræi diserte tradant exitum de Ægypto feria 6. & legem datam Sabbato, consequens est, diem 16. secundi mensis qua primum manna

manna pluit feriam 2. incidisse, si Nisan fuit plenus: si verò cauus; locum habebit communis Catholicorum maximè antiquorum sententia, qua die Dominico adstruunt primum manna apparuisse. Quare eorum opinionem nequaquam probo, qui vt doctrinam Iudaicam de Nisan pleno tueantur, tres alias Iudaicas traditiones facessere iubent, nempe de feria 6. qua Exodum contigisse, de sabbato quo legem traditam, & feria 2. qua Iudæi primùm manna collectum volunt. Ita philosophantur Scaliger, Caluisius, Capellus, Alstedius: nimirum vt Calendarij Gregoriani normam incurrent, qua mensis Paschalis Christianorum (qui Iudaico Nisan pariatur,) initium, intra 29. dierum spatium constringitur, puta ab octaua die Martij, ad quintam Aprilis inclusiuè.

Subdola ratio Iudæorum.

7. Iudæi in suis Calendarijs ita dies mensis Nisan digerunt, vt reuera primus appareat, vna enim in facie solum 29. dies ordine notant, licet commodè 30. signare possent, tum Tekupham adscribunt, quasi mensis esset finitus. Verso deinde folio, in summa pagella liar siue mensem secundum ponunt, sub quo proximè locant 30. & ad latus primum diem mensis lunaris adnotant: linea secunda, diem primam subijciunt; sed ad latus disertè monent esse secundam. Sub titulo mensis secundi dies triginta collocant: sub Nisan autem, etsi totidem numeri locum habere possent, nunquam tamen, nisi 29. inprimis. Rabbini à me cur hoc facerent aliquando interrogati: responderunt id quidem more maiorum fieri: causam verò se ignorare. Dicant itaque Hebræi quicquid velint: scriptis suis mensem primum, tertium, & reliquos numeros impares 29. dierum constituunt; fortassis, vt obscurè insinuent antiquitus tale manni formam in vsu fuisse.

8. Addunt aliqui probabilem suspicionem cur mensis primus lunaris cauus potius, quam plenus esse debuerit: quia lunatio vna constat ciuiliter 29. diebus cum semisse: rationi autem magis consentaneum videtur, vt primo mensi tribuantur 29. duntaxat tribuantur, secundo verò mensi triginta, sicuti licet annus lunaris sex horis dies 365. superet, non tamen anno primo, sed quarto demum bissextilem diem assumit.

CAPVT XVIII. EXODI.

Quo tempore Iethro ad Moysen venerit, & quanto manserit.

1 Opinio Lyrani.

1. NIcolaus de Lyra in hoc caput fatetur Hebræos in ea sententia esse, vt sentiant Iethro ad Moysen venisse post legem datam sub initium mensis secundi egressionis ex Ægypto, ac proinde per anticipationé illius aduen-

hoc capite describi: sed opinatur id factum anno primo Exodi, & quidem ante legem datam. 1. Quia Iethro non videtur procul à monte Sinai habitasse, quandoquidem Moyses dicitur gregem Soceri sui *minasse in interiora deserti, & venisse ad montem Dei Horeb.* Exodi 3. vers. 1. Et ideo, inquit Lyranus, audita magnificentia Moysi generi sui, non est verisimile, quod tardasset per annum venire ad ipsum. 2. Cum Iethro ad veram fidem, quam populus Iudaicus profitebatur conuersus fuerit, vt hic vers. 11. innuitur, decebat, vt anno ferè integro apud Moysen moraretur, quo plenè ritus & cæremonias legis edoceretur, nempe, vsque ad initium anni secundi, quando castra è Sinai mouenda erant. 3. Cum suum generum in tanta gloria esse videret, congruum erat, vt honoris gratia, cum eo diutius permaneret. *Prob. 1.* *Prob. 2.*

2. Hac de re nihilominus dicendum est, *primò*, quando Iethro ad Moysen accessit populum iam fuisse in 12. mansione ad montem Sinai, iuxta illud Exodi 18. vers. 5. *Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, & vxor eius, ad Moysen in desertum, vbi erat castra metatus iuxta montem Dei.* Ad quem montem casti. sua promouerant Israelitæ initio mensis tertij: die autem 6. eiusdem legem acceperant. Vnde sequitur nec primo, nec secundo mense anni primi ab Exodo hunc aduentum signari debere. *Concl. 1.*

3. Dicendum *secundò*, nec ante legem promulgatam id accidisse. Nam aduentanti Iethro, Moyses obuiam iuit, eumque hospitali conuiuio excepit: altera die à mane ad vesperam ius populo dixit. Addit Abulensis diem tertium tribunis & alijs officialibus ordinādis insumptum fuisse. Quicquid autem sit de hoc tertio die, duo illi priores dies excipiendo Iethro, & causis audiendis impensi in 12. mansione non fuerunt antequam lex daretur. Quamprimum huc fuit peruentum, Moyses confestim in montem ascendit, egitque cum populo de rebus ad legem recipiendam spectantibus, & in diem tertium præparauit, vt dicam cap. seq. Sic nulla pars temporis reliqua fuit qua Iethro exciperetur, & causæ vulgi audirentur, vt latius probant authores iam citandi. *Conclus. 2.*

4. Dicendum *tertiò*, Iethro sub finem anni primi Exodi, aut fortè initium secundi ad Moysen aduenisse. Id prolixè probat Abulensis quæst. 2. cui subscribit Cornelius v. 5. Salianus ad an. m. 2544. num. 723. Torniellus anno m. 2545. numer. 45. Probant illi tum alijs rationibus, tum ex Deuter. cap. 1. à vers. 6. ad 15. vbi Moyses dicitur magistratus constituisse, sub id tempus, quo è Sina migrandum erat: quod accidit anno secundo Exodi *mense secundo, vigesima die.* Numer. 10. vers. 11. magistratus autem creati sunt authore Iethro, vrgentibus senioribus, vt ex hoc capite liquet. Deinde licet Moyses conatus fuerit diutius Socerum in castris retinere Numer. 10. vers. 31. (si idem est *Conclus. 3.*

Hobab

Hobab cum Iethro) eum tamen dimisit; *qui reuersus abijt in terram suam*, vt ad h
nem huius capitis refertur. Cum igitur Iethro, animo redeundi suum Genera
inuiseret; verosimile non est, integrum fere annum, domo sua neglecta, in c
stris Hebræorum traxisse moras, quod tamen asserere cogitur Lyranus, dum a
eum ad Moysen adijsse ante legem datam, nec diffitetur, quin adfuerit, quand
tribuni & alij in populo magistri sub discessum è Sina constituti sunt.

Confirmatio. 5. Quod non statim ab accepta lege, Sephora cum filijs ad Moysen addu
cta fuerit, authores etiam ex eo confirmant: quod Moyses binis aut ternis qu
dragesimis mox à dato Decalogo sic distentus fuerit, vt nullum interim tem
pus assignari possit, quo eos hospites, de quibus agimus excipere potuerit.

Ad 1. Lyrani. 6. Rationes Lyrani proponit & resoluit Abulensis hic q. 2. & 12. Quod
primam attinet, varijs de causis fieri potuit, vt Iethro non citius ad Moysen
conferret, siue propius, siue remotius eius domicilium à Sina abesset: quam
multa de populo Israëlitico inaudisset. Probabile est, eum suam profectione
distulisse, donec sciret quonam loco Hebræi castra metarentur, quænam e
Moysis de vxore & liberis in desertum adducendis voluntas. Si prima die q
Moyses in Sina aduenerat nuncios ad socerum misisset, & Iethro mox ab e
aduentu se in viam dedisset: non tamen idcirco dici posset, eum ante leg
promulgatam in Sina peruenisse. Ibi enim Moyses cum castra metatus e
sine mora conscendit montem, & sequentibus diebus tantum otij non h
buit, vt obuiâ socero ante legem latam procederet: quod tamen eum fecisse
gimus hîc v. 7. Adde Iethro nuncios ad Moysen cum mandatis præmisisse, q
eum de filiorum & vxoris aduentu certiorem facerent. v. 6. Vnde appare
thro non instar cursoris, aut tabellarij insperato aduolasse, sed longe tardi
gradu, & eo comitatu aduenisse, quo honoratæ familiæ, ad personas nouæ
gares deduci solent. Quin & coniectura probabili æstimari potest, prius
tum esse ad Iethro de Hebræis ad montem Sinai commorantibus, & Mo
voluntate quam eò filiam & nepotes adducendos putaret. Sic maiorem M
honorem deferebat, quam si præpropere tam cara ipsi pignora diutius per
serta errandi, periculo exposuisset.

Ad 2. 7. Ad 2. Iethro tunc quidem verum Deum, quem colebat Israel, profe
est: sed fortè iam pridem à Moyse veram fidem edoctus. Quod si eo dem
tempore fidei lumen accepit; non erat tamen opus vt ad circumcisionem &
lios ritus Mosaicos tanquam proselytus transiret, præsertim cum in deser
fuerit Hebræorum circumcisio. Deinde plerèque legis cæremoniæ erant de
crificijs & legalibus immunditiis, quas cum Iethro ad suos reuersus obser
non posset, non erat operæ precium ijs condiscendis annum consumere. De
que ad comparandam rerum ad salutem necessariarum notitiam & Moy

vt decebat honorandum, satis erat si Iethro, vnum alterumue mensem apud eum hospitaretur. Et sic tertium argumentum nihil probat.

CAPVT XIX. EXODI.

Quando populus ad montem Sinai peruenerit.

Quæstionis status.

1. Opinio.

MENSE tertio egressionis Israel, de terra Aegypti, in die hac venerunt in solitudinẽ montis Sinai, cap. 19. vers. 1. Ita habet editio vulgata consentiente textu Hebræo, Græco, Chaldaica paraphrasi. Quænam verò dicatur *hac dies*, non est vna omnium authorum sententia. Nonnulli aiunt *hanc diem* dici, qua recesserunt ex Raphidim, vt significetur, non esse magnam distantiam inter Raphidim, & montem Sinai: quam interpretationem sequitur Lipomanus, Fagius, Bonfretius, Scholia Vatabli, & late propugnat Salianus illo anno 2544. numer. 367. *Cum enim*, inquit, *dixisset Moyses, in hac die venerunt in solitudinem Sinai, & videret se obscurius locutum, quod relatiuum sine antecedente posuisset, explicandi gratia integram posuit sententiam. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes in desertum Sinai castra metati sunt, in eodem loco.* Quod confirmari ait per particulam causalem, *nam*, quam habet vulgata editio, Tigurina & paraphrasis Chaldaica. Iuxta hãc interpretationem, quam non improbabilem reor, scriptura verbis iam relatis, diem qua Hebræi ad montem Sinai accesserunt, non refert ad mensem tertium sed tantum indicat eadem die, qua ex Raphidim discesserant, in desertum Sinai peruenisse: eam autem fuisse quartam mensis tertij arbitratur Salianus, & penultimam secundi mensis fuisse sabbatum, nec licuisse tunc iter facere, ac proinde populum vltima die mensis secũdi, ex 8. mansione, venisse ad nonam: prima mensis secũdi de Daphca ad locum decimæ stationis Alus dictũ, die 2. de Alus in Raphidim, vndecimã mansionem, eodem die sub vesperam, aquas de petra, murmurantibus datas, Amalecitas extrema agminis Hebræorum carpsisse, proximâ nocte de bello deliberatum, postridie, qui fuerit tertius mensis tertij pugnatum cũ Amalecitis vsque ad Solis occasum, imò & erectum altare, fortasse etiam sacrificatum, ac die tandẽ quarta Israelitas in Sina peruenisse, ita vt Moyses præcesserit maturè, eoque peruenerit hora tertia ante meridiẽ, mox ascenderit ad montem, inde ad populum qui iam aduenerat Dei mandata retulisse circa meridiẽ, re cum maioribus eõmunicata circa horam 2. promeridianam iterum subijsse montem, circa quintam ad populum redijsse, & præparationem in tertiam diem indixisse, quæ futura erat sexta Siuan, qua legem populus accepit.

2. Opinio.

2. At verò Rupertus & Abulensis in hunc locum & Beluacensis lib. 2. hist. c. 8. putant *hanc diem*, primam mensis appellari, q. d. mense tertio, prima die mẽsis venerunt filij Israel in solitudinem Sinai. Fauet Bellarminus lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 13. *hanc diem* idem esse ratus, quod initium mensis. Sed hi au-

thores nullam afferunt suæ interpretationis rationem: multo verò minus afferre possunt, cur dicant, hanc diem esse, qua tertius mensis completus est.

3. Opinio. 3. alij denique arbitrantur *hanc diem*, esse tertiam mensis, in hunc sensum, mense tertio *in hac die*, id est, tertia. Textus orationis insinuare videtur, vt sicut mensis erat numero tertius, ita & dies mensis ordine tertia. Hanc interpretationem sequuntur Hugo de S. Victore, Ribera lib. 5. de templo, cap. 7. Serarius lib. 1. in Iosue q. 7. & seq. Bellarminus lib. 3. de Sanctis c. 13. Sa, Cornelius, Menochius hîc. Lorinus Num. 10. v. 11. Torniellus an. m. 2544. n. 36. & probabile censet Bonfrerius, & verò ita sentiendum, si sextus dies ponatur datæ legis. Quæ sententia mihi cæteris præponenda videtur, siquidem legē non tertio, sed secundo die mensis tertij datam paulo post probabimus. Sententia verò Saliani minus circo minus arridet, quod plura in vnam diem congerat, quam quæ tam brevi spatio commodè gesta videātur. Moyses enim durante cum Amalecitis prælio vsq; ad occasum solis in oratione perstiterat, vt patet Exodi 17. v. 12. Deinde Raphidim erectum altare, & sine dubio sacrificatum: quomodo ergo Moyses postridie cōflictus, tribus ferè horis ante meridiem venit ad montē Sinai? quomodo bis eodem die, interposito cum Israelitis colloquio montem ascendit, descendit? Deinde minus adlubescit, quod Moyses dicatur prius monte ascendisse, quā populus de Raphidim ad Sina peruenisset, cum sacer textus aduentum Hebræorū ascensui Moysis præponat, nec vlla ratio huc hysterologiā inducat.

Conclusio. 4. Venit igitur populus tertia die mensis Siuan ad montem Sinai, cumque vidisset nubem iam aliquantisper constitisse, tabernacula erexit, Moysesque primum montem petit, indeq; acceptis à Deo mādatis eodem die, diuinum decretū ad seniores, tum ad populū refert vt indicatur v. 8. Postridie montem repetit, consensum populi Deo profitetur, moxque reuersus iussa Dei populo intimat, cumque lauissent vestimenta, ait ad eos: *estote parati in diem tertiam*. &c. v. 15. Nequis cum Cornelio dicere malit Moysem 4 die Siuan bis montem conscendisse. Quod autem aliqui de die sabbati obijciunt, explicatum est, cap. 16. v. 1. num. 1. Bene autem Torniellus an. m. 2544. num. 37. Cornelius hîc & alij monent, Hebræos in Sina hæsisse annum integrum exceptis 13. circiter diebus. Huc enim venerunt die 3. mensis tertij, & hinc castra mouerunt anno sequenti die 1. mensis secundi. Num. 10. v. 11. Sic omnia, quæ ab initio cap. 19. vsque ad finem Exodi, toto Leuitico, & Numerorum libro vsque ad cap. 10. v. 11. describuntur gesta sunt in hac mansione 12. ad montem Sinai.

EXODI 19. v. 3.

Ad non semel factū. *Moyses autem ascendit ad Deum.* Aduerte Moysen bis montem conscendisse antequam populo indiceret præparationem in 3. diem, quo legem erat accepturus. *Prima vice* iussus est quærere consensum populi, an Deo vellet obedire

Si audieritis vocem meam. &: Hæc sunt verba, quæ loqueris ad filios Israel. v. 6. Quo mandato accepto descendit ad castra, *& conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones, quos mandauerat Dominus: respondit que omnis populus simul: cuncta quæ locutus est Dominus faciemus.* v. 7. & 8. Vnde colligit Salianus Moysen prius cum senioribus consultasse, quam res populo proponeretur, & consensus peteretur. *Altera vice* Moyses ascendit, *& nunciauit verba populi ad Dominum.* v. 9. Qui dixit ei: *vade ad populum, & sanctifica illum hodie & cras.* &c. v. 10. Hinc colligo secundum ascensum fuisse quarta die mensis Siuan, quæ erat prima sanctificationis populi. De die prioris ascensus nonnullum est inter authores dissidium. Quidam enim, vt Tostatus & Salianus, volunt Moysen ea die, qua ex Raphidim ad Sina castra mouit vtraque vice montem conscendisse. Alij vt Cornelius vtrumque ascensum signant postridie aduentus in Sinai. Alij denique, vt Torniellus num. 36. putant eo die, quo populus ad montem Sinai venerat, Moysen vna; sequenti die, alterâ vice in montem se contulisse. Prima opinio multa in vnum diem congerit, aduentum è Raphidim, castrorum metationem papilionumue erectionem, ascensum priorem Moysis, eius descensum, seniorum consilium, congregationem populi, alterum Moysis ascensum, colloquium cum Deo, descensum, conuocationem plebis, indictionem sanctificationis, lotionem vestimentorum. Adde fortè altaris erectionem & sacrificium in Raphidim antequam inde mane migraretur, cum pridie vsque ad solis occasum, prælium cum Amalecitis duraret. Quare huic opinioni secundam, secundæ tertiam antepo-nendam puto.

De 1. vice varia opiniones.

EXODI 19. v. 16.

Quando lex data Hebræis.

Iam aduenerat tertius dies & manè inclaruerat &c. Hic dies non erat tertius mensis tertij, neq; tertius in hebdomada; sed tertius ab eo die, quo Deus Moysi dixerat: v. 10. *vade ad populum & sanctifica illos hodie* (nempè 4. die mensis Siuan) *& cras, lauentque vestimenta sua & sint parati in diem tertium,* qui erat futurus sextus mensis tertij vt mox patebit. Certum autem est, ac omnium assensu firmatum à Paschate ad Pentecosten, qua lex Hebræis data est, numerari 50. dies: sed controuersia olim fuit, vtrum ab ipso die, quo Agnus immolabatur, an verò à prima, vel secunda, vel tertia die Azymorum inclusiuè exordium horum 50. dierum sumendum sit.

Lex lata die 50. à paschate. Q. de initio horum 50. dierū.

2. S. Augustinus tomo 2. epistola 119. cap. 16. Numera, inquit, à 14. primi mensis die, quo factum est Pascha, vsque ad diem tertium tertij mensis, & inuenies decem & septem dies primi mensis; triginta secundi, tres tertij, qui fiunt 50. Et libro secundo de Trinit. cap. 15. ait ab occisione

Quidam à 15. Nisan.

agni & celebratione Paschæ, vsque ad legem datam, esse 50. dies, sicut à Resurrectione Domini ad aduentum Spiritus S. Quod repetit tomo quart. quæst. 70. in Exodum, his verbis: Ex die ergo, quo Pascha fecerunt, id est, agnum immolarunt & ederunt, qui fuit quartus decimus primi mensis, vsque ad istum, quo lex datur, dies 50. numerantur, decem & septem scilicet primi mensis, reliqui ab ipso quartodecimo, deinde omnes 30. secundi mensis, qui fiunt 47. & tertius tertij mensis, qui est à solemnitate occisi agni quinquagesimus. Idem fusius explicatur apud eundem S. Augustinum in appendice tomi 4. quæst. 95. ex Nouo testamento, vbi Hebræis data lex dicitur, feria quarta, die tertio mensis tertij, probaturque ex eo, quod manna datum sit die Dominica, decimo sexta mensis secundi, qui ibidem 30. dierum fuisse scribitur. Vnde author ille deducit diem 3. tertij mensis incidisse in feriam 4. qua etiam feria, ait factum Pascha in Ægypto die 14. primi mensis, cui pariter dat 30. dies. Tertio, inquit, die post secundum mensem data est lex: sunt ergo menses duo & dies tres. Retrahe ergo de his 13. dies, qui ante Pascha fuerunt & reliqui erunt 50. Et infra addit populum feria 5. de Ægypto profectum. Abulensis Exodi quæstione prima & decima, & Glossa ordinaria ibid. disertè asserunt filios Israel prima die mensis tertij, venisse in desertum Sinai, & tertia eiusdem legem accepisse.

Lex data die 6. Siuan.

3. Communis autem & vera sententia est Pentecosten Iudæorum, atq; adeo diem datæ legis fuisse sextam mensis tertij, Siuan appellati, nec non quinquagesimam ab altera die Azymorum, qua fiebat eleuatio manipuli inclusiuè. Ita docet Tostatus Leuit. 23. post q. 12. Hugo de S. Victore annot. in Leuiticum 12. Caietanus Exodi 19. Cornelius & Menochius Leuit. 23. v. 15. Riberalib. 1. de Templo. Petauius an. m. 3183. Sanctius Act. 2. Spondanus cum Baronio ad an. Chr. 34. Salianus an. m. 2544. nu. 166. & 320. Barradius lib. 4. Itin. c. 2. Suarez 3. p. tomo 2. disp. 46. sect. 1. Torniellus an. m. 2544. numer. 39. & seqq. qui citat Rabbi Salomon, Calendarium Hebraicum, Aben Esra apud Abulensem, Scaligerum Calusium an. m. 2453. Patet hæc veritas, tum aliunde, tum verò maximè ex c. 23. Leuitici, iuxta cuius tenorem Hebræi agnum Paschalem immolabant ad vesperam, qua claudebatur dies 14. mensis Nisan, & instabat 15. eiusdem, qui dicebatur prima dies & *solemnitas azymorum* ibi. v. 6. Die sequenti erat eleuatio manipuli? & ab hac inclusiuè numerabantur 7. hebdomadæ 49. diebus comprehensę, quibus euolutis celebrabatur festum hebdomadarum siue Pentecostes, ac proinde inter primam azymorum & festum Pentecostes exclusis vtrinque terminis dies 49. intercedebant, quorum prima erat 16. Nisan, vltima 10; quinta Siuan, sexta denique solemnitas Pentecostes, eademque quinquagesima ab eleuatione manipuli inclusiuè. Quæ vt clarius pateant, duo quæ eam maximè faciunt, notanda sunt.

4. In

4. *Primum*, opus seruile lege Mosaica prohibitum fuisse, non solum septima die cuiuslibet hebdomadæ, sed alijs etiam diebus festis, qualis erat prima azymorum. Leuit. 23. v. 7. dies Pentecostes ib. v. 21. prima & decima mensis septimi ib. ver. 24. & 32. *Alterum*, ob hanc causam nomine sabbati, quo propriè, quies siue cessatio adsignificatur, non tantum vltimam diem cuiusuis hebdomadæ, sed alia etiam festa quibus opera seruilia vetita erant, intelligi. Verbi gr. festum Expiationis quod perpetuo ad diem decimam mensis septimi affixum erat, sabbatum vocatur illo cap. 23. v. 32. qua etiam significatione eodem versiculo lex iubet, *à vespera in vesperam celebrari sabbata*, id est, festa. Simili sensu prima azymorum nominatur dies sabbati, id est, cessationis, v. 11. *eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis altero die sabbati*, hoc, est altero die sollemnitatis azymorum, siue vt vertit Pagninus, *in crastinum cessationis*, Chaldæus, *postridie diei festi*: septuaginta τῇ ἐπαύριον τῆς πρώτης: *crastina die à prima*, subaudi azymorum. Ne quis existimaret ab hebdomadario sabbato, ducendum esse initium septem hebdomadarum, quæ Pentecosten proximè antecedunt; sacra pagina ibidé v. 15. ait, non absolutè ab altero die sabbati, sed, *numerabitis ab altero die sabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas*. Quod optimè transtulerunt septuaginta seniores: *numerabitis vobis à die crastino sabbatorum, qua obtuleritis manipulum impositionis*. Chaldæus verò: *ab altero die festiuitatis, à die quo efferetis manipulum eleuationis*.

Quibus diebus opus seruile prohibitum.

Dies sabbati quies significat.

5. Ex quibus deducitur regula, quam etiamnum Hebræi vsurpant, vt, nimirum qua feria celebrata fuerit secunda dies azymorum, eadem celebretur & Pentecoste: quod ipsum in suo Seder Olam signatum habent cap. 5. *Sexto*, inquiunt, *die mensis tertij traditus est Decalogus, erat autem sabbatum*. Signatur autem ibidem Exodus feria sexta: vnde sequitur sabbatum fuisse die 2. azymorum. Quod verum esse deprehendes, siue mensem Nisan cauum feceris, siue plenum. Nam si plenum constitueris, mensi sequenti non nisi 29. dies tribuentur: si autem mensi Nisan tanquam cauo dies 29. dederis, sequenti tanquam pleno tricenos dies computabis, & sic semper calculus à 16. Nisan, ad diem sextam Siuan terminis inclusis dies 50. ponet, qui per 7. diuisi, eam vnicam feriam relinquent, in quam dies 2. azymorum inciderat. Quod & alia calculatio confirmat: siquidem duo menses, quorum alter sit plenus, nempe 30. dierum, alter cauus, 29. dierum, continet dies 59. quibus sex dies tertij mensis additi, efficiunt 65. ex quibus demendi sunt 15. qui ante 2. azymorum effluxerant, & sic tandem remanebunt dies 50. ab eleuatione manipuli vsque ad ipsam Pentecostes sollemnitatem inclusiuè.

Regula de feria Pentecostes.

6. His rationibus adiungunt aliqui Iosephum 3. Antiq. 10. vbi cum dixisset licitum fuisse Hebræis 2. die azymorum, quæ est 16. mensis Nisan frugibus demessis

Iosephus hac dicta ambiguum.

demessis vesci, eodemque die spicarum manipulum offerri, subiungit: elapsis Paschali sacrificio, septem septimanis, hoc est, 49. diebus, die 50. quam à numero Asartha Hebræi vocant offerri panem. Ita versio Gelenij. Verum aliæ translationes & fons Græcus habent: *septima hebdomade transacta post illud sacrificium*, quod scilicet 2. die azymorum offerebatur. Atque ita Iosephus communique dem sententiæ non aduersatur: sed neque exprimit, vtrum inclusiuè, à die 2. azymorum septem hebdomadas auspicetur.

Lex data die Pentecostes.

7. Datam porrò die Pentecostes legem plerique omnes diserte tradunt cum S. Hieronymo, mansione 12. Beda, Ruperto, Rabano, Lyrano, & alij quos laudat & sequitur Barradius lib. 4. itinerarij cap. 2. Serarius Iosue 4. q. Imò in legis datæ memoriam festum Pentecostes institutum fuisse affirmat Rabini, Moses Ægyptius, Eliezer, Isaac Benharama apud Serarium, pra *Christianos omnes* inquit Lorinus Leuit. 23. vers. 16. Vide Interpretes Act. 2. Leuit. l. c.

8. Obijcient forte aliqui eorum authoritatem, qui asserunt die 50. egressionis Israël ex Ægypto legem in vertice montis Sinai datam: ita enim loquuntur, S. Hieronymus illa epist. 127. mansione 12. S. Leo serm. 1. de Pentecost. Chrysostomus hom. 2. S. Cyprianus serm. de Spiritu S. Isidorus de off. Ec. cap. 32. & alij. Verum Suarius & Barradius bene respondent, hæc SS. Patres ratiocinia exclusiue esse intelligenda. Quod tamen de S. Augustino, Tostato, Glossa ordinaria dici non debet: Hi enim apertè includunt 15. Nisan, & legem datam aiunt', die 3. mensis tertij contra communem sententiam: cui etiam adnituntur illi, qui legem die 7. Siuan traditam arbitrantur; sed frustrà, vt dixi Leuit. 23. v. 15.

Feria 6. aut 7.

9. At quota feria lex data? Ex dictis supra, hæc quæstiuncula facile resoluitur: qui enim Exodum signant feria 5. legem feria 6. latam asserere coguntur; qui cum alijs Hebræos, feria 6. educunt; sabbato eis legem dare malunt. Ratio vtriusque opinionis est, quia 2. dies azymorum & dies datæ legis siue Pentecostes in eandem feriam semper incurrunt, siue Nisan plenus sit, siue cauus.

5. aut 6. Iunij.

10. Quo mense Romano? quoto die? sicut diuersæ sunt de anno & die exitus opiniones; ita & mense ac die legis latæ. Petauius lib. 13. ad an. m. 31. legem datam asserit feria 6. die 23. Maij: sic enim legendum (non 18.) author satis indicat, dum Neomeniam, Siuan tribuit 15. Maij feria 1. Ergo sexta, Sua fuit 23. eiusdem, subaudi: si anno ante æram Christi 1531. datus est Decalogus Cyclo Solis 19. lit. Dom. E. Ego vero duas supputationes probabiles aut quarum prior Exodum refert ad feriam 5. altera ad 6. Iuxta priorem lex Hebræis data videtur feria 6. die 5. Iunij Iuliani: iuxta posteriorem sabbato, die Iunij, anno ante vulgarem Christi æram 1497. Cyclo Lunæ 6. Solis 25. lit. Dom.

E.D. Sum ad posteriorem pronior, quæ est Hebræorum, & bene ad eorum normam quadrat, qui datum manna putant die Dominica, si tunc Nisan 29. dierum fuit.

CAPVT XIX. EXODI v.18.

Eo quod descendisset Dominus super eum! Dominus dicitur bis super monte ipso die Pentecostes descendisse. 1. v. isto 18. deinde v. 20. prima vice erat supra montem in igne ita eleuatus, vt monti emineret, postea verò aliquantisper cum Moyse locutus, vt dicitur v. 19. magis descendit, ita vt montis verticem attingeret in eoque residens ad se Moysen accerseret. *Moyses ter die data Legu mõtẽ petijt.*

CAPVT XIX. v.20.

Vocauit Moysen in cacumen eius. Moyses illo die, quo data est lex, ter ad montis Sinai verticem ascendit. *Primò* enim ante promulgatum Decalogum ascendisse dicitur hoc v. 20. quando dixit ei Deus: *Descende & contestare populo, ne forte velit transcendere terminos*, &c. v. 21. *Secundò* mox à Decalogi promulgatione, quãdo populo terrore perculso & à longe stante, Moyses *ascendit ad caliginem in qua erat Deus*. cap. 20. v. 21. Tunc retulit petitionem populi rogantis: *non loquatur nobis Dominus* &c. ibi v. 19. Deus verò indulget, quod petebatur. Deut. 5. ver. 28. remittitque Moysen, vt Hebræis procul in valle stantibus ac timore perculsis responsum referat & dicat: *reuertimini in tentoria vestra.* ibid. ver. 30. tum expedito mandato ad montem reuertatur: *tu verò, sta hic mecum.* v. 31. nempe populo domum redire iusso. Quod cum fecisset Moyses tertio in montis vertice Deo se sistit, eaque accipit, quæ Exodi cap 21. 22. 23. traduntur, ac redire postea ad montem iubetur cum Aarone filijs eius & 70. Senioribus. Exodi 24. v. 1. redire autem debebat non eodem die, sed sequenti, quod & fecit, quando cum istis socijs montem aliqua ex parte repetijt, vt infra dicam.

CAPVT XXI. EXODI v.2.

Si emeris seruum Hebræum sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Hi sex anni non erant computandi ab emptione mancipij, sed ab initio semitæ, siue annalis Hebdomadæ, ita vt septimus annus sit idem cum sabbatico: quo ineunte omnes & singuli emptitij Hebræi, eodem tempore manumittebantur, siue ante sex, siue ante pauciores annos aliquis eorum emptus fuisset. Ita in hunc locum Lyranus. Cornelius, Menochius, Abulensis q. 6. Salianus an. m. 2514. num. 688. & alij vnanimi consensu. Eodem modo intelligitur annus septimus Deut. 15. v. 12. vbi rursus hoc præceptum inculcatur. Idem fiebat ineunte Iubilæo, vt patet Leuit. 25. *Quis hic sit annus?*

* * *

CAPVT

CAPVT XXIII. EXODI v.16.

Caput anni profani in autũno sacri in vere.

Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Hæc de festo Tabernaculorum intelligenda esse, certum est, in quo sicut Paschate & Pentecoste iubebatur quotannis omne masculinum apparere coram Domino v.17. Ex eo vero, quod in exitu anni hoc festum celebrandum dicatur, colligimus Moysis tempore in autumno fuisse finem & principium anni, nempe vsualis & contractuum: quod etiamnum seruant Hebræi, qui Calendaria quotannis à mense Tisri auspicantur, nec tamen vllo modo negant quin Nisan sit anni principium. Ante diluuium crediderim duplex etiam anni principium fuisse, ciuilis & contractuum in autumno, vitæ Adami, & aliorum Patriarcharum prout eos liber Geneseos computat, in vere. Vnum enim inter alteri non obstare suadet ratio & praxis non solum Hebræorum, sed & Christianorum, qui aliunde Christi, aliunde Pontificum, Regum, Beneficiorum Ecclesiasticorum annos computare solent. Certum autem Moysen, hic citer de anno populari intelligendum: quia festum Tabernaculorum celebratur non præcisè cum annus finiretur; sed die 15. Tisri, qui mensis computus ne ciuili erat primus; absolutè autem in Scriptura dicitur mensis septimus.

Quomodo ordine temporis digerenda sint acta diei legis datæ.

Acta Moysis die 6. Sinan.

1. Sexta die Siuan manè inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua micare fulmina, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ hementius perstrepebat, & timuit populus, qui erat in castris. Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radicem montis. Exodi 19. v.16. *Qui ardebat vsque ad cœlum, erantque in eo tenebræ & nubes caligo.* Deut. 4. v.12. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne (nempe in aëre monti imminente) & ascendebat fumus ex eo, quasi de fornace, eratque omnis mons terribilis. Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius; & prolixius tendebatur. *Moyses* cõscensa altiore montis parte *loquebatur, & Deus respondebat ei.* Exodi 19. v.19. *de medio ignis.* Deut. 4. v.12. qui altior erat montis cacumine. Quid autem Deus aut Moyses in quutus Scriptura non exprimit: populum verò audiuisse vocem Dei, legitur Deut. l. c. Tum paulatim ex aëre eminentiore, *Descendit Dominus super montem Sinai*, atque *in ipso vertice montis* quasi residens, *vocauit Moysen* (in cliuo constitutum) *in cacumen eius. Quo cum ascendisset dixit ad eum: Descende & contestare populum* (ad radicem montis congregatum) *ne fortè velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque* (qui more antiquo ante legem datam officio Sacerdotij fungebantur) *qui accedunt ad Dominum*

ctificentur, ne percutiat eos. Dixitque Moyses ad Dominum: non poterit vulgus ascendere ad montem Sinai: tu enim testificatus es & iussisti, dicens: pone terminos circa montem & sanctifica illum. Hoc Dei mandatum sciebat Moyses se iam populo edixisse, & sic putabat non esse opus eiusdem altera inculcatione. Deus autem non acceptata Moysis excusatione ait: Vade descende, ascendesque tu & Aaron tecum: Sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec accedant ad Dominum, ne forte interficiat illos: Descenditque Moyses ad populum & omnia narrauit eis. Exodi 19. v. 24.

2. Assumpto deinde secum Aarone, vt præceperat Deus redit Moyses ad cliuum montis, ibi inter Deum & populum, Decalogum auditurus: tum sonitus buccinæ in vocem articulatam efformatus recitat audientibus, Moyse, Aarone totoque populo Decalogum. Eo recitato *cunctus populus videbat voces & lampadas,* (id est, perciebat tonitrua & fulgura) *& sonitum buccinæ montemque fumigantem, & perterriti ac pauore concussi steterunt procul dicentes Moysi: loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Exodi 20. v. 19. & clarius Deut. 5. à v. 23. Quos paucis consolatus *Moyses, accessit ad caliginem in qua erat Deus.* v. 21. populo à longe stante. Vbi cum causam populi egisset, Deus non modo petitioni annuit, sed etiam laudauit: *Bene* inquit, *omnia sunt locuti. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea, in omni tempore, vt bene sit eis, & filijs eorum in sempiternum.* Deut. 5. ver. 29. Imò hac occasione promisit Messiam. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum* &c. Deuter. 18. v. 18. Cumque adiecisset Deus nonnulla, de vitandis Idolis & erigendo sibi altari impolito, Exodi 20. v. 22. & adhuc Hebræi extra castra congregati responsum præstolarentur remittit ad eos Moysen: *Vade,* inquit, *& dic eis: reuertimini in tentoria vestra. Tu verò sta mecum* &c. Deut. 5. v. 31. subaudi, vbi populum ad sua tabernacula remiseris, auditurus *mandata mea & cæremonias,* ibid. Paret diuino imperio Moyses, & populo domum remisso ad Deum rursus ascendit, eaque accipit, quæ Exodi 21. 22. 23. traduntur, cum mandato postea redeundi comitante Aarone, Nadab & Abiu & 70. Senioribus cap. 24. v. 1. Tandem ad populum descendit. eodemque die cum illa omnia, quæ tribus dictis capitibus continentur retulisset: *respondit omnis populus vna voce: omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus,* cap. 24. v. 3. Eodem vespere, vel potius proxima nocte Moyses in volumen refert, *vniuersos sermones Domini,* vers. 4. qui nimirum habentur Exodi 20. & tribus seqq. capitibus.

Lex promulgatur.

3. Die 7. Siuan Moyses *mane consurgens ædificauit altare.* Exodi 24. v. 4. cæteraque gessit, quæ ad fœdus sanciendum ex parte populi requirebantur, vt latè habetur, illo ca. 24. v. 4. & seqq Hisce autem ritè expeditis ad montem redit cũ Aaron, Nadab, Abiu, & septuaginta de senioribus Israël, qui eminus Deum vi-

Quid egerit Moyses die 7. Siuã

derunt & adorauerunt: *Moyses autem ascendit ad Dominum*. ver.2.3.9. Quid tum egerit Moyses, silet quidem Scriptura: sed facilè coniectura assequimur, eum Deo narrasse consensum & fœdus, quo populus se ad seruandam Dei legem obstrinxerat. Tunc etiam Deus in mandatis dedit Moysi, vt ad montem ascenderet, tabulas legis accepturus: *ascende ad me in montem, & esto ibi, daboq; tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata*, v.12. Hac die confirmatam legem notat Salianus anno m.2544. num.400. Serarius Iosue 4.qu.10. Torniellus anno C. num. Etsi vero eodem die sub vesperam Moyses tabulas accepturus montem cum Iosue ascendere potuerit: probabile tamē est, id nō nisi sequēti die eum fecisse.

CAPVT XXIV. EXODI v.7.

Idem sæpe promiserūt Hebræi,

OMnia quæ locutus est Dominus faciemus. Similibus verbis sæpius Israel suum consensum de ijs, quæ ad legem spectabant, idque diuersis temporibus expressérunt: *Primo*, quarta die Siuan interrogati à Moyse, an sibi parere & pactum eius custodire vellent, *respondit omnis populus simul: cuncta quæ locutus est Dominus faciemus*. Exodi 19.v.8. *Secundo*, die sexta mensis eiusdē, quando do exterriti petierunt, vt Moyses esset Dei ad populum interpres. Tribuūp cipibus & maioribus natu Moysi dicentibus: *Audi cūcta quæ dixerit Dominus noster tibi, loquerisq; ad nos, & nos audiētes faciemus ea*. Deut.5.v.27. *Tertio* eodem cum Moyses ea retulisset, quæ postea Exodi 21.22.23. conscripsit, *respondit populus vna voce: omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus*. Exodi 24. v. *Quarto* simili verborum formula vsi sunt, cum volumen fœderis, die septi eiusdem mensis audiente populo legisset Moyses: omnia quæ locutus est minus faciemus & erimus obedientes. ib.v.7. Quod ipsum aduertit Salian num.407.

XXIV. EXODI v.13.

1. Explicatio.

1. *Surrexerunt Moyses & Iosue minister eius*. Hæc ad diem octauam refert putat Torniellus ann.m.2544.num.46. & Salianus num.401. quando Moy cum Iosue, vt antea mandauerat Deus, (Aarone & Hur ad populi regimen lictis) vt tabulas legis acciperet, in monte cōscendit. Vbi cū sex diebus expe set, *septimo die vocauit eū Deus de medio caligins*. ib.v.16. Iosue in loco infer licto. Septimus autem iste dies cōputandus est, nō ab initio hebdomadis esset sabbatum: sed ex quo Moyses cum Iosue montem ascenderat, eratque cima quarta mensis tertij vt volunt authores iam nominati. Ex eo autem ciunt Moysen octaua die ascendisse, quod tota die septima sacrificijs, mationē fœderis & ascensu in montem cum senioribus sic impeditus fuis non nisi die sequenti ad montem sese referre potuerit.

2. Explicatio.

2. At verò Cornelius in cap.34.Exodi v.28. Tostatus cap.24.q.1.cum

Esra & alijs asserunt postridie legis datæ, Moysen cũ Iosue pro tabulis montem cõscendisse, ita nimirum, vt peractis sacrificijs & cęremonijs, quæ cap. 24. Exodi referuntur, Moyses, Aaron cũ filijs, ac seniores cliui partẽ conscenderint, vbi Deũ seniores adorarint, mandatũ de tabulis in summo mõte accipiendis Deus Moysi dederit qui mox Deo morẽ gerẽs, seniores ad castra remiserit, Aaronẽ & Hur causis cognoscẽdis præfecerit, assumptoq; secũ Iosue *ascẽderit in montẽ Dei*, puta in altiora montis Sinai, ibi ad diẽ vsq; septimã moratus, donec iussu Dei ad mõtis cacumẽ progrederetur, vt authores iam nominati hũc locũ cũ Hugone interpretãtur. Quæ interpretatio mihi probabilis videtur, & ad coniecturã prioris opinionis respõderi posse, eã quidem sua probabilitate nõ carere, certũ tamen non esse, nec Moysen tot negotijs septima die distentum fuisse, quin eodem die ad montem regredi potuerit. Omnes enim fatentur eum cum senioribus aliquam ascensus partem superasse. Vnde eum ad castra reuersum nonnulli opinantur; alij negant & asserunt Moysen tam facile ascendere potuisse, ad eum locum in quo vsque ad diem septimum moratus est, quàm ad castra descendere. Imò non apparet causa cur ad locum castrorum rediret. Iam enim partem montis superauerat, quando ei dictum fuit: *ascende ad me in montem & esto ibi*. v. 12. q.d. descendant seniores excepto Iosue, quem tecum assume, & altiorem montis partem pete, estoque ibi quoad tabulas tradidero. Vide notas ad cap. 32. v. 15. à num. 2.

XXIV. EXODI v. 18.

Ingressus Moyses in medium nebulæ ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Quærunt hic authores, vtrum 40. isti dies computandi sint, ex quo Moyses cum Iosue montem ascendit, an verò à die septimo ascensus, quo Moyses vocatus à Deo in nebulam ingressus est. Deinde an etiam Iosue 40. dies in monte egerit? Quæstio.

1. Tostatus Exodi 24. q. 19. videtur in eam opinionem propendere, quæ tenet Moysen sex illis diebus, quibus in monte fuit, antequam in nubẽ vocaretur manna comedisse, & aquam è riuis deorsum fluentibus bibisse: postea verò in medio nebulæ 40. dies sine cibo & potu transegisse. Ad huius rei probationẽ adducit verba Moysis, Deut. 9 per seueraui cum Domino 40. diebus & 40. noctibus. Sic enim textum allegat, & colligit 40. istos dies, quibus Moyses se nec panẽ edisse, nec aquã bibisse asserit, ab eo die numerandos, quo Deus de medio caliginis eum ad se venire iussit. *Nam tunc*, inquit, *cœpit esse cum Domino, antea autẽ nõ steterat cũ eo*. Huic opinioni subscribit Torniellus num. 47. vbi à die 14. mẽsis tertij ab Exodo, ait cœptam primam quadragesimam, quam ieiunus in mõte Moyses traduxit. Quo etiam Bonfrerius magis propendet, ac prima fronte fauere videtur versiculus 18. iam allegatus vulgatæ editioni. 1. Opinio.

2. Opinio verior.

2. At verò communior & verior sententia est, totum tempus, quo Moyses tabulas legis accepturus in monte fuit, nõ esse sine ratione producendum vltra dies 40. nec vllam rationem suppetere, quæ produci debere persuadeat. Textus enim Hebræus hîc v. 18. cùm repræsentasset septimo die vocatum Moysen de medio caliginis, visam supra montis verticem, speciem Dei gloriæ, ac Moysen in medium nebulæ venisse, subdit: *Et ascẽdit in montem, & fuit Moyses in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Græcus consentit: καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῷ ὄρει, & erat ibi in monte, quadraginta dies. Quare, quod vulgatus habet, *& fuit ibi*, ad id quod proximè antecedit referri debet, nempe ad *montem*: atque ita in postremo versiculo cap. 24. Exodi, aliqua recapitulatio necessario agnoscenda est. Siquidem Moyses prius dicitur in caliginem ingressus, quam dicatur ascendisse in montem, cum tamen prius hoc factum fuerit, quam illud. Cum igitur sacra Scriptura primam Moysis quadragesimam, ad moram in monte, absolutè referat, non est, quod ad mansionem in caligine restringatur, ne violenta sit huius loci interpretatio, quo proximè ante numerum 40. dierum, Moyses montem ascendisse dicitur, & in eo 40. dies mansisse ἀμέσως adiungitur: ideo fatendum est, totum tempus mansionis in monte fuisse 40. dierum, & sex illos primores dies fuisse huius quadragesimæ partem: illis enim reuera Moyses iam erat in monte, quamuis necdum vocatus in caliginem. In hac sententia sunt Hebræi qui in suo Chronico Seder Olam cap. 6. & Calendarijs, die 17. quarti mensis tradunt Moysen exactis in monte 40. diebus, descendisse, & tabulas fregisse: idcirco eam diem esurialem esse volũt. Genebr. an. m. 2669. idque ex doctrina Rabbi Abraham in Caballa hist. Cornelius, & Menochius in hunc locum, Salianus an. m. 2544. num. 422. Fauet Iosephus 3. Antiq. 4. dum ait Moysen, vt tabulas legis acciperet à populo 40. diebus abfuisse: abfuit enim Moyses à suis cum Iosue in montem ascensu, vsque ad fractas in suo reditu tabulas legis. Testatus etiã q. 21. sub finẽ disertè fatetur rationabilius esse, sex dies, quibus Moyses extra caliginem substitit computari in numero horum 40. dierum, ita vt *die, quo Moyses recessit à castris ascendens in montem, vsque ad diem, quo ad castra post fractas tabulas reuersus est, transierint 40. dies & 40. noctes solùm.* Hæc ille, probabilemque hanc rationem affert, quia cum Moyses Deuter. 9. vellet ostendere durum Hebræorum ceruicem, & suos pro eis labores recẽseret, ait se pro primis tabulis, 40. dies, & 40. noctes in monte perseuerasse: si autem 46. dies in monte posuisset, decebat integrum eorum numerum Hebræis obijcere, vt suam ipsi malitiam clarius intelligerent, & promptius ab ea desisterent. Quam rationem ponderans Salianus, ex eo confirmat, quod sex dies non sint exigua pars quadragesimi numeri, sed septima circiter, ac proinde ait eos minimè negligendos fuisse à Moyse, si antequam in caliginem vocaretur, illos in monte transegisset.

3. R

5. Rationem in contrarium à Tostato, illa q. 19. propositã soluit ipse ad calcem q. 21. dum ait non dici in scriptura Moysen *coram Domino*, sed *in monte* perseuerasse 40. diebus & 40. noctibus. Ait enim Deuter. 9. vers. 9. perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. Ita habent Latina, Hebræa, Græca. Et v. 10. *Cumque transissent 40. dies & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas fœderis, dixitque mihi: surge & descende hinc citò.* Illud vero, *coram Domino*, ibi non legitur, sed infra vers. 18. quo agitur de secunda quadragesima, quando Moyses: *procidi ante Dominum*, inquit, *sicut prius*, vt habet Latinus & Hebræus: Græcus verò *precatus sum coram Domino*, siue ante Dominum. *Ad Rat. 1. Opinionis.*

5. Ex hac porro sententia dicendum est Moysen primis sexillis diebus, quibus in monte extra nebulam expectauit, antequam propius ad Deum accedere iuberetur, ieiunum fuisse, vt notat ipse Tostatus illa q. 19. quia constat eum ipsos 40. dies antequam primas tabulas acciperet cibo & potu abstinuisse Deut. 9. vers. 9. Prima igitur Moysis quadragesima, à die 7. vel octaua mensis tertij initium duxit: de fine agam infra cap. 32. v. 30. num. 15. *Conclusio.*

6. Quid verò de Iosue censendum sit, quam diu in monte hæserit? Abulensis quæst. 20. arbitratur eum toto illo 40. dierũ spatio in monte mansisse, & constanter reditum Moysis fuisse præstolatum. Idem sentit Cornelius Exodi 24. v. 18. qui ait Iosue totos illos 40. dies, in illo loco suo mansisse, vnde ad cacumen vocatus Moyses ab eo discesserat, & vt par est credere, contemplationi vacasse. Idem putat Abulensis q. 1. Salianus verò numer. 423. non solum asserit Iosue toto eo tempore in monte moratum, sed etiam credibile putat in nubem cum Moyse ingressũm ibique rerum diuinarum contemplationi & precationi sese dedisse. Vtrum autem Iosue omnes illos dies ieiunus transegerit, an verò manna victitarit, incertum est: solum ex scripturæ testimonio habemus eum cum Moyse montem conscendisse. Exodi 24. vers. 13. *Surrexerunt Moyses & Iosue minister eius: ascendensque Moyses in montem Dei senioribus ait: expectate hic* (in castris) *donec reuertamur ad vos*, ego nimirum & Iosue. Quod præter authores relatos aduertit Torniellus numer. 46. Eundem Iosue etiam in reditu, Moysi comitem fuisse palam est Exodi 32. v. 17. vbi cũ Moyse ad castra reuertente & priores tabulas portante Iosue loquens introducitur, & ex amborũ colloquio apparet eum ignorasse, quid circa vitulũ in castris gereretur: quia scilicet, ex quo monte cum Moyse conscenderat, nusquam fuerat digressus, nec ad castra reuersus. *An Iosue 40. diebus in monte fuerit.*

De Chronotaxi quarundam rerum ad tempus datæ legis pertinentium, de qua Tostatus Exodi 24. q. 1.

1. FVit quorundam opinio, ea quæ c. 21. 22. 23. 24. comprehensa sunt, ante finem c. 19. ordine temporum poni debere, ac deinceps cap. 20. de legis latione *Quidam negant hic seruari ordinem temporis.*

tione in voce tubæ subijciendum. Nam primos dies mensis tertij sic rebus gestis distribuebant. *Prima die*, siue tertia mensis tertij volebant Israelitas venisse ad montem Sinai, eoque die Moysen in montem ascendisse, ac ea præcepta cæremonialia & iudicialia à Deo accepisse, quæ versu 22. capitis 20. vsque ad finem cap. 23. Exodi continentur. *Quarta die* Moysen ea populo proposuisse, & ab eo consensum obtinuisse. *Quintâ*, ædificatum fuisse altare, immolatas victimas, librum & populum sanguine aspersum, legem confirmatam, prout legimus cap. 24. à versu 4. *Eadem die* expletis cæremonijs Moysen cum Aarone, Nadab, Abiu, & 70. senioribus ad certam vsque montis partem conscendisse, *Sexta die*, post tonitrua & fulmina datum Decalogum, siue 10. præcepta cap. vigesimi comprehensa.

Conclusio affirmat. 2. Verũ facile est ex dictis ista declarare ac refutare. Nã illo versu 22. cap. 20. hæc habentur: *Dixit præterea Dominus ad Moysen: vos audistis, quod de cœlo locutus sim vobis.* &c. vtique quãdo dabat Decalogum: manè autẽ inceperant tonitrua. Ergo, quæ ad finem cap. vigesimi attexuntur, non sunt gesta ante Decalogi promulgationem: deinde non nisi post legem datam populus & seniores territi re perculsi rogarunt ne Deus ipsis loqueretur, sed Moyse interprete vti dignum retur, Exodi 20. vers. 19. & clarius Deut. 5. vers. 23. Quod cum Moyses ad Deum retulisset consensit Deus, ac tum primum dixit Moysi: *vade dic eis; revertimini ad tentoria vestra*: (cum nimirum post proclamatum Decalogum populus adhuc starent exterriti) *tu verò sta hic mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, cæremonias atque iudicia, quæ docebis eos* Deut. 5. v. 30. 31. Ergo quando Moyses mandata & cæremonias à Domino accepit, iam datus erat Decalogus, & dato, Hebræi vocem Dei formidantes, Moysen sibi diuinorum præceptorum interpretem fieri petierunt. Præcepta enim illa, quæ Deus se Moysi tradituram ait illo v. 31. descripta sunt cap. 21. 22. 23. Exodi. Hæc igitur, ad 1. aut 3. autem tum diem mensis Siuan referri non possunt. Siquidem illis diebus Deus vocem necdum audiuerant.

Coroll. 1. 3. Hinc sequitur 1. præcepta illa cæremonialia & iudicialia quarto die mensis tertij populo non fuisse recitata: quia tunc ea necdum acceperat Moyses. Fuit quidem illo 4. die Moyses in monte, sed alia mãdata à Deo accepit, videlicet de præparando ad legem recipiendam populo, & terminis circa montem vulgo coërcendo, ne propius accederet designandis. *Vade ad populum & sanctifica illos hodie & cras, & lauent vestimenta sua.* Exodi 19. v. 10. *constituesque terminos populo, per circuitum.* v. 11.

Coroll. 2. 4. Sequitur 2. Non fuisse altare ædificatum die 5. neque librum aut populum sanguine aspersum, neq; legem, neq; iudicialia aut cæremonialia præcepta confirmata; quia tunc liber necdum erat conscriptus, neque res cap. 21. 22.

contentas acceperat Moyses. Addit Abulensis Hebræos die 4. & 5. non fuisse mundos: quarto enim die iussi fuerant, se in diem perendinum præparare: mũdos autem eos esse oportuit, quando cæremoniæ istæ, de quibus Exodi 24. v. 4. & seq. peragebantur: maximè verò, cum in populum sanguis spargebatur. v. 8.

6. Sequitur 3. Moysen illo die 5. cum Aaron, Nadab, Abiu & 70. senioribus montis cliuum non ascendisse; quia cæremoniæ illæ, quibus peractis aduersarij hunc ascensum fuisse fatentur, necdum factæ fuerant. *Coroll. 3.*

7. Addit Tostatus Decalogum idcirco prius dari debuisse, quam præcepta iudicialia & cæremonialia cap. 21. 22. 23. comprehensa, quod hæc Decalogum determinent. Deinde quod ipsa præcepta à Decalogo sortiantur authoritatem. Sed possent aduersarij excipere Deum quidem in hisce rebus, vel tradendis vel confirmandis tenere potuisse eum ordinem, quo determinabile determinationem, origo authoritaris ipsam authoritatem præcederet: ei tamen placuisse, vt iudicia & cæremonias reciperet populus, atque ad eorum obseruationem sese adstringeret, priusquam ipse Decalogum pronunciaret, sicut prius cęremonias & iudicia tradidit, quam tabulas, quæ quasi summam & epitomen omnium mandatorum continebant. Quare ad conuincendos erroris aduersarios, recurrendum puto ad rationes ab ipsa sacra pagina desumptas vt iam feci num. 2. & supra cap. 19. v. 20. num. 2. & seqq. *Ratio Abulensis inefficax.*

8. Fuit etiam Aben Ezra & aliorum opinio, qui fatebantur Decalogum prius datum, quam præcepta cæremonialia & iudicialia, die sexta Siuan proponerentur, Moysen die 7. sacrificasse, & legẽ sanguinis aspersionę cõfirmasse. Addebant autem duo. 1. Die 7. Moysen cum Iosue montem petijsse, vt tabulas à Deo referret. 2. Aaronem cum Nadab, & Abiu ac 70. senioribus, prius in mõtem se contulisse, quam Decalogus auditetur. Quia putant non posse idoneam dari causam, cur isti montis cliuum conscenderent post Decalogi proclamationem: antè verò, causam reddunt; vt nimirum eorum authoritas stabiliretur, dum populus in Decalogi pronunciatione, se in infima statione, illos superiori loco constitutos videret. Vnde concludebant, ea quæ cap. 24. Exodi de Aaronis, filiorum eius, & seniorum ascensu referuntur, ibi per recapitulationem esse inserta, ordine autem temporis spectato ad caput 19. pertinere. *Opinio quorundã.*

9. Abulensis in omnibus huic opinioni assentitur, excepto eo, quod velit Aaronem & socios non ante Decalogi promulgationem ipso die datæ legis montem conscendisse, sed die sequenti, cum per sacrificia & legis aspersionem, lex à populo acceptata & fœdus confirmatum fuisset, ac denique Moyses in montem, vt tabulas legis acciperet, reuerteretur. Tunc Aaron, filios eius, & seniores iustam habuisse montem conscendendi causam, vt nimirum Moysen aliquo- *Opinio Abulensis.*

aliquousque comitarentur, & honorarent. Quo officij genere expleto, alter in castra reuertisse, Iosue autem altius, Moysen vsque ad montis cacumen pe- rexisse.

1. Conclus. 10. Ego verò existimo *primo* iuxta superius annotata, Aaronem, Nadab Abiu, seniores, prout illo cap. 24. legimus, Moysen comitatos fuisse, non ac legem datam, nec die legis datæ, sed sequenti cæremonijs ad fœdus confirm dum absolutis, prout etiam fatetur Abulensis, ac proinde hunc ascens Aaronis & sociorum ibi absque recapitulatione, suo loco & tempore co signari.

2. Conclus. 11. Existimo *secundò*, causam cur tunc Moyses ascenderet, quando isti com tabantur, non fuisse eam, quam Abulensis affert, aut saltem eam non fuisse iam; sed vt ipse Moyses & comites eius, coram Deo profiterentur, pactum uinum populi consensu, sacrificijs, sanguinis aspersione iam esse confirmat Hoc enim iure merito Deus ad se referre voluerit, antequam tabulas fœde se daturum reciperet.

3. Conclus. 12. Existimo *tertiò*, causam cur isti Moysen ad cliuum montis comitati rint, non fuisse eam, quæ pro Aben Esra iam allata est, numer. 8. quia quæ isti in montem nitebantur, datus erat Decalogus; sed, vt Moysen si pla honorarent, ac Deum aliquo modo viderent, quod factum legimus cap. 24. v. 10. nec non, vt eminus testarentur confirmatum esse fœdus, id Moysen suum legatum, & ad diuinam maiestatem Israëlitarum interpre moxrelaturum significarent.

4. Concl. 13. Existimo *quartò* probabile esse, Moysen non tunc, quando isti secum comitabantur; sed postea cum Iosue acceptum tabulas ascendisse. Sicuti ordine temporis seruato, Moyses, post sacrificia, & fœderis confirmati monias in montem cum Aarone & socijs contendisse narratur, hic vers. 1. sine vlla histerologia, post istum ascensum, post Deum à Moysi comitibus sum, Deus Moysi præcepisse dicitur: *ascende ad me in montem, & esto ibi, dabo tibi tabulas*. v. 12. Quo mandato accepto Moyses videtur ad castra reuersus posuisse se ad tabulas recipiendas, Iosue socium assumpsisse, Aaroni & Hur puli curam commendasse, &c. vt vers. 13. & seqq. consignatum habemus. Nego verbum illud, *dixit* quandoque idem valere, quod *dixerat*, sed nego tionem efficacem à Tostato, aut alijs afferri, quæ suadeat hoc v. 12. esse rec tulationem vllam, ob quam *dixit* pro *dixerat* accipiatur. Recapitulationem tem, sine idonea causa asserendam non esse omnes docent, ac in primis Abulensis ipse tum alibi, tum Exodi 31. q. 13. contra opinionem Rabbi Salomonis de tempore constructionis tabernaculi, &c.

CAPVT XXV. EXODI v.1.

Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, &c. Quæstio est, vtrum Moysi hæc mandauerit Deus, antequam priores legis tabulas ipsi traderet. *Quæstio.*

1. Lyranus sub finem cap. 31. refert & merito improbat Rabbi Salomonis opinionem, asserentis diuinum mandatum, de parandis rebus ad extruendum tabernaculum requisitis, non fuisse Moysi datum, quando cum Iosue ad accipiendas prima vice tabulas montem conscenderat; sed tunc solum sabbati obseruationem traditam fuisse vt scriptum est Exodi 31 à v. 12. Quæ verò ab initio huius 25. capitis, vsque ad illum vers. 12. traduntur, per prolepsin narrari putat, & iuxta ordinem temporis post caput 32. signari debere. Aiebat enim hic Rabinus, Moysen prima sui ieiunij quadragesima, solum de sabbato custodiendo mandatum accepisse: ea vero quæ ad tabernaculum & eius supellectilem spectant, postea à Deo declarata fuisse, quando Moyses post tabulas fractas, veniam populo in idololatriam lapso impetrauerat. Tum demum remissa adorati vituli culpa, in signum reconciliationis ea mandata Moysi data opinatur, quæ ab initio huius capitis 25. & deinceps vsque ad v. 12. c. 31. referuntur. Rationem suæ opinionis non affert Rabinus ille, nisi quod Scriptura non semper ordinem temporis obseruet. *1. opinio improbatur.*

2. Hanc opinionem temere excogitatam ac falsam esse docet cum Lyrano Abulensis, Exodi 31. q. vltima. Nam licet sacri codices, in rebus narrandis, non eundem ordinem vbiq; seruent, quo gestæ sunt; semper tamen ordo temporis seruari censetur, nisi sufficiens appareat indicium, quo aliter factum intelligamus, ita vt qui asseritalicubi temporis ordinem in Scriptura mutari; id probare debeat. Alias enim mutabitur *tota certitudo sacræ Scripturæ in ordine*, inquit Tostatus, & quilibet pro arbitrio rerum gestarum seriem, quam sacra monumenta exhibent, aspernari audebit. Hic autem nulla causa occurrit, cur dici possit, ea temporis spatio distracta fuisse, quæ Moyses continuata narratione sub finē cap. 24. & initium cap. 25. eodem filo pertexuit. *Contra Rabbi Salomonem.*

3. Addit Abulensis magis videri ea quæ ad tabernaculum spectant, Moysen didicisse antequam vitulus conflaretur: quam postea, idq; insinuante scriptura. Nam ante fusum vitulum, Moyses solum asserit, se 40. dies in monte fuisse. Deut. 9. v. 9. at post crimen adorati vituli ait: *iacui coram Domino 40. diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos* ib. v. 25. Quibus ex locis colligit idem author, Moysen priori vice potius rebus Sanctuarij cognoscendis vacasse, quam posteriori, quando se orationibus occupatum fuisse affirmat.

4. Quicquid sit de hac ratione, omnino censendum est Moysen Exodi 24. & sequentibus capitibus temporis ordinē seruasse, ac proinde eum antequam *Ordo temporis hic seruatus.*

cum prioribus tabulis è monte descenderet, ea omnia accepisse, quæ abinitio cap. 25. vsque ad finem cap. 31. descripta sunt. Quod præter alios Torniellus & Salianus in harum rerum enarratione prudenter seruant. Deum autem cap. 31. idcirco sabbati obseruationem inculcasse, ne in construendo Tabernaculo Israelitæ putarent licere sibi operibus seruilibus intendere notat Abulensis illud cap. 31. q. 9. & Salianus ad an. m. 2544. num. 579. Qui bene addunt non videri omnia, quæ à cap. 25. vsque ad 35. inclusiuè consignantur fuisse à Deo continenti oratione dicta, sed potius vicibus interpolatis, ita vt Moyses otium nes & contemplationes interponere posset. Bene etiam cum Lyrano plerique animaduertunt præcepta de fabricatione Tabernaculi, data quidem Mo fuisse ante vituli adorationem: sed inhibitam operis executione, donec Mo ses Deo placato posteriores tabulas retulisset.

CAPVT XXXII. EXODI. v. 4.

Fabula R. Salomonis.

1. *Formauit opere fusorio & fecit ex eis* (inauribus) *vitulum conflatilem.* Rabbi Salomon ausus est asserere hunc vitulum conflatum, pridie quam Moyses acta in monte prima quadragesima in castra cum prioribus tabulis rediret, iecta hac fabula: Moysen cum ad montem esset iturus, prædixisse se die reuersurum circa horam 6. siue meridiem, populum errore computi deceptum; existimasse eum diem esse quadragesimum, qui reuera non nisi trigesimus nonus erat, quo die cum non compareret Moyses, Satanam actem Solis occasum turbasse & feretri speciem obtulisse, addita voce, qua Moyses obijsse dicebatur. Eo spectro motos Israelitas, & ab Aegyptijs qui sese in Eodo Hebræis adiunxerant incitatos idolum sibi fieri postulasse, Hur obtrem peremisse, & Aaronem vi ad conflandum vitulum adegisse: sequenti die Moysen Idololatris insanientibus ad castra reuertisse. Hoc commenreferunt ac refutant Lyranus & Cornelius in hoc cap. Abulensis q. 2. Salia

Refutatur num. 579. Nam in primis vix est credibile Hebræos more adeo impatien fuisse, vt ne paucis quidem horis vltra præfixum terminum, Moysis redi præstolari voluerint. 2. Si Moysen mortuum putauerunt, cur Aaroni dicere se ignorare quid ei accidisset? hic v. 1. *Adhæc* non est credendum Aaron tam facilè tanto flagitio consensisse, vt nec dimidiati quidem diei mo à populo extorqueret. *Quarto*, post meridiem tantum temporis spa non fuit, quantum ad hoc facinus requirebatur. Vituli enim petitio præcessit populi congregatio. vers. 1. Subsecuta est actio cum Aarone, sine dubio hoc crimen auersabatur, & quantum poterat tergiuersaba tum extorsio ornamentorum à fœminis & pueris, qui inaures suas con

rebant, idque totis castris, quæ armatorum 600. millia, præter imbellem turbam longo circuitu continebant, formæ futuri vituli ex argilla, aut simili materia compositio, tum denique liquefactio metalli, & vituli conflatio. Aliquid etiam temporis adijciendum erat, vt idolum frigefieret, poliretur, populo spectandum exhiberetur & diceretur: *hi sunt Dij tui Israel. Quod cum vidisset Aaron ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: cras solemnitas Domini est.* Addunt nonnulli Iudæi cum ipso Rabbi Salomone, suos maiores ad hoc scelus inductos ab Aegyptijs, qui castra Israelis & religionem veri Dei hactenus secuti fuerant, Hur huic crimini restitisse, ac idcirco à populo sputis in eius guttur certatim ingestis suffocatum, antequam Aaron timore adactus facinus permitteret. Aliquam etiam temporis particulam Rabinus ille Dæmoni concedet aërem turbanti & inanem feretri speciem ostentanti. Quod cum sub Solis occasum contigisse dicat, satis innuit figmentum esse, siquidem tam citò ea expediri non poterant, quæ sacra pagina, gesta refert, antequam voce præconis solemnitas in crastinum promulgaretur.

1. Dicendum igitur est Hebræos existimasse Moysen breuiori tempore puta 10. 12. quindecimumue diebus adfuturum. Cum autem dies 20. 30. aut plures effluxissent, nec vllum de Moyse nuncium acciperent, illius absentiam sua opinione longe diuturniorem primum admirati videntur, tum eum fortè è viuis sublatum rati, eo tandem vesaniæ lapsi sunt, vt dicerent Aaroni: *Surge, fac Deos, qui nos præcedant; Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit.* Ita Abulensis, q. 2. & 15. Salianus num. 586. Vnde valde probabile videtur Aaron aliquot diebus tergiuersatum, ac varios tentasse modos, quibus insanientis populi lapsum præcaueret, aut saltem aliquantisper, donec forte Moyses rediret, moraretur. Hinc Abulensis q. 14. Aaronem idcirco solemnitatem sacrificiorum & festum noui idoli in crastinum distulisse autumat, vt si interim Moyses reuerteretur opus hoc nefarium disturbaret. Eandem ob causam Aaron, non æs, non argentum, neque quodlibet aurum, sed inaures aureas in Idoli materiam petijt, vt res aut impediretur, aut differretur, vt notant huius loci interpretes, Lyranus, Cornelius, Caietanus, Lipomanus, S. Augustinus q. 141. in Exodum. Theodoretus q. 66. Salianus num. 592. *Conclusio.*

3. Quantum verò temporis huic negotio insumptum fuerit, certo assignari non potest. Salianus in tabella mensis Tamuz ad diem septimam quarti mensis, quæ erat ab ascensu Moysis trigesima, ait: *Hoc circiter tempore videns populus longam Moysis in monte moram, Aaronem adit petens sibi fieri* DEOS *itineris duces. Aaron autem cunctatur, ad aliquot dies suadens* *Quanto tempore vitulus fusus.*

aliquanto amplius reditum expectari. Die decima quarta mensis scribit Hebræ
moræ impatientes; seditione concitata aduersus Aaronem congregatos extor
fisse vituli fabricandi licentiam, Aaronem petijsse inaures aureas. Die 11. popu
lum eas contulisse, constandi vituli materiam. Die seq. Aurifices manum oper
admouisse, fornacem paratam, typum ex argillosa terra formatum, Die 13.
14. typum exsiccatum, die 15. aurum liquefactum & typo infusum, die 16. reti
gerato metallo, vitulum arte perpolitum, & dictum: *Hi sunt Dij tui Israel*, ædi
catum altare, ac præconis voce indictum festum in diem sequentem. Die
celebritatem peractam in honorem vituli, id Dominum reuelasse Moysi, cu
minis de delendo duræ ceruicis populo Moysen Deum placasse, mox cum
sue descendisse, viso vitulo, & ludentium choris tabulas confregisse, vitulu
contriuisse ac Leuitarum opera ad 23000. Idololatrarum occidisse.

EXODI 32. v. 15.

Tabulæ deferuntur dum vitulus adoratur.

Reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas testimonij. Constat hoc contig
se cum Moyses 40. diebus in monte ieiunasset, Deut. 9. v. 9. Tunc etiam Is
litas solemnitatem Idoli celebrasse Scriptura apertè indicat, dum ait, Moy
ad castra propius accedentem vidisse vitulum & choros, hic v. 19. Vnde b
colligit Abulensis, initio q. 15. celebritatem istam aut plures dies tenuisse,
Moysen illo ipso die, quo primum Israelitæ victimas offerebant Idolo, redi
& hoc posterius magis probat, ita vt Moyses rediens Idololatras in flagran
cinore deprehenderet, eo die de quo v. 6. *surgentesque manè obtulerunt holoca
& hostias pacificas, & sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Idem
tea Lyranus docuerat, vt notat Abulensis, quos sequitur Cornelius hic
Menochius v. 6. Torniellus num. 49. Salianus num. 591. & alij commun
Hoc enim insinuare videtur sacræ historiæ contextus, & ratio non patiu
absque sufficienti argumento plures dies sacrilego istius vituli festo data
firmemus. Finiuerit igitur primam suam quadragesimam Moyses, & ad eb
redierit illo ipso die, quo primum populus vitulæ sacrificia obtulit.

Quæstio.

2. Quæres, quo mense, quoto die mensis inierit, quo finita fuerit hæc q
dragesima? Torniellus quartadecima mensis tertij cœptam fuisse autumat
autem 25. mensis quarti illucescente Moysen ad castra redijsse. Sic ieiuna
Seruus Dei 16. diebus mensis tertij, & 24. mensis quarti, die vero 41. fuit ieiu
cum tabulis è monte descendisset. Putat enim hic author tempore Moysi p
mum & tertium mensem fuisse 29. dierum.

Opinio.

3. Cornelius in cap. 32. Exodi v. 19. ait Moysen statim à legis promulga
ne, quæ fuit die sexta Siuan contẽdisse in montem, ibiq; moratum 40. dies
de eum ad castra descendisse colligit, tabulasq; confregisse die 17. mensis q
ti, quæ idcirco Iudaico populo festiualis est, quod tunc tabulæ confractæ

dantur. *Numera*, inquit Cornelius, *40. dies à sexta mensis tertij peruenies ad 16. mensis quarti: postero autem die, puta decima septima descendit Moyses, tumq; confregit tabulas.* Censet autem cum Torniello mensem tertium illis temporibus cauum fuisse, vt notat ipse Exodi 16. v. 1. Clarius autem hanc rem explicat Exodi 34. v. 28. vbi diserte asserit Moysen primò ascendisse in montem die 7. mensis tertij, mansisse cum Deo in monte 40. dies, mox descendisse cum tabulis legis, quas à Deo acceperat, easq; viso vitulo confregisse 17. die mensis quarti. Igitur ex huius authoris sententia, si è 29. diebus mensis tertij demantur sex illi, qui prius effluxerant, quam Moyses in montis iugum conscendisset; remanebunt 23. quibus additi 17. mensis quarti conficient 40. & Moyses die 40. sui in montem ascensus ad castra reuersus est.

2. opinio.

4. Salianus in tabulis mensium an. m. 2544. & alibi vult Moysen octaua mensis tertij (quem tricenûm dierum facit) ascendisse, & 17. mensis quarti descendisse. Sic prima Moysis quadragesima, dies 23. tertij mensis, & 17. quarti complexa fuerit, & Moyses, fluente adhuc quadragesimo sui ascensus die, ad populum rediens tabulas confregerit.

De Rationibus Torvielli.

5. Ego vero Tornielli rationes in eo non probo, quod huius quadragenarij ieiunij primordia ad 14. diem mensis tertij differenda putet, vt dixi ad cap. 24. Exodi, v. 18. num. 2. Nec admitto eum computũ, qui die sexta Siuan Moysen tabulas acceptum iuisse voluerit, vt monui Exod. 19. v. 20. *Moyses* enim *mane consurgens edificauit altare* &c. Exodi 24. v. 4. quod ad diem datæ legis referri non potest. Illo enim manè, quo ea fecit quæ cap. 24. v. 6. & seq. narrantur, non modo Decalogus iam erat promulgatus, sed præcepta etiam cæremonialia & iudicialia populo tradita, & in volumen relata, vt patet ex illo cap. 24. Exodi. Vtraque verò opinio, Cornelij inquam & Saliani, æquali ferè probabilitate mihi nixa videtur, ita vt prima & vltima dies huius quadragesimæ, numero illo 40. dierum, quibus Moyses in monte fuisse dicitur debeant comprehendi. Qui vero Moysen octaua die Siuan in montem promouerit, eumque mensem cauum tunc fuisse putauerit; is Moysen non ante diem 18. Tamuz reducere poterit, quæ tamen etiam decima septima dici poterit, nempe iuxta formam moderni Calendarij Hebræorum ad ea tempora reuocatam.

Conclusio.

XXXII. EXODI. v. 30.

Moyses altero die suũ reditum populum redarguit.

FActo autem altero die. Hebraicè vaiehi mimmachorath, quam phrasin retinent septuaginta. καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν ἀφρίον, vel vt aliqui habent ἐπαύριον, quod bene noster transtulit, facto die altero. Cum enim Moyses è monte reuersus, tabulis fractis, vitulo in puluerem redacto, grauem illam Idololatrarũ stragem edidisset, mox die sequenti populum redarguit, pro eo tamen se Deo

Quæstio de reditu Moysis in montem 1. opinio. 2. & conclusio.

supplicaturum promittit, vt patet ex hoc loco, & tradunt vnanimi consensu interpretes Lyranus, Cornelius, Abulensis sub finem q. 37. & initiũ q. 38. Toniellus n. 50. Salianus nu. 625. Sed contendunt authores inter se, vtrum eodem die Moyses ad Deum ascenderit pro peccato Hebræorum supplicaturus.

2. Abulensis illa q. 38. aliquot dies intercessisse autumat, quibus opinatur præter alia gesta, erectum fuisse extra castra tabernaculum, de quo cap. 33. versu 7.

3. Communior autem sententia est, Moysem postridie sui reditus, quo die se Deo supplicem futurum receperat, montem repetijsse, vt tradit Vincentius lib. 2. hist. cap. 25. Salianus, & ij, qui ternas quadragesimas in monte Sinai fuisse putant: quibus de die reditus Moysis in montem suffragatur Torniellus, vbi cum retulisset Moysen promisisse montem ad veniam postulandam repetiturum, subiungit: *Hæc dictus reuersus ad Dominum orabat &c.* sed negat Moyses tunc 40. diebus in monte hæsisse, ratus illum vltimo die mensis quarti secundi in Sina quadragesimam inchoasse. Communi etiam sententiæ subscribit Cornelius hic v. 30. & 31. & cap. 34. v. 28. vbi notat Moysen contriuisse vitulum 17. mensis quarti: posterâ, scilic. 18. die rursum ascendisse ad Deum in Sinai, ibique rursum mansisse alios 40. dies: *quibus*, inquit, *euoluit accepit à Deo secundas legis tabulas, cum ijsque cornutus descendit ad populum, 28. die mensis quinti.* Verum de tempore, quo acceptis secundis tabulis ad castra redierit, paulo post agemus; id loco duntaxat annoto; Abulensem videri sine sufficienti causa communi sententiam aspernari, vt patebit illo cap. 33. v. 7. Deinde bene aduertit Salianus textu Hebræo, Chaldæa paraphrasi, & translatione 70. seniorum legi: *& ascendam ad Dominum*, nec esse, quod eam particulam, *nunc*, à natiua & propria significatione hoc loco excludamus: præsertim cum necdum sciretur, an Deus esset placatus, ac proinde iure merito timeri posset ne inopinata aliqua plaga in populum immitteretur, vt factum legimus Num. 16. Quæ causa Moysen impellebat, vt ascensum ad Deum maturaret, ne esset in mora periculum.

Vtrum Moyses ternas quadragesimas in monte Sinai transegerit.

2. opinio de duabus tantum quadragesimis.

1. Hanc quæstionem hic moueo, vt ijs quæ sequentibus capitibus occurrunt lux aliqua præferatur. Duas solum quadragesimas in monte Sinai Moysen fuisse tradit Torniellus an. m. 2544. num. 54. & probat 1. Quia duarum dumtaxat meminit scriptura: prioris in fine cap. 24. Exodi, posterioris Deut. 9. v. 18. & 10. v. 10. Addere tertiam quadragesimam, ait, sine dubio nimis periculosum videri: alias enim posset quispiam asserere Moysen sæpius quam ter in monte 40. dies ieiunasse, siquidem eo sæpius ascendit. Quæ autem habentur Deut. 10. v. 10. per recapitulationem ad secundam quadragesimam referenda

mat. 2. Quia à fine prioris quadrageſimæ, vſque ad initium poſtremæ non reperiuntur 40. dies, ſed ſolum 35. aut circiter. Fractæ ſunt enim tabulæ, abſoluta prima quadrageſima die 24. menſis quarti: poſtrema vero quadrageſima cœpit die vltimo menſis quinti.

2. Toſtatus in caput 33. Exodi q. 3. hanc controuerſiam ex profeſſo examinat, & ait alias ſe eam tenuiſſe ſententiam, quę ternas Moyſi quadrageſimas aſſignat. *Et eſt*, inquit, *ſatis ſolida & apparens ex textu aliqualiter. Sed adhuc conuenienter diceretur poſſet, quod intra iſtos 40. dies* (de quibus Deut. 9. v. 18. *fuerint datæ tabulæ, & ſic fuerint ſolum 40. dies hi: ſcilicet 40. pro primis tabulis, & 40. rogando pro peccato populi, & recipiendo ſecundas tabulas.* Quod autem habetur initio cap. 10. Deuteronomij: *dola tibi duas tabulas*, ait dictum fuiſſe intra 40. illos dies, quibus Moyſes pro peccato populi ſupplicauit. *Doctrina Abulenſis.*

3. Addit contra Iudæos 1. Non reperiri ter 40. dies à die legis datæ vſq; ad decimam menſis ſeptimi. 2. Eos phantaſiari, dum putant Moyſen rediiſſe, cum ſecundis tabulis ad diem expiationis. *Nam hoc nullo*, inquit *modo conſtare poteſt.* 3. Errare Iudæos, quod putent Moyſen feciſſe ſollemnitatem die expiationis, quando vltimo de monte deſcendit. 4. Moyſen cum prima vice tabulas retuliſſet aliquot diebus diſtentum fuiſſe, tum rebus alijs gerendis, tum erigendo extra caſtra Tabernaculo, de quo infra cap. 33. v. 7. *4. Appendices eiuſdem.*

4. Cornelius Cornelij Exodi 32. v. 30 cap. 33. v. 4. & 7. cap. 34. v. 28. partim Torniello, partim Toſtato aſſentitur. Torniello quidem in eo, quod Moyſes poſtridie deſtructi vituli, mox rurſus montem aſcenderit, ad Deum placandũ, contra Toſtatum, qui dies aliquot à vitulo comminuto vſq; ad reditum Moyſis in monte interponit. Toſtato verò Cornelius in eo ſuffragatur, quod Moyſes, pro abolendo populi crimine 40. dies, aut ſaltem 39. in monte permanſerit, contra opinionem Torniellj, arbitrantis paucioribus diebus Moyſen pro populi reatu deprecatum ad caſtra rediiſſe. Deinde Torniellus & Cornelius abſolutè non niſi duplicem in monte Sinai quadrageſimam Moyſi concedunt: quibus fauere videtur Genebrardus an. m. 2669. Menochius Exodi 34. v. 28. dum illum verſiculum de 2. Moyſis quadrageſima interpretatur, & Mariana Deuter. 9. Duas tantum Moſaicas quadrageſimas diſertè agnoſcit Bonfrerius illo cap. 38. v. 28. Haræus Deuter. 9. Toſtatus verò fatetur eorum *ſententiam*, qui tertiam quadrageſimam addunt *eſſe ſatis ſolidam.* *Doctrina Cornelii de duabus quadrageſimis.*

5. Ternas autem quadrageſimas Moyſi in Sina tribuunt Hebræi in Seder Olam: quibus adhæret Hugo in cap. 23. Leuitici, Vincentius 2. hiſt. cap. 25. Lyranus Deuter. 9. quamuis priorem opinionem putet probabilem, Caietanus Deut. 10. Salianus nu. 627. qui in hanc ſententiã laudat Adrichomium & Marſillam; quam probabilem fatentur Carthuſianus & Sa. Exodi 34. & Deut. 9. Comeſtor Exodi 77. *2. opinio de 3. quadrageſimis.*

6. Cer-

6. Certum est in primis scripturam sæpius inculcare mansionem 40. dier Mosaicam in monte Sinai. 1. *Ascendit in montem & fuit ibi quadraginta diebus quadraginta noctibus.* Exodi 24. v. 18. Deinde cap. 34. v. 8. *Fuit ergo ibi cum Dom quadraginta dies & quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit.* Pra ea, Deut. 9. v. 9. *Quando ascendi in montem, vt acciperem tabulas lapideas, tabulas pa quod pepigit vobiscum Dominus, & perseueraui in monte, quadraginta diebus, & qua ginta noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens.* Tum ibidem v. 18. Et pr *ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus, panem non comedens, & a non bibens, propter omnia peccata vestra, quæ gessistis contra Dominum.* Rursus ibider 25. *Et iacui coram Domino, quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum supplicans de cabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus.* Denique Deuter. 10. v. 10. *Ego autem in monte sicut prius, quadraginta diebus, ac noctibus, exaudiuitq; me Dominus etiam vice, & te perdere noluit.*

Sed vt minimum dic.

7. Certum est *secundò*, bis vt minimum Moysen 40. dies in monte hæsis antequam priores tabulas referret, ad quam moram referendus est versi 18. cap. 24. Exodi, & nonus cap. 9. Deuter. vt omnes authores vel tacitè v presse fatentur, & clare ostendit ipse Moyses illo cap. 9. Deuter. v. 11. & 1 vbi refert, transactis illis 40. diebus se à Deo par tabularum accepisse, sibi latum facinus vituli ab Hebræis conflati, Deum internecionem populi tum fuisse, tum se è monte descendisse, ac tabulas fregisse. Quæ de secund bulis nullo modo accipi possunt. Quare certum est, Moysen altera vice tem repetijsse, vt posteriores tabulas acciperet, de quibus omnium con intelligendus est, v. 28. cap. 34. Exodi. Tum quia mox subiungitur, Moyse cendentem de monte, tenuisse duas tabulas testimonij, & ignorasse, qu *nuta esset facies sua, ex consortio Domini.* Tum quia initio capitis eiusdem Moysi: *præcide*, ait, *duas tabulas lapideas instar priorum, vt scribam super ea verba, q bebant tabulæ, quas fregisti.*

Duæ quadragesimæ diuersæ.

8. Certum est *tertiò*, illam quadragesimam cuius mentio fit Deuter. 9 non spectare ad primas tabulas: hisce enim confractis, Moyses ibi asseri cidisse ante Deum, *sicut prius*, quadraginta diebus. Vtrum verò hi 40. dies cundas tabulas, an verò ad aliam quadragesimam in monte Sina transa antequam pro tabulis posterioribus Moyses ascenderet, referendi sint i stione est. Idem est de versiculo 10. cap. 10. Deuter. vt indicant illa ver *prius, etiam hac vice.* At verò de versu 25. cap. 9. Deuter. latius patet contr vtrum ad priores, an ad secundas tabulas, an vero ad intermediam qua simam in monte Sinai transactam, an denique ad aliam 40. dierum stat ad Cadesbarne habitam debeat reuocari.

9. Certum est *quartò* ternis quadragesimis contineri dies 120. eosqu

tiri inter diem 7. tertij mensis, & decimam septimi. Nam sex menses alternis caui & pleni conficiunt 177. quibus additi 9. dies septimi mensis conflant 186. à primordio Nisan ad nonam diem Tisri inclusiuè computatos. De quibus si 66. tollantur (nempe primus & secundus mensis cum septem tertij) remanebunt 120. à die 7. Siuan ad decimam Tisri excluſiuè numerandi. *Tertia quadragesimæ continent dies 120.*

10. His animaduersis existimo ternas quadragesimas Moysi dandas esse, quarum primam fractis tabulis clauserit, secundam supplex pro delicto populi, tertiam pro tabulis secundis transegerit. Ita authores paulo ante in hanc sententiam relati. Nam exacta prima quadragesima Moyses sicut prius, 40. dies Deo supplicauit. Deut. 9. v. 18. *propter omnia peccata vestra*, inquit, *quæ gessistis contra Dominũ & eum ad iracundiam prouocastis, timui enim iram & indignationem illius, qua aduersum vos concitatus delere vos voluit*, vtique propter conflatum & adoratum vitulum, qui ad aliorum peccatorum cumulum accesserat. Vnde apparet hæc non spectare ad primam dierum quadragenam. Quod etiam ad vltimam quadragesimam, qua absoluta secundas tabulas retulit referri non debeant, inde colligo, quod Moyses ad Deum pro populo exorandum montem ascenderit postridie, quam tabulas & vitulum confregerat, vt ad versum 30. huius c. nu. 3. cum Cornelio, Torniello, Saliano annotaui. Quod autem tunc eam quadragesimam non sit auspicatus, quam obtentis secundis cum inscripto Decalogo tabulis absoluit suadet antiqua Hebræorum traditio, qua reditus Moysis cum secundis tabulis circa finẽ diei nonæ, aut die decima septimi mensis contigisse narratur, ita vt Moyses die decima, primam post suum reditum concionem ad populum habuerit, significauerit eum in Dei gratiam receptum, ac idcirco, eo die postea festum expiationis institutum fuerit, quo Hebræi totius anni peccata expiare debebant. Hanc autem traditionem à Catholicis authoribus probatã esse ait Torniellus, & fatetur Bonfrerius Exodi 34. v. 28. & recipit Exodi 40. v. 2. Lyranus Deut. 9. lit. l. vbi asserit Moysen è monte ad diem Expiationis cum tabulis redijsse, *vt supponunt*, inquit, *omnes Doctores Catholici & Hebræi*. Idem docet Genebr. an. m. 2669. sub finem, Salianus, & quotquot Moysen ternas quadragesimas egisse putant, & diserte notat Bellouacensis lib. 2. hist. cap. 25. & 48. Simili traditione tabulæ fractę dicuntur die 17. mensis quarti: quam traditionem præter alios recipit Cornelius Exodi 32. v. 19. Qui vnam harum traditionum acceptat, non video cur alteram aspernetur. Si autem Moyses bis duntaxat 40. dies in monte posuisset, multo ante diem 10. Tisri posteriores tabulas gloriosè fulgens reportasset. Siquidem secundam quadragesimam altero die à fractis tabulis auspicatus est. *Conclusio.* *Prob. 1.*

11. Deinde in confesso est Moysen prius pro crimine adorati vituli Deo supplicasse quam duas posteriores tabulas præparare iuberetur, & post mandatũ *Prob. 2.*

de hisce dolàndis, die sequenti cum tabulis in monte Deo adfuisse, vt patet Exo-
di 34. v. 1. 2. 4. ibique notat Cornelius & rationibus confirmat Abulensis, q.
Quæro igitur, quando Deus posteriores tabulas poliri iusserit? Si dixerit
præceptum die quadragesimo siue vltimo secundæ quadragesimæ, eodem
Moysen è monte descendisse, ac tabulas paratas, *quales antea fuerant*, tum de
siue summo mane die sequenti eas Deo in monte repræsentasse, vti haberur
cap. 34. v. 4. ibique fuisse cum Deo 40. diebus, vt notatur v. 25. Si hocinqu
dixeris, ternas quadragesimas Moysi ritè concedes. Sin autem contend
Moysen necdum finita 2. quadragesima ad castra Dei iussu regressum, tabu
præparasse, & manè sequenti in montem portasse; vide quomodo verè dic
Moyses se procidisse ante Deum 40. diebus, vt prius, & 40. noctibus Deu
28. Siquidem vt bene Cornelius in cap. 33. Exodi v. 7. aduertit, non est veri
le hosce 40. dies fuisse interruptos, per vnum diē, quo Moyses de mōte de
derit. *Nam Moyses* inquit, *cap. sequenti v. 28. indicat satis se continuis 40. diebus*
ctibus fuisse cum Deo in monte. Quod etiam tradit Abulensis Exodi 34. q. 1. dic
serit Moysen cum secunda vice montem ascendisset ad deprecandum D
pro remissione peccati Israelitarum steriisse coram Domino per 40. dies
nuè, orantem &c.

De 2. quadrag. opinio.

12. Respondent aliqui secundam Moysis quadragesimam inscriptio
cundarum tabularum hoc modo completam fuisse, vt die 39. manè M
tabulas posteriores parare iussus, mox è monte ad castra redierit, præcip
opera artificum tabulas curauerit, populo edixerit, ne quis in monte com
ret, aut è regione pecudes pasceret, tum sequenti nocte ad montem regr
Moyses manè proximo, se cum tabulis Deo stiterit, Deus tabulis Decalo
inscripserit, ijsque acceptis Moyses tandem ad castra descenderit die ab
priori in montem quadragesimo. Ita Cornelius cap. 33. v. 4. & cap. 34. v.
milia habet Abulensis in eum locum. q. 3. Sed ibi non ait illos duos dies
penultimum & vltimum secundæ Moysis quadragesimæ. Idem verò aut
cap. 33. Exodi quæst. 3. cum asseruisset *conuenienter dici posse quod intra istos 40*
(quibus Moyses pro peccato Hebræorum precabatur) *fuerint data tabulæ.*
iungit rationem: *Huic* inquit consonat satis litera Deuter. 9. & 10. cap. man
in 9. capite dicatur, & iacui coram Domino 40. diebus & 40. noc
quibus eum suppliciter deprecabar, subditur in principio cap. 10. *in tempo*
scilicet intra 40. dies, dixit Dominus ad me: *dola tibi duas tabulas lapideas si*
runt priores. Et infra: *Tempus quo Moyses in monte cum Deo stetit in vniuerso colligi*
detur esse bis 40. dierum præcisorum, & postea stetit quasi vno die ad accipiendum
tabulas, si computentur extra quadraginta dies secundos. Si autem computentur omn
dies, erunt 80. dies præcisè, quibus stetit Moyses in monte, Hæc ille: ex quibus pa

istoloco non ferre absolutam de die quo Moyses secundas tabulas præparauit sententiam.

13. Quicquid sit de opinione Abulensis, sicut Cornelio & alijs plerisque non placet secundam Moysis quadragesimam vel per vnum diem interrumpere: ita nec mihi, vel vno die decurtare. Tametsi enim scriptura rotundo quandoque numero contenta, duorum triumue aut annorum, aut dierum fractiones negligit: nullus tamen numerus in ea disertè positus sine legitima causa excogitatis huiusmodi minutijs vel augeri, vel minui debet: rationem autem non video cur non præcisè & exactè accipiendus sit ille 40. dierum numerus, quibus Moyses ante Deum procidisse dicitur propter peccata populi. Deuter. 9. vers. 19. & 25. & cap. 10. vers. 10. Quibus in locis, vt bene aduertit Salianus numer. 626, perspicuè temporis diuturnitas confirmatur, idemque ascendendi finis in Deuteronomio recitatur impletus, quem in Exodo promiserat Moyses cum altero die à fractis tabulis populum his verbis alloqueretur: *Peccastis peccatum maximum: ascendam ad Dominum, si quomodo eum potero deprecari pro scelere vestro, reuersusque ad Dominum ait:* &c. Exodi 32. v. 30. Vnde concludit suo iudicio vim verbis Moysis inferri ab ijs, qui hos 40. dies positos in precibus putant ad obtinendas nouas tabulas, cum prius oportuerit vitam & veniam obtinere. Quod etiam monet Tostatus Exodi 34. quæst. 1. vt illo loco referam v. 1. *Refellitur.*

14. Ad primam rationem Tornielli numero primo allatam facilis est responsio: potest enim in authorem retorqueri, si quæratur cur Torniellus duas quadragesimas in Sina, & vnam in Cadesbarne Moysi assignet? Deinde non idcirco tres quadragesimæ ab authoribus supra citatis admittuntur, quod ter Moyses dicatur 40. dies in monte fuisse: sed quod ex sacra scriptura tres distinctæ colligantur. Vna ante primas tabulas, de qua in fine cap. 24. Exodi, alia Exodi 34. vers. 28. tertia intermedia Deuteron. 9. vers. 18. quam ab alijs distinctam esse probabile est, ob rationes num. 10. & 11. iam propositas. Ille verò numerus 40. dierum signatus Deut. 9. v. 25. & cap. 10. v. 10. ad intermediam quadragesimam spectat; quia Moyses suis precibus populo veniam impetrauit, vt cum Saliano iam dicebam, num. 13. *Contra Torniellū.*

15. Altera Tornielli ratio negatur: *prima* enim *quadragesima* inijt die septimo aut octauo mensis tertij; & die 17. quarti finita est; *secunda* à die 18. quarti mensis vsque ad penultimam mensis quinti ducta est. *Tertia* die vltimo eiusdem mensis cœpta ad diem 9. vesperi, aut decimam septimi mensis finita.

16. De Tostato in communi dici potest eum in primis fateri nostram opinionem esse probabilem. Deinde eum, memoria lapsum, aut errasse Typographū, *Tostatus explicatur.*

dum inter cætera ait legem ex opinione Hebræorum esse datam die tertia mensis tertij: hoc enim isti constanter ad diem sextam referunt, vt supra fatente Tostato retuli: In specie verò dicendum est mandatum de dolandis tabulis Moysi impositum vltima die secundæ quadragesimæ: sequenti die eum diluculo, cum tabulis politis, ad Deum in Sina redijsse, ibique 40. alias dies posuisse, de quibus meminit versiculus 28. Exodi 34.

Ad rationes eius Resp.

17. Quod contra Iudæos *primo & secundo* loco affert, categoricè negandum est, possunt enim à data lege vsq; ad diem 10. septimi mensis facile dies tot reperiri, vt dixi num. 9. & habet Lyranus Deut. 9. lit. l. Moysen etiam ad dolandas Expiationis cum secundis tabulis redijsse non solum Hebræi, sed etiam Christiani tradunt. *Tertium* Torniello iudice Hebræis Tostatus imponit: & bene refutat, verum ad Chronologiam cæremoniæ expiationis non spectant. *Quartum* est, quod Moyses secundas tabulas retulerit ad eum diem, quo postea festum Expiationis celebrari solitum fuit. *Quartum* pariter negatur, vt patet ex dictis. Nam cum Saliano, Cornelio & alijs ostendi à confracto vitulo & peremptis Idololatris, postridie Moysen, non solum de perpetrato facinore populum increpasse, sed mox etiam ad petendam à Deo veniam, montis iugum repetijsse. Vide notas infra cap. 33. v. 7.

De opinione Cornelij.

18. Opinio Cornelij ex triplici capite mihi non probatur. 1. Quod sine idonea eam traditionem respuat, qua Moyses cum secundis tabulis ad diem Tisri redijsse censetur. 2. Quod 40. dies de quibus Deut. 9. v. 18. & 25. sine cessitate decurtet. 3. Quod 40. dies quibus Moyses in monte cum Domino esse dicitur Deut. 34. v. 28. non inchoet ab eo tempore, quo ibidē versu 4. Moyses cum perpolitis tabulis in montem Sinai ascendisse scribitur: sed ab alio censu, qui 39. diebus (vt ipse putat) præcesserat, de quo Exodi 32. vers. 31. enim vsus scripturæ aliquando patiatur, vt certus annorum aut dierum numerus à remotiori aliquo termino deducatur, vt annotaui Gen. 11. v. vltimo. Semen nunquam faciendum est, nisi causa legitima vrgeat, qualis in præsenti controuersia non adfertur.

19. Deniq; mihi nō probatur eorū interpretatio, qui ea, quæ habētur Exodi 32. v. 31. initio cap. 33. & initio c. 34. prius accidisse autumant, quam Moyses pro populo 40. dies precaturus montem conscenderet. Reuera enim pro reportuli Deo supplicabat, cum diceret: *Obsecro peccauit populus iste peccatum magnum feceruntque Deos aureos* &c. Exodi 32. v. 31. Nec vlla causa affertur idonea, cur orationem, ab ea distinguamus, quam Moyses ad 40. dies se produxisse constatur Deut. 9. v. 18. Ad dolandas secundas tabulas sufficiebat dies vnus quadragesimus, aut quadragesimus primus, quo Moyses secundam quadragenam ineuntem, ad castra reuersus est, quicquid aliqui dicant Exodi 34. v. 28. & c. 34.

XXXII.

XXXII. EXODI v.34.

Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Hanc vltionis diem Rabbi Salomon intelligendum putat, de qualibet die, qua aliquid aduersi patiebantur Hebræi, eo quod hoc modo sui criminis pœnas luere viderentur. Sed hæc explicatio parum idonea est. Certum enim aliquod tempus hîc significatur, quo Deus in Israëlitas, qui vitulum pro Deo habuerant singulari aliqua plaga animaduertit. Aliqui ad captiuitatem Babylonicam, alij ad excidium Ierosolymitanum sub Vespasiano, alij ad extremum iudicium referunt, sed & hæ interpretationes sunt nimis longe petitæ, vt late docet Tostatus in hunc locum q.46. Vltio enim de qua hîc agitur est certa pœna, quam Deus minatur, & re ipsa immisit in Idololatras, dum adhuc in viuis essent: nimirum pestis vel alia plaga qua è medio sublati sunt, qui vitulum vt Deum venerati gladium Leuitarum euaserant. De qua peste sequens versiculus intelligitur percussit ergo Dominus populum, pro reatu vituli, quem fecerat Aaron, vt communis fert interpretatio, quam post alios sequitur Menochius. Quod factum creditur, antequam castra de monte Sinai mouerentur. Ita Tostatus illa q.46. Cornelius in hunc locum, Salianus num.638. Torniellus num.50. Bene addunt hi authores (excepto Torniello) vltimo versiculo huius capitis, interrumpi sermonem Dei cum Moyse vers.31. inceptum, & sequenti capite continuatum.

Quando facta sit hæc vltio.

CAPVT XXXIII. EXODI v.4.

Audiens populus sermonem hunc pessimum luxit. Hæc per prolepsin dicuntur, & colloquio Domini cum Moyse inseruntur, sicut illa quæ de vltione diuina ad calcem cap. præcedentis narrantur. Prius enim Moyses colloquio, quod vsque ad huius cap. finem pertexitur, absoluto, ad castra redijt, quam hæc populus audiret, vt bene monet hic Cornelius consentientibus ijs, qui vel ternas quadragesimas Moysis admittunt, vel secundam à prima, non nisi diei aut noctis vnius interuallo seiungunt. Idem dicendum est de versu 6. huius cap. vt interpretantur Cornelius, Abulensis q.8. Torniellus num.50. & 51. Salianus à num.664. cuius rei probationem innuit facer textus, dum refert Deum dixisse: *Depone ornatum tuum.* Hoc enim dixit, cum post comminutum vitulum, & extincta 23000. idololatrarum, Moyses in monte Deum deprecaretur. Neque vero prius Hebræi ornatum suum deposuerunt, quam Moyses è monte reuersus diuinum eis mandatum intimasset.

Hic nõ seruatur ordo temporis.

XXXIII. EXODI v.7.

1. *Moyses quoque tollens tabernaculum tetendit extra castra procul.* Quæstio est, quando id factum sit? Vtrum antequam Moyses fractis tabulis in montem ascenderet, pro populo precaturus, an verò cum inde descendisset. Abulensis in

Quæstio.

1. Opinio.

in explicatione huius capitis notat colloquium Dei & Moysis, propopulo
licto in monte orantis incipere à versu 31. capitis præcedentis, & hoc capitis
deduci, vt subinde anticipationibus, vel recapitulationibus interrumpatur
stius colloquij narratio, prout iam de vers. 4. & 6. dicebam. Quæstione aut
prima cum dixisset ad hoc colloquium pertinere etiam illa, quæ initio cap
quentis habentur; bene probat, id quod hîc de tabernaculo refertur, non
in monte gestum, nec eo tempore, quo Moyses ibi preces fundebat, 1. Q
Moyses hic dicitur vltro citroque è castris ad tabernaculum, & hinc ad
commeasse: at verò 40. *isti dies fuerunt continui*, inquit, *quibus Moyses iu*
te Deum prostratus. 2. Populus è suis quisque tabernaculis cernebat quo
do Moyses tabernaculum ingrederetur, & cum Deo loqueretur, nub
ostium tabernaculi apparente. 3. Cum abesset Moyses, Iosue in eo
naculo remanebat. 4. In eo tabernaculo causæ Hebræorum dicebat
Quæ omnia, sine dubio in monte, nec eo tempore quo ibi cum De
gebat gesta sunt. Vnde colligit necessario dicendum esse, quod istud
naculum fuerit extentum per Moysen extra castra, aut quando occi
dololatras, antequam altera vice montem ascenderet, aut certè poste
iam secundas tabulas retulisset. *Si dicatur primum*, ait, *erit ordinis muta*
recapitulationem; *si autem dicatur secundum, erit mutatio per anticipationem.*

2. Opinio. dici posse, id factum aut fieri cœptum die vltimo secundæ Moysis quadra
mæ, antequam cum secundis tabulis politis quidem, sed necdum inc
montem repeteret, & esse anticipationem.

Rationes Tostati. 2. Quæstione tertia Tostatus quasdam rationes affert, quibus probat
deatur, hoc tabernaculum extra castra locatum fuisse, antequam secund
montem precaturus ascenderet Moyses, & hoc loco esse recapitulatio
1. Quia cum tabulas secundas retulisset, confestim actum est de fabric
magni illius tabernaculi, quod postea erectum est prima die mensis pri
infra dicetur. 2. Non semper extra castra tabernaculum hoc figebatur,
tunc solum, quando patrato vituli facinore populus à Deo, quasi ex com
catus videbatur. Hoc autem apprimè conueniebat illi tempori, quod int
ctas tabulas, & secundam Moysis quadragesimam effluxit. Post adepto
verò secundarum tabularum Deus placatus, & populus ei reconciliatus
nulla causa suppeteret, ob quam hoc tabernaculum à castris semouere
Moyses hoc tabernaculum sæpius frequentabat, vt patet hic vers. 11. quo
acceptas secundas tabulas commodè facere non potuit: tunc enim artifi
in opus Sanctuarij incumbentibus adesse debuit, vt eos ad formam, quã
in monte ostenderat sequendam dirigeret. Ex quibus deducit videri rem
ordine tẽporis seruato ita fuisse institutã, vt Moyses vltimo die primæ q

gesimæ è monte redux, tabulis fractis, vitulo in puluerem redacto, aquam istis pulueribus aspersam populo propinarit, ac 23000. idololatrarum morte multarit. Die mox sequenti obiurgato grauiter populo; ne pleriq; desperarent suas preces Deo offerendas promiserit, non tamen ilico id præstiterit, sed prius hoc tabernaculum è castris efferendum curauerit, & loco separato erigendum, in quo aliquot dies egerit, antequam in montem supplex regrederetur. Tum exactis 40. diebus, radicante vultu cum tabulis secundis reuersus, mox tabernaculi fabricandi opus populo proposuerit, & intra castra, vt ante consueuerat habitauerit; quo artificibus commodè præesset. Denique addit: *Hoc aliqui putauerunt satis rationabiliter loquentes: sed non est totaliter verum. Huiusmodi autem veritas ponetur infra*, nempe apud ipsum q. 8.

3. Vera autem sententia est, hoc tabernaculum non fuisse prius extra castra erectum, quam Moyses in monte pro populi peccato Deum orasset. Ita Abulensis illa q. 8. Salianus numer. 665. Torniellus numer. 50. Cornelius in hunc locum. Ratio est, quia hæc tabernaculi à castris separatio non prius fuit, quam populus ornatum suum deponeret: hoc autem fecit, quando ex Dei mandato Moyses è monte reuersus id edixit, vt liquet ex hoc capite, v. 5. & 6. Deus enim duo inter cætera Moysi in monte supplicanti dixerat. 1. *Non ascendam tecum, quia populus durâ ceruicis est, ne forte disperdam te in via.* vers. 3. Alterum: *loquere filijs Israel, populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.* Quæ cum Moyses filijs Israël retulisset, luxerunt illi, & *deposuerunt ornatum suum*, vt habetur vers. 6. cui mox subiungitur: *Moyses quoque tollens tabernaculum tetendit extra castra.* Hoc præcedenti ornatus depositioni annectitur, eo quod tunc contigerit, vt probant authores citati, quia sicut ornamentorum abiectio, ita & tabernaculi à castris separatio plurimum conferebat ad populum castigandum, vel etiam dignæ pœnitentiæ commonefaciendum, si fortè antea non ritè pœnituisset. Cum enim tabernaculo ad diuinum cultum potissimè ordinato Israëlitæ priuabantur; tunc sacris quodammodo interdici videbantur. *Quæstionis Resolutio.*

4. Sed adhuc restat quæstio, vtrum huius tabernaculi translatio facta sit antequam Moyses secundas tabulas referret, an postea? Tostatus & Cornelius relatis iam ad castra tabulis factum volunt, idque duplici potissimum argumento confirmant. 1. Quia dicitur eo tempore vocatum fuisse tabernaculum fœderis, puta *à secundis tabulis legis, quibus denuo fœdus sancitum est, quasque Moyses in hoc tabernaculo tanquam Dei domicilio deposuit*, inquit Cornelius. 2. Quia Moyses in montem secundo regressus esse scribitur cap. 32. vers. 31. & ibi fuit 40. continuis diebus, vt dicitur Exodi 34. vers. 28. & Deuter. 9. vers. 18. *Alia Quæstio.* 1. *Arg.* 2. *Arg.*

Vnde

Vnde inferunt, quæ hic ab initio versus sexti vsque ad finem vndecimi recen-
sentur, per anticipationem esse inserta: ordine vero temporis seruato ad finem
cap. 34. esse referenda.

Conclusio. 5. Ego vero cum Saliano probabilius esse duco, ornatum ab Hebræis
positum, & tabernaculum è castris translatum fuisse, quando Moyses ab ira
secunda quadragesima ad castra reuersus est, antequam tertiam auspicare
Tunc enim sine dubio recensuit, quæ à Deo acceperat populo intimanda, a
primis illud: *Depone ornatum tuum, vt sciam, quid faciam tibi*: quem audito Deo
dato Israëlitæ mox deposuerunt. Sub idem autem tempus, quo isti suis or
mentis spoliati sunt, separatum à castris fuit tabernaculum, vt omnes facer
Deinde secundas tabulas Decalogo inscriptas non retulit Moyses ante d
nonam aut 10. septimi mensis, vt supra ex Hebræorum & Catholicorum
ditione notaui: non est autem verisimile tam diu dilatam hanc pœnam, ob
catum die circiter 17. quarti mensis admissum. Fateor igitur cum Abulen
Cornelio postridie adorati vituli Moysen rursus montem ascendisse, ib
40. diebus non interruptis mansisse, nempe vsque ad 28. circiter diem m
quinti, mox à suo descensu hoc egisse, vt à populo & ornatus abijceretur,
deris tabernaculum remoueretur, vt sic efficacius peccatores ad pœniten
inflecteret. Hæc inquam cum ipsis admitto, sed nego tunc posteriores t
in castra reportatas; ijsque assentior qui hoc ad decimam diem septimi m
referendum censent.

Ad 1. opinionem in communi. 6. Ad ea, quæ ex Abulensi numero primo allata sunt, dicendum
communi paruum istud fœderis tabernaculum translatum è castris fuisse
do ornamenta sua amoliti sunt Israëlitæ, sed diutius extra castra mansisse
vsque ad erectionem maioris tabernaculi, factam ad initium mensis pos
no sequenti. Ac proinde quæ de huius tabernaculi translatione dicuntur
di 33. v. 7. ea ad reditum Moysis, exacta secunda quadragesima refero: qu
ro de frequentatione eiusdem tabernaculi annectuntur, post recepta
bulas, & tertiam quadragesimam absolutam, gesta esse autumo, & h
prolepsin occasione translationis narrata.

Ad Rat. 1. Tostati. 7. Ad primum argumentum num. 2. propositum respondeo, taber
lum hoc à castris separatum fuisse, ante adeptionem secundarum tabu
quando populus inter spem & metum trepidabat, verbis illis Dom
mente repôstis: *Semel ascendam in medio tui, & delebo te.* Abulensis & Co
dicerent tantillam moram qua hoc tabernaculum seorsim tendebatur
impediuisse, quo minus moraliter dici potuerit Moysen sine dilatione eg
extruendo, altero tabernaculo, cuius ideam in monte acceperat.

Ad 2. Rat. 8. Ad 2. Abulensis ait non fuisse tabernaculum extra castra positum

paliter ob delictum Idololatriæ; sed quia Deus iusserat vt populus ornatu suo priuaretur, ad quem ornatum maximè spectabat tabernaculum hoc, in medio castrorum erectum. Quæ responsio æque seruit nostræ sententiæ atque ipsius. Addo remissa culpa Idololatriæ, hanc pœnam ab Israëlitis Deum merito exegisse, sicut ornamentorum exigebat amotionem. Sic cum Nathan Propheta ex parte Dei significasset Dauidi remissam adulterij culpam: nihilominus infantis inde nati mors secuta est, pœna peccati. Etiam in humanis offensæ sic aliquando remittuntur, vt onus aliquod remissioni adiungatur: qua ratione Dauid filio suo Absalomi Ierosolymam redeundi veniam indulsit, ita tamen, vt reducem filium in suum conspectum aliquanto tempore non admitteret. Dici igitur poterit remissa iam delicti culpa, Deum voluisse Israëlitas, ob perpetratum Idololatriæ scelus multare, tum aliorum ornamentorum ablatione, tum tabernaculi separatione.

9. Tertium bene explicat Abulensis: hocenim tabernaculum non tantum à castris aberat, quin populus eo facile ventitare posset. Poterant Hebræi huc afferre, quæ pro futuro Sanctuario offerebant, poterat Moyses huc ad se artifices accersere, poterat hinc, imo & solebat (vt ver. 11. insinuatur) identidem ad castra se conferre, & ibi artificibus modos ac formas rerum fabricandarum præscribere. *Ad 3. Rat.*

10. Ad rationes eorum, qui numer. 4. probare nitebantur tabernaculi & ornamentorum sepositionem non nisi post secundas tabulas per Moysen relatas contigisse respondet Lyranus Exodi 33. lit. X. hoc tabernaculum vocari fœderis, tum quia Deus ibi cum Moyse loquebatur, & sui fœderis rationes, conditiones, obligationes explicabat, tum quia lites ibi dirimebantur, vt nempe fœdera, id est, pacta & contractus seruarentur. Hebraicè dicitur אהל מיעד ohel moëd, *tabernaculum conuentus*, quia eo populus, quasi ad Ecclesiam confluebat, vt notat Salianus num. 668. Cornelius Leuit. 1. v. 1. Vatablus ab eo citatus, Oleaster Pagninus, Areas Montanus, qui *moëd* deducunt à radice יעד iuad. Poterat igitur hoc modo *tabernaculum fœderis*, siue conuentus appellari, antequam in illud secundæ tabulæ inferrentur. Addo potuisse etiam *fœderis* appellationem sortiri ab eo volumine, quod *fœderis* nominatur Exodi 24. v. 7. & sine dubio in hoc tabernaculo asseruabatur. Non tamen displicet coniectura Bonfrerij in cap 33. Exodi opinantis hoc tabernaculum sic dictum, ab ipso fœdere, quod cum Deo fuit initum cap. 24. Exodi, & contestatione vtrimque facta, qua Deus Israëlitas in populum elegit, si in Dei cultu permanerent constantes, sicut populus se omnia facturum receperat. Iam tunc enim hoc tabernaculum fuisse erectum, atque in eo sancitum hoc fœdus valde probabile est. Sic *moëd* commodè ab auad עוד, deriuabitur, & hoc tabernaculum dicetur fœderis siue *Ad 1. Arg.*

testimonij, iuxta versionem 70. & S. Hieron. siquidem fœdus, pactum, testimonium, in Scriptura non raro confunduntur.

Ad 2. arg. 11. Ad 2. Concedo Moysen 40. dies continuos in monte secunda vice egisse, & horum 40. dierum initiū sumi ab eo, quod habetur Exodi 32. v. 31. reuersus *ad Dominum ait*, &c. nego verò eos finitos fuisse inscriptione secundarum tabularum. Quæ autem habentur Deut. 9. v. 18. de secunda quadragesima interpretor. At illi 40. dies Exodi 34. vers. 28. notati de tertia quadragesima intelliguntur. Concedo etiam in ijs quæ hic traduntur ab initio versus 6. vsque ad finem, clusiuè esse anticipationem, ita tamen vt depositio ornatus & tabernaculi translatio ea præcesserit, quæ cap. sequenti v. 4. de ascensu Moysis in montem cum politis tabulis habentur. Quæ vero de Moyse tabernaculum & cætera frequentante hic adscribuntur, inter cap. 34. & 35. ordine temporis inserta sunt. Vide notas ad initium cap. seq.

XXXIII. EXODI v. 12.

Quando hæc dicta

Dixit autem Moyses ad Dominum. Torniellus putat hoc dictū à Moyse post preces ad veniā populo impetrandā fusas è mōte reuerso, positis iā ornamentis tabernaculo à castris separato. Alij verò melius censent hanc esse partē sermonum, quibus Deus cum Moyse egit continuis 40. diebus in Sina commorans, antequā descenderet, & ex Dei mandato Israëlitas ornamenta deponere iuberet, ac tabernaculum è castris transferret. Ita Abulensis, Cornelius, Salianus, quotquot ternas Moysi quadragesimas in Sina attribuunt.

CAPVT XXXIV. EXODI v. 1.

Conditiones Tabularū Legis accipiendarum.

1. AC *deinceps.* Notat in hunc locum Abulensis hæc duo verba, quæ alias in Hebræo, nec in Græco iam leguntur, non carere mysterio; scilicet innuare, Deum secundas tabulas non fuisse daturum, nisi quæ ante narrata facta fuissent. *Nam*, inquit, *cum Moyses ascendit in montem ista secunda vice, ascendit ad deprecandū Deū pro remissione peccati, & tā diu stetit cū Domino, per 40. continuè orans & petens. Deut. 9. tandē obtinuit veniā vt petebat, vt patet ibidē. Deus adhuc dimisso peccato populi, Deus nollet præcedere Israelitas, sed diceret, quod præmitteret eos Angelus suus, orauit tam diu, quousq; obtinuit, vt Deus præcederet eos in itinere.* Quòd autem Deus secundas tabulas daturus non fuisset, nisi duabus illis rebus accessis, probat: quia si Moyses veniam delicti non impetrasset, Deus Hebræos, vt comminatus fuerat deleuisset. Rursus si Deus istos non præcessisset, ingentibus miraculis protegendo, & eorū hostes perdendo, Israëlitæ perijssent. Quibus autē tabulæ nō profuissent. Qui discursus mihi minime spernendus videtur, & ex eo colligo, Abulensem hîc eis assentiri, qui cēsent Moysen diebus 40. oratione posuisse antequā tabulas polire iuberetur. Quod tradit Salianus 3. tertium quadragesimarum assertores.

2. *Præcide tibi duas tabulas.* Idem repetitur Deuter. 10. v. 1. *In tempore illo dixit Dominus ad me: dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt, & ascende ad me in montem.* Vbi Tostatus notat, verba illa *tempore illo*, duplici modo intelligi posse. 1. finitis 40. diebus, quos orationi impenderat Moyses, iuxta eorum sententiã, qui tres dierum quadragenas in monte à Moyse transactus volunt. 2. necdum finitis altera vice quadraginta diebus, ad quorum finem Moyses cum secundis tabulis redierit. Et addit priorem sensum esse veriorem. Siue autem binæ tantum, siue ternæ quadragesimæ admittantur, hoc mandatum de tabulis præcidendis, dedit Deus Moysi, priusquam absoluta secunda quadragesima de mõte descenderet. q.d. Descende confestim de monte, refer ad populum quæ tibi in mandatis dedi, binas tabulas ad priorum normam accommoda, & crastino die cum ijs in monte te mihi præsentem siste, vt patet ex ijs, quæ vers. seq. consignata habentur: *esto paratus manè, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisq; mecum super vertice montis.* Ita docet Abulensis hic q 3. Salianus num. 662. Cornelius in hunc locum, dum ait isto mandato; Deum cum Moyse sermonem prosecutum, aceum tandem compleuisse inscriptione secundarum tabularum: quod tamen posterius non admitto, sed sermonem istum finitum existimo versu 3. his verbis: *boues quoque & oues ne pascantur è contra.* His enim dictis, finito colloquio diuino Moyses protinus descendit, idque manè vt cum Abulensi notat Cornelius: toto autẽ illo die erat acturus cum populo, tabernaculũ amoturus, ac denique tabulas paraturus, quas die sequenti manè Deo repræsentaret. *Quando hoc iussum*

3. Torniello non assentior, qui hæc mandata, de quibus, v. 1. 2. 3. huius cap. Moysi data asserit, cum iam pridem de mõte, absoluta pro populo deprecatione descendisset. Hoc enim neq; communi interpretum sensui, neq; sacro textui Deut. 9. v. 18. satis congruit, vbi ad 40. dierum spatium tenditur ista deprecatio, quam Moyses inceperat Exodi 32. v. 31. & se facturum receperat v. 30.

4. Dicendum igitur autumo, Moysen vltimo 2. quadragesimæ die, hęc mandata mane accepisse, ad castra reuersum mox idoneis artificibus curam præcidendarum tabularum demandasse, populo, quæ à Deo acceperat palam fecisse, ac inprimis illas minas: *non ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne forte disperdam te in via.* Rursus: *semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.* Ne verò tam graui denunciatione plerique omnes consternati spem omnem abijcerent; addidit Moyses Deum suis tandem precibus exoratum, Israelitas non deleturum, nec desertum, sed in terram promissam inducturum. Exodi 33. vers. 15. & 17. atque ita populum in spem, fiduciamque erexit, non tamen sine alicuius vindictæ metu, nec sine pœnitentia eum esse voluit. Spoliat igitur Hebræos suo ornatu, & futuræ mulctæ exspectatione suspensos tenet, maximè ob illa Dei *Conclusio*

P. Philippi Chronologia V. Testamenti A. IV 17

verba: *vt sciam quid faciam tibi.* Postremo, se postridie manè sine comite, in tem cum tabulis inscribendis rediturum edicit, vetatque ne vllus in monte pareat, neue boues aut oues è regione pascantur. Exodi 34. v. 3. Quibus audi luctus in populo exoritur, deponitur ornatus, tabernaculum fœderis, quo hil sanctius, nihil glorioſius erat in castris, soluitur, & inde translatum foris erigitur: in quod sine dubio Moyses paratis ad vesperam tabulis se recepit, u summo manè in montem reuersurus.

XXXIV. EXODI v. 4.

Initiũ tertiæ quadragesimæ.

De nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, po secum tabulas. Hinc auspicatur Moyses tertiam ieiunij quadragenam die vi mensis 5. vt vult Torniellus cum ijs qui hanc tertiam quadragesimã admi ac simul, mensem primum, tertium, quintum &c. sub hæc tempora cauos se opinantur. Qui verò menses istos plenos fuisse rentur, penultimæ diei sis quinti huius quadragesimæ initium consecrant, vt Salianus.

EXODI 34. v. 22.

Caput anni profani in autũno.

Ratio.

Solemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta condũtur. Nempe die ip sis Tisri, quo ineunte dicitur redire anni tẽpus, *quia finitus fuit vnus & redi* inquit Tostatus, ad calcem q. 18. Quod de anno ciuili interpretor, & etiam seruant Iudæi, qui hinc suos annos ordiuntur, ac in suis Calendarijs mensi primum locum attribuunt. Addunt aliqui tẽpore Moysis & multis retro in mensem Tisri fuisse initiũ anni: quod cõcedo, de anno vulgari. Sicut enim tẽpore homines autũni oportunitatẽ secuti, à festo S. Remigij, vel S. Galli contractuũ deducunt: ita olim, etiã Patriarcharũ temporibus in vsu fuisse persuadeo; nõ quod in autumno mundus sit conditus, sed quod tunc partu milias fere videre soleant, quæ in annum sequentem vitæ præsidia suppe maximè verò ad imminentis hyemis asperitatem aut sterilitatem toleranda cessaria sint. Sed hæc nõ obstant, quo minus etiam à Calendis Ianuarijs los annos aggrediamur, ac Hebræi, nunc vt olim Nisan primũ habeant m sibus anni, & inde Patriarchæ mundi ætatem computarint, vt alibi dixi. Si in Vere tãtum, nec solum in autumno priscorum annorũ initia cõstituta In negotijs enim diuersi generis diuersa annorũ capita statuere nullum incõmodum. Adde ex hoc Scripturæ loco colligi non posse, quod in autu fuerit annorũ initiũ: Latinus enim textus nihil aliud habet, quã solemnit bernaculorũ illa anni parte celebrandam, qua terræ fructus reconduntur cus habet: ἑορτὴν συναγωγῆς μεσοῦντος ἐνιαυτοῦ. *festũ collectionis mediãte annu*

Quid sit Tekupha.

bræus festũ collectionis תקופת השנה thecuphath hassana, reuolutionem Thecupha autẽ nõ ad solũ anni exordiũ, aut finẽ accõmodatur, sed ad qu partitã anni varietatẽ, autumnũ, hyemem, ver, æstatẽ. Vnde in suarum Ep

ridum tabulis, thecuphath adscribere solent, non soli Tisri, sed etiam Tebeth, Nisan & Tamuz. Vis igitur verborum huius loci, aliud non vrget, quam vt autumno redeunte festum Scenopegiæ celebretur.

EXODI 34. v. 28.

Fuit ergo ibi cum Domino, quadraginta dies, & quadraginta noctes. Tostatus in hunc locũ q. 23. *Computatur*, ait, *isti 40. dies, quibus Moyses iacebat corã Domino orans, vt remitteret peccatum populi, & dies illi in quibus descendit de monte, & excidit tabulas lapideas, atq; portauit ad Deum, atq; scripsit eas Deus, & reuersus fuit Moyses de monte portans eas.* Idem sentit Cornelius hîc, & primam Moysis quadragesimã computat à die septima mensis tertij vsque ad decimam septimam mensis quarti: postera, id est, 18. die inchoat alteram quadragesimam, & finit eam die 28. mensis quinti, quo putat Moysen secundas legis tabulas à Deo accepisse & radianti fronte illustrem ad castra redijsse. Ita philosophantur plerique, non tamen omnes, quĩ duas tantum quadragesimas Moysi concedunt. At verò longè verius esse puto, quod idem Tostatus notat Deuter. 10. v. 1. nempe finita 40. dierum oratione, Moysi datum esse de tabulis præcidendis mandatum, vt asserunt ij, qui ter 40. dies Moysin Sina adscribunt. Vnde concludo, 40. dies hoc v. 28. notatos computari ab eo die, quo Moyses cum pollitis tabulis ascendit, vt pridie iussus fuerat, & hisce diebus 40. contineri ea, quæ à versu 4. vsque ad 28. huius capitis recensentur. Inijt autem hæc quadragesima die circiter 29. mensis quinti, & relatis ad decimam septimi mensis diem tabulis completa est, vt etiam Torniellus fatetur num. 52. & 56. licet tertiam in Sina quadragesimam neget. Moysen porro hasce tabulas ad diem 10. mensis septimi retulisse tradunt non modo Hebræi, sed & Christiani, vt supra dixi Exodi 32. vers. 30. num. 10. cum Lyrano, Hugone, Torniello, Saliano &c. qui rationem probabilem afferunt, non quod Moyses reuersus mox festum expiationis celebrauerit: sed quod hoc festum eo die institutum sit, quo Hebræi illius peccati, quod adorato vitulo admiserant, plenam remissionem acceperint. In memoriam enim huius beneficij festum Expiationis statutum esse præter alios docet, S. Thomas, 1. 2. q. 10. a. 4. ad 10. Quando autem aliud non constat, illo anni die beneficium à Deo acceptum creditur, quo annua celebritate recolitur, vt patet exemplo Paschatis, Pentecostes &c. Addit Salianus num. 709. Moysen cum tabulis facie splendente ad vesperam diei 9. redijsse, quando more Hebræo dies decimus inchoari censetur: quod probabile duco, non tamen certum, cum non constet, vtrum 40. illi dies, quos egit cum Deo Moyses ita computandi sint vt quadragesimo, ad castra redierit, an verò die quadragesimo primo.

Hæc aliquĩ ad 2. quadragesimæ referunt.

Alij melius ad 3.

CAPVT XL. EXODI v. 2.

Quando hoc iussum fuerit? 1. Opinio.

1. *Mense primo, prima die mensis eriges tabernaculum testimonij*: Videri cuipia set, Deũ hoc mandasse prima die mensis primi, vt monet hic Abu sis q. 1. Nam Moyses ad parendum Deo promptissimus erat, atque ita vi eodem die mandatum accepisse, quo effectum dedit. Verum hanc tam non esse efficacem, bene docet idem author; dum enim aliquid ita præc vt tempus executionis non determinetur, perfectæ obedientiæ est, quam mum fieri potest, in executionem incumbere. Quando verò is qui im certum executioni tempus designat; virtus obedientiæ, tempore præ mandatum exequitur. Cum igitur hoc loco, Deus certam diem erigen bernaculo præscripserit, potuit Moyses perfectè obtemperare, erigendo prima die mensis primi: etiamsi mensibus aliquot hoc mandatum prius perit quam prima ista dies affulgeret. Neque etiam existimandum est, hoc præcepisse pridie illius diei, quo opus faciendum erat: vsitatione quendi modo dixisset Deus, *cras*, *altero die*, vel *mane*, eriges tabernacu Exodi 34. v. 2. *Esto paratus manè*. Et 1. Reg. 28. v. 19. *Cras autem tu & filij tui eritis*.

2. Existimat autem Abulensis, aliquot antè diebus, quam perfecta Tabernaculi partes, Deum cum præsciret, quando absoluendæ essent, præcepisse, vt prima die mensis primi tabernaculum illud statueret. Qua natio probabilis est & Cornelio placet.

2. Opinio.

Torniellus verò ad an. m. 2544. num. 91. putat datum Moysi hoc mand perfectis iam rebus ad tabernaculum requisitis. Omnes autem in hoc co tiunt, vt sub finem anni primi ab Exodo, hæc fabrica fuerit absoluta, & M illius erigendæ mandatum acceperit. Cœptam etiam huius operis fab mox à Moysis reditu cum secundis tabulis commune est authorum alio Hunc reditum nonnulli ad 28. diem mensis quinti referunt vt Cornelius 15. alij meo iudicio verius ad 10. mensis septimi. Sic ædificatio & erectio tabernaculi tenuit Synecdochicè septem menses, puta maiorem partem mi, totos quinque sequentes & primam diem mensis primi, si annus com fuit: si embolimæus; integer mensis adijciendus erit. Exacta verò compu ne, ab inchoata tabernaculi constructione, vsque ad erectionem transi sex menses, minus nouem aut decem diebus. Tantum enim temporis à piationis, vsque ad anni finem intercurrit, vt præter alios notat Bonfrer v. 2. vbi errore Typographico aut mnemonico, sextus mensis pro septim scribitur.

Tabernaculũ 7. fere mensibus constructum.

EXODI 40. v. 15.

Igitur mense primo, anni secundi prima die mensis collocatum est tabernaculum. Primus hic mensis non est Tisri, qui primum in Hebræorum Calendarijs locum obtinet; sed Nisan, anni secundi ab Exodo ineuntis, vt omnes interpretantur. Hæc enim in Sina gesta sunt, mansione 12. ex qua eodem anno die 20. mensis secundi castra mouerunt Hebræi. Num. 10. v. 11. Vnde patet hoc loco scripturam non de exacta computatione, sed anno emergente intelligendam esse. Siquidem Exodus contigit die 15. Nisan; tabernaculum verò sequentis Nisan primo die erectum est, quando adhuc dies 13. aut 14. ad anni complementum deerant. Valde probabile est, eodem modo putandos esse annos vitæ Noë Gen. 7. v. 11. & cap. 8. v. 14. *Quando Tabernaculum erectum.*

NOTAE ET QVAESTIONES CHRONOLOGICÆ in Leuiticum.

Quando sit dictatus Leuiticus.

1. CErtum est præcepta Leuitici non esse data ante diem primam primi mensis anni secundi egressionis de Ægypto: quia hæc oracula Moyses ex tabernaculo testimonij accepit, vt hic præmittitur c. 1. v. 1. Hoc autem tabernaculum illa primadie primi mensis erectum est. Exodi 40. v. 15. *Initium Leuit.*

2. Certum etiam est, hunc librum iam absolutum fuisse, die prima mensis secundi eiusdem anni: tunc enim incepit liber Numerorum, cuius primum caput his verbis inchoatur: *Locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, altero anno egressionis eorum ex Aegypto.* Ex quibus manifestè apparet, librum hunc dictatum anno secundo Exodi mense primo. *Finis.*

3. Bene autem notant Cornelius hoc loco, Abulensis Num. 1. q. 1. Lorinus ib. oracula huius libri non fuisse simul vno die data sed successiuè per varios mensis primi dies, vt patet cap. 9 v. 1. c. 10. v. 1. c. 16. v. 1. Quæ enim capite octauo recensentur, ad diem octauam referuntur, vt ibidem dicitur v. 1. quo pariter die contigit interitus filiorum Aaronis, & alia quæ illo cap. 10. consignata sunt. Nec dubium quin alio die data sint ea, quæ cap. 16. continentur, nempe *post mortem duorum filiorum Aaron.* ibid. v. 1. *Non vno die dictatus Leuiticus.*

4. Hinc

Quid Moyses diu in mõte egerit.

4. Hinc merito Abulensis Leuit. 1. q. 8. quorundam assertum redarguit, q interrogati quidnam Moyses 40. diebus in monte cum Deo egisset; respon bant eum tunc inter cætera Leuitici præcepta didicisse. Nam hæc præcep tabernaculo testimonij tradita sunt, Leuit. 1. v. 1. hoc autem tabernaculum erat in monte, imò necdum collocatum, quando Moyses suas quadrage cum Deo in monte transegit. Siquidem Hebræi non antè res ad taber structuram requisitas contulerunt, quam Moyses absoluta sua postrema dragesima cum posterioribus tabulis ad castra reuertisset.

Duo nõtanda.

5. Duo tamen hîc aduertenda sunt. *Alterum*, non solum in Leuitico etiam alibi, leges & præcepta de sacrificijs, & sacerdotum ritibus tradita vt patet in Exodo maximè cap. 29. cap. 30. &c. Item cæremoniæ illæ qua mo die erecti tabernaculi Moyses, tum sacrificijs offerendis, tum nouit dotibus initiandis adhibuit, diuinitus ante Leuiticum ipsi iam innotuer patet Exodi 29. & hîc cap. 8. *Alterum*, in decursu huius libri, quædam per pitulationem subinde inseri, quæ ante dicta gestaue fuerant, vt infra cap alijs in locis annotabo: quorum nonnulla in ipsis sacris Biblijs ad mar indicantur, vt cap. 1. v. 3. cap. 3. v. 3. cap. 8. v. 32.

CAPVT VIII. LEVIT.

Quando hæc gesta.

QVæ hoc capite narrantur, gesta sunt primo die primi mensis, quan ctum est tabernaculum: vt patet Exodi 40. v. 12. & 29. Ita Cornelius 1. Tostatus Leuitici 1. q. 8. & cap. 8. q 1. vbi monet legem de consecratio cerdotum fuisse latam Exodi 29. hic fieri recapitulationem: quibus a potius, quam Bonfrerio, qui videtur opinari, hæc præcepta eo die Moy quo Aaron cum filijs consecratus est. Non negat tamen, nec negare po esse recapitulationem.

CAPT IX. LEVIT. v. 1.

Octaua consecrationis Aaron.

1. *Octo autem octauo die.* Hunc diem octauum ab initio consecrationis & filiorum eius computandum, omnium vt opinor, est sententia id asserit Tostatus in hunc locum, Rabi Salomon apud eundem q. 1. Num. 7. Cornelius, Bonfrerius, Menochius hic. v. 1. Lorinus Num. 1. v. niellus, Salianus. Rationem afferunt ex præcedenti cap. v. 33. *De ostio tabernaculi non exibitis septem diebus, vsque ad diem, quo complebitur tempus consecrationis vestræ: septem enim diebus finitur consecratio.* Antequam enim completa esset consecratio, eis non licebat functiones sacerdotales obire. Absolutis septem consecrationis suæ diebus, Aaron & filij eius, immolatis octauo victimis, noui sacerdotes suas Deo primitias obtulerunt.

2. Hanc octauam diem consecrationis Aaron & filiorum eius Rabbi Salomon, in primam primi mensis conijcit, ratus septem vltimis diebus vltimi mensis, illos sacris initiatos fuisse. Rationem afferebat, quod prima die primi mensis Aaron & filij eius videantur functi munijs sacerdotalibus offerentes sacrificia Principum Hebrææ gentis de quibus Numer. 7. Quod non poterant nisi transactis 7. diebus à suæ consecrationis exordio. Assentitur Genebr. ad finem anni m. 2669. dum scribit 23. Adar cœpisse dies consecrationis illorum, & primo die Nisan iam fuisse expletos. Quod ipsum Hebræi turmatim putant. *1. Opinio.* *Ratio.*

3. At verò commune authorum placitum vult octauam hanc à consecratione Aaron incidisse in octauam pariter mensis primi, & clarè colligitur ex vltimo capite libri Exodi, quo prima die primi mensis dicitur collocatum fuisse tabernaculum, & tunc, (non antè) Aaron eiusque filij sacris initiati. Nam ver. 12. iubet Deus vt Moyses eos consecrandos *applicet ad fores tabernaculi testimonij*, & vers. 30. dicuntur *ingressi tectum fœderis & accessisse ad altare sicut præceperat Deus Moysi*. Ergo iam tum, erectum & tecto opertum erat illud tabernaculum, cuius ibi collocatio, & consecratio describitur, & de quo Deus postea fudit oracula, vt Leuit. 1. v. 1 Gratis enim aliud ab isto communi tabernaculo fingit Rabbi ille Salomon, vt dicam. Numer. 7. Ita docent Lyranus, Cornelius, Bonfrerius, l. c. Abulensis Leuit. 1. quæst 8. cap. 9. quæst. 1. Exodi 40. qu. 9. Num. 1. q. 13. Torniellus ad an. m. 2545. num. 2. Salianus num. 14. & 24. Lorinus Leuit. 9. v. 1. Menochius ibidem, dum expresse hanc diem octauam nominat à consecratione non solum Aaronis, sed etiam tabernaculi. Ratione Rabbi Salomonis, nullam esse probant plerique authorum citatorum, cum ex sacris codicibus constet Moysen sacerdotalia munia obiuisse antequã Aaron & filij eius cõsecrati essent. Nã Leuit. 8. v. 14. Moysen legimus necdũ perfecta septem diebus illorum consecratione, sed inchoata tantum, *obtulisse vitulum pro peccato*: v. 18. *arietem in holocaustum*, & arietem secundum in consecratione sacerdotum, v. 22. huius arietis pectusculum in partem suam tulisse vers. 29. *sicut præceperat ei Dominus*, puta Exodi 29. vers. 26. Talis autem pars sacerdoti cedebat. Nihil igitur obstat, quo minus Moyses obtulerit, per primos septem dies munera Principum filiorum Israel, de quibus Num. cap. 7. antequam absoluta esset Aaronis & filiorum consecratio. Octaua igitur die primi mensis anno secundo Exodi, quæ etiam erat octaua ab incepta consecratione Aaronis, gesta sunt quæ hoc capite recensentur. *2. Communis sententia.* *Ad rationẽ 1. opin.*

4. Eodem anno, mense, die mensis, *egressus ignis à Domino deuorauit holocaustum, & adipes, qui erant super altare* vt hic scribitur, vers. 24. anno mundi 2545. vt cum Torniello & Saliano reor: ante vulgarem Christi æram 1496. vt notat *Ignis cœlitus datur.*

Cornelius initio Com. in Leuiticum §. Hinc sequitur, & in tabulis expansis
nopseos sacrorum temporum.

CAPVT X. LEVIT. v. 2.

Interitus FF. Aaron 1. mense.

1. EGressus ignis à Domino deuorauit eos. puta Nadab & Abiu filios Aaronis
mo, quod sciam eos ante diem primam mensis primi, anni 2. ab Exo
peremptos esse affirmat; neque id affirmari potest: ista enim die cœpta est
rum consecratio, vt patet Exodi 40. quãdo verò igne alieno adolere præ
serunt, iam erãt sacris initiati. Nec est etiam ratio, cũ Scriptura putetur te
ris ordinẽ mutasse, dum igni miraculoso hanc luctuosam de filijs Aaron
tionem subiungit. Cũ igitur ignis diuinitus emicuerit die 8. Nisan an. 2. E
ante hanc diem filiorum Aaron interitus non accidit. Sed nec ad diem
cundi mensis differri potest iste casus: tunc enim è 12. statione, quę fuit ad
tem Sinai, Pharan versus mouerunt Hebræi. Num. 10. v. 11. Filij autem A
mortui sunt in deserto Sinai ib. v. 3. vbi narrantur ea, quæ sub initium men
cundi, illis iam interemptis gesta sunt. Quo fit, vt tam ex Hebræorum,
Christianorum sententia, duo filij Aaronis Nadab & Abiu primo mense
2. ab Exodo interierint. Confirmatur ex alia communi doctrina superius
ta, quæ librum Leuitici primo isto mense circumscribit: quod etiam ple
Sectariorum fatentur, vt Bucholcerus an. m. 2455. Alstedius 2454.

Non 1. die mensis.

2. Hebræi cum Christianis fatentur die octaua consecrationis Aaron
liorum eius interitum accidisse: in eo verò hallucinantur, quod hanc octa
consecrationis ad primam diem 1. mensis violentè trahant, vt iam dicebam
præcedenti num. 3.

Sed octaua

4. Mortui igitur sunt Nadab & Abiu octaua die Nisan, quo Aaron
transactis 7. suæ initiationis diebus munia sacerdotalia ex officio auspic
tur, & igne diuinitus dato victimæ fuerant assumptæ. *Eo ipso die*, inquit C
nicon Iudæorum, *Elisabeth filia Aminadab, affecta fuit in Israel quatuor insignib
dijs, & vno luctu. Nam Leuir eius, id est, Moyses erat Rex, maritus Aaron, Pontifex
tum Maximus, frater Naason princeps in omni tribu Iuda, filij quatuor, Cardinales
dum Pontificatus gradum obtinentes. At duos filios suos igne cœlesti concremato*
Consentit Iosephus lib. 3. Ant. cap. 9. dum ait eo tempore duos Aaronis
interijsse, quo ignis diuinitus emicans parata sacrificia absumpsit. Nec
tit S. Augustinus quæstion. 23. in Leuiticum, vbi putat Aaronem idcirco
luxisse mortẽ filiorum, quod necdum impleti essent dies sanctificationis
quia nempe Aaron, cum pridie impleuisset septimam suæ consecrationis
debebat octauo die sacris operari, & suæ sanctificationis primitias Deo
re. Hanc doctrinam tenet Abulensis Leuit. 10. q. 2. & 3. Num. 1. q. 3. Co

ibid. Adrichom. 2454. Torniellus anno 2545. num. 3. & 4. Salianus numer. 29. Lorinus Leuit. 9. v. 1. & cap. 10. v. 1.

5. Obijcit Caietanus casum istum filiorum Aaron non posse signari eo die quo iam diximus; nisi peractis sacrificijs, & populo ad sua dilapso. Verum bene idnegat Salianus & ait diuinam hanc animaduersionem sacrificijs necdum omnino finitis accidisse. *Sacrificijs necdum finitis.*

CAPVT XVI. LEVIT. v. 29.

1. MEnse septimo decima die mensis affligetis animas vestras. Festum expiationis hoc die celebrandum fuisse inculcatur etiam infra cap. 23. vers. 27. & Num. 29. vers. 7. Nec obstat, quod illo cap. 23. vers. 32. dicatur: *affligetis animas vestras die nono mensis.* Id enim intelligitur de inchoatione ieiunij ineuntis ad vesperam diei nonj computo ciuili: legali enim supputatione, eadem vespera censebatur initium festi expiationis, quod die decimo celebrabatur, vt ibidem his verbis insinuatur: *A vespera ad vesperam celebrabitis sabbata vestra*, & vnanimi consensu tradunt tum Chronologi, tum sacri interpretes. Celebrabantur enim festa ab occasu solis, ad occasum eiusdem, vt notat ibidem Menochius, Tostatus Leuit. 2. 3. quæst. 23. quibus alij assentiuntur ac etiamnum practicant Hebræi. *Festum Expiationis.*

2. Fatetur hoc loco Bonfrerius festũ expiationis ex Hebræorũ & multorum Catholicorum sententia institutum fuisse ad recolendum beneficium remissionis peccati quod adorato vitulo Hebræi admiserant. Hoc enim die putatur Moyses exacta in monte vltima quadragesima, nuncium criminis plenè condonati retulisse. Sed hæc omnia ait esse valde incerta. Vtrum Moyses die expiationis é monte descenderit, nullum in scriptura esse indicium. Hoc festum in memoriam remissi peccati institutum fuisse, *quam ab illis intrepide asseritur*, inquit, *tam facile negari potest, cum id in scriptura nullum habeat fundamentum.* *Cur institutum.* *1. Opinio.*

3. Ego verò fateor, hæc minimè apodictica esse: probabilia tamen arbitror, si sanè intelligantur: nimirum festum expiationis indictum esse primario ad expianda totius anni peccata à populo Hebræo commissa, vt innuitur hoc c. v. 10. & 34. & tradunt interpretes. At hoc non obstat, quin Deus hoc festũ eo die peragi voluerit, quo Israelitæ peccatũ sibi remissum intellexerũt, siue Moyses ternas in monte quadragesimas exegerit siue binas tãtum. Nam & nonnulli eorũ, qui tertiã quadragesimam in Sina transactum expungunt Moysis reditũ ad diem 10. mensis 7. referũt, vt Torniellus. Etsi verò Moysen, ad expiationis die cũ tabulis reuersum scriptura nó exprimit: antiqua tamen traditio suggerit, quam admittere videtur ipse Bonfrerius Exodi 40 v. 2. vbi cum dixisset mãdatũ de erigendo tabernaculo datũ Moysi, sub finẽ mensis duodecimi, quãdo eius *2. Opinio probabilior.*

fabrica complebatur, colligit quinque circiter menses cum dimidio, in ad-
ficatione tabernaculi fuisse positos, eo quod tantum temporis interiaceat, o-
ter diem expiationis & finem mensis vltimi. Nempe Moyses mox à suo re-
ditu cum secundis tabulis & læto remissi peccati nuncio, tabernaculi fa-
bricam auspicatus est, cum non esset vlla causa, quæ opus istud tem-
retur.

CAPVT XXIII. LEVIT. v. 5.

Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est.

QVÆSTIO I.

Cuius diei vesperæ intelligatur.

Nō diei 13. 1. QVidam hunc versiculum ita sunt interpretati, vt dicerent agnum
chalem immolandum fuisse illo vespere, qui inter diem 13. & 14. in-
cedit. 1. Quia lege cautum erat, vt Hebræi *à vespera ad vesperam sua sabbata ob-
rent*, vt hic dicitur, v. 32. Deinde Iosephus ait Hebræos in Ægypto primum
cha celebrasse appetente siue instante luna decimaquarta. 3. Dicitur Deu-
16. v. 6. *immolabis phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Aegypto.* Vnde
nulli concludere volunt, Hebræos migrasse, circa solis occasum, quo clau-
tur dies 14. pridie autem, etiam circa solis occasum immolasse phase sive
num Paschalem. Quod ex Zonara confirmant, qui eis videtur docere
lem ex Ægypto excessisse luna decima quinta oriente. Certum autem est
nam decimam quintam eo ferè tempore oriri, quo in aduersa cœli parte
cumbit.

Sed 14. desinentis. 2. Hanc nihilominus interpretationem falsam esse bene ostendunt T
hic. q. 7. Suarius tract. de Eucharistia in azymo conficienda, Ribera
de Templo cap. 3. Cornelius, Bonfrerius, Menochius & alij in hunc locum
niellus, Salianus in tabulis mensium, Petauius anno m. 2453. Hebræi
ritualibus. Consentiunt Sectarij Caluisius cap. 38. Intrd. Chron. Al
Chronol. 5. Qui omnes authores ex communi doctrina statuunt Hebræos
solum in Exodo, sed sequentibus etiam temporibus ex legis præscripto
Paschalem immolasse ad finem diei 14. & hunc asserunt sensum esse ver-
Prob. 1. iam recitati. 1. Quia quando absolutè dicitur alicuius diei vespera, in-
gitur de fine illius diei. Vt si quippiam gestum scribatur ad vesperam
bati, ea significatur, quæ sabbatum terminat, idque ex communi vsu
turæ & loquendi consuetudine. Singuli enim dies etsi duabus vesperis
terminis includantur: non tamen habent nisi vnam vesperam sibi pro-
eam scilicet, qua finiuntur. Ea verò vespera quæ sabbatum præcedit,

est absolute loquendo vespera sabbati, sed feriæ sextæ, vt patet Gen. 30. ver. 16. Exodi 18. v. 14. Neque lex edicebat festa à vespera propria ad vesperam propriam celebranda: sed simpliciter *à vespera*, nempe diei præcedentis, *ad vesperam*, puta diei ipsius festi. *Secundo.* Agnus vt paulo post dicam, ante solis occasum mactabatur, more autem legis antiquæ, nullus dies inire censebatur, nisi præcedentem diem clausisset solis occasus, sicuti nec ante solis occubitum expirabat. Cum igitur Agni immolatio debuerit decimæ quartæ die fieri, non poterat agnus lucente adhuc sole, die tertia decima immolari. *Tertio.* Ex contextu historiæ Exodi 12. patet eadem nocte, qua agnus paschalis absumptus est, occisa esse primogenita Ægypti, neque hanc cladem mox ab occasu solis, sed media nocte accidisse legimus illo cap. 12. v. 29. & Sap. 8. ver. 14. Tum vrgentibus Ægyptijs eadem nocte adeo festinarunt egredi Israëlitæ, vt fermentandi panis tempus non haberent. *Quarto.* Ex Num. 33. vers. 3. *Profecti igitur de Rameses mense primo, quintadecima mensis primi, altera die phase.* Quæ verba Hebraicè, Græcè, Latinè, clarè indicant, phase celebratum fuisse illo vespere, quod proximè diem migrationis antecessit. Violenta autem est eorum interpretatio, qui noctem integram & diem 14. inter phase & profectionem intrudunt. *Quinto.* Lex ijsdem verbis Leuit. 23. v. 5. phase indicit, quibus esum azymorum præcipit Exodi 12. v. 18. *Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma vsque ad diem vigesimam primam eiusdem mensis ad vesperam.* Ex quibus patet, vesperam quæ phase tribuitur, esse eam, qua finitur dies decima quarta, sicut ex omnium etiam aduersariorum sententia azyma ineunt vespere diem 14. sequente & desinunt vespere, quo dies 21. concluditur. Tenebat autem azymorum vsus dies septem, vt habemus tum alibi, tum Exodi 12. v. 15. & 19. quarum dierum prima erat *sancta atque solemnis.* ib. ver. 16. & quidem decima quinta, iuxta illud Leuit. 23. vers. 6. *quintadecima mensis huius, solemnitas azymorum Domini est: septem diebus azyma comedetis.* Sicut igitur ad finem decimæ quartæ diei erat exterminatio fermenti: ita & esus agni. Quod etiam diserte Deus imperauerat Exodi 12. v. 8. *& edent carnes nocte illa, assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus.* Et repetitur Num. 9. v. 11. *Quartadecimæ die mensis ad vesperam, cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud*, subaudi phase. Hinc Euangelistæ simul vtrumque coniungunt, agnum, inquam, & azyma, vt Marci 14. ver. 1. *Erat pascha & azyma post biduum.* Et Lucæ 22. v. 7. *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha.* Necesse autem erat occidi paschalem agnum, quando inibat dies prima azymorum, vel instabat: quæ cum esset solemnis ab occasu solis celebrari incipiebat, & tunc agnus comedebatur. *Sexto*, hanc doctrinam omnes tenere debent, qui cum communi & vera sententia à secunda die Paschatis ad Pentecosten 50. dies enumerant.

P. Philippi Chronologia V. Testamenti A. IV 17

Ad 1. Rat. contr. 3. Ad primum argumentum contrariæ opinionis, iam ex parte resp
sum est. Dies enim decimaquarta non erat solemnis, nec in numero sabb
rum siue festorum, ac ideo nihil ad eam spectabat præceptum de festis à ve
ra ad vesperam celebrandis. Deinde non quæritur hîc an vespera diei de
tertiæ aliquo modo ad diem sequentem spectet; sed vtrum agnus mact
fuerit, vno die integro ante quam azymis vescendum esset. Dico autem ag
manducandum fuisse cum azymis ex illo Exodi 12. v. 8. & sic pascha ce
dum ineunte festo azymorum, quod à vespera diei 14. ad vesperam diei
tis tenebat.

4. Bene addunt aliqui, dies festos ex legis præscripto celebrandos qu
fuisse, à vespera ad vesperam: in Scriptura nihilominus dies absolute à ma
mane computari, & habere duas partes, quarum prior vespere; posterior
terminatur. Quo sensu Gen. 1. dicitur: *factum est vespere & mane dies vnu
dus, tertius &c.* Hinc vere dici potest factum pascha, & azyma cœpisse
sed serò.

Ad 2. 5. Ad secundum argumentum refutandum præsto est ipsiusmet Io
authoritas, qui lib. 3. Antiq. cap. 10. clarè tradit agnum mactari & absu
tum die 14. vt nihil in crastinum reseruaretur, die quintadecima fuisse
nitatem azymorum: *quæ septem diebus celebrantur*, inquit. Vnde bene Co
aduertit, de mente Iosephi dubium esse non posse ei, qui caput illud 10
Quod igitur idem Iosephus ait Hebræos ἐνιάτης τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης
celebrasse, verti debet, *cum aduenisset decimaquarta*, vt alibi notaui & non
eo confirmant, quod ἐνιάτης sit aoristi temporis, ac proinde præteriti
tionem admittat.

Ad 3. 6. Tertia ratio ab aduersarijs solui debet, si hoc modo proponatur
bræi debebant phase immolare, quando egressi sunt de Ægypto: hoc
factum est die 15. primi mensis. Numer. 33. ver. 3. ergo illa die pascha
bant, quod aduersarij non admittunt. Vera autem illius loci Deuter.
pretatio est, illud, *quando egressus es de Aegypto*, non significare præcise
egressus; sed indeterminate tempus quo fuit egressus, q. d. *sub quo
egressus es*: quia sub initium noctis, quæ erat inter diem 14. & 15. primi
comederunt phase, & post medium eiusdem noctis Hebræi ex Ægy
grarunt. Zonaram porrò non nisi violenter & obrorto collo reniten
suas partes trahere conantur: solum enim ait Hebræos mouisse, *d
quinta*, κατὰ σελήνην, *secundum lunam*, hoc est, ad lunam siue splen
dente luna, vel potius decimaquinta die mensis ad lunæ
cursum prisco Hebræorum more accom-
modati.

QVÆSTIO II.

Quota circiter hora phase celebrabatur.

Ad vesp.

1. CErtum est *primò*, phase, quo agnus Paschalis mactabatur & edebatur celebrati debuisse ad vesperam, vt constat Exodi 12, ver. 6. Leuit. 23. v. 5. Vtrobique Hebræus habet, *inter duas vesperas*: Græcus priori loco, πρὸς ἑσπέραν; posteriori ἀνὰ μέσον τῶν ἑσπερινῶν. Et Deut. 16. vers. 6. Latinus & Hebræus *ad*, seu circa *solis occasum*. Septuaginta ἑσπέρας πρὸς δυσμὰς ἡλίου. Chaldæus, *inter duos soles*.

More vulgi loquendi.

2. Certum est *secundò* vesperam vulgari & recepto vsu loquendi, esse non solum tempus, quo post Solis occasum paulatim intenduntur tenebræ: sed etiam illud, quo sol necdum quidem occubuit, vergit tamen ad occasum. Sed

Quæstio.

quæstio est, quota circiter diei hora intelligatur esse inter duas illas vesperas, inter quas phase fiebat.

1. Opinio falsa est.

3. Nonnemo, vt notat Cornelius per duas vesperas intelligebat, vesperam diei decimæquartæ, & crepusculum matutinum diei decimæquintæ, ac proinde tempus agni immolandi esse noctem interiectam. Sed hæc interpretatio singularis est, & gratis excogitata. Aben Esra & Oleaster primam vesperam putant esse solis occasum, alteram verò finem nocturni crepusculi: interea tempori pascha faciendum. Verum neque hæc opinio simpliciter admittitur. Lyranus Exodi 12. lit. E. ait secundum Doctores Hebræos vesperam, qua agnus immolandus erat, incipere ab hora septima (quam primam à meridie vocamus) diei 14. quia tunc sol incipit ad occasum tendere, & ab hac hora, vsque ad principium noctis potuisse immolari phase. Huc ferè spectat quorũdam aliorũ dogma, qui asserebãt primã vesperã esse declinationẽ solis à meridie versus occasum: secundã ipsum solis occasum: quibus fauet Abulẽsis. At vero si primam vesperam mox à meridie cõputant, eam æquo lõgiorem facere mihi videntur.

2. Opinio reijcitur.

Conclusio.

4. Rem exactius meo iudicio explicant, qui *primam vesperam* inchoant, ab eo tempore, quo Sol post meridiem notabiliter progressus dicitur ad occasum tendere, siue, quo vulgo dicere solemus: iam paulatim adueseraſcit: *Secundam* autem *vesperam*, finiente prima ordiuntur ab occasu Solis. Ita Cornelius Exodi 12. v. 6. Pererius, Caietanus, Bonfrerius, Ribera l. c. Masius, Iosue 5. v. 10. Iansenius cap. 145. conc. Euang. Cum autem sol hora nona Iudaica, nostrate terna pomeridiana circa æquinoctium, notabiliter ad occasum vergat; prioris vesperæ initium commodè ad eam horam referri potest, finis verò huius & initium posterioris vesperæ ad solis occasum: Ita vt inter hæc duo initia phase siue agnus Paschalis mactandus fuerit. Suffragatur Iosephus libr. 7. belli Iud. cap. 17. *Cum*, inquit, *dies festus adesset, qui Pascha vocatur, quando à nonæ quidem horæ, vsque ad vndecimam hostias cædunt.* Sic vna ad solis occasum hora supe-

supererat, qua agnus excoriari, purgari, & ex præscripto legis assationi pr
rari posset.

Quando agnus paschalis cõ sedebatur.

5. Non comedebatur autem nisi post solis occasum, iuxta illud Exod
vers. 8. *Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes.* Quod enim sole
splendente fit, non solet dici nocte fieri. Nox ista qua agnus comedeb
proxime diem quintam decimam primi mensis antecedebat, vt ex
patet.

QVÆSTIO III.

Vtrum semper agnus die decima paratus esse debuerit.

Id factum 1. paschate.

1. NOn est dubium quin primo paschate die 10. primi mensis id Deus
rit. Exodi 12. vers. 3. *Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum
milias & domos suas &c. & seruabitis eum, vsque ad quartamdecimam diem mensis*
vers. 6.

& seqq. temporib.

2. Quicquid porrò dicant Abulensis, Pererius, & aliqui Iudæi apo
ranum Exodi 12. hoc præceptum non est de solo primo paschate in Ræ
celebrato intelligendum; sed vniuersim in terra promissionis quotannis
uandum erat, vt fert communis authorum sententia, quam propugnant
nelius & Bonfrerius in illum locum Exodi, cum Epiphanio hæresi 50. S.
S. Thoma, Toleto, Lyrano Ioan. 12. Ruperto Ioan. 10. & 11. Anselmo Ma
Beda in Domin. Palmarum. Addunt plerique *primò* istis diebus quibus
ante pascha domi asseruabatur, Hebræis datam occasionem recolendi b
cium, quo patres eorum quondam ex Ægypto educti fuerant occisi
ptiorum primogenitis. *Secundò*, Christum Dominum idcirco die Pal
voluisse in Vrbem Ierosolymitanam cum pompa ingredi, vt se huic figur
agnus paschalis die 10. Nisan comparari ac seligi solebat, accommodar
quibus patet eos authores sensisse hanc agni præparationem, non fuisse
mum pascha restrictam, sed quotannis vsitatam.

Occurritur obiectioni.

3. Verum est, Exodi 23. v. 15. Leuit. 23. v. 5. & seqq. Deut. 16. à v. 1. ad
præceptum de paschate & azymis inculcatur, hanc cæremoniam pecu
10. primi mensis habendæ, non iterari. Id enim opus non erat, cùm sem
semel cauisse vt fieret, sicut præcepta, de renibus accingendis, baculis m
nendis, vorandis cum capite intestinis non iterantur. Plura seruandi
quam quæ locis proximè citatis annotentur: nempe ea omnia, quæ v
lege sanciuntur Exodi 12. v. 25. *Cumq; intraueritis terram, quam Dominus*
vobis, vt pollicitus est, obseruabitis cæremonias istas: puta die 10. agnum seligen
die 14. immolabitis, eius sanguine postes aspergetis, eius carnes cum
& lactucis agrestibus nocte comedetis, festinantes accincti, calceati, b
tenentes &c.

4. At cur tot diebus ante paſcha agnus quotannis in promptu habendus? Reſp. *Primò*, quia ſic Deus non modo inſtante Exodo, ſed ſequentibus etiam temporibus fieri voluit. *Secundò*, in ſola Vrbe Ieroſolymitana mactandus erat, quo hominum infinita penè multitudo ad Paſcha confluebat: & ſic tutum non erat victimæ præparationem ad dies vltimos differre, præſertim cum paranda eſſent alia ad ſolemnitatem azymorum. An fortè etiam, quia ſi intra dies quibus agnus aſſeruabatur, vitium in eo deprehenſum fuiſſet, alius eius loco ſubſtitui debebat? Hoc de primo paſchate plerique aſſerunt: cur non de alijs?

XXIII. LEVIT. v. 6.

1. *Septem diebus azyma comedetis.* Eadem verba habentur Exodi 12. vers. 15. idemque præceptum repetitur Exodi 13. v. 6. & 7. *Septem diebus veſceris azymis, & in die ſeptimo erit ſolemnitas Domini. Azyma comedetis ſeptem diebus.* Et Deut. 16. v. 3. *Septem diebus comedes azyma, afflictionis panem.* Tum cauſa ſubiungitur: *quoniam in pauore egreſſus es de Aegypto, vt memineris diei egreſſionis tuæ de Aegypto omnibus diebus vitæ tuæ.* Ex quibus duo habemus. 1. Azyma non tenuiſſe octo integros dies, ſed ſeptem duntaxat. 2. Hebræos primo paſchate, non tam vi ordinarij præcepti ſeptem dies azymorum obſeruaſſe, quam ex accidenti, eo quod mox migrandum eſſet, nec tantillum temporis ſuppeteret, vt paſta fermento afficeretur. In terra verò promiſſionis, ſicut feſtum tabernaculorum 7. diebus celebrandum inſtituit, vt 40. annorum per deſertum peregrinatio recoleretur: ita ſeptem azymorum diebus annua obſeruatione recurrentibus Hebræos memores eſſe voluit earum miſeriarum, quæ illis ab Ægypto digredientibus acciderunt, in quibus fuit vſus azymorum, palato parum gratus, per 30. circiter dies, nempe à veſpera diei 14. primi menſis vſque ad diem 16. menſis ſecundi. Numerus enim ſeptenarius myſticus eſt, multitudinis ac vniuerſitatis ſymbolum, vt Sancti Patres, & ſacrarum literarum interpretes monent.

Lex de azymis eiuſque cauſa.

Duo corollaria.

2. Horum porrò ſeptem dierum, quibus fermentatis vti non licebat initium, & finis ſignatur Exodi 12. v. 18. *Primo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma, vſque ad diem vigeſimam primam eiuſdem menſis ad veſperã.* Vbi aduerto primam & vltimam fuiſſe ſolemnes, ac ideo earum celebritatem ab occaſu ſolis inchoandam. Cum igitur prima dies azymorum incideret in decimã quintam menſis nouorum, cenſebatur inire ad veſperam diei decimæquartæ, qua poſt ſolis occaſum, nocte inchoata agnus cum azymis edebatur. At verò ſingulæ ſolemnitates ſole occumbente expirabant: idcirco die 21. quamuis ea ſolemnis eſſet, fermentatis poſt ſolis occaſum veſci licebat. Septem ergo diebus à ſolis occaſu ad ſolis occaſum, quaſi à momento ad momentum azymorum ſpatium circumſcribebatur.

Initium & finis azymorum.

3. Hæc tamen non obſtant, quo minus per Synecdochen octo dies azy- *Qui dicti.*

tur 8. dies azymorũ.

morum numerare liceat, si nimirum singuli dies vsu ciuili ab ortu solis ad Romano more à noctis medio putentur. Sic enim pars vltima diei 14. & prior vigesimæ primæ ad sex dies interiectos accedunt & 8. dies conficiunt, quos quando Iosephus & Rupertus annumerat. Hac autem ciuili computatione dies decimaquarta vocatur prima azymorum: tametsi ritu legali, quo à proximo denti vespera dies festi inire censebantur, septem diebus præcisè azyma edebantur, quem numerum cum sacra Scriptura diserte ponit Iosephus; Accepit & sic prima dies azymorum erat decimaquinta Nisan.

Qui sex dies azymorũ numerentur.

4. Quomodo verò sex tantum dies azymorum notantur Deuter. 16. Respondebit fortè quispiam id intelligendum supputatione terminorum exclusiua, siue primo, & vltimo dierum excluso. Verum genuina istius loci intelligentia est, ibi ex professo non numerari omnes azymorum dies, sed eos tantum qui solemnitatem azymorum vsum concludentem præcedebant, vt verba ipsa præ se ferunt. *Sex diebus comedes azyma, & in die septima, quia collecta Domini tui est, non facies opus.* q. d. prius sex diebus azyma comedes, quam festum colendo vacando à laboribus celebres. Simili sensu anni Patriarcharum numerantur Gen. 5. non totius vitæ, sed ij solum, quos ante filios ibi recensitos vixerunt. *Vixit autem Iared centũ septuaginta duobus annis, & genuit Henoch.* Eũdem loquendi modum vsurpant 70. Seniores Exodi 13. v. 6. vbi Hebræus & Latinus septem dum vsurpant 70. Seniores Exodi 13. v. 6. vbi Hebræus & Latinus septem signãt; illi vero: *sex dies comedite azyma, die verò septima solemnitas Domini.* Sed ipsi sese explicant & cum Latino ac Hebræo subdunt: ἑπτὰ ἡμέρας ἔδεσθε τὰς ἀζύμους.

Dies azymorũ determinati.

5. Addit Tostatus Leuit. 23. q. 7. dies azymorum ita fuisse à momentum definitos, vt si quis die 14. duabus horis ante solis occasum momentum definitos, vt si quis die 14. duabus horis ante solis occasum comedere incepisset, potuerit per legem die 21. totidem horis antequam cumberet vesci fermentatis. Mihi autem non videtur azymorum terminus iusliber arbitrio relictus fuisse, sed absolute lex vetuisse, ne quis ante solis occasum die 21. fermentato vteretur. Nam & ipse Abulensis sub finẽ q. 23 diserit istam esse regulam generalem obseruandi omnia festa, vt obseruanda à solis occasu ad solis occasum. Sicut ergo ibi fatetur Hebræum peccasse fuisse, qui panem die decima septimi mensis ante solis occubitum comedisset, ita peccasset, qui die 21. primi mensis ante solis occasum fermentato vesci sumpsisset.

XXIII. LEVIT. v. 15.

Tẽpus Pẽtecostes.

1. *Numerabitis ergo à die sabbati, in quo obtuleritis manipulum primitiarum* (hoc die secunda azymorum, qua falx in segetem mittebatur Deuter. 16. v. 9.) *hebdomadas* (puta dierum) *plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ, id est, quinquaginta dies,* hoc est, vsque ad eam diem, quæ proximè sequitur expletæ hebdomadi septimæ, quo temporis spatio dies 50 continentur.

perius hunc versiculum interpretatus sum, Exodi 19. q. *Quando lex data sit* cum authoribus ibi citatis, præsertim §. *communis*. & à die 16. Nisan vsque ad Pentecosten inclusis vtrimque terminis 50. dies computaui.

Obiectiones duæ.

2. Sunt tamen qui licet fateantur *primò* menses fuisse lunares, atque adeo alternis vicibus 29. & 30. dierum numero absolutos, *secundo*, à die oblationis manipuli siue decimasexta Nisan inclusiuè, ex multorum sententia dies 50. vsq; ad Pentecosten supputari, eamque ad sextam diem Siuan referri: licet, inquam hęc duo fateantur; malunt nihilominus diem oblationis manipuli ab hoc dierum numero excludere & festũ Pentecostes in septimã tertij mensis transferre. Ita Bonfrerius in hunc locũ, præuijs Serario & Lorino, qui suã opinionẽ probant 1. Pentecoste eo anno, quo passus est Christus, & Spiritus S. Apostolis datus incidit in Dominicã casura aliàs in diem sabbati, si sabbato manipulus fuisset eleuatus & celebrata secunda dies azymorum. 2. Authoritate Iosephi, qui 3. Antiq. cap. 10. non dicit *à die oblationis manipuli*, sed *post hunc diẽ*, 50. dies vsque ad Pentecosten supputari. Addit Bonfrerius non esse, quod contra se vrgeat, nisi cõmunem & præsumptam opinionem multorum, quod Pentecoste in diem sextam Siuan incidere debuerit, sed eam ex Iudæorum non antiquorum Calendarijs deriuatam, ac proinde apud se exiguæ authoritatis esse.

Doctrina communis.

3. Verum enimuerò, vt ab hoc vltimo incipiam; vndecumq; deriuata sit ista opinio, quam communem fatetur, ei subscribunt viri authoritate præstantes, quorum nonnullos laudaui Exodi 19. v. 16. num. 3. & reuera ex ipso sacro textu probabilissimè deducitur. Versiculus iste 15 Leui. 23. omniũ consensu includit terminum ad quem horum 50. dierum, puta diem illam, quæ proximè cõpletas septẽ hebdomadas excipit, ergo & terminũ à quo, siue diẽ oblati manipuli cõplectitur. Nam sine causa ambiguitas aut varia terminorum acceptio, in vno eodemq; verborũ cõtextu & periodo non prolixa, excogitari nõ debet: quod tamẽ fieret, si cõtra cõmunem sententiam terminus à quo hic descriptus exclusiuè, terminus ad quẽ inclusiuè sumendus esset. Hîc igitur terminus vterq; includitur, nẽpe dies oblati manipuli & dies Pentecostes, sicut inclusis terminis sumi debet ea comminatio de qua Exodi 12. v. 15. *Quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, à primo die, vsque ad diem septimum.*

Ad obiectiones.

4. Iosephus quidem non dicit *ab hac die oblationis manipuli*, sed quod pluris faciendum est, id apertè Scriptura asserit, *à die sabbati* siue festi, *in quo obtulistis manipulum*. Neq; Iosephus scripsit *post hunc diem*, sed μετὰ ταυτὴν τὴν ἡμέραν, post hoc sacrificium, oblationem scilicet manipuli & holocaustum agni cum manipulo immolati. Hoc autem non impedit, quo minus dies sacrificij includatur, sicut dies mortis Christi includitur, cum dicitur tertio post mortem die resurrexisse.

Vnde sup-putentur 50. dies Pentecostes.

5. De aduentu Spiritus sancti vide dicta Act. 2. Interim meminerit tholicos & graues authores reperiri, qui velint diem, quo Spiritus S. Apo lis datus est fuisse Pentecosten non Iudæorum sed Christianorum, q Christi anastasi est dies quinquagesima terminis inclusis, sicut Hebræ Pentecoste à die eleuationis manipuli computatur. Deinde alios esse, q dant Iudæos, eo anno quo Spiritum S. acceperunt Apostoli, non seruasse nariam à Paschate ad Pentecosten dierum supputationem. Denique no esse qui censeant Iudæos, saltem aliquos, eo anno primam azymorum celebrasse, quo Christi corpus erat in sepulchro: sic illorum Iudæorum coste in Dominicam veniebat. Vide Petauium lib. 12. de die quo Christ mum Pascha celebrauit.

XXIII. LEVIT. v. 21.

Festū Pentecostes erat vnius tantū diei.

1. *Et vocabitis hunc diem celeberrimum.* Puta Pentecosten, quæ vnica d lebrabatur, puta sexta mensis tertij, vt fert communis authorum sen contra Genebrardum in Calendario, qui plures ei dies, atque adeo oct tribuit. Genebrardo fauet author histor. Scholast. & Tullus Crispu Acta, vt refert hoc loco Bonfrerius, & bene addit, eos qui plures dies tati Pentecostes consecrant nullum fundamentum, vel ex Scriptura, ve sepho solidum habere. Idem notat hic Lorinus v. 15. Salianus anno m numer. 426. & confirmat ex Philone lib. de Decalogo sub finem, vb duas tantum solemnitates septem diebus celebrari solitas, alteram in ve autumno alteram. Idem pro concesso sumit Ribera lib. 5. de Templo Tostatus hic q. 16. Cornelius Exodi 19. v. 11. & alibi, alijque sacrorum co interpretes dum agunt de Pentecoste. Torniellus an. m. 2545. num. 24. & bula mensis Siuan.

XXIII. LEVIT. v. 24.

Festū Tubarum. Dua illius causæ.

1. *Mense septimo, prima die mensis, erit vobis sabbatum memoriale clangen bis.* Traditio est etiam à Christianis recepta, hac die ne manu paterna laretur, liberatum Isaac, & hoc festum in illius rei memoriam institutum Hebræi in suis Chronicis & Calendarijs. Genebrardus, Torniellus, Sa Tostatus hic q. 18. Cornelius, Menochius, Vincentius lib. 2. hist. cap. 4 que interpretes tum in hunc locum, tum Gen. 22. Addunt nonnulli vt C lius & Lorinus hic aliam huius festi causam, vt nimirum Israelitæ pericli tis à Deo deprecarentur, & inopinatis casibus eriperentur, perinde atq ereptus fuerat.

Alia causa.

2. Bonfrerio magis placet hoc festum idcirco statutum fuisse, quo primus dies mensis septimi, cum numerus septenarius sacer & mysti beatur. Deinde, quod plura hoc mense festa, quam alio quolibet celebra

vepum Tubarum, Expiationis, Scenopegiæ, Collectæ: quæ præuium Buccinæ sonum merebantur. Addit potius videri hoc festum agi solitum in commemorationem Iericuntini excidij, sub primum in Terram promissionis ingressum facti, Iosue 6. v. 16. Quicquid sit, nolim hinc memoriam Isaaci exclusam, quæ Hebræos ad pia vota facilè incitabat, vt à mortis inopinatæ periculis diuina protectione eriperentur.

XXIII. LEVIT. v. 43.

Vt discant pueri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Aegypti, subaudi per annos 40. Hinc apparet festum tabernaculorum institutum fuisse, vt Hebræi memores peregrinationis suorum auorum in deserto, grates Deo agerent, quod in terra promissionis fixa haberent domicilia, in quibus optata quiete frui liceret, si in officio permanerent. Bene tamen Menochius & alij in hunc locum aduertunt, hoc festum etiam idcirco decretum, vt Deo gratiæ agerentur pro frugibus toto anno collectis, vt insinuatur Exodi 23. v. 16. & Num. 29. v. 12. Quod valdè mihi probabile videtur, sicut & illud quod multi tradunt, scilicet festum Expiationis celebratum fuisse, tum vt Hebræi sua peccata expiarent, vt notatur Leuit. 16. v. 30. tum in memoriam accepti nuncij quo Moyses cum secundis tabulis ad diem 10. mensis septimi, populo significauit Deū plenè veniam indulsisse peccati, quod adorato vitulo admissum fuerat. Duplicem autem festi alicuius causam assignare, minime absurdum videri debet, vt pateat ex ijs, quæ iam v. 24. afferebam. Sicut & festum Pentecostes agebatur non solùm vt Deo solemnes frugum primitiæ offerrentur, sed etiam in memoriam datæ legis. Quamuis huius posterioris causæ mentionem in scriptura non reperiamus.

Causa Festi Scenopegiæ.

Festi Expiationis.

Pentecostes.

CAPVT XXV. LEVIT. v. 4.

1. *Septimo autem anno sabbatum erit terræ.* Quæstio hic moueri solet, vtrum à mense Nisan, initium duxerint anni sabbatici, an verò à Tisri. Eadem autem ratio est Iubilæorum, quos Abulensis hîc quæstion. 8. non tam docet, quam supponit à Nisan computandos fuisse. Eos nihilominus à Tisri ex legis præscripto inijsse constans est Hebræorum traditio, quam & plerique Catholicorum admittunt. Burgensis Exodi 12. addit. 1. Pererius lib. 1. in Genesin cum agit de tempore creationis mundi, Serarius Iosue 13. quæstion. 17. Caietanus, Cornelius, Lorinus, Menochius in cap. 25. Leuit. Bonfrerius Exodi 23. vers. 12. Torniellus ad an. m. 2584. numer 5. Salianus an. m. 2544. num. 681. Rutilius Benzonius de Iubilæo lib. 1. cap. 1. Accedunt Scaliger. libr. 5. Emend. temp. cap.

Initium anni Sabbatici.

de anno 1. sabbatico, Caluisius ca. 26. Intro. Chron. Alstedius Chronol. 2. sed

Non erat in vere.

2. Ratio, quia congruũ erat, vt istorum annorũ initia mox à frugibus in autumno collectis, ducerẽtur. Siquidẽ lege cauebatur ne istis annis sementis aut messis fieret: alias enim contigisset, vt non nisi vnius anni messe Hebræi quinque annos victitarent. V.g. annus ab initio Sabbaticorum 98. erat sabbaticus, sine mente, sine messe: sic nihil erat, quod anno 99. meteretur: nec erat causa cur anno 99. in autumno sementis fieret, quia anno centesimo, vtpote Iubilæo meti nec seri poterat, quo fiebat vt etiam annus centesimus primus messe caret. Ergo annus demum 102. messem suam nanciscebatur: & sic messis anni 97. collecta victum Israëlitis præbuisset, reliqua istius anni parte, toto anno 98. 99. 100. 101. vsque ad messem anni 102. Idem contigisset quoties anno Iubilæus alijs vicibus in annum secundum semitæ recurrisset. Siquidem vt primus messe & semente carebat annus septimus, octauus messem non reperiebat annus nonus, quia Iubilæus nec sibi nec anno sequenti messem relinquebat, decimus sementem duntaxat fecisset, anno tandem vndecimo messem parturus. Idem prorsus accidisset, quoties Iubilæus cum anno 5. semitæ concurrit. Tunc enim frugibus æstate anni quarti perceptis, viuendum fuisset, toto anno quinto, qui, vtpote Iubilæus, vetabat sementem & ex consequenti messem 6. præpediebat: anno verò sexto frustra seminatũ fuisset, quia annus septimus messem priuatam non admittebat, sicuti nec sationem: atq; ita nihil erat quod anno octauo meteretur, sed annus demum nonus messem colligebat.

Sed in Autumno.

2. At verò è contrario cum anni Sabbatici & Iubilæi à mense Tisri putantur, messis anni sexti annonã Hebræis suppeditabat toto anno sabbatico, & sequẽti, si erat Iubilęus: quo finito in autumno, erat permissa sementis anno sequenti sub initium Veris & medium æstatis messis colligebatur. Sed nona, quæ labentis anni sexti autumno percepta fuerat, non nisi ad antiquum sese porrigebat: quod Deus futurum promiserat Leuit. 25. v. 25. In verò exemplo anni 98. nulla est difficultas: nam messis anni 97. finientis victum anno sabbatico, quo completo, mox fiebat sementis, ex qua messis colligebatur, antequam iniret annus centesimus, siue Iubilæus, vt latius dicunt Torniellus & Salianus. Abulensis autem prædictas difficultates euitare potest, cum fateatur annum Iubilæum esse quemlibet quinquagesimum centesimum. Quod si eorum rationes sequeretur, qui annum Iubilæum quadragesimo nono semitæ confundunt; non video, quomodo posset tueri opinio quæ ipsi tribuitur.

Quomodo Nisan caput anni.

3. His non obstat illud Exodi 12. v. 2. *Mensis iste* (Nisan) *vobis principium sium, primus erit in mensibus anni.* Est enim ibi regula generalis, quæ in annis sabbaticis & Iubilæis patitur exceptionem hoc cap. vers. 8. 9. 10. expressam.

autem huius exceptionis sufficiens erat Dei sic iubentis voluntas: congrua verò, ne vel sæpius iaceret agrorum cultus, vel alius esset qui seminaret, alius qui metereret, vel vbertas miraculosa frequentior rediret.

XXV. LEVIT. v. 9.

1. *Clanges buccina mense septimo decima die mensis.* Quæritur hic, *quoto die mensis Tisri, inierint anni Sabbatici & Iubilæi*: vtrorumque enim eadem est ratio. Salianus an. m. 2544. numer. 685. ait se proniorem esse ad existimandum, ipso primo die mensis cum tubarum clangore tam sabbatico, quam Iubilæo anno initium datum fuisse. 1. Quia alias vnus mensis in duos annos distractus fuisset. 2. Hebræi initio huius mensis inscribunt festum tubarum & caput anni. *Quæstio 1. Opinio.*

2. Alij probabilius, vt reor, censent, non ante diem expiationis, quæ erat decima mensis septimi istos annos incepisse. Ita Cornelius, Bonfrerius, Menochius in hunc locum, Serarius illo cap. 13. Iosue. Torniellus an. m. 2584. numer. 5. Quia hic expresè dicitur, die isto decimo tuba clangendum, promulgandum annum Iubilæum, & *vocandam*, id est, denunciandam *remissionem*, scilicet seruitutum, debitorum, & bonorum quæ ad alios transiuerant, vt bene Menochius Torniellus &c. Non est autem congruum vt tubæ sonitu annus tunc primum promulgetur, quando iam aliquot dies illius effluxerunt: sed potius vt remissio Iubilæa indiceretur, & reipsa, quoad commodè fieri poterat, quamprimum executioni mandaretur, quando gens Hebræa expiationis die, sibi peccata remitti postulabat. Quoad inquam commodè fieri poterat, nempe vel ipsa die expiationis, vel prima Scenopegiæ, vel fortè, cum celebratis tabernaculorum diebus, Deoque gratijs pro frugum perceptione rite peractis, dies collectæ siue cœtus haberetur, vt notant authores præcitati. *2. Opinio & Conclusio.*

3. Rationes Saliani non premunt, vt monet Bonfrer. Non enim absurdum est, mensem aliquem ciuilem, ex legis statuto, hoc modo esse diuisum. Simile enim fit in ijs regionibus, in quibus annus ratione Beneficiorum Ecclesiasticorum, à festo Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ exoritur. Præceptum etiam annuæ Confessionis & Communionis, non est ad certum alicuius mensis ciuilis initium alligatum. Nunquid Annus Sanctus ritu Catholico, die 25. Decembris aperitur? Deinde festum & clangor tubarum primæ diei Tisri alio spectabat. Denique esto anni ciuiles, ob commoditatem contractuum ab exordio mensis inceperint: poterant tamen anni Iubilæi in Synagoga decimo die tardius emergere, sicuti iam initium anni Sancti in Ecclesia diebus aliquot Calendas Ianuarias anteuertit. *Ad 1. opinionem.*

4. Equi-

P. Philippi ... Chronologia ... Testamenti ... A. IV ... 17

A die 10. Tisriori tur annus sabbaticus

4. Equidem hos annos malim ipsa die Expiationis ordiri, quam poster videor rationem cur ij, qui ista quidem die promulgatos, sed postea incepto isse asserunt, & Iubilæum ab anno 49. semitæ nō distinguunt, hos annos potius, quam à Nisan auspicentur. Si autem scriptorum authoritate ducim plures sunt & grauiores, qui annos Iubilæos & Sabbaticos ab autumno ducunt, ita tamen vt Iubilæum cum quadragesimo nono minimè con dant.

XXV. LEVIT. v. 10.

De Iubilæo

Sanctificabisque annum quinquagesimum. Hebraicè & Chaldaicè, *annum qui gesimum annorum.* Græcè *annum, quinquagesimum annum.* Monet hic Lorinu esse apertius textu nostro, in quo præcipitur sanctificatio anni quinqua post annos 49. Mihi hunc textum Hebræum, Græcum, Latinum consid & cum v. 15. cap. 23. Leuit. conferenti, tam clarum videtur, ab anno primo colationis ad Iubilæum inclusiuè 50 annos numerandos esse, quam clarum à die 2. azymorum vsque ad Pentecosten 50. dies computari. Vide infra res in hanc sententiam laudatos.

XXV. LEVIT. v. 20. 21. 22.

Quod si dixeritis: quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neque colle fruges nostras? Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructum tria rum, seretisque anno octauo, & comedetis veteres fruges vsque ad nonum annum ua nascantur, edetis vetera.

1. Opinio.

1. Cornelius tantum notat Deum promittere se daturum anno sexto fi pro tribus annis, nimirum, sexto, septimo, octauo, quo rursum serebant uius lib. 9. ca. 26. nullum annum Iubilæum à sabbaticis distinctum ad ait hunc trium annorum prouentum de ordinario tantum sabbatico ac dum esse: alias absurdissimè Moysen quæstioni de victu anni sabbatici cere, & omnem scrupulum eximere volentem, omnia alia responsuru si de solo Iubilæi cum Sabbatico concursu eius responsum intelligeretu

2. Opinio.

2. Bonfrerius ait Deum tacitæ obiectioni respondere, & quamuis de septimo tantummodo exprimat; idem tamen omnino intelligendum Iubilæo: cum par vtriusque sit ratio. Tres autem annos quorum hic promittuntur Synecdochicè accipit; à die verò ad diem non nisi duos tat. Nam sextus annus in vere post Pascha fructus dabat, & autumno fini Tum ab autumno ad autumnum fluebat sabbaticus: mox inibat annu uus, cuius priore parte, ab autumno, vsque ad veris initium nihil colli ac proinde annus sextus & octauus erant incompleti. Alias à messe sem, à vindemia ad vindemiam non nisi duo anni intercedebant.

3. Torniellus illo num. 5. aduertit in primis promissionem dandi fructus trium annorum non esse factam, quando de solo anno sabbatico agebatur, sed cum cœptum esset agi de Iubilæo. Vnde colligit eam promissionem, non esse intelligendam de omni sabbatico, sed explicitè de eo tantum, qui Iubilæũ præcedebat, tacitè autem insinuari similem fore Dei benedictionem anno quinto, si iubilæus in sextum incideret.

4 Cornelius igitur nullam Iubilæi mentionem facit, Petauius iubilæum ab huius loci interpretatione excludit, Bonfrerius hæc verba primario ad sabbaticos, secundario ad iubilæos applicat, Torniellus ad iubilæi & sabbatici concursum refert: ego verò sic procedendum puto, vt non solũ tres anni fructuum assignentur, sed etiam explicetur, quomodo prima sementis post iubilæum anno octauo tribuatur, & fruges veteres ad nouarum frugum prouentum duraturæ seribantur. Si primum horum annorum dicamus sextum in Semita, secundum sabbaticum & tertium sabbatico succedentem; sementis ad anni octaui principium veniet, & messis nouorum ad sequentis veris initium, ac proinde ab absoluta anni sexti messe & vindemia, non intercedebat nisi annus ipse sabbaticus, vsquedum anno octauo ineunte seminaretur: inde vsque ad messem nouorum 6. circiter menses vel semiseptem interijciebantur. Nam circa mensem Nisan in Palæstina messis erat (hordeacea) vt patet Iosue 3. v. 15. vbi Iordanis dicitur ripas aluei sui impleuisse messis tempore, pura die decimo Nisan, quo populus Iordanem transijt. Et cap. 5. v. 11 cessante manna dicuntur Hebræi, comedisse de frugibus terræ die 15. Nisan, azymos panes & polentam eiusdem anni. Ergo ordinariè ab ea messe nouarum frugum, quæ anno sexto collecta erat, vsque ad similem messem non nisi biennium interpositum erat. Idem prorsus est, de messe triticea & vindemia. Fruges itaq; in verè anni sexti collectæ, anno octauo non erant necessariæ, quando solus annus sabbaticus incidebat: serebantur enim initio anni octaui & vere sequenti eodem anno legebantur. Fructus vero, qui sexto anno desinente tempore vindemię maturuerant, ad annum sextum non spectabant. Frustra igitur Deus ordinariè trium annorum prouentum polliceretur: adueniente verò ad sabbaticum iubilæo, hæc abundantia requirebatur. Quamobrem existimo prædictis verbis abundè satisfactum tacitæ obiectioni tam de anno Sabbatico, quam Iubilęo: quia paulo antè vtriusq; mentio facta fuerat: quasi dicatur: Non est quod de victu solliciti sitis siue sabbatico, siue iubilæo anno: dabo enim, quando necesse erit, vno anno, v. gratia sexto trium annorum prouentus. Ordinariè quidem non nisi vnam messem & vnam vindemiam intermittetis, initio anni octaui seretis, & fruges nonnullas mense Nisan more solito metetis: *fruges* autem *veteres*, quæ non nisi in autumno ad maturitatem perueniunt, *vsq; ad annum nonum*, excluſi-

Conclusio.

uè, *comedetis*, ita vt duorum annorum fructus vna æstate colligatis, quando
solus sabbaticus, aut solus iubilæus annus instabit: quando vero iubilæus
batico iungetur, dabo vberiorem benedictionem, qua æstas vnica, pro
nio repræsentet annonam, ita vt semper, *donec noua nascantur, edatis vetera.*

DE ANNIS SABBATICIS ET Iubilæis.

QVÆSTIO I.

Quinam sint anni Sabbatici ab ipsorum epocha computati.

Conclusio. 1. SIcut transactis sex diebus, sabbatum & quies à laboribus ag
ita decurso sex annorum curriculo annus erat Sabbaticus,
Exodi 23.v.10. *Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fr
anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies.* Et Leuit
*Quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, sabbatizæs sabbatum Dom
annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colliges fructus eu
autem anno sabbatum erit terra requietionis Domini, agrum non seres, nec vinea*

Regula. 2. Vnde hanc authores regulam desumunt: si dati anni ab Epocha
ticorum numerati per 7. diuidantur; residuum ostendet annum Se
annalis hebdomadæ: si nihil remanserit annus propositus censebitur
cus. v. gr. annus nonus est secũdus Semitæ: quia si 9. per 7. partitus fuer
nebunt 2. Annus 14. per 7. diuisus nihil relinquit: ergo sabbaticus est. Si
tricesimus erit secundus in Semita, siue in annali hebdomadæ. Quo
ostendit sequens tabella.

Hic est locus tabellæ primæ Sabbaticæ.

Vsus tabellæ. 3. Ex hac tabella anni Semitæ eodem modo excerpuntur, quo
cyclus lunæ aut Solis. In superiori parte sunt anni ab exordio Sabba
collecti: ad latus vero expansi. Deinde subijcitur linea solitaria, quæ h
4.6.1.3.5. Sub hac linea notantur anni Semitæ. 1.2.3.4.5. &c. à super
gradatim deorsum tendentes. Si annus collectorum aliquis propos
quæratur in superiori parte tabellæ, & rectà descendatur ad lineam so
in qua apparebit, quotus sit annus Semitæ siue à sabbatico. v.g. annus
quia sub se in linea solitaria habet 7. est sabbaticus, quales sunt omnes
in eadem columna superius signati nempe 1400.2100.2800. Annus 120

17	45	73		3	5	7	2	4	6	1
18	46	74		4	6	1	3	5	7	2
19	47	75		5	7	2	4	6	1	3
20	48	76		6	1	3	5	7	2	4
21	49	77		7	2	4	6	1	3	5
22	50	78		1	3	5	7	2	4	6
23	51	79		2	4	6	1	3	5	7
24	52	80		3	5	7	2	4	6	1
25	53	81		4	6	1	3	5	7	2
26	54	82		5	7	2	4	6	1	3
27	55	83		6	1	3	5	7	2	4
28	56	84		7	2	4	6	1	3	5

Hec Tab. spectat ad q. 1. de annis Sabbaticis num. 2. fol. 210. Parte 1.

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A. IV

17

Tabella i. Sabbaticâ.

9100	9200	9300	9400	9500	9600	9700
8400	8500	8600	8700	8800	8900	9000
7700	7800	7900	8000	8100	8200	8300
7000	7100	7200	7300	7400	7500	7600
6300	6400	6500	6600	6700	6800	6900
5600	5700	5800	5900	6000	6100	6200
4900	5000	5100	5200	5300	5400	5500
4200	4300	4400	4500	4600	4700	4800
3500	3600	3700	3800	3900	4000	4100
2800	2900	3000	3100	3200	3300	3400
2100	2100	2300	2400	2500	2600	2700
1400	1500	1600	1700	1800	1900	2000
700	800	900	1000	1100	1200	1300
0	100	200	300	400	500	600
7	2	4	6	1	3	5

1.	29	57	85	1	3	5	7	2	4	6
2	30	58	86	2	4	6	1	3	5	7
3	31	59	87	3	5	7	2	4	6	1
4	32	60	88	4	6	1	3	5	7	2
5	33	61	89	5	7	2	4	6	1	3
6	34	62	90	6	1	3	5	7	2	4
7	35	63	91	7	2	4	6	1	3	5
8	36	64	92	1	3	5	7	2	4	6
9	37	65	93	2	4	6	1	3	5	7
10	38	66	94	3	5	7	2	4	6	1
11	39	67	95	4	6	1	3	5	7	2
12	40	68	96	5	7	2	4	6	1	3
13	41	69	97	6	1	3	5	7	2	4
14	42	70	98	7	2	4	6	1	3	5
15	43	71	99	1	3	5	7	2	4	6
16	44	72	100	2	4	6	1	3	5	7
17	45	73		3	5	7	2	4	6	1
18	46	74		4	6	1	3	5	7	2
19	47	75		5	7	2	4	6	1	3
20	48	76		6	1	3	5	7	2	4
21	49	77		7	2	4	6	1	3	5
22	50	78		1	3	5	7	2	4	6
23	51	79		2	4	6	1	3	5	7
24	52	80		3	5	7	2	4	6	1
25	53	81		4	6	1	3	5	7	2
26	54	82		5	7	2	4	6	1	3
27	55	83		6	1	3	5	7	2	4
28	56	84		7	2	4	6	1	3	5

Hæc Tab. spectat ad q. 1. de annis Sabbaticis num. 2. fol. 210. Parte 1.

in Semita, sicut & annus 800. 1500. 2100. cæteriq; recta sursum notati. At vero 100. est 4. in Semita: item 900. 1600. 2300. &c. Si datus annus fuerit expansus, quæratur ad latus tabellæ, & recta procedatur vsq; ad areolam quæ est sub numero collecto, proximè minori: ibi enim in angulo communi notatur annus Semitæ. Ex. ca. annus 101. est 3. Semitæ, annus 102. est quartus &c. 203. est sabbaticus: prout alibi de Aureo numero latius dictum.

4. Si detur annus aliquis æræ mundi Iudaicæ, aut Periodi Iulianæ, hæc tabella annos Sabbaticos, modo iam explicato, nulla facta vel additione, vel subtractione fideliter exhibebit. *In aliis ariis.*

5. Hæc tabella seruiet æræ mundi Græcæ si duo adijciantur. Exempli causa, anno primo æræ Græcæ in autumno cœptus fuisset annus 3. Semitæ, anno centesimo, quartus: ducentesimo, sextus: trecentesimo, primus &c. Idem est de æra Christi vulgari; nempe si ad annos Semitæ hic repertos, 2. addantur, habebitur annus, Semitæ, qui dato Christi anno exoritur in autumno. v. g. anno Christi 28. inijt 2. anno 400. incepit annus Semitæ 3. anno Christi 500. quintus. anno 1631. quartus &c. *Æra Constantinop.*

6. Sicuti autem hæc tabella ostendit annos Semitæ: ita & ferias dierum. v. g. Si primus dies est feria prima; centesimus incidet in feriam 2. sicuti & 800. 1500. &c. ducentesimus in feriam 4. trecentesimus in 6. &c. Si vero primus dies fuerit feria 2. ad feriam hic repertam addatur 1. si primus dies fuerit feria 3. addantur 2. & sic de reliquis. Vide q. seq. num. 4.

QVÆSTIO II.

Quomodo anni legales Sabbatici cum annis mundi congruant.

1. QVæritur hic, vtrum anni Sabbatici legales penitus congruant, cum annis septimis ab Orbe condito supputatis, ita vt ad inquirendos Semitæ annos perinde rationes valeant, siue anni ab Orbe condito, siue à sabbaticorum exordio, in 7. diuidantur: an vero ordo sabbaticorum legalium peculiare habeat primordium. Priorem partem tuentur Scaliger, Caluisius, pauciq; alij: imò hinc suas supputationes probare nituntur, quibus fit, vt absolutis ab origine mundi Sabbaticorum & iubilæorum annorum periodis, pari passu ineant iubilæi & sabbatici legales. Et confirmant *primo*, ex æra mundi Iudaica, quæ annos Sabbaticos exhibet, facta illorum annorum per 7. diuisione. *Secundo*, à simili: sicuti enim feriæ hebdomadariæ, per legem veterem non sunt turbatæ; ita, inquiunt, ab Orbis conditu, anni Iubilæi & sabbatici serie non interrupta semper effluxerunt. *Status q.* *1. opinio.*

2. Hæc tamen solido carere fundamẽto docet cõmunis Chronologorũ praxis, qui de ista annorũ mundi cum legalibus harmonia parum solliciti, tẽpora & æras suas adscitis aliunde firmamẽtis propugnãt. Æra mũdi Iudaica æquo brevior *Refutatur.*

nior est, neque tam ad iustum annorum numerum inueniendum, quam ad
clos varios more Iudaico reperiendos excogitata est, sicut & æra Christi. P
ro non est eadem ratio hebdomadis dierum, quæ annorum: feriæ enim s
larum hebdomadum in vsu, semper & apud omnes nationes fuerunt, u
dies Solis, Lunæ, Martis, &c. suum ordinem retinerent: Anni vero sabb
nec ante legem Mosaicam, nec nisi apud Hebræos locum habuerunt. I
quæ infra notabo, de anno mundi, quo Hebræi in terram promissionis
si sunt, & colliges paucos authores id egisse, vt anni sabbatici & Iubilæ
les, cum annis mundi sabbaticis & Iubilæis congruerent.

Opinio Author is.

3. Equidem sic annos à mundi creatione computaui, vt annus primus
di concurreret cum anno primo semitæ, ab initio veris vsque ad autum
ab autumno verò cum anno secundo: cum nihil minus, quam hanc ann
concordiam intenderem. Quo fit vt tabula prima Sabbatica ex mea opi
ostendat annos mundi sabbaticos desinentes, v.g. anno primo mundi a
tus est in autumno primus in ordine sabbaticorum: anno mundi 100.
est annus 2. semitæ mundialis: anno mundi 700. expirauit Sabbaticus m
lis.

De annis mundi.

4. Beneficio autem prædictæ tabellæ sine mora & labore intelliges
anni sint naturales Sabbatici, hoc est, à mundi primordio computati, &
modo Sabbaticis legalibus congruant, v.g. Petauius annum primum sæ
cum legalem componit cum anno mundi 2504. cui in tabella respondet
5. Semitæ: atq; ita ex Petauij sententia biennio distant anni legales Sabb
mundanis siue naturalibus, vt ipse disertè monet, lib. 9. cap. 26. sub finem

5. Salianus anno mundi 2590. num. 1. signat annum primum sabbat
3. Abulensis hic q. 2. & 20. arbitratur Hebræos ex Haseroth per Rethma & sequentes mansiones vsq; Cades prius iter fecisse, quam Terram explorarent. ac proinde viros illos exploratores non ex Rethma loco decimæ quintæ mansionis, sed ex Cades, vbi tricesima tertia statio fuerat, ablegatos fuisse. Et probat 1. Quia Rethma putat multum à terra promissionis distare, nempe 18. circiter mansionibus: locũ autem vnde exploratores expediti sunt, non procul à Chananitide abfuisse, ex eo omnes intelligunt, quod intra dies 40. regione longe lateq; lustrata reuersi sint, imò & botrum retulerint. Probat *secundò* ex Iosue 14. vbi Caleb asserit se missum ex Cadesbarne, vt terram specularetur. Et Deut. 1. vbi Moyses prius in Cadesbarne ventum asserit, quam terram speculatum iretur. Item ex hoc capite, quo exploratores in Cades redijsse dicuntur. Omnes autem fatentur Hebræos absentibus exploratoribus, castra loco non mouisse: quia iussi sunt illi fructus terræ secum referre, & reipsa vuam retulerunt, quod non facile attentassent, nisi Deo ita disponente, eodem loci redituros se sperassent, vnde digressi erant. Probat 3. quia Israelitæ dicuntur *sedisse* in Cadesbarne multo tempore. Deut. 1. v. 46. Eandem opinionem sectatur Masius in Iosue: & quadantenus approbare videtur Lorinus hic v. 1. & 27. Nec multum dissentit author hist. Scholast. qui ex Asiongaber hanc missionem factam tradit, vt refert Abulensis & breuiter ex eo refutat, quod Scriptura doceat, viros istos ex Cadesbarne terram lustratum iuisse; non ex Asiongaber.

Opinio Tostati & 3. eius argumenta.

4. Asserendum nihilominus, hanc expeditionem ex Rethma siue 15. mansione adornatam fuisse, antequam ad sequentes stationes castra promouerentur. Ita Cornelius, Bonfrerius hic v. 1. & 27. Menochius cap. 20. v. 1. Torniellus, Salianus & alij. Et probatur *primo* contra Abulensem, qui hic q. 5. hanc missio

Ex 15. statione missi sunt exploratores. Probatur variis rationibus.

nem refert ad initium quarti mensis, vel quasi: populum ex Sina die 20. secundi mensis mouisse, triduo ad sepulchra concupiscentiæ peruenisse, sepridem in Haseroth posuisse ex scriptura constat, in Sepulchris vno mense subsist fatetur ipse Abulensis Num. xi. ante q. 78. quomodo igitur circa initium mensis peruenire potuit ad 33. mansionem, quæ fuit in Cades? Probatur ibidò ex Num. 33. v. 37. & seqq. vbi Hebræi ex Cades migrasse dicuntur ad montem Hor, vbi mortuus est Aaron anno 40. egressionis ex AEgypto. Ergo Cades venerunt anno 2. Exodi, ibi hæserant 38. annos, quod sactæ pagina uersari videtur. Num. 14. v. 33. *Filij vestri vagi erunt in deserto annis quadraginta* milia habentur Deut. 1. v. 40. quæ indicant Israelem in loco vnde exp terræ instituta est, ipsos 38. annos non perstitisse. Probatur *tertiò*, ex illo 20. v. 1. *Venerunt q3 filij Israel & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo, & sit populus in Cades: mortuaq3 est ibi Maria.* Hoc autem ad annum 2. Exodi ri non potest, quo per primum mensem castra ad montem Sinai fixa runt, nec inde ante diem 20. secundi mensis promota fuisse constat ex 10. v. 11. Anno autem secundo Exodi susceptum esse hoc terræ explorandi gotium constans est omnium sententia, cui subscribit Tostatus Deut. In Cades vero, vbi mortua est Maria, venerunt Hebræi anno 40. vt fere bulensis Num. 20. q. 1. initio. Nec valet, quod ibidem addit Hebræos in Cades venisse anno secundo Exodi, sed propter murmurationem, re uersos contra mare rubrum, & rursus post 38. annos redijsse in Cades obstat quod iam in prima probatione attuli. Deinde hoc modo illis 38. aut nullam stationem habuissent, quod est incredibile, vel in scriptura omnino prætermissæ, quod legenti cap. 33. Numerorum mirum iure videri potest. Nec est quod dicat illas solum stationes in sacris Codicibus tari; per quas Israel propius semper ad terram promissam accedebat. Hi nim & gratis fingitur, & falsum est: nam vt notat Bonfrerius Asiongaber fuit 32. statio, remotius distat à terra Chanaan, quam sit mons Sinai, ad habita est mansio duodecima.

In quo deceptus Tostatus.

3. In eo vero deceptus est Tostatus, quod Cades decimæ quintæ stat eandem esse putauerit cum ea Cades in qua mortua est Maria, contra ram, quæ eas clarissimè distinguit. Prior enim Cades erat in deserto P patet hic v. 27. posterior in deserto Sin, in quo ex Asiongaber profecti tæ, trigesimam tertiam stationem habuere. Num. 33. v. 36. in quo & M mortuam, & ad aquas contradictionis murmuratum legimus Num. 20. cap. 27. v. 16. Prior locus dicitur etiam Cadesbarne; posterior Cades Concedo igitur, quod in prima probatione Tostatus assumit, Cades pediti sunt exploratores fuisse propè Chananitidem: sed Cades trigesima

viæ mansionis erat in extremis finibus Edom. Num.20.v.16. ita vt inter hanc Cades & terram Chanaan intercederet Idumæa, per quam transitum ex 33. mansione, à Rege Edom Hebræi postulabant.ibid.v.17. At vero Cadesbarne siue Cades deserti Pharan erat in finibus Chananitidis, vt colligitur ex Num. 34.v.4. vbi meridiana pars Chananitidos dicitur peruenire vsque ad Cadesbarne: à qua cum Rethma non procul abesset, hæc expeditio suscepta dicitur ex Cadesbarne, tanquam loco celebriori, ad quem pertingebant fines Iudeæ, non autem ex Cades deserti Sin. Hinc enim exploratoribus terra Edom, aut transeunda, aut longo circuitu legenda fuisset. *Ad rationes Tostati.*

6. Concedo etiam exploratores ad eam rediisse stationem è qua dimissi fuerant. hæc autem non erat in deserto Sin, vbi Maria obijt, sed in Pharan, vt iam dicebam not.2. ex Num.13.v.1. & 27. Tertium argumentum ex Deuteronomio desumptum suo loco explicabitur illo v.46.

Prius igitur Hebræi terram Chanaan explorarunt, quam è Rethma ad sequentes mansiones pergerent, vt pluribus explicant authores num.4. citati, & repræsentant Geographi in descriptione Terræ Sanctæ.

CAPVT XIV. NVM. v.25.

CRAS mouete castra & reuertimini in solitudinem maris rubri. Hæc postridiè reditus exploratorum dicta videntur, cum præcedenti nocte populus fleuisset, vt notatur hic v.1. qui huic mandato non paruit, sed sumptis armis in terram Chanaan, à qua non nisi interiecto monte aberat tendere voluit; quod Deus quidem permisit, sed opem subtraxit. Israel itaq; graui plaga ictus ad castra refugere compellitur, ibiq; ad Cadesbarne diu hæret, vt latius dicã Deut. 1.v.46. Venerat autem in Rethma siue ad Cadesbarne anno 2. Exodi, & inde mittis 12. viris terram mox explorauerat, sub id temporis, quo præcoces vuæ comedi possunt. Inde postea digressus per Remmonphares, & sequentium mansionum loca, transiens, anno demum 40. Exodi, mense primo in Cades deserti Sin 33. stationem fixit, vt constat ex Num. 20.v.1. iuncto cap.33.v.36. Tanto tempore illi per vastam deserti Pharan solitudinem, pereuntibus paulatim murmuratoribus, à decima quinta mansione ad tricesimam tertiam vagati iustas inobedientiæ pœnas dederunt. Sic malo illud *cras*, in propria significatione retinere, quam impropriè vsurpare pro *deinceps, vel postea*: quanquam etiam scriptura hoc posteriori modo vocem *cras* vsurpet, vt Gen.30.v.33. *respondebit mihi cras iustitia mea.* *Pœna inobedientiæ grauissima.*

Num. XIV. v.33.

1. *FILII vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta.* Huc spectat, quod dicitur infra c.32.v.13. *Iratus q; Dominus aduersus Israel, circunduxit eum per desertũ 40. annis, donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu Domini.* *Quæstio.*

1. opinio & 2. eius arg.

Certum est tum finem horum 40. annorum fuisse, quando Israelitæ trans Iordane terram promissam adierunt. De principio dubium forte cuipiam ri posset, an ab exploratione terræ sumi debeat. 1. Quia septuaginta Seni Iosue 5. v. 6. *quadraginta* inquiunt, *& duobus annis versatus est Israel in deserto*: c lectionem retinet S. Augustinus ibid. q. 6. Secundò idem quodammodo insinuari videtur verbis sequentibus: *& portabunt fornicationem vestram, & sumantur cadauera patrum in deserto iuxta numerum 40. dierum, quibus consid ram: annus pro die reputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras.*

Tota peregrinatio in deserto fuit 40. annorum.

2. Statuendum nihilominus peregrinationem in deserto vniuersim ali do, vsq; ad ingressum in terram Chanaan 40. annos non excessisse, ac p ab exploratione Chananitidos, vsque ad transitum Iordanis 40. anno terue allum non fuisse. Probant aliqui *primò* quia sacri codices hunc an numerum peregrinationi in deserto passim attribuunt, vt Deut. 8. v. 2. *daberis cuncti itineris per quod adduxit te Dominus Deus tuus, quadraginta annis tum.* Et cap. 29. v 5. *Adduxit vos quadraginta annos per desertum, non sunt attri menta vestra.* Rursus Amos 2. v. 10. *Duxi vos in deserto quadraginta annis,* Verum hæc argumentandi ratio nisi fulciatur, contra proteruos non fol solet enim non raro Scriptura rotundis numeris vti, vbi paruus est d vel excessus; sicut & vulgo 70 interpretes, 70. discipuli dicuntur, pro 7 bant *secundo* nonnulli ex illo Deuter. 2. v. 14. *Tempus autem, quo ambulau Cadesbarne, vsque ad transitum torrentis Zared triginta & octo annorum fuit.* Sed hoc argumentum vrget: putauerit enim quispiam Hebræos annum c aut saltem semestre spatium ad Cadesbarne post terram exploratam t ibi enim multo tempore subsititerunt. Deut. 2 v. 46. Probatur autem es ter communis ista supputatio, ex ætate Moysis & Aaron, tam sub exu Aegypto, quam sub egressum è deserto sacris literis consignata. Erant *Moyses octoginta annorum & Aaron octoginta trium quando locuti sunt ad Phar* Exodi 7. v. 7. nempe Exodo instante. *Aaron* verò *mortuus est anno quadr egressionis filiorum Israel ex Aegypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset a centum viginti trium.* Num. 33. v. 38. & seq. Postea sub finem eiusdem anni, *centum & viginti annorum erat, quando mortuus est.* Deut. 34. v. 7. Vnde cla gimus annos non plures 40. in eremo transactos: si quidem anni Aaron actè numerantur, vt trium etiam annorum minutiæ computentur, & c nis Moysis sine variatione congruant. Addunt plerique ad explendos 40. defuisse quinque dies: nam Israelitæ dicuntur, *profecti de Rameſſe, mens quintadecima die mensis primi.* Num. 33. v. 3. & sub initium anni 41. *populus de Iordane decimo die mensis primi.* Iosue 4. v. 19. Ita Cornelius, Lorinus, Tol hic. q. 89. Idem tradit Vincentius lib. 2. Spec. hist. cap. 5.

3. Ad primam rationem dubitandi respondent plerique omnes textum illum apud septuaginta non esse sincerum: tum quia ibi Latinus, Hebræus, Chaldæus nonnisi 40. annos consignant, tum quia in quibusdam etiam Græcis abest illud καὶ δύο, tum quia ibidem additur τῇ μαγδαρίτιδι. alias μαδμειρίτιδι, alias μαδβαρίτιδι. Vnde meritò suspicari possumus lacunam aliquam illo loco fuisse, quam cum sciolus quispiam replere vellet adiecerit illud, καὶ δύο: & ex Hebræo midbar, quod desertum significat, μαδβαριτίδα siue μαδμαρίτιδα fecerit. Quam lectionem cum non correctam haberet S. Augustinus, mutare noluit: præsertim cum in libris Retract. monuerit, se hasce quæstiones subindè mouisse potius, quam resoluisse. *Ad 1. arg. 1. opinionis.*

4. Ad secundam variæ responsiones afferuntur. Cornelius in hunc 33. vers. hosce 40. annos, à missis exploratoribus & murmure post eorum reditum excitato supputat, quia Ps. 94. v. 10. Deus ait: *quadraginta annis offensus fui generationi huic.* Addo hic clarè dici: *quadraginta annis recipietis iniquitates vestras.* Illud enim *recipietis*, connotat, ab hoc oraculo pœnam illam, siue durationem illius computandam esse. Sed adhuc difficultas restat, quomodo ab hoc murmure vsque ad egressum de deserto hi 40. anni reperiri possint. *Ad 2. 1. Resp.*

5. Nonnulli hanc calculationem de annis ciuiliter emergentibus intelligũt, si annus non sacer, sed ciuilis à Tisri inchoetur. Id enim temporis quod ab exploratorum reditu vsque ad initium Tisri effluxit, ad annum primum referri potest, tum ab hoc Tisri, vsque ad alium qui ingressum in terram proximè antecessit, (mortuo iam Aarone) 38. anni completi fuerunt: hinc autem vsque ad Nisan, quo Iordanem traiecerunt Hebræi, septem menses anni quadragesimi interfluxerunt. Si igitur initio Tisri, currente anno 2. Exodi inijt ciuiliter annus secundus murmurationis & pœnæ illius; sine dubio fluente anno 40. Exodi ineunte mense Tisri annus pariter 40. ab illa murmuratione emersit, ita vt semper menses inde vsque ad proximum Nisan transacti ad annum 40. referri possint.

6. Nec spernenda est eorum interpretatio, qui hic 40. annos numerant vulgari computatione, in sacris libris vtcumque vsitato, quo solus numerus perfectus exprimitur. etiamsi à parte rei paulo maior, aut minor fuerit. Sic occisi dicuntur 70. filij Gedeonis, cum tamen duo ex illis superessent, Abimelech & Ioathan natu minimus. Iud. 9. v. 18. Sic vulgo dici solent 70. discipuli Christi cum fuerint 72. Ita Cornelius & Bonfrerius hic, & admittit Tostatus. *Ad 2. 2. Resp.*

7. Attamen cum sacer textus 40. annos cum 40. diebus comparet plausibilius dici posse reor, pœnam peccati hoc loco 40. annis definiri; non quod omnes hos annos ista pœna duraverit, sed quod cum annis 40. peregrinationis in deserto completa fuerit, vt in simili ex S. Augustin. notaui Gen. 11. v. 32. quam *Conclusio.*

explicationem innuit etiam Toſtatus l.c. & reapſe ſequuntur Lyranus, Hug. Caietanus, dum hos 40. annos ab Exodo deducunt. Fauet Bonfrerius hic 34. dum vult annum diei ſic reſpondere, vt tota peregrinatio in deſertum ante 40. annos finiatur, quemadmodum illa ſpeculatorum expeditio 40. tenuerat. Addit idem author tempus illud, quod ante hoc murmur ab to vitulo iam præterierat poſſe alio ſenſu comprehendi intra ſpatium 40 norum quibus *filij portarunt iniquitates parentum & fornicationes*, vt habet braeus verſ. 33 vbi Latinus & Græcus *fornicationem* in ſingulari verterunt. mirum, quod anno primo Exodi ob vitulum & alia malè facta, longan ſerto moras traxerint, cum exiguo tempore in Chananitidem peruen tuiſſent, immò verò perueniſſent, niſi eorum peccata remoram iniecill præcedens interpretatio mihi ad literam aptius quadrare videtur.

CAPVT XVI. NVM.

De Core, Dathan, Abiron. Quando hæc acci derint.

1. VAlde celebria ſunt quæ hoc capite traduntur, de ſeditione Cor than, Abiron, & miſerando interitu, tum iſtorum tum 250. qui ſum offerebant, tum 14000. qui murmurauerant: quonam vero tempo acciderint, incompertum eſt, vt notant Toſtatus in hunc locum, Torn Salianus. Aben-Eſra & Hugo ſuſpicantur hæc in Sina accidiſſe, & prec aſſerit Toſtatus, eo quod veriſimile ſit, tunc maximè Core & ſocios in ſtimulis agitatos deliraſſe, cum Aaronem pontificia dignitate ornat vero in Leuitarum ordinem redactos viderent: nempe ſub initium anni di ab egreſſu de Aegypto.

2. Alij verò plures exiſtimant has turbas non prius excitatas eſſe, quam ra fuiſſet explorata: ſiquidem nulla cauſa videtur idonea, cur dicamus re ris ordinem, à Moyſe hiſce rebus enarrandis fuiſſe neglectum. Ita docto thores mox citandi, quibus aſſentior. At quoto anno ab Exodo? Corne cenſet anno ſecundo, eodem hæc geſta ſignat Petauius. Salianus 4. Torn quinto anno recenſet. Probabile eſt Core & complices eius, virus innui montem Sinai concepiſſe; ſed non niſi poſtea euomuiſſe, cum eſſent calli braeorum in Cadesbarne, vel inde mouiſſent.

CAPVT XX. NVM. v.1.

Aduentus in 33. Stationem.

1. VEneruntq; *filij Iſrael & omnis multitudo in deſertum Sin menſe primo & populus in Cades.* Hunc primum menſem fuiſſe anni 40. peregrinat per deſertum aſſerunt paſſim huius loci interpretes & Chronologi vt Lyra Toſtatus, Cornelius, Lorinus, Bonfrerius, Menochius, Torniellius & Sa an. m. 2583. Petauius an. 2492. Hebræi in Seder Olam c. 10. & fauet Joſeph Antiq. 5. dum ait tunc obijſſe Mariam, cum populus in Cades aduenisset re ſingularis eſt opinio Genebrardi, qui hæc anno præcedenti tribuit.

2. *Mortuaq; est ibi Maria.* Hoc eodem anno Mariam sororem Moysis viuendi finem fecisse tradunt authores iam laudati, Historia Scholastica, Vatablus, Sa, Caietanus, Carthusianus, Ferus in hunc locum: imo Tostatus ait esse omnium sententiam, quam recentiores vnanimi consensu amplectuntur. Addunt Hebræi tum in suis Calendarijs, tum illo cap. 10. Seder, eam obijsse die 10. primi mensis, quibus assentitur Salianus: Torniellus dubius hæret. Petauius Iosephum testem secutus die prima Nisan mortuam putat. Quicquid sit Mariæ extremum vitæ diem clausit, anno vno ante ingressum in terram: quot verò tuncipsa annorum fuerit, incertum est. Licet enim Moyses sub sororis suæ obitum esset 119. annos natus: quot tamen annis ipsa fratre suo senior fuerit, non vna est omnium opinio. Abulensis censet annis 12. aut 15. Cornelius facile decennio, alijs septennio duntaxat, vt Salianus, Torniel. Lorin. hic & infr. c. 33. Eam vt minimum septennẽ fuisse, cum Moyses trium mensium infantulus in carecto fluminis exponeretur insinuat scriptura dum id factum refert, *stante procul sorore eius, & considerante euentum rei.* Exodi 2. v. 4. quæ iam tantæ erat prudentiæ, vt rem totam dissimularet & filiæ Pharaonis diceret: *Vis*, inquit, *vadam & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum?* v. 7. nec adeo infantilis erat, quin eius operam Pharaonis filia acceptaret, dicens: *Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem suam.* Idcirco dixi *vt minimũ septennem*: fortè enim natu maior erat. Perueneritigitur Maria facilè ad annum ætatis suæ 126. aut forte 130.

Quando soror Moysis mortua.

3. At quotum annum ante æram Christianam Maria & Aaron suo excessu nobilitarunt? Quot sunt diuersæ authorum de ingressu in terram sententiæ; totpariter de horum obitu supputationes emergunt. Siquidem anno à morte Mariæ & Aaronis proximè emergente. Hebræi Iordane transmisso terram promissam adierunt. Petauius obitum Mariæ, adscribit anno ante æram Christi 1492. primo die Nisan. Aprilis Iuliani 7. feria 2. quæ sententia si verum, ante æram nostram annum, & diem Nisan attingit; non habeo, quod de die 7. Aprilis & feria 2, opponam. Meæ siquidem tabellæ illo anno exhibent cyclum Solis 2. lit. Dom. E. Aureum numerum II. Literam æquationis E. epactam VIII. nouilunium 7. Aprilis. fer. 2. Málo tamen vt notabam in Synopsi excessum Mariæ anno ante Christi epocham 1458. tribuere, die 10. Nisan. Aprilis Iuliani 1. Gregoriani Martij 19. fer. 3.

Ipsa & Aaron obierunt anno ante Chr. 1458.

4. Monet hoc loco Cornelius Abulensem solerter aduertisse Moysen non nisi trium annorum peregrinationis in deserto res gestas tradidisse, puta primi & secundi à cap. 12. Exodi vsque ad caput 20. Numer. & quadragesimi anni, ab hoc capite vsq; ad finem Deuteronom. *Reliquos ergo 37. annos intermedios*, inquit Cornelius, *silentio obuoluit, fortè quod nihil memorabile in ijs contigerit.* Idem habet Lorinus hic. Verum meminisse oportet Tostatum quidem opinari, lustrandæ terræ

Acta annis 1. 2. & 40. ab Exodo notauit Moyses.

terræ expeditionem ex ſtatione 33. ſuſceptam fuiſſe, & ſic Iſraelem præcedentes ſtationes ante medium anni ſecundi ab Exodo percurriſſe, atque ita abſolui ex 40. annis per deſertum tranſactis, Moyſen non niſi trium in Pentateucho meminiſſe. Alij tamen id non niſi moraliter admittunt. Exploratores enim 15. manſione terram exploratum iuerant anno ſecundo Exodi ante [illegible] vindemiæ: tum Iſraelitæ paulatim annis ſequentibus cæterarum ſtationum ca ita peragrarunt, vt anno demum 40. ineunte ad Cades 33. manſionibus perenerint, cum proximè ex Aſiongaber mouiſſent, vt refertur Num. 33. v. 36. tet ex annorum ſerie, quam in ſuis Annalibus ſeruant Torniellus ac Sal Licet igitur Moyſes de geſtis ab anno ſecundo Exodi, vſque ad 40. tam pauca retulerit, vt 37. annorum acta præterijſſe videatur: nihilomin tionum ſaltem aliquarum, in quibus caſtra annis illis intermedijs Hebr rant ſacrarum literarum monumentis conſignauit. Recole ſi placet cap. 13. Num. q. 3. præſertim num. 4.

Quæ geſta anno 40 Exodi.

5. Illud autem in confeſſo eſt, ea quæ ab initio huius 20. capitis vſq; ad Deuteronomij geſta attexuntur, ad annum 40 Exodi referenda eſſe, vt alios monent Cornelius, Lorinus, Menochius. Itaque aduentus Iſraelitarum des, mors Mariæ, Aaronis, Moyſis: murmur ad aquas contradictionis, in hac & ſequentibus manſionibus acta anno 40. ab exitu de AEgypto benda ſunt.

XX. Num. v. 24.

Vbi & quando mortuus Aaron.

Pergat Aaron ad populos ſuos. Mortuus eſt Aaron in monte Her, vbi habebatur, *anno quadrageſimo egreſſionis filiorum Iſrael ex Aegypto, menſe quinto die menſis, cum eſſet annorum centum viginti trium.* Num. 33. v. 38. Hanc primi quinti menſis Petauius in 3. Auguſti, fer. 1. conijcit: quod iuxta meas tabu primè conuenit anno 1492. ante Chriſtum, quo Aaronem mortuum ego verò anno 1458. obijſſe opinor circa diem 19. Iulij ſtylo Iuliano, ſine dem methodo Gregoriana quæ incidit in fer. 7. Torniellus & Salian ante Chr. 1471. Aaronis & Mariæ exceſſum ponunt.

CAPVT XXI. NVM.

Mira quædam Anno 40. Exodi geſta.

PRæclara ſunt, quæ hoc & ſequentibus capitibus traduntur, atque iudicio ad annum 40. ab Exodo referuntur. Chananæus Rex Aradi ſuo populo ad internecionem deletus, vrbes eius euerſæ. Serpentes ad ſanandos ſerpentium morſus erigitur. Sehon Amorrhæus Rex Heſeb Og Rex Baſan, cum ſuis penitus extirpantur. Balaam aſina loquente gutus, vi diuina coactus populo Dei benedicit, & vaticinatur: *Orietur Iacob*, initiantur nonnulli Beelphegor. Zelum oſtendit Phinees in ad

Agitur census populi. Victis quinque Madianitarum Regibus prædam ingentem reportant Israëlitæ. *Ouium sexcenta & septuaginta quinque millia; boum septuaginta duo millia, asinorum sexaginta millia & mille* &c. Num. 31. v. 8. & 32. quæ omnia mortuo Aarone contigerunt, per medium circiter annum antequam Hebræi promissa terra potirentur. *Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaronem (prima die mensis quinti) fleuit super eo triginta diebus.* Num. 20. v. 30. tum anno proximè sequenti, *populus* terram ingrediens *ascendit de Iordane decima die mensis primi.* Iosue 4. ver. 19. Quo fit, vt anno in terram ingressus cognito facilè sciatur, quando hæc gesta sint. v. gr. inchoato anno ab ingressu in Terram 440. mense secundo Salomon Templi fabricam aggressus est: ergo tunc ab eleuato serpente æneo anni 440. iam ad finem vergebant. Ex mea suppurationc, Christus in crucem sublatus est ineunte anno ab ingressu in Terram 1489. ergo iam anni 1489. cum medio circiter effluxerant, ex quo Moyses exaltauerat serpentem in deserto. Ex Saliani sententia Christus passus est anno ab eleuato serpente 1503. quia ingressum in terram signat anno ante æram Christi 1470. Christum verò cruci affixum putat anno eiusdem æræ 33. Petauius Christum passum diceret ad annum ab erecto serpente 1522. siquidem anno ante Christi Epocham 1491. notat ingressum in Chananitidem; anno Domini 31. Passionem.

CAPVT XXXIII. NVMER. v. 38.

Ascendit q; Aaron Sacerdos in montem Hor, iubente Domino, & ibi mortuus est, anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex AEgypto, mense quinto, prima die mensis: cum esset annorum centum viginti trium. Vide supra Num. 20. v. 24. & quæ sub finem Deuteronomij de obitu Moysis annotantur.

Finis Notarum in Lib. Num.

IN DEVTERONOMIVM.

Deuteronomium siue legis repetitionem Moyses populo tradere cœpit, anno 40. Exodi prima die mensis vndecimi, vt diserte scribitur hic cap. 1. v. 3. *Quadragesimo anno, vndecimo mense, prima die mensis, loeutus est Moyses ad filios Israel* &c. Finiri autem hunc librum funere Moysis, quod 30. dies tenuit, constat ex cap. 34. Sic Deuteronomium duobus circiter

Quando traditum Deutero-nomium.

mensibus absoluitur. Siquidem Moyses circa initium mensis duodecimi exit è viuis, vt illo cap. 34. patebit. Hinc patet errare Iosephum lib. 4. Antiq. aliàs 7. dum ait, hanc legis iterationem factam esse, cum de quadragesimo egrationis anno 30. dies supereressent: quando enim fieri cœpit superera dies.

DEVTERONOMII I. v. 2.

Vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vsque ad Cadesbarne.

Quæstio de via ex Horeb.

1. Opinio.

1. HIs verbis non significatur, vndecim diebus totum Deuteronom Moyse promulgatum: hi enim vndecim dies referuntur ad viam Seir, per quam cum iter suum prosequerentur Israëlitæ, non poterat h repetitio fieri. Imò sacra pagina hîc apertè docet non prius factam ess populus ad Campestria Moab peruenisset.

2. Opinio.

2. Rabbi Salomon apud Lyranum & Tostatum asserit vndecim q diebus, iter ex Horeb vsque Cadesbarne confici solitum: triduo tamen raëlitis confectum. Quod hac ratione probare nititur, quia die 20. mensis ex Horeb digressi sunt. Num. 10. v. 12. & vt ipse putat 29. mensis Cadesbarne peruenerunt. Hinc autem tollendus est integer mensis: 9. quo in sepulchri concupiscentiæ statione fuêre, & 7. dies, quibus in H Maria leprosa, castris exclusa fuit.

Refellitur.

3. Hoc porrò figmentum esse Rabbinicum ex ipso sacro textu manif apparet. Nam Hebræi *profecti sunt de monte Domini viam trium dierum.* Nu v. 33. sine dubio antequam ad sepulchra concupiscentiæ venirent. Inde in roth, tum in Rethma siue ad Cadesbarne mouerunt. Sic non minus q diebus ex Sina ad Cadesbarne iter fecerunt; tribus nempe vsque ad sep inde vno saltem in Haseroth, & vno ad Rethma. Addit Tostatus ex Rabbini opinione Hebræos vno die octodecim stationes percurrere de tot enim ex Haseroth ad Cadesbarne recenset. Sed hoc supra refutatum cum eadem statio sit Rethma, quæ dicitur Cadesbarne, ad quam illi pos ex Haseroth fixere tentoria. Ad rationem Rabbi Salomonis dicendum braos aut non integro mense in sepulchris moratos, aut 29. tertij mens Cadesbarne non pertigisse.

3 Opinio reijcitur.

4. Caietanus, Oleaster, & plures alij, ex Horeb ad Cadesbarne vn dierum iter esse putant. Verum id ex hoc loco deduci non potest, cum causa reddi possit, cur Moyses spatium illud voluerit hîc designare.

Conclusio.

5. Melius igitur Cornelius in hunc locum, & Abulensis q. 3. sub fine sent hasce vndecim dictas ex Horeb, non ad Cadesbarne vltimarò, sed pestria Moab numerandas esse, ad designandum locum vbi Moyses Deu

nomium tradebat.q.d.campestria Moab,vbi lex iterum promulgata est,distãt à monte Horeb veniendo ex Sina per viam montis Seir,vsque Cadesbarne deflectendo,vndecim dietis. Addit Cornelius ex tabulis Adrichomij, à Sina ad Cadesbarne,non esse nisi 17.Leucas vnius horæ:à Cadesbarne autem vsque ad Campestria Moab Leucas 34. supputari.

6. Hinc deducitur,eorum opinionẽ,qui Israëlitas vndecim diebus à Sina,ad Cadesbarne venientes,in itinere fuisse arbitrantur,hoc Scripturę loco,non cõfirmari:hi enim vndecim dies non indicant distantiam inter Horeb & Cadesbarne; sed spatium temporis, quo ex Sina, per Cadesbarne transeuntes viam montis Seir,donec ad Campestria Moab perueniant,conficere solent. *Coroll.1.*

7. Non videri impossibilem eam traditionem, qua Hebræi circa 9.diem mensis Ab Exploratores ad castra redijsse volunt: nam die 22.mensis secundi, populus venit ad sepulchra concupiscentiæ, vbi moraliter loquendo vnum mensem hæsisse, & coturnices esitasse dici possunt, tum circa 20. mensis tertij discessisse,eodem die in Haseroth venisse. Eodem vel sequenti die Mariã lepra corripuerit:die 27.mundata fuerit, eodem die vel postridie Hebræi in Cadesbarne statiua collocauerint,ac tandem 29.tertij mensis exploratores missi fuerint,& post 40.dies instante nona die Ab reuersi.Hoc modo ex Horeb ad Cadesbarne non nisi 5.dies in itinere ponerentur:nempè tres ex Horeb vsq; ad sepulchra,inde vnus ad Haseroth,hinc vnus ad Cadesbarne.Neq; apertè redargui poterit, qui Mariam vltimo die suæ lepræ ad castra reductam, & Hebræos eodem die aut saltem sequenti ad Cadesbarne peruenisse dixerit. *Traditio quædam Hebræorũ.*

8. Quia tamen tam hæc supputatio,quàm ea, quæ à Sina ad Cadesbarne 11.dierum iter constituit, non nisi coniecturis nititur; neutram opinionem erroneam, neutram arbitror esse certam: tametsi in Cornelij sententiam iam num,;aliaram sim propensior. *Explicatur*

9. Adea quæ Num.11.v.33.ex alijs Authoribus retuli,dicere quispiam posset,nihil opus esse,vt tempus funerum, ab eo mense, quo carnibus Hebræi vescebantur, distinguamus, vel vt mensis exactè ad diem 29. aut 30. extendatur: potest enim aliquod temporis spatium,moraliter vocari mensis dierum,etiamsi triduum circiter defuerit. *Ad Arg. contraria.*

DEVTER. I. v.4.6.

1. *Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.* In Græco & Hebræo est: mansistis in Cades,diebus multis,secundum dies, quibus mansistis. Quæ verba ita interpretatur Rabbi Salomon, vt Hebræi in Cadesbarne annos 19. substiterint,& totidem in omnibus sequentibus stationibus simul: vnde anni 38.consurgunt,quot nimirum à digressu Hebræorum ex Cadesbarne,vsque ad transitum torrentis Zared præterierunt,Deut.2.v.14. *De morâ in Cadesbarne.*

1. Opinio. 2. Rabbi Ben Esra sic exponit: toto tempore, quo in deserto fuistis, in Cadesbarne stetistis, puta 38. annos: duo enim anni reliqui, quibus 40. annorum peregrinatio expleta est, pro nihilo habentur.

2. Opin. 3. Oleaster, Vatablus, Hutterus in versione Italica, volunt tot dies, ibi fisse Israëlitas, post exploratorum reditum, quot antea ibidem manserant.

3. Opin. 4. Tostatus existimat, post regressum exploratorum, altera die castra Cades mota fuisse, & in solitudinem *per viam maris rubri*, reuertisse. Sic præceperat Deus, Num. 14. v. 25. Cui mandato Hebræos paruisse, inde Abulensis, quod Scriptura aliud non videatur insinuare. Fauet Barradius Itinerarij, cap. 10. num. 13.

4. Opin. 5. Bonfrerius sic intelligit, vt populus in genere multos dies, ibi explorata terram moratus fuerit; quemadmodum antè ibidem multos manserat.

5. Opin. 6. Clarius vt opinor Cornelius in hunc locum & Salianus ad annum num. 241. horum verborum sensum interpretantur, dum notant *dies, quibus mansistis*, nihil aliud esse, quam vsitatam Hebræis repetitionem quod præcessit, nimirum, *multo tempore*: quam repetitionem tanquam insolitam noster Interpres omiserit. Quod & Hutterus fecit in Germ translatione. Simili fermè loquendi modo vsa est mater Samuelis 1. Reg. 28. *Idcirco commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus commodatus fuerat*

Ad 3. opin. argument. 7. Quod verò Israëlitæ diuino præcepto de castris altero die ad marjs rubri reducendis non obtemperauerint, ex Scriptura clarè intelligi quicquid videatur Abulensi. Nam illo cap. 14. Numer. vers. 40. & 41. tibus dicuntur Hebræi illo mane, quo in solitudinem reuertendum abnuente Moyse infeliciter cum Amalecitis & Chananæis prælium Quod rursus inculcatur, Deuter. 1. vers. 43. vbi Moyses: *Cumque reuertaretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere*, quia & potestatem sibi fieri, & vires suppeditari petebant, quibus terram protinus ingrederentur. Sed inobedientium murmure offensus, rum petitioni indulgere. Vnde factum, vt gens Hebræa multo Cadesbarne moraretur, non tamen sine aliqua Dei indulgentia, vt qui læsi redierant, aliquanto tempore quietem consequerentur & vulnera

8. Quot porro annos, menses, aut dies hæc mora in Cades tenuerit pertum est, vt fatetur Salian. licet exæquo & bono, anno demùm sequen sum è Rethma describat. Torniellus illo anno 2585. num. 66. à redit torum è terra Chanaan, ad exitum populi de Cadesbarne putat quasi duos menses, intra quos Moyses tertiam cum Domino quadra transigere potuerit, de qua infrà cap. 9. Deuter. v. 25.

DEVTERON. II. v. 14.

Tempus autem quo ambulauimus de Cadesbarne vsque ad transitum torrentis Zared triginta & octo annorum fuit.

1. Ad hunc torrentem venerunt anno 40. Exodi, nec nisi post mensem quintum: siquidem isto anno obijt Aaron prima die mensis quinti. *Num.* 33. *v.* 28 cui populus 30. diebus parentauit. ibid. cap. 20. v. 30. idque priusquam stationem 34 *Hor* desereret. ibid. cap. 21. v. 4. Postea debellatum est cum Chananæo Rege Arad, habitæ deinde stationes 35. 36. 37. 38. quæ fuerunt Salmona, Pharan, Oboth, Ieabarim. Num. 33. v. 41. & seqq. Inde mouentes venerunt ad torrentem Zared. Num. 21. v. 12. Vnde non malè colligit Bonfrerius Israelitas videri non ante mensem septimum, aut sub finem eius, aut certè etiam octauo mense, ad hunc torrentem peruenisse. Ad Cadesbarne autem accesserunt anno 2. Exodi, *quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt.* Num. 13. v. 21. ac proinde ante mensem septimum. Ex quo patet 38. integros vt minimum annos transactos ab aduentu Hebræorum ad Cadesbarne, vsque ad transitum Zared: vtrum totidem expleti, an verò inchoati tantum fuerint, ex quo de Cadesbarne migratum est, vsque dum Zared traijceretur, certò affirmari non potest.

Ventum ad Zared An. 40. Exodi.

2. Torniellus l. c. & Bonfrerius hîc probabile putant Israelitas sub initium, aut certe finem mensis septimi è Cadesbarne profectos, & sic hosce 38. annos fuisse vel omnino, vel ferè completos. Abulensis verò audiendus non est, dum hic asserit populum in Cadesbarne bis statiua habuisse: primùm anno secundo Exodi, ac rursus anno 40. Plerumque enim hallucinatur, dum de Cadesbarne disputat, eo quod hunc locum confundat cum Cades deserti Sin, vbi fuit 33. mansio; reuera autem ad Cadesbarne fuerit statio 15. in deserto Pharan, vt annotaui Num. 13. q. 3.

Circa mẽsem 7.

DEVTERON. IX. v. 9.

Perseueraui in monte quadraginta diebus & noctibus. Nullum est dubium, quin hęc de prima Moysis quadragesima intelligantur, cuius initium describitur sub finem cap. 24. Exodi, præsertim v. 18. *ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Ad finem huius quadragesimæ Moyses priores tabulas confregit, vt dicitur hic. v. 17. *proieci tabulas de manibus meis confregique eas in conspectu vestro.* Et Exodi 32. v. 19. *proiecit de manu tabulas & confregit eas ad radicem montis,* quando scilicet ad castra reuertens populum in Idololatriam fœdè collapsum reperit.

Ante fractas tabulas.

Ibid. v. 18.

Et procidi ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus. Nempe ad

Secunda Moysis quadragesima.

iustam irati Numinis indignationem placandam, vt patet v. 19. Hæc ad secundam quadragesimam spectant, cuius initium fuit altero die à tabulis & vitulo cõtritis ac cæsis Idololatris, prout describitur Exodi 32. v. 30. & 31. vbi sic Moses loquitur: *ascendam ad Dominũ. si quo modo quiuero eũ deprecari pro scelere vestro. reuersusque ad Dominum ait: obsecro peccauit populus iste* &c. Ad finem horum 40. rum, iussus Moyses *præcidere duas tabulas lapideas instar priorum*, descendit de te, relatisque ad Israëlitas Dei mandatis, dat operam vt illi ornatum sum ponant, & minus tabernaculum è castris efferatur. Exodi 33. v. 6. & 7. eaqu ri verat, quæ succinctè habentur Exodi 34. v. 3.

Ibidem. v. 25.

Post fractas tabulas.

1. *Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus.* Hæc etiam de Moysis quadragesima accipio, cum Hugone, Caietano, Cornelio, Bonf Menochio, & communi interpretum sensu: quem Lyranus probabilem fi sicut & Torniellus. Licet hic author malit hanc quadragesimam in Cade ne transactam: quod hisce rationibus astruit; aliqui autem alij eam secu vocent quadragesimam. quam ego tertiam puto.

Tres rationes Torniellí.

2. *Prima.* Quia hîc Moyses ait se Deum suppliciter deprecatum, ne de Hebræos, vt fuerat comminatus. Cum autẽ essent ad Cadesbarne, post ratam terram dixerat Deus: *feriam eos pestilentia atque consumam.* Numer. 14 *Secunda.* Quæ hic v. 28. repetuntur, dicta antè fuerant illo cap. 14. v. 16. *terat introducere populum in terram, pro qua iurauerat* &c. *Tertia.* Scriptura re ordinem seruare censetur, nisi constet de opposito: quæ autem hunc ordinem præcedunt, ad ea spectant, quæ in Cadesbarne Hebræi pec culum præcedunt, ad ea spectant, quæ in Cadesbarne Hebræi pec runt.

Ad 1.

3. Verum hæ rationes facilem habent solutionem. In primis enim cap. 14. Num. nulla fiat ieiunij 40. dierum mentio: hæc comminatio potius referri debet, cui annexum fuit ieiunium, de qua Exodi 32. v. 10. me, *vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Et cap. 33. v. 5. *Populus dur es, semel ascendam in medio tui, & delebo te.* Hæ enim comminationes ad pam spectant, quam Moyses 40. dies ieiunus in monte Sina deprecatus ea igitur potiori iure accipiendum est ieiunium hoc v. 25. expressum, liud ad Cadesbarne sine idonea ratione asserendum.

Ad 2.

4. Idem est de oratione huic ieiunio adiuncta: similis etenim habetur di 32. v. 12. quæ omnium iudicio alludit ad vitulum in Horeb adoratum. igitur sæpius eandem orandi formam vsurpauerit Moyses: videtur hic magis cum eo loco congruere, quo & idem delictum, & pro delicto ieiu ac orationem in Horeb peractam, iam antea literis Moyses consignarat.

Ad 3.

5. Denique contextus huius & sequentis capitis cogunt nos fateri

ordinem hic prætermissum esse. Certum est enim, idolum vitulinũ prius in cineres redactum, quam Moyses secũdam quadragesimam auspicaretur: hoc tamen v. 18. cõmemoratur, illud 21. Rursus Deus Moysi de dolandis tabulis priùs mandatum dedit, de quo initio cap. sequentis, quàm in sepulchris & Cadesbarne peccarent Hebræi, de quo hoc cap. v. 22. Idcirco verò temporis ordinem neglexit, quod suæ gentis delicta congerere vellet. Sic delictis in Sina admissis ea coniunxit, quæ in sepulchris & Cadesbarne commissa sunt, tum v. 25. redit ad secundam quadragesimam in Horeb transactam, ante Incendium, Sepulchra, & missos exploratores, de quibus egerat v. 22.

DEVTERONOMII X. v. 1.

In illo tempore dixit Dominus ad me: dola tibi duas tabulas. Hoc dictum fuisse vltimo die secundæ Moysis quadragesimæ notaui supra Exodi 22. quæstione de tribus Moysis quadragesimis, num. 10. & 11. & Exodi 34. v. 2. Fauet Abulensis in hunc locum his verbis: *Id est, finitis 40. diebus secundis, quibus iacui orans ante Dominũ: tenendo quod fuerint tres quadragenæ. Si autem velis dicere, quod solum fuerunt duæ; est sensus: in illo tempore dixit Dominus ad me, id est, dum starem orando ante Deum, in illis 40. diebus. Et tunc dicemus, quod in istis secundis 40. diebus facta fuit oratio, & remissio, & deinde in eisdem scriptæ & datæ sint secundæ tabulæ. Sed primum verius est.* Hæc ille. *Finita ista quadragesima.*

Ibidem. v. 10.

Ego autem steti in monte sicut prius quadraginta diebus ac noctibus, exaudiuitq; me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. Hæc etiam ad secundam quadragesimam Mosaicam referenda existimo, ob rationes allatas cap. præcedenti. v. 25. Tunc enim & orauit Moyses pro populo ne deleretur, & plenè se exauditum fuisse indicat Exodi 33. v. 17. vbi cum populo singularem Dei assistentiam, quasi reconciliationis signum petijsset, *dixit Dominus ad Moysen: & verbum istud, quod locutus es, faciam:* Merito autem Moyses duræ ceruicis populo hanc secundã quadragesimam toties occinit, vt suam Israëlitæ malitiam detestarentur, ac tandem aliquando deponerent, ob quam Propheta tam diu inter spem & metum orationi ieiunium adiunxerat. Aliud est de tertia quadragesima, qua seruus Dei cum Deo iam placato suauissimè egit, & ex eo consortio radijs gloriæ ornatus est: quam ob rem non erat, quod Hebræos redarguens huius tertiæ quadragesimæ faceret mentionem. *Durante 2. quadragesima.*

DEVTERON. XXXIV. v. 7.

1. Moyses centum & viginti annorum erat, quando mortuus est. Nulla est ratio dubitãdi, quin iste annus, quo Moyses obijt, fuerit ab exitu de Ægypto quadragesimus iam fermè desinens: cum Deuteronomium hoc anno, prima die mensis vndecimi, populo tradere inceperit, Deut. 1. v. 3. *Ætas & obitus Moysis.*

2. He-

Traditio Hebræorũ incerta.

2. Hebræi in Seder Olam maiore cap. 10. tradunt Moysen eo die mor
quo natus fuerat, expleto præcisè anno vitæ suæ 120. quos sequitur Tost
Deuter. 34. q. 3. & latius id explicans in cap. 31. notat Moysen fuisse 80. an
rum, quando ante plagas Ægyptias stetit coram Pharaone, vt habetur
7. v. 7. deinde 40. annos in deserto egisse: è quibus colliguntur anni vitæ
120. quam eum finijsse vult mense XI. paulo ante completum annũ in de
quadragesimum, sed hunc defectum suppleri vno mense & aliquot die
quos ab adito primum Pharaone vsque ad Exodum effluxisse confirmat
doctrina etsi probabilis videri possit: nõ omni tamen dubio caret: etenim
res, quibus alibi Iosephus assentitur excessum Moysis ad initium men
decimi referunt. Deinde vsitato loquẽdi modo verè dici potest mortu
ses, cum esset 120. annorum, licet ad accuratum calculum nonnulli dies
timanæ superfuerint, aut defuerint vt alibi sæpius notatum est.

Quæstio. 1. Opinio.

3. De die & mense Iudaico nonnulla est difficultas: sunt enim inter T
dicos qui Moysen mortuum velint fluente mense adhuc XI. quibus as
Iosephus l. c. & Tostatus. Licet idem Iosephus lib. 4. Antiq. cap. vltim
tem Moysis tribuat 1. diei mensis duodecimi. Hebræi verò in suis Cale
& Seder Olam Serui Dei obitum notat die 7. mensis duodecimi, ita vt
ronomij explicatio 36. dies tenuerit.

Non obijt initio mẽsis XI.

4. Certum est Moysen initio mensis vndecimi adhuc superstitem f
patet Deuteron. 1. v. 3. nec eius mortem ad primum mensem anni seque
ferri posse. Mortuo enim populus 30. dies prius parentauit. Deut. 34. v.
mense primo die decima Iordanem traijceret. Iosue 4. v. 19. atque ita
cimo, aut duodecimo mense Legislator Hebræus viuendi finem fecit
ante diem octauam duodecimi, si annus ille fuit communis, non embo
Nam ante Iordanis transitum, populus ad ripam triduo substitit. Iosu
nec est verisimile, post obitum Moysis, durante adhuc publico 30. die
ctu castra ex Setim ad Iordanem promota fuisse.

2. Opinio.

5. Torniellus ad annum m. 2583. num. 35. contra Iudæorum trad
censet Moysen ante diem 7. mensis duodecimi excessisse: si enim hoc di
tuus esset, luctus 30. dierum ante diem 6. Nisan expletus non fuisset; inde
danis transitum tres duntaxat dies intercessissent. Pluribus autem opus
ea quæ tunc gesta narrantur, expedienda, quandoquidem exploratores
mum Ierichonta lustrarunt, triduo ne in Apparitorum manus incide
montanis latuerunt, tum ad castra reuersi, suæ expeditionis rationem re
runt. Iosue 2. v. 22. & sequentibus. Denique *Iosue de nocte consurgens mo*
egredientesque de Setim venerunt ad Iordanem ipse & omnes filij Israel, & morat
tres dies. Iosue 3. v. 1. prout habet vulgata editio. Vnde Torniellus man

putat, ab exploratorum missione, vsque ad Iordanis transitum sex saltē aut septem dies effluxisse, ac idcirco ante 7. diem primi mēsis, & Moysi 30. diebus parentatum, & postea exploratores è castris Ierichunta ablegatos fuisse. Torniello subscribit Bonfrerius in hunc locum, laudato Iosepho, dum Moysen ponit prima die mensis duodecimi vita functum. Petauius se Tornielli suffragatorem & aduocatum fatetur, ratus Moysen sub finem mensis 11. obijsse, & minimè admittendam Hebræorum traditionē, qua Moysen 7. die Adar natum ac mortuum putant, nisi duplici Adar interueniente annus iste intercalaris fuerit.

6. Salianus è contrario ad an. m. 2583. num. 325. traditionem illam Hebræorum recipit, ea saltem ex parte, qua Moyses 7. die mensis Adar ex hac vita migrasse putatur. Ad rationem Tornielli respondet, Exploratores emissos luctu funebri necdum expleto: id enim à Iosue, *in abscondito*, factum dicitur. Iosue 2. vers. 1. Communis enim populi luctus clandestino duorum virorum abscessu non inturbatur. Vide Salianum ann. m. 2584. *2. Opinio.*

7. Vtra harum opinionum alteri præponenda sit, mihi non constat. Hoc solum annoto: ex dictis §. 4. & cōmuni authorum sententia non videri Moysen obijsse 4. Septembris, quo tamen obitus illius annua celebritate recolendus notatur in Rom. Martyrologio & Græcorum Menologio. Legitimę enim causæ non desunt, cur aliquando, sancti alicuius festum Ecclesiasticis tabulis, non eo die inscribatur, quo ille ad meliorem vitam transijt. *Conclusio.*

8. Moysen 40. primos vitæ suæ annos in aula inter Principes, totidem in Madianitide inter pastores & cœlites totidem in solitudine inter Israelitarum turmas & ærumnas transegisse, omnium est sententia. Addit Adrichomius annum quadragesimum Principatus eiusdem, morte illius præcise expletum fuisse: quod Saliano Ducatum Moysis ab Exodo auspicanti non probatur. Verum si quis annos istius Principatus ab eo tempore accerseret, quo ipse primùm ex Madianitide redux ad Pharaonem adijt, & inde ad Exodum fermè sesquimensem computaret, non multum ab Adrichomij calculo discederet. Malo tamen cum alijs annos Principatus Moysis cum annis peregrinationis in deserto, ab exitu de Terra Ægypti deducere, & fateri ad anni quadragesimi complementum, mensem & eo amplius defuisse. *Tres partes vitæ Moysis æquales.*

9. Ar quotus annus ab Orbe condito, quotus ante Christum excessui Moysis consecrandus est? Annum m. 2493. consecrant Vincent. spec. hist. lib. 2. c. 52. Cornelius, Petauius, Bucholcerus, Caluisius, Alstedius, & quotquot ferè, prætermisso Cainan iuniore Abrahamum Thare septuagenario natum autumant. Salianus & Torniell. an. 2583. desinentem. Bonfrer. 2578. Beroaldus & Broughonus 2553. Capellus 2543. *De anno quo Moyses obijt varia opin.*

10. Anno ante Chr. 1491. mortem Moysis notat Petauius, qui erat Periodi *Itē de anno ante Chr.*

Iulianæ 3223. cyclo Lunæ 12. Solis 3. litera Dom. D. Salianus ante Chr. an. 1
Caluisius & Alstedius 1455. Capellus 1457. Bucholcerus 1458. Porro Sal
vt alibi monui vulgarem Christi æram vno anno, Caluisius duobus præ

Item de die mensis Romani.

11. De die mensis Romani nihil certo statui potest. Si Moyses anno
Christum 1491. vltima die mensis vndecimi moriendi debitum solu
Petauius, non video, quid ei iure opponatur. Tunc enim mensis prim
poterat circa 28. Martij, mensis duodecimus circa 26. Februarij, vt indic
illius Epacta 3. cum æquinoctium non procul à die 3. Aprilis Iuliani
Anno verò ante Christi Epocham 1457. circa 10. Aprilis Nisan aper
Aureo numero 8 Jit Æquat. E. Epacta 19. cumque annus ille Hebræi
laris siue 13. Lunationum fuerit, nihil verat, quo minus Moyses 7. di
7. die mensis duodecimi extremum vitæ suæ diem claudere potuerit

12. Addit Salianus in Epitaphio Moysis eum obijsse à morte Aaro
ficis mense octauo, à Ioseph Patriarchæ obitu, anno 184. Iacobi
265. Abrahæ 370. à diluuio 927. Bonfrerius in fine Pentateuchi adnot
Terram, quo instante mortuus est Moyses annos computat à Natiu
1523. à diluuio 923. à confusione linguarum 791. ab inchoata Assyrio
narchia 648. A natiuitate Abrahæ 540. ab excessu Abrahæ è Chaldæa
excessu Abrahæ ex Charan 465. à natiuitate Isaac 440. à matrimo
cum Rebecca 400. à natiuitate Iacob 380. à morte Abrahami 365.
Iacob in Mesopotamiam 303. à natiuitate Ioseph 289. à descensu Iac
gyptum 250. à morte Iacob 233. à morte Ioseph 179. à natiuitate Mo
ab Exodo 40.

Opinio authoris.

13. Ex mea supputatione mortuus est hic Propheta, cùm proxim
esset annus mundi 2584. diluuij 928. nati Abrahæ 546. nati Isaac 44
sionis 471. descensus in Ægyptum 256. anno ante æram Christi 1457.
thronismum Dauidis 376. ante fundatum à Salomone templum 4
templi restaurationem Duce Zorobabele 937. ante Hebdomadas
1000. ante regnum Cyri apud Persas initum 898. ante Monarchiam
rum 1127. ante Monarchiam Romanorum 1427. denique 1488. ante
tem Iesv Christi ac Saluatoris nostri, cui honor & gloria in
ternum, Amen.

FINIS

Notarum Chronologicarum in Libros V. Moysis.

IS

INDEX
LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ EX PROFESSO ILLVSTRATVR NOTIS AVT QVÆSTIONIBUS Chronologicis in Pentateuchum.

EX GENESI.

GAp. I. vers. 1. *In principio creauit Deus cœlum & terram.* fol. 1
Cap. 5. v. 3. *Vixit autem Adam centum triginta annis & genuit &c.* 18
vers. 31. *Noe cum esset quingentorum annorum genuit Sem, Cham & Iapheth.* 29
Cap. 6. v. 3. *Eruntq; dies illius centum viginti annorum.* 31
v. 14. *Fac tibi Arcam de lignis læuigatis.* 32
v. 22. *Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat ei Deus.* ibid.
Cap. 7. v. 6. *Eratq; Noe sexcentorum annorum, quando diluuij aquæ inundauerunt super terram.* 33
vers. 10. *Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis ruptæ sunt omnes fontes abyßi magnæ.* ibid.
Cap. 8. v. 2. *Clausi sunt fontes abyßi, & cataractæ cœli.* 51
v. 4. *Requieuitq; arca mense septimo.* 52
Ibidem. *Vigesimo septimo die mensis.* ibid.
vers. 5. *Decimo autem mense, prima die mensis apparuerunt cacumina montium.* 53
v. 6. *Cumq; transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ quam fecerat, dimisit coruum.* 54
v. 10. *Expectatis autem vltra septem diebus alijs, rursum dimisit columbam.* ibid.
v. 13. *Igitur sexcentesimo primo anno, mense primo, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram, & aperiens Noe tectum arcæ aspexit, viditq; quod exsiccata esset superficies terræ.* 55
v. 14. *Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis arefacta est terra.* 56
Cap. 9. v. 21. *Bibensq; vinum inebriatus est.* 68
v. 24. *Cumq; didicisset, quod fecerat ei filius suus minor.* 69
v. 29. *Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis.* ibid.
Cap. 10. v. 21. *Fratre Iapheth maiore.* 70
Cap. 11. ver. 10. *Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio post diluuium.* 72

P. Philippi
Chronologia V. Testamenti
A IV 17

v. 12. Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale.
v. 16. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg.
v. 26. Vixitq; Thare septuaginta annis, & genuit Abram & Nachor & Aran.
v. 29. Nomen vxoris Abraham Sarai.
v. 31. Tulit itaq; Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran &c.
v. 32. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum & mortuus est, in Haran.
Cap. 12. v. 1. Dixit autem Dominus ad Abram egredere de terra tua.
v. 4. Septuaginta quinque annorum erat Abram: cum egrederetur de Haran.
v. 5. Et animas, quas fecerat in Haran.
Cap. 15. v. 13. Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum, in terra non sua, & subjcient seruituti, & affligent quadringentis annis.
v. 16. Generatione autem quarta huc reuertentur.
Cap. 16. v. 3. Sarai tulit Agar AEgyptiam ancillam suam, post annos decem, quam habitare cœperant in terra Chanaan.
Cap. 17. vers. 1. Abraham, postquam nonaginta & nouem annorum esse cœpisset ibid.
v. 24. Abraham nonaginta & nouem annorum erat, quando circumcidit carnem præputij sui, & Ismael filius tredecim annos impleuerat, tempore circumcisionis ibid.
Cap. 21. vers. 5. Cum centum esset annorum: hac quippe ætate patris natus est Isaac.
v. 8. Creuit igitur puer, & ablactatus est.
v. 10. Ejice ancillam hanc, & filium eius.
Cap. 22. v. 2. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac.
v. 4. Die autem tertio, eleuatis oculis vidit locum procul.
Cap. 23. vers. 1. Vixit autem Sara centum viginti septem annis, & mortua est.
Cap. 24. vers. 1. Erat Abraham senex.
Cap. 25. vers. 1. Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam.
v. 7. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinque anni.
vers. 17. Et facti sunt dies vitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiensq; mortuus est.
v. 26. Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei paruuli.
Cap. 29. vers. 15. Postquam completi sunt dies mensis vnius.
vers. 27. Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi propter, quo seruiturus es mihi septem annis alijs. Acquieuit placito, & hebdomade transacta Rachel duxit vxorem.
Cap. 30. vers. 25. Nato Ioseph, dixit Iacob socero suo: dimitte me.
Cap. 31. vers. 38. Idcirco viginti annis fui tecum.

Cap.33.v.17. *Et venit Iacob in Socoth: ibi ædificata domo & fixis tentoriis.* *ibid.*
Cap.34.v.1. *Egressa est Dina filia Liæ.* 120.
Cap.35.v.28. *Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.* 121
Cap.37.v.2. *Ioseph cum sedecim esset annorum.* *ibid.*
V.28. *Vendiderunt eum Ismaëlitis.* *ibid.*
Cap.38.v.1. *Eodem tempore descendit Iudas.* 122
Cap.39.v.7. *Post multos itaque dies, iniecit Domina oculos suos in Ioseph.* 124
Cap.41.v.1. *Post duos annos vidit Pharao somnium.* 125
V.29. *Ecce septem anni venient fertilitatis.* *ibid.*
Cap.46. *Hi sunt filij Liæ, quos genuit in Mesopotamia Syriæ.* 126
Cap.47.v.9. *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt.* 127
V.28. *Factique sunt omnes dies vitæ illius (Iacob) centum quadraginta septem annorum, &c.* *ibid.*
Cap.50.v.25. *Ioseph mortuus est, expletis centum decem vitæ suæ diebus.* *ibid.*

E LIBRO EXODI.

CAp.1.v.6. *Quo mortuo & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione illa.* 128
Cap.2.v.2. *Et concepit, & peperit filium,* nempe Moysen. 131
V.11. *In diebus illis postquam creuerat Moyses.* 132
V.23. *Post multum verò temporis mortuus est rex AEgypti.* *ibid.*
Cap.3.v.2. *Apparuit ei Dominus in flamma de medio rubi.* 134
Cap.7.v.7. *Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem.* 135
Cap.12.v.2. *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* *ibid.*
V.37. *Profectique sunt filij Israel de Rameſſe in Socoth.* 144
V.40. *Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum.* 136
V.41. *Eadem die egressus est omnis exercitus Domini.* 140
Cap.13.v.20. *Profectique de Socoth castra metati sunt in Ethan.* 144
Cap.16.v.1. *Profecti sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai, quinto decimo mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti.* *ibid. & seq.*
V.27. *Venitque septima dies.* 147
V.35. *Filij autem Israël comederunt manna quadraginta annis.* *ibid.*
Cap.17.v.1. *Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mansiones suas iuxta sermonem Domini castra metati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum.* 148
Cap.18.v.5. *Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, &c.* 150

P. Philippi
Chronologia V. Testamenti
A IV 17

Cap.19.v.1. Mense tertio egressionis Israel de terra Aegypti, in die hac venerunt in solitudinem montis Sinai.
V.3. Moyses autem ascendit ad Deum.
V.16. Iam aduenerat tertius dies & manè inclaruerat &c.
V.18. Eo quod descendisset Dominus super eum.
V.20. Vocauit Moysen in cacumen eius.
Cap.21.v.2. Si emeris seruum Hebræum sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur gratis.
Cap.23.v.16. Sollemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges de agro.
Cap.24.v.7. Omnia quæ locutus est Dominus faciemus.
V.13. Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius.
V.18. Ingressus Moyses in medium nebulæ ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.
Cap.25.v.1. Locutus est Dominus ad Moysen.
Cap.32.v.4. Fecit ex eis vitulum conflatilem.
V.15. Reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij.
V.30. Facto autem altero die.
V.34. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum.
Cap.33.v.4. Audiens populus sermonem hunc pessimum, luxit.
V.7. Moyses quoque tollens tabernaculum tetendit extra castra.
V.12. Dixit autem Moyses ad Dominum, &c.
Cap.34.v.1. Ac deinceps.
V.4. De nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas.
V.22. Solemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta condunturs.
V.28. Fuit ergo ibi cum Domino, quadraginta dies & quadraginta noctes.
Cap.40.v.2. Mense primo, prima die mensis eriges Tabernaculum testimonij.
V.15. Igitur mense primo, anni secundi, prima die mensis collocatum est tabernaculum.

191.

EX LEVITICO.

Cap.8.v.2. Tolle Aaron cum filijs suis.
Cap.9.v.1. Facto autem octauo die.
Cap.10.v.2. Egressus ignis à Domino deuorauit eos.
Cap.16.v.29. Mense septimo, decima die mensis affligetis animas vestras.
Cap.23.v.5. Mense primo quartadecima die mensis, ad vesperam Phase Domini est.
V.6. Septem diebus azyma comedetis.

V.15. Numerabis ergo à die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, hoc est, quinquaginta dies. 202
V.21. Et vocabitis hunc diem celeberrimum. 204
V.24. Mense septimo, prima die mensis, erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis. ibid.
V.43 Vt discant pueri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israël, cum educerem eos de terra Aegypti. 205
Cap.25.v.4. Septimo autem anno sabbatum erit terræ: ibid.
V.9. Clanges buccina mense septimo, decima die mensis. 207
V.10. Sanctificabisq; annum quinquagesimum. 208
V.20. Quod si dixeritis: quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neque collegerimus fruges nostras? Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructum trium annorum, seretisque anno octauo, & comedetis veteres fruges, vsque ad nonum annum: donec noua nascantur edetis vetera. ibid.

EX LIBRO NVMERORVM.

CAP.1.v.1. Locutusque est Dominus ad Moysen, in deserto Sinai, in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens: tollite summam vniuersæ congregationis. 231
Cap.7.v.1. Factum est autem in die qua compleuit Moyses tabernaculum &c. obtulerunt principes Israël. 232
V.84. Hæc in dedicatione altaris oblata sunt, à principibus Israël. 236
Cap.10.v.11. Anno secundo, mense secundo, vigesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis, profectique sunt filij Israël &c. ibid.
V.33. Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum. 237
Cap.11.v.20. Sed vsque ad mensem dierum. ibid.
V.33. Adhuc carnes erant in dentibus eorum. ibid.
Cap.12.v.15. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus. 238
Cap.13.v.3. Mitte viros, qui considerent terram Chanaan. 239
Cap.14.v.25. Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem maris rubri; 243
V.33. Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta. ibid.
Cap.16.v.1. Ecce autem Core filius Isaar. 246
Cap.20.v.1. Veneruntque filij Israel, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo, & mansit populus in Cades: Mortuaque est ibi Maria. ibid.
V.24. Pergat Aaron ad populos suos. 248
Cap.21. Serpentem æneum &c. ibid.

Cap.

P. Philippi
hronologia
Testamenti
A IV
17

Cap.33.v.38. *Ascendit Aaron sacerdos in montem Hor; iubente Domino, & ibi mo-*
est, anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Aegypto, mense, quinto, p
die mensis cum esset annorum centum viginti trium.

EX DEVTERONOMIO.

CAp.1.v.2. *Vndecim diebus de Horeb, per viam montis Seir vsque ad Cadesbar*
V.46. *Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.*
Cap.2.v.14. *Tempus autem, quo ambulauimus de Cadesbarne, vsque ad transi-*
rentis Zared, triginta & octo annorum fuit.
Cap.9.v.9. *Perseueraui in monte, quadraginta diebus & noctibus.*
V.18. *Et procidi ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus.*
V.25. *Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus.*
Cap.10.v.1. *In illo tempore dixit Dominus ad me: dola tibi duas tabulas.*
V.10. *Ego autem steti in monte sicut prius quadraginta diebus ac noctibus, exau-*
me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit.
Cap.34.v.7. *Moyses centum & viginti annorum erat, quando mortuus est.*

FINIS.

NOTÆ ET QVÆSTIONES

CHRONOLOGICAE

IN LIBROS

IOSVE,
IVDICVM,
RVTH,
REGVM,
PARALIPOMENON,
ESDRÆ,
NEHEMIÆ.

Auctore

R. P. HENRICO PHILIPPI, GALLO-BELGA, S. HVBERTENSI, E SOCIETATE IESV, SS. THEOLOGIÆ DOCTORE, OLIM in Archigymnasio Viennensi sacrarum literarum Interprete.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud IOANNEM KINCHIVM, sub Monocerote,

Anno M. DC. XXXVII.

P. Philippi
Chronologia V. Testamenti
A IV 17 a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FERDINANDO III. HVNGARIAE ET BOHEMIÆ REGI APOSTOLICO, POTENTISSIMO felicitatem.

TEmpus, Rex Apostolice, *Philosophis caligo; Chronologis Labyrinthus est. Nihil vulgò notius; nihil ignotius Sapientibus. Diebus formatur tempus & noctibus. Clarum-obscurum dici posse videretur, vulgari nunc Pictorum idiomate, nisi naturam temporis indagantibus dies obscuri essent, perinde ac noctes. Noctibus finiuntur dies: adeoq; quod Temporis clarissimum est, tenebris definitur. Ludit nobiscum natura. Sol est parens Temporis. Mirum est, mundi oculum, dies parturientem & annos, non tàm lucem, quàm tenebras edere. Hæc Philosophorum sit querela. Chronologi, qui lapsi temporis rationes inuestigant, coguntur easdem sæpe vias relegere, & unde cœperint, redordiri. Nimirum & ille dierum*

P. Philippi
Chronologia
Testamenti
A. IV
17

Architectus, qui per ſpiras, perpetuasq; conuolu-
nes annos deſcribit, labyrinthum facit, in quo C-
nologorum verſetur induſtria, aduſque deſper-
nem exitus. Dubitant Grammatici, annusne d-
tur ab annulo; an ab anno annulus? Vt vt ſit, ip-
pſum reuoluitur annus, inſtar annuli; ijdem re-
ſoles; nec eſt principium finemue diſcernere
quem Principes olim, arbitri Temporis deſigna-
Hinc annorum, ærarumq; varietas, hinc ſuppu-
tionum incredibilis diuerſitas, hinc errores ſini-
proindeq; labyrinthus. Sunt qui per ſcalas Aſtr-
micas, aut per annorum gradus in tabella deſcr-
egredi conantur: Optimus ille Chronologorum
minimum errat: nam qui penitus euaſerit, in-
neminem. Nec ego is ſum, Potentiſſime Rex, qu-
tem me gemmam fixiſſe in annulo Temporis,
finis ſit, & principium; aut Ariadnæ filum pr-
diſſe retexendis erroribus aliorum, ſed qui cup-
exitum tentare cum alijs. Vtinam feliciter N-
liam gemmam annis iſtis affigo, quam Regi
Nominis ſigillum: non alio poſt Deum, filo di-
quam radio Sapientiſſimæ Tuæ Ma.tis Regio
Nomini inſcribo hoc Opuſculum pluribus de c-

P

Prima communis; ob quam omnes literati ad Tuam Maiestatem aspiciunt. Vnus es Regum, penes quem totius rei literariæ arbitrium est. Illius Sapientiæ, quæ Ma.ti Tuæ iuncta est, Musæ, Philosophia, Iurisprudentia, scientiæ omnes altrices fuerunt. Eos ipsos, in quibus versor, Iudicum ac Regum Libros studio complexus, ostendisti memoriam, qua facilimè temporum omnium rationes assequeris, esse regiam. Secunda causa propria est, quod omnia mea mecum studia Ma.ti Tuæ pridem sint addicta. Tertia ad hunc libellum spectat, in quo proponuntur Heroës ac Reges, Iosue, Barac, Gedeon, Samson, Dauid, Salomon, Nabuchodonosor, Cyrus, alijque in Temporis circo decurrentes. Alexander Magnus hortanti Patri, vt in Olympijs stadium decurreret: Facerem, inquit, si reges certantes haberem. En, Potentissime Rex, concurrentes reges. Dicatur hæc Olympica palæstra, non solùm quia Olympiadum initur ratio: sed quia Sanctorum est. Hæc mihi postrema causa. Agnoscet Maiestas Tua in his Tabulis, annos Regum preciosos esse in conspectu Dei, ad eorum normam Orbem componi, egregia regum facta, vitam esse Mundi, & memoriam Temporis. Agnoscet

P. Philippi
Chronologia
Testamenti
A IV
17

præteritos ſacrorum Heroum annos æternos eſſ
Faſtis Dei. Nullus, ô Rex, melior Deo Chron
gus. Omnium ille temporum rationes habet enu
ratas, omnia momenta ponderata. Ma^tis *Tuæ Sy*
bolum eſt, LIBRA PIETATIS ET IVSTITIÆ. *De*
Opt. Max. votis omnibus precor, vt omnia
Tuæ momenta prodeant his lancibus ponderat
à Deo Rege ſæculorum, feliciſſimæ æternitatis
cranda. Viennæ Auſtriæ VI. *Calend.* M. DC. XXXIII.

Ser.^mæ R. M. TVÆ

humilimus cliens & ſeruus in Chr

Henricus Phili

✠

CVM HORA AB ANGELO PRÆDICTA, ADVENISSENT LEGATI VNGARI, IPSE *(Summus Pontifex)* EISDEM CORONAM CVM NOMINE REGIO TRADIDIT: INSVPER CONCESSIT, VT CRVX ANTE REGEM, CEV APOSTOLATVS INSIGNE DEFERRETVR. *Ita Henricus Spondanus ad Ann. Dom.* 1000. *num.* 2. *ex Caruitio Epiſc. in vita S. Stephani Regis Vngaria.* Quæ latiùs enarrat Eminentiſſimus Cardinalis Baronius, ſub finem tom. 10. Annal. Eccleſ.

APPRO-

P. Philippi

Chronologia V. Teſtamenti

A. IV 17

APPROBATIO

R. P. PROVINCIALIS.

EGo Georgius Forro, Prouincialis Soc. Iesv, per Prouinciam Austriæ, pote ad id mihi factâ, ab Admodum R. P. Mutio Vitelleſco, Societatis noſtræ Generali posito, facultatem concedo, vt *Notæ & Quæ nes Chronologicæ in Libros Joſue, Judicum, R Regum, Paralipomenon, Eſdræ, Nehemiæ,* à R Henrico Philippi, Societ. noſtræ Theologo co poſitæ, atque eiuſdem Societatis doctorum v rum iudicio examinatæ, & approbatæ, typis m dentur. In quorum fidem has literas manu no ſubſcriptas, & noſtri officii Sigillo munitas d mus. Viennæ 2. Iulij 1633.

GEORGIVS FORRO.

NOTÆ ET QVAESTIONES CHRONOLOGICÆ IN LIBRVM IOSVE.

1. HOsiste, cuius nomine hic liber insignitur primitus vocabatur *Osee* Num. 13. v. 9. vel *Auses*, vt habet Lactantius libro 4. cap. 17. & Tertullianus contra Iudæos: postea verò nomen accepit *Iosue*. Num. 13. v. 17. siue vt plerique patrum scribunt *Iesu*, S. Hieronymus in Prologo Galeato, & epist. ad Paulinum, S. Augustinus hic. Q. Iulius Hilarion de mundi duratione, Sulpitius lib. 1. sacræ historiæ & alij passim, cum Ecclesiastico cap. 46. De tempore verò, quo Iosue nomen ei impositum est, tres opiniones refert Nicolaus Serarius lib. 1. in Iosue. cap. 2. q. 6. *Quæstio quandonã nomen inditum Iosue.*

2. *Prima opinio* nouam huius nominis impositionem refert ad annum 2. Exodi, cum è Cades deserti Pharan, siue Cadesbarne exploratio terræ promissionis adornaretur. In huius enim expeditionis narratione, sic habet sermo diuinus: *Vocauitque Moyses Osee filium Nun, Iosue.* Numer. 13. vers. 17. Est S. Augustini lib. 16. contra Faustum cap. 19. Anastasij, Niceni quæst. 55. Iustini contra Triphonem. Tostati, Oleastri. Cui opinioni non obstat, quod prius hoc nomen sacræ literæ vsurpent, vt Exodi 17. 24. 32. 33. id enim per anticipationem fieri potuit. Cum enim Moyses non nisi post terram anno secundo Exodi lustratam, librum Exodi literarum monumentis consignarit; potuit isto libro ea nomina vsurpare, quæ post annum secundum Exodi inchoatum rebus imposita fuerunt. *1. Opinio A. 2. Exodi.*

3. *Secunda opinio*, hanc nominis mutationem ita refert, ac si anno 2. Exodi, post exploratorum ad castra reditum contigisset, quando Iosue populum tumultuantem ac mœrentem compescere & consolari studebat, vt prodit Origenes hom. 1. in Iosue. *1. Opinio A. 2. Exodi Sed post terram exploratam,*

P. Philippi
Chronologia Testamenti
A. IV 17

3. Opinio A. 1 Exodi

4. *Tertia opinio* Heroi nostro *Iosue* nomen impositum existimat primo Exodi in Raphidim, antequam Israelitæ ad montem Sinai castra mouerent, instante prælio cum Amalecitis feliciter inito. *Exodi* 17. v. 9. Iu genes hom. 11. in Exodum, Theodoretus. q. 34. in Exodum, & insinuat S. gustinus *serm. 95. de tempore.* Quod Serario rationi magis consentaneum tur, additque illud Num. 13. v. 17. *vocauitque Moyses Osee filium Nun Iosue*, po Hebræo & Græco verti, *vocauerat.*

Conclusio.

4. Ego in primam opinionem sum propensior, cum nulla causa currat, ob quam Moyses illo cap. 13. Num. temporis ordinem neglexisse tur, dum hanc nominis Osee mutationem simplici de exploratoribus annectit.

CAPVT I. IOSVE v. 1.

Quandonam hæc facta. 1. Opinio.

1. ET *factum est post mortem Moysi serui Dei, vt loqueretur Dominus ad Iosue.* Durantibus adhuc funeris Mosaici diebus hoc colloquium co probabiliter asserunt Masius hîc, Salianus ad an. m. 2584. & alij ven apud Abulensem in hunc locum, q. 4 Ratio esse potest, quod inter Moy rentalia & transitum Iordanis tempus non fuisset rebus gerendis suffic diuina hæc ad Iosue exhortatio & exploratorum missio, non nisi expl luctus Mosaici diebus contigisset.

2. Opinio probabilior

2. Alij tamen censent hunc sermonem à Deo cum Iosue habitum, q iam Hebræi Moysen eluxerant. Ita Abulensis illa quæst. 4. Caietanus, S Hugo Cardinalis, Menochius, Bonfrerius hic & plerique Thalmudici opinio mihi probabilior videtur; nam Deuteron. *vltimo* cap. dicuntur *dies planctus lugentium Moysen*, deinde mox initio libri Iosue, hic Dei sermo narratur, nec est, cur hic ὕστερον πρότερον excogitemus. Hæc co Serarius authoritate Rabinorum qui id cum Christianis asseuerant, lib. 5. Antiq. initio, & Lyrano in hunc locum. Verum Iosephus huius lo loco non meminit; sed solum ait, luctu absoluto indictam esse præp nem, de qua Iosue 1. vers. 10. Lyranus autem disertè asserit priorem op sibi probabiliorem videri, hisce verbis: *Notatur tempus, quo mandata ista Iosue, scilicet post mortem Moysis & ante terminum luctus mortis eius, qui durauit bus, vt dicitur Deuteron. vltimo: quia ista mandata facta sunt Iosue à Domino nem exploratorum ab eo, ipsi autem missi fuerunt ante terminum luctus Moysis Hebræos. Aliqui tamen expositores dicunt, vtrumque, scilicet verbum Domini missionem exploratorum ab eo fuisse post terminum luctus Moysis: sed primum babilius.* Hæc ille Iosue 1. lit. a.

1. Ad rationem prioris opinionis responderi potest, tempus quod ab exacto Moysis funere vsque ad Iordanis transitum effluxit, non fuisse tam breue, quin & exhortatio Dei ad Iosue, & exploratorum expeditio, & præparatio ad transitum interea fieri potuerit, vt paulo post indicabitur. *Ad 1 Opinion.*

Versu 11.

Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem. Quicquid nonnulli arbitrentur, probabilius existimo post Mosaici funeris dies, indictam hanc præparationem fuisse, vt docet Abulensis hic, quæst. 9. Hugo Card. Caietanus, Montanus, Masius, Serarius, Torniellus, Petauius, Menochius, Bonfrerius, & vetustiores, vt Iosephus l. c. Seder Olam, Rabb. Isaias & Ralbag. Quia ratio est, cur scriptura in narratione luctus Mosaici, & huius præparationis ordinem temporis permutet. Deinde si hæc indictio facta est, tertio die ante Iordanis transitum; Hebræi autem Moysen lugere cœperunt, vel ante diem septimum, vel ipso die septimo Adar, & die decima Nisan Iordanem transierunt; commodè vel luctu pridie absoluto, vel saltem die luctus extremo potuit eis viatici præparatio imperari. Adhæc non decebat, vt exequiæ tam celebres hac indictione turbarentur, vt monent Serarius & alij. Denique si hic annus fuit embolimæus, omnis planè difficultas exhauritur: sed grauior instat quæstio, an prius exploratores ablegati fuerint, quàm Hebræi viaticum apparare iuberentur; qua de re capite sequenti. *Hoc post funus Moysis iussum est.*

CAP. II. IOSVE v. 1.

Misit igitur Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito. Hinc oritur *quæstio generalis*, quandonam hi exploratores missi fuerint, quæ dubiolis aliquot expedienda est. *Q. 1.*

1. Dubium primum est, *vtrum hæc missio instituta fuerit funebri luctu Moysis absoluto?* Necdum finito instituram autumat, Rabbi, Salomon, Masius, Saliamus & alij nonnulli; at magis assentior ijs, qui luctu finito hanc explorationem adornant, cum Iosepho l. c. Tostato, q. 9. Caietano, Serario, Torniello, Petauio, Bonfrerio. Iosue enim finitis iam parentaliorum diebus, diuino monitu excitatus dicitur, ad fortiter agendum, tum istam exploratorum expediuisse missionem. Confirmat Serarius; quia si ante Mosaici luctus exitum hos exploratores misisset Iosue, videri quodammodo potuisset, parum honoris Moysi mortuo habuisse, dum se & alios quamuis paucos tractandis hisce negotijs distraheret. *Absoluto funere Moysis.*

2. Secundum dubium: *an exploratorum missio præcesserit edictum de viatico* *Q. 2.*

P. Philippi
Chronologia
Testamenti
A IV
17

Concl. 1. *præparando?* Resp. 1. Ne vno quidem die tardius exploratores missi sunt, q[illegible] præparatio ediceretur: ab hac enim promulgata vsque ad Iordanis tran[illegible] non nisi triduum intercessit. Fac igitur indictam præparationem die 7. [illegible] san; die sequenti ablegatos speculatores: tum sic arguam. Hi in monta[illegible] duo latuerunt. Iosue 2. v. 22. redieruntque ad Iosue antequam populus [illegible] nem traiecisset, ibid. v. 23. imò antequam de Setim ad ripas Iordanis [illegible] vbi vt minimum nocte vna substitit, vt colligitur ex initio cap. 3. & v. 5. [illegible] in loco, ita Iosue populum alloquitur: *Sanctificamini, cras enim faciet Dom[illegible] vos mirabilia*, nempe in transitu Iordanis. Hæc autem dicta esse nona [illegible] mensis liquido constat: quia *die decima populus ascendit de Iordane.* [illegible] vers. 19.

Obiectio Resp. 3. Dices, quid si die sexta Nisan indicta fuisset præparatio, & [illegible] in viam dedissent exploratores? Resp. hoc non contigisse: siquidem [illegible] nocte siue diluculo die nona, è Setim discessit, vt habetur cap. 3. ver[illegible] gò post triduanas in montibus latebras pridie vel citius iam redierant [illegible] ratores, vt indicatur sub finem cap. 2. vt paulo post numer. seq. & num. [illegible] rabitur.

Concl. 2. 4. Resp. 2. Difficile est creditu eodem die quo præparatio fuit imp[illegible] exploratores iter Hierichuntem versus arripuisse: hi enim vnum saltem [illegible] absumpserunt antequam nocte apud Rahab absconderentur Iosue 2. [illegible] 5. 8. inde digressi *peruenerunt ad montana & manserunt ibi tres dies.* vers. 22. [illegible] *transmisso Iordane venerunt ad Iosue.* ibid. vers. 23. quæ omnia tridui [illegible] meo iudicio comprehendi nequeunt, nimirum itus, reditus & latebræ [illegible] ratorum.

Concl. 3. 5. Resp. 3. Par illud exploratorum prius ablegatum fuisse, q[illegible] sue populo denunciasset profectionem, vt bene S. Augustinus, Tost[illegible] rarius, cap. 2. quæst. 5. Hugo Card. ibid. vers. 1. Bonfrerius, Mariana, Sa[illegible] nus numer. 5 & subindicat Iosephus, illo lib. 5. sub finem cap. 2. adiun[illegible] tio cap. 3. vbi cum dixisset Iosue, Eleazarum, & seniores ea con[illegible] quæ ab exploratoribus Rahab meretrici iurata fuerant; subiungit [illegible] diebus transactis, per fluuium traiectam esse multitudinem. [illegible] huius computationis est, quod hoc modo, non aliter, satis tempori[illegible] datur exploratorum in Iericho profectioni, latebræ triduanæ in [illegible] nis, & reditui in Setim, antequam inde summo mane castra mo[illegible] tur.

§. 3. Ratio dubitandi. 6. Dubium tertium: *quomodo post luctum Moysis exploratores [illegible] tuerint?* Ratio dubitandi est, Moyses supremum huius vitæ die[illegible] sit die septima Adar, vt Hebræi tradunt: hinc autem vsque ad die[illegible]

Nisan, quo siccatus patuit Iordanis alueus, incluſiuè, non niſi 33. dies reperiuntur, è quibus si 30. ſuſtuleris funeri Moſaico impenſos, tres duntaxat remanebunt. Ergo ante finita Moyſis parentalia & indictam profectionem, exploratores diſceſſerunt. Reſpondent aliqui 1. falſam eſſe illam Hebræorum traditionem; Moyſen autem, vel menſe vndecimo, vel prima die duodecimi obijſſe, & ſic abſoluto planctu, ſatis temporis ſuperfuiſſe, quo & Iericho explorari, & triduo ante ſiccatum Iordanem profectio indici potuerit. Vide notas Deuter. vlt. num. 5. & 6. *Opinio 1.*

7. Reſpondet Serarius 2. admiſſa illa traditione pluribus modis negari poſſe conſequentiam ex ratione dubitandi illatam. *Primò* ſi dicamus menſem vndecimum fuiſſe 29. dierum, duodecimum verò tricenarum: ac proinde à morte Moyſis vſque ad Iordanis tranſitum terminis incluſis dies 34. effluxiſſe. Sic vno die ante indictum iter exploratores Hierichunta venire, inde exire, & triduanam in montanis latebram auſpicari potuiſſent, iſque dies eſſet primus latebrarum, hæſiſſent ibi poſtridie, qui erat primus indictionis, & tertio die, qui ſecundus indictionis erat, ibidem adhuc aliquantulum ſubſtitiſſent, ac paulo poſt reuertiſſent, cùm adhuc Ioſue in Setim moraretur. *Opin. 2.*

8. *Secundus modus* negandæ conſequentiæ eſt, ſi dicamus eo tempore omnes menſes æquales fuiſſe, ſingulos 30. dierũ, & méſi Adar dies quinque adiunctos. Sic enim dies ſufficientes reperientur ad exploratores poſt luctus expletionem, ante itineris indictionem ablegandos. Verùm mihi nunquam perſuadere potui hanc annorum formam Moyſis & Ioſue temporibus vſitatam fuiſſe, vt alibi fuſius declaraui. Hoc enim modo primordia menſium cum Nouilunijs, non niſi rarò admodum conueniſſent, contra ea quæ ipſemet Serarius habet Ioſuæ 5. q. 27. *Non oēs mẽſes tunc erant 30. dierum.*

9. *Tertio modo* Serarius commodè dici poſſe arbitratur, eodem ſimul die miſſos exploratores & ad præparationem monitos Iſraëlitas. Tum quia hæc videtur eſſe ſententia Ioſephi, lib. 5. Antiq. cap. 1. Tum quia ipſa indictionis dies ſic accipi poteſt, vt non ſit ipſius indicti tridui pars, & ſic idem erit cum eo, quod iam num. 7. dictum eſt. Sin autem ipſa dies indictionis erat pars ipſius tridui, primo die exploratores profecti fuiſſent Hierichuntem, inde digreſſi latere cœpiſſent, toto ſequenti die & initio tertij latuiſſent, tum denique ad caſtra rediiſſent. Verum bene aduertit hic auctor, in hoc vltimo caſu, quo dies ipſa promulgationis tridui promulgati pars conſtituitur, exploratores non potuiſſe ante diſceſſum è Setim ad Ioſue redire. Sic autem non bene cohæret finis capitis ſecundi Ioſue, cum initio tertij, vt ibidem declarabo v. 5. q. 2. Neque verò Ioſephus miſſionem exploratorum & promulgationem de viatico parando vnam in diem conijcit: ſiquidem licet prius digreſſum è Setim narret, *Opin. 3.*

P. Philippi
Chronologia
Testamenti
A. IV
17

quam exploratorum reditum; attamen sub finem capitis 1. & principium 2. dicat ex sua sententia biduo ante Iordanis traiectum, exploratores ad redijsse.

Declaratur. 10. Probabile mihi videtur Moysis ætate mensem duodecimum fuisse dinariè 30. dierum, vt alibi annotaui: quo concesso, sex dies istius mensis Moysis obitum effluxerint, iuxta Hebræorum traditionem, & reliqui post obitum remanserint, quibus addantur sex primi dies Nisan; complerint luctus Mosaici cæremoniæ die 6. mensis primi, tum circa meridiem die exploratores discesserint, pridie indictionis de comparando viatico cum habebit Serarij discursus iam num. 7. propositus, si annus obitus non habuit mensem Veadar intercalarem.

11. Si autem Moyses decessit anno ante vulgarem Christi æram probabiliter opinor, aut alio simili embolimæo, qui apud Hebræos decimam lunationem & mensem Veadar, hoc est, alterum Adar, sibi vero sine vlla difficultate admitti poterit traditio illa antiqua, de Moyse die Adar defuncto, cui cùm 30. dies parentatum fuisset, potuit Iosue oraculo ad rem strenuè gerendam excitari: deinde per otium ita exploratores emittere, vt ipsi ante discessum populi è Setim opportunè etiam ante præparationis indictionem. Hac enim ratione à Mosaico re absoluto, vsque ad Iordanis traiectionem 30. dies & eo amplius sissent.

Coroll. 1. 12. Ex dictis duo potissimum colligo. 1. communem magis, & probabiliorem esse eorum sententiam, qui exploratorum missionem, indictæ præparationi anteponunt, & temporis ordinem non seruari autumant 1. & 2. capite, ita vt prima dictio cap. 2. *misit*, qua vulgatus interpres possit accipi pro plusquam perfecto *miserat*. Quod disertè monet Mo-

Coroll. 2. Sa, Serarius, Menochius, Bonfrerius &c. 2. Probabile videri, vel anno Embolimæo, vel ante diem 7. Adar è viuis excessisse, vel que Hierichuntinam explorationem ante luctus Mosaici finem expe fuisse.

CAP. II. IOSVE v. 3.

Reditus Exploratorum ex Iericho. 1. *Transmisso Iordane venerunt ad Iosue.* Hinc manifestè patet, dijsse exploratores, quam copiæ Israëlitarum Iordanem traijcerent duo ante Iordanis transitum eos reuertisse tradit Iosephus libr. 5. Antiq. nempe octaua Nisan, cui subscribunt Rabbini Dauid Kinhi & Leui Ben san apud Masium *Iosue 3. initio.* Torniellus exploratorum reditum die Nisan, Serarius & Salianus die 6. Sanctus Augustinus hic q. 2. diem non designat, disertè tamen asserit eos redijsse, & quæ circa se gesta fuerunt

tulisse, antequam Iosue ad Iordanis ripam promoueret. Rursus Iosephus ita narrationis suæ filum ducit, vt non prius exploratores ad castra redierint, quàm iam ex Setim discessissent. Ego verò ijs assentior qui existimant istos Hierichunte reduces populum adhuc in Setim hærentem reperisse. Ita S. Augustinus, Caietanus, Torniellus, Masius, Serarius, Salianus, Petauius, Mariana.

2. Si temporis ordo seruaretur; totum hoc caput, in quo de exploratoribus agitur, nono vers. capitis primi subiungendum foret, & 10. versiculo anteponendum; vltimo autem cap. primi versui, mox caput tertium attexendum. Auctor huius libri ideo temporis ordinem non retinuit, quod vno narrationis filo ea deducere voluerit, quæ Iosue post diuinum monitum publicè gessit: exploratores autem clam emiserat. Ita monet Menochius & Bonfrerius hîc, Salianus l. c. num. 5. Torniellus num. 8. &c. *Ordo temporis in hoc capite.*

CAPVT III. IOSVE v. 1.

3. *IGitur Iosue de nocte consurgens mouit castra, egredientesq; de Setim venerunt ad Iordanem ipse & omnes filij Israël, & morati sunt ibi tres dies*, &c. Dicuntur Hebræi ad Iordanis ripam *tres dies morati*, non quod triduum ipsum eo loco transegerint, sed quod tres dies à Iosue prædictos ibi compleuerint, vt in simili latius ex S. Augustino explicui ad calcem cap. xi. Geneseos de annis Tharæ & Iudithæ. Hi enim tres dies computantur ab indicta itineris præparatione Iosue 1. vers. 11. quando ex Iosue mandato promulgatum est: *post diem tertium transibitis Iordanem istum*: illo enim ipso die, quo hoc prædictum est, & sequenti castra in Setim permanserunt, tertio ad Iordanis ripam promouerunt, ibique pernoctarunt, crastina luce transituri. Sic fons Hebræus & Græca translatio cœno falsitatis carebunt, in quibus ita legimus: *Et surrexit Iosue diluculo, profectiq; sunt è Setim, & peruenerunt ad Iordanem, ipse & omnes filij Israel, & pernoctarunt ibi, antequam transirent.* Ita hunc locum de triduo interpretantur, Caietanus, Masius, Serarius, Mariana, Salianus, Menochius, Bonfrerius autem vult quidem à denunciatione parandi viatici ad Iordanis transitum tres dies numerari, sed exclusis terminis, ita vt denunciatio fuerit die 6. Nisan, discessus è Setim die 7. transitus 10. Verum quod iam dicebam viderur probabilius, vt Hebræis ad præparationem integra saltem dies concessi sit. *An Hebræi 3. dies morati ad Iordanem.*

2. Iosephus duos quidem dies populum ad Iordanis ripam hæsisse narrat: qua ratione dicendum esset, (quod non credo) Israëlitas eodem die, & monitos & præparatos ad iter, sequenti iter Iordanem versus diluculo arripuisse: *Opinio Iosephi resellitur.*

At

At verò S. Augustinus, Abulensis, Hugo Cardin. Torniellus, Peranius, et duum moram prope Iordanem extendunt, & putant aliqui Iosue humanae rore lapsum, quando fixis in Setim tabernaculis prædixerat futuram pro duum Iordanis traiectionem. Verùm neque hunc lapsum Iosue nostro, falsitatem aut obscuritatem Græcæ ac Hebraicæ editioni impingere opo maximè cùm textus Latinus eo sensu accipi possit, quem iam auctorem citati tradunt, & quo similes loquendi formulas interpretatur S. Augustin lo capite xi. Geneseos extremo laudatus.

Explicatur textus Latinus. 3. Possunt etiam ista verba Latinæ versionis, *morati sunt ibi tres* telligi, vt particula *ibi*, non solum ad Iordanem, sed etiam ad Setim quia cum proximè in eodem versiculo fiat vtriusque loci mentio, sensu test, illos *in Setim & Iordanis ripa moratos esse tribus diebus*, quos annu transitum Iosue designauerat, cap. 1. v. 11. Non est igitur, quod Nouat gatam editionem, hoc loco, carpant, tanquam ab Hebræo & Græcor crepantem: etsi enim in verbis nonnulla videatur esse differentia, in re men sensum omnes editiones facilè reducuntur.

CAP. III. Iosue v. 2.

Die 3. id factum. *Quibus euolutis, transierunt præcones castrorum medium* &c. hoc est, trium dierum, qui ab indicta in Setim profectione iam penè effluxerant pe die nona mensis primi, à meridie pridie traiectionis præcones pop modo in traiectu procedendi monuerunt, vt præter alios bene inte tur Sa, Mariana, Salianus, Bonfrerius: ac proinde hîc eo sensu tres d luti dicuntur, quo dies octo consummati, quando Christus est circu Lucæ 2. v. 21.

QVÆSTIO I.

Vtrum hoc capite temporis ordo seruetur.

Sententia S. Augusti. 1. S. Augustinus q. 3. ex eo, quod Sacerdotibus & Leuitis modus pro tradatur, deducit columnam nubis, quæ solebat castris mouendis dare, & iter ostendere, non amplius comparuisse, ac idcirco factum c duum illud de quo cap. 1. ver. 11. ex humana dispositione à Iosue præ Qua ex doctrina, suspicari quispiam posset, præconium istud Iosue relatum, in Setim contigisse. Mortuo enim Moyse, desijt columna n indicare, & sic opus erat nouam castrorum mouendorum ratione Hoc modo versiculi 2. 3. 4. quasi parenthesi includerentur, & præ quod istis versiculis continetur, habitum fuisset in Setim, tum secun quæ hic v. 1. 5. & sequentibus describuntur, eo ordine, quo narrantur.

Opinio Caietani. 2. Caietanus ea quæ ver. 2. 3. 4. habentur ad diem 10. Nisan

pinatur, indictioni vero sanctificationis, ad diem præcedentem, qua ad ripam Iordanis ventum erat, cætera eo ordine narrari, quo gesta sunt, ita, vt solus 5. versiculus non suo loco positus sit.

1. Masius hunc locum valde turbatum esse iudicat. *Nam est vero similimum,* inquit, *quæ à versu septimo ad decimum quartum vsque narrantur, ea omnia esse acta prius, quàm ista edicta, quæ tertius versiculus & quartus continent, promulgarentur. Dico credibile esse Iosuam primum à Deo certiorem esse factum de transmittendi fluminis ratione, ad quod versu 7. & 8. explicatur. Deinde verò ipsum, quam à Deo acceperat traiectus rationem eam populo patefecisse, vt memorare videntur versiculi nonus, 10. 11. 12. 13. ac tum demum esse populo edictum, vt simul atque viderent præferri sibi Arcam, sequerentur,* vt habet 3. & 4. *versiculus. Mox tubos tisse sacerdotes, sublata Arca præire populo, quod 6. versiculus narrat, atque deinceps eam succedere narrationem, quæ versu 14. inchoatur.* Hæcille, quæ non probo: bene tamen subiungit, quintum versiculum, non ad decimam diem mensis Nisan, quo in Chananæam traiectum est, sed ad nonum pertinere. *Opinio Masij.*

4. Lyranus hic, Tostatus, Serarius, Torniellus, Salianus, Bonfrerius, etsi in quibusdam temporum minutijs inter se dissideant; in genere tamen vnanimes docent hoc capite, eo ordine res proponi, quo gestæ sunt, excepta parte posteriore versiculi sexti, vt nempe prius migratum fuerit è Setim quam per præcones ordo & modus progrediendi ediceretur vers. 2. Tum pridie traiectus facta fuerint, quæ v. 5. & priori parte v. 6. referuntur. Quod verò ibidem de Sacerdotibus additur; *qui iussa complentes tulerunt, & ambulauerunt ante eos,* certum est per prolepsin inseri, vt significetur hunc incedendi ordinem, fuisse suo tempore postea diligenter obseruatum. Inde quæ vers. 7. & seqq. memorantur, ad diem traiectus referenda sunt, vt indicat particula *hodie.* Quam doctrinam omnino tenendam arbitror: siquidem nisi aliud probetur, ordo temporis in sacrarum historiarum contextu seruari censetur. *Opinio cæteris probabilior.*

5. Ad ea, quæ occasione S. Augustini numer. 1. allata sunt bene respondet Serarius Iosue 3. q. 3. *primò* ex nullo textu probari posse Nubem mox ab obitu Moysis destitisse. *Secundò,* vero tamen similius videri, non amplius comparuisse. *Tertiò,* in itinere ex Setim ad Iordanis ripam, præter Israëlitarum aliquos, nullum ducem fuisse. Cum enim longas moras in Setim traxissent, non est dubium, quin plerique ad amnem, non nisi 60. circiter stadijs dissitum excurrerint, & sic viam illam apprimè exploratam habuerint. Huc spectant, quæ idem auctor, ibidem q. 2. refert, ex Lyrano Iosue 1. lit u. nimirum, falsam de Iordane post triduum trajiciendo prædictionem, non esse tribuendam: hoc enim nimium à Dei bonitate & proposito alienum fuisset, vt quem vellet apud Hebræos tanquam alterum Moysen gloria & auctoritate præstantem, eum statim *Ad sententiã S. Aug.*

in principio sui principatus, tam turpiter errare pateretur, in re præsertim n
ta, tam solemniter totis Israelitarum castris promulgata. Negandum igitur
versiculos 2.3.4. capitis tertij, vllo modo de Setim intelligendos esse: ad
nis vicinam, quò ex Setim migrarant Israëlitæ, referendi sunt.

Adopin. Caut. 6. Negari pariter debet Caietano præconium de modo & ordine
Iordanis alueum incedendi, die 10. mensis Nisan factum esse. Ratio
ciendorum castrorum populo pridie promulgata fuerat, quam Deus
ceret: *hodie incipiam te exaltare.* Sic versiculus quintus cap. 3. suo loco
non est.

Ad Masiū. 7. Quæ ab Andrea Masio ingeniosè excogitata sunt, ratio
neam non proferunt, quæ neglecto temporis ordine, & abrupto
nis historicæ filo, nos ad tot anticipationum & recapitulationum anfr
geat.

CAPVT III. IOSVE v. 5.

*Dixitque Iosue ad populum: sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vo
lia.* Ex hac voce *cras*, intelligimus hæc dicta fuisse die nono mensis Nisan
quam traijceretur Iordanis, sub finem trium dierum post quos Iosue cap.
fluuium traijciendum prædixerat.

QVÆSTIO II.

Quot dies à missis exploratoribus vsque ad Iord transitum effluxerint.

1. Opinio. 1. S. Augustinus in hunc librum, q. 2. tradit Iosue prius imperasse comm
quam exploratores expediret, hos à Rahab dimissos triduo in mon
latuisse, & sic videri quatriduum suæ expeditioni impendisse. *Inde, inqu
steaquam nunciauerunt, quæ circa illos gesta fuerant, promouit Iesus cum populo, d
erat, diluculo.* Addit, ibi populum rursus admonitum, vt post triduum se
raret transire Iordanem: iuxta quam supputationem septimo circiter
cepta exploratione transitus Iordanis accidisset.

2. Opinio. 2. Tostatus Iosue 2. q. 57. vult exploratores hæsisse in monte
dies post noctem, qua ex hospitio Rahab discesserant: deinde cap
ait post exploratorum reditum in Setim, indictam per præcones con
tus præparationem, die sequenti, castra ad Iordanis ripam admo
se, ibi die illa & duobus sequentibus mansisse, quarto die trans
danem. Sic non citius, quam octauo die, à discessu exploratorum
lus traiecisset.

3. Torniellus censet *prima die* Nisan Deum Iosue ea locutum, quæ cap. 1. vsque ad versum 9. inclusiuè memorantur, eadem die exploratores Hierichunta venisse, triduo deinceps in montanis latitasse ac demum *die quinto* ad vesperam redijsse, die sexta indictam præparationem, & cætera cum Hebræis acta, quæ Iosue 1. à versu 10. vsque ad finem capitis describuntur. Eadem die castra mouisse è Setim, & aliquam itineris partem, Iordanem versus confeciisse: *die septima* propius ad Iordanem accessisse, ibi triduo mansisse, computata die sexta, qua è Setim discesserant. Euolutis tribus diebus Dominum dixisse ad Iosue: *hodie incipiam exaltare te coram omni Israel.* Iosue 3. vers. 7. Eadem *die*, *nona* Nisan traiectum Iordanem, ac *die* tandem decima ascendisse populum de Iordane, Iosue 4. v. 19. 3. Opinio.

4. Serarius Iosue 2. q. 5. de exploratoribus sic scribit: Ierunt *die* mensis Nisan *secundo* Hierichuntem, & inde vesperi exierunt, cœperuntque in montibus delitescere, & inde ad sequentem *diei tertij* vesperam, dies vnus fuit: inde ad *quartidiei* vesperam dies secundus, inde ad *diei quinti* vesperam dies tertius, & tum vel statim, vel manè *die* mensis *sexto*, siue die ab ipsorum abitu quarto redierunt. *Die* mensis *septimo* facta est promulgatio. Eodem *die* & secuto octauo præparatio: *die nono* abitus ad ipsum Iordanem, & is tertius præparationis dies erat, *die decimo* transitus per Iordanem. Addit, posse etiam dici, vesperum illum *diei secundi*, fuisse primum diem latendi, *diem tertium* fuisse secundum latendi, *diem quartum* inchoatum, fuisse tertium latendi, eundemque diem redeundi, vt existimant Hebræorum aliqui & Masius, vel *quinto die* redijsse *sexto die* factam promulgationem, eundemq; *diem sextum* fuisse primum præparationis, *diem septimum* secundum, *diem octauum*, tertium, & *die nona* itum ad Iordanem, *decimo* transitum per amnem. 4. Opinio. 5. Opinio.

5. Salianus an. m. 2584. num. 5. vult exploratores *primo die* mensis Nisan Hierichuntem venisse, *secundo* ibi in perlustranda vrbe substitisse, *tertio*, *quarto*, *quinto*, in montanis latuisse, *sexto* ad suos reuertisse, *septimo* factam promulgationem, eodem & secuto *octauo* præparationem, *die nono*, qui tertius præparationis erat, ventum ad Iordanem, *decimo* transitum per amnem. 6. Opinio.

6. Bonfrerius Iosue 2. v. 1. ait minimum 4. dies isti exploratorum expeditioni concedendos esse, vt planè fiat verisimile, *quinto vel sexto die* Nisan ad Iosue reuertisse. Equidem de diebus quibus ista Hierichuntina lustratio expedita fuit, nihil ausim certo affirmare. Mihi in primis valde probabilis videtur ea ratio, quam Serarius priori loco proponit: nec tamen video, quid efficaciter opponi possit illi, quam tradit Salianus. De tribus diebus post quos Iosue transitum fore prædixerat, ijs assentior, qui hosce à die septima Nisan ordiuntur, & decimam eiusdem mensis traiectui consecrant. 7. Opinio. Opinio auctoris.

IOSVE IV. v.19.

Transitus Iordanis die 10. Nisan.

1. *Populus autem ascendit de Iordane, die decimo mensis primi*, hoc est, è Ior[...] alueo ad vlteriorem ripam euasit, siue quod idem est, Iordanem [...] eodemque die Hierichuntem versus agmine facto contendit, vsque ad G[...] la, vt authores vnanimi consensu interpretantur. Lyranus, Masius, Se[...] Menochius, Bonfrerius hic. Abulensis, q.21. §. *Decima die*, Ado, Salian[...] uius &c. contra Torniellum, qui pridie Iordanis transitum notat. Nec [...] vrgeat vocem *ascendit*: siquidem hic vers.16.17. 18. Latinus & Hebræ[...] voce vtuntur, vt significent Sacerdotes, *qui stabant in Iordanis medio*, ad [...] ripam transisse. Septuaginta autem verbum Hebræum עלה *ala*, id est [...] modò ἐκβῆναι, modò ἀναβῆναι, hoc loco reddunt, & bene: quia reuera [...] Iordanis alueo egrediens versus Iericho ascendebat.

Anno M. 2954. ante Chr. 1457.

2. Quoto anno mundi, vel ante æram Christi, Hebræi transmissi[...] ne terram promissionis adierint, indicaui Deuter. vltimo, num.9. eode[...] anno ante Christum hoc accidit, quo, è viuis Moyses excessit, qui fuit, [...] 1457. cyclo Solis 9. lit. Dom. D. C. cyclo Lunæ 8. lit. Æquationis E. Epa[...] Sic initium Nisan commodè inciderit in diem 10. Aprilis, fer.7. Agni P[...] lis immolatio in 23. eiusdem ad vesperam feriæ 6. Petauius anno ante C[...] Epocham 1491. Iordanis transitum signat cyclo Solis 3. Lunæ 12. quo co[...] bene addit Hebræos siccato amne transisse, in terram promissionis die [...] lis fer.2. Agnum Paschalem mactasse x. eiusdem fer.6. Serario Iosue [...] q.2. in fine, est hic annus mundi 2490. ante Christum 1705. Salian[...] niello, mihi, est ann.m.2584. Bonfrerius, (Iosue 4. v.19.) notat 2579. q[...] num promissionis factæ Abrahamo ponimus 75. ætatis ipsius: Bonfre[...] tem 70. duntaxat.

CAP. V. IOSVE v.3.

Circumcisio in Galgalis ante Pascha.

Circumcidit filios Israel in colle præputiorum. Sethus Caluisius an.m.249[...] ait sibi videri, actum circumcisionis, post Pascha institutum, præ[...] tem eius narrationem, vt ratio reddatur nominis Gilgal. Sed Caluisium [...] cinari bene prædocuit Tostatus hic q.5. Serarius q.4. quibus suffragat[...] sius, & Bonfrerius in hunc locum, Torniellus ann.m.2584. num.11. S[...] num.68. Petauius loco citato, & è Sectarijs Capellus ann.m.2543. qui [...] tradunt, mox à Iordanis transitu, ante Paschatis celebritatem, Deu[...] sumptam esse circumcidendi consuetudinem, longo tempore in deser[...] missam. Rationes varias authores iam laudati, ac in primis Serarius [...] 1. Quia cessabat causa, ob quam præceptum de circumcisione datum G[...] superioribus annis in deserto non fuerat obseruatum, & sic eius exe[...]

obligatio vrgebat. 2. Quamprimum in terram promissionis Hebræi pedem intulerunt, æquissimum fuit, vt lex Mosaica, quoad eius commodè fieri poterat, & ritus illius ac cæremoniæ in vitidi essent obseruantia. Fundamentum autem omnium erat circumcisio, iuxta illud ad Galatas 5. v. 3. *testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legi faciendæ.* 3. Instabat tempus Paschatis & Agni immolandi, qui à nullo comedi debebat, nisi circumciso. Exodi 12. v. 44. & clarius, v. 48. *Si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinatur apud vos.* Plures rationes si placet, vide apud Serarium.

Facta die vno.

2. Sed nunquid vna dies tot millibus circumcidendis satis fuit? Triduum hanc cæremoniam tenuisse autumat Abulensis, q. 4. nempe diem 11. 12. 13. mensis Nisan. Serarius autem, Salianus, & alij, meo iudicio probabilius, censent non solum vno die, sed paucis horis negotium istud expediri potuisse. Quotquot enim ante annos 40. circumcisi fuerant, hoc vndecimo die primi mensis infinitam penè aliorum multitudinem signo circumcisionis insignire poterant: quin etiam fieri potuerit, vt matres suos paruulos circumciderent, quod quondam Sephora Moysis vxor fecisse legitur, Exodi 4. v. 25.

CAP. V. IOSVE v. 6.

Per quadraginta annos. Græca pleraq; habent: *quadraginta & duos annos*, quam lectionem retinet S. Augustinus q. 6. in Iosue. *Quadraginta*, inquit, & duobus annis conuersatus est Israel in deserto Madbarich &c. inciderat nempe hic S. Doctor in vitiosa exemplaria. Qua de re, sit,

QVÆSTIO.

Quot annos populus Israeliticus fuerit in deserto?

A. 1. Exodi ventum ad Sinai.

1. CErtum est Hebræos, anno illo, quo ex Ægypto migrarunt, sub initium mensis tertij venisse in eam partem Sinai, quæ est iuxta montem sanctum eius in vertice lex data est, vt his verbis clare consignatum habemus Exodi 19. v. 1. *Mense tertio egressionis filiorum Israel de terra Aegypti in die hac venerunt in solitudinem Sinai.* Vbi Moyses cum bis montem ascendisset, & iussu Dei populus lauisset sua vestimenta, sese in diem tertiam, quæ futura erat sexta eiusdem mensis ad legem accipiendam compararunt. Vt ex illo cap. 19. Exodi constat, & ibidem declarari.

Ibidem initio annū 2. adhuc fuerunt.

2. Certum est *secundò*. Hebræos ibidem adhuc moratos mense primo anni secundi ab Exodo. *Nam locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo, postquam*

postquam egressi sunt, de terra Aegypti mense primo, dicens: faciant filij Israel Numer. 9. vers. 1. Eosdem ibidem initio mensis secundi adhuc habe mus Numeror. 1. vers. 2. *Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai bernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum gypto.*

Quando inde migrauerint.

3. Tandem die vigesima huius secundi mensis & anni inde ad 13. mansionem *sepulchra concupiscentiæ* dictam. *Anno secundo, mense sima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis, profectique sunt filij Is cubuit nubes in solitudine Pharan.* Numer. 10. vers. 12. Quod repetitur vers. 16. *De solitudine Sinai egressi venerunt ad sepulchra concupiscentiæ.* Inde roth, ex Haseroth versus Cades-Barne, in Rethma. Numer. 12. v. 34. 19. Deuter. 1. v. 20. & Iosue 14. v. 7.

Ex Rethma exploratores missi A. 2. Exodi.

4. Certum est *tertio*, missos esse de Cades-Barne, siue Rethma viros, qui terram promissionis explorarent, *tempore quo iam nu quæ vesci possunt.* Numer. 13. vers. 21. fluente vt omnes censent anno 2. Cum autem exploratores exactis 40. diebus reuersi turbas in p concitassent, in eam pœnam incurrerunt, vt nullus eorum excep sue & Caleb, nec vllus murmuratorum vigesimum ætatis annum tergressus terram promissionis ingrederetur. Tunc in eos diuinum culum sic intonuit: *Filij vestri vagi erunt in deserto annis quadraginta, & p fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta quadraginta dierum, quibus considerastis terram: annus pro die imputabitur. E ginta annis recipietis iniquitates vestras* Num. 14. v. 33. Quibus verbis puta tè quispiam Hebræos post terram lustratam debitas suæ malitiæ p annos 40. in deserto luisse, in quo iam altero anno peregrinabantur, inde integram eorum in deserto moram fuisse vsque ad annum ductam.

Ratio dubitandi.

Conclusio.

5. Verumenimuerò certa, ac indubitata Chronologia ab e brærorum de Ægypto vsque ad ingressum in terram, quadragi taxat annos minus quinque diebus interponit. Erat enim Moyses ginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt raonem. Exodi 7. vers. 7. nempe imminentibus plagis Exodum p tibus. *Aaron autem mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum ex Aegy se quinto prima die mensis, cùm esset annorum centum viginti trium.* Numer. 38 Moyses autem, cùm eodem anno quadragesimo, à prima die m decimi Deuteronomium Hebræis tradidisset sub finem eiusdem an cum esset 120. annorum, Deuteron. capit. vltim. vers. 5. Vnde sæpe inculcat, filios Israel in deserto quadraginta annos transegisse,

teron.8.vers.2. & cap.9. vers.5. Amos 5. vers.25. quod repetitur Actor. 7. vers. 42. & alibi. Ne quis autem putaret hîc poni rotundum 40. annorum numerum, neglectis biennij circiter minutijs sacer textus exactè tempus signauit, quo Aaron imminente Exodo Pharaonem adijt, & quo viuendi finem fecit: cùm nimirum esset 123. annorum, è quibus si detrahantur 83. quos ante Exodum transegerat; remanebunt 40. ab exitu de Ægypto ad ingressum in terram computandi. Dixi *minus quinque diebus*; constat enim egressum de Ægypto contigisse die 15. Nisan: transitum verò Iordanis, & ingressum in terram decima die eiusdem mensis. Iosue 4. vers.19.

6. Quomodo igitur Deus, post lustratam anno 2. Exodi terram, prædixit fore, vt filij Israel, in deserto 40. annis pœnas suæ præuaricationis darent? Resp. non quod istos omnes 40. annos pœnæ durauerint, sed quod vsque ad finem istorum 40. annorum extenderentur; vt in simili diximus, Genes. 11. vers.12.

CAPVT V. IOSVE v.11.

11. *Et comederunt de frugibus terræ, die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni.* Hunc *alterum diem* nonnulli intelligunt, quintum decimum, quo annis quadraginta annos de Ægypto exierant Hebræi, mactato primo die & absumpto agno Paschali. Ita Tostatus Iosue 5. quæst.67. Arias, Masius, Tornellus numer.12. Caluisius, quibus aliquos Rabinos adiungit Serarius. Alijeum *diem alterum* interpretantur sextumdecimum, vt Serarius hic quæstion.34. cum pluribus Rabinis & Thalmud Babylonio in Massechet Ros Hassana. Idem insinuat Lyranus in hunc locum lit. p. & clarè docent Salianus numer. 81. ac Bonfrerius hic. Masius fatetur sibi incertum vtra harum sententiarum sit verior, ac proinde rem in medio relinquit. Emmanuel Sa, *postridie* inquit *Paschæ*, id est, postquam obtulisset primitias Domino.

Quando Iesus nouarum frugum.

1. Opinio.

2. Opinio.

2. Posterior hæc interpretatio mihi probabilior esse videtur: tum cum aliud non constet, credendus est Iosue, sicut in Circumcisione ante Pascha; ita tempore Paschatis, tum in pane azymo, tum in esu nouorum frugum, legem exactè obseruasse, quæ fruges nouas vetabat, antequam die 16. manipulus offerretur, iuxta illud Leuit. 23. vers. 14. *Panem & polentam & pultes non comedetis ex segete* (subaudi nouâ) *vsque ad diem, qua offeretis ex ea Deo vestro. Præceptum est sempiternum in generationibus, cunctisque habitaculis vestris.* Hinc bene Lyra-

Conclusio.

Lyranus l.c.notat,in ſolemnitate Paſchali ſolitam fieri oblationem de gr nouis è manipulo excuſſis,*& de talibus*, inquit, *poterat comedere populus, poſ primitiæ erant oblatæ.* Idem ex eo colligitur, quod Paſchæ ſolemnitas di dies 15. Niſan. *Menſe primo, decimaquarta die menſis phaſe Domini erit, & quinta die ſolemnitas.* Numer 28. verſ.16.& Leuit.23. verſ.5. Altera verò dies ſol chalis in Scriptura appellatur dies 16. qua manipuli fiebat oblatio. N 23. verſ.11.& 15. Atqui hoc loco Hebræus & Græcus diſertè habent: *derunt de frumento*, ſiue *frugibus terræ, poſtridie Paſchæ, & azyma*, & polen vt 70. vertunt, *noua*, id eſt, nouas fruges, ſiue vt aliqui interpretan cas nouas toſtas. Cum igitur poſtridianus dies Paſchæ ſit decim Niſan; ad hanc diem eſum nouarum frugum, de quo hic verſieulus rendum puto.

Declaratur. 3. Quare optimè ex Serario hunc rerum geſtarum ordinem ſuſc Salianus; vt die 14. ad veſperam ederent Iſraëlitæ agnum Paſchalem, eo azymos panes, vel ex manna confectos, cui fermenti nihil erat, vt ex vetuſtis frugibus, vt eſt in verſione Vatabli & Ariæ Montani, ſiue ho tis, ſiue è regione trans Iordanem delatis. Huiuſmodi autem azymis lum veſpere illo, ſed ſequenti etiam die decimoquinto vſi ſunt. Die cimoſexto, è collectis ſpicis virentibus factus eſt primitiarum manipu que ex lege oblatus, mox eodem die de iſtiuſmodi nouis frugibus fece lentas. Hæc ibi.

IOSVE V. v. 12.

Quæſtio An ſtatim ab obitu Moyſis. *Defecitque manna, poſtquam comederunt de frugibus terræ: nec vſi ſunt ultra illo filij Iſrael, ſed comederunt de frugibus præſentis anni terræ Chanaan.* Hebraeus habet: *ceſſauit manna poſtridie, cum ederent illi de frumento terræ: neque vſi ſunt filijs Iſrael manna, & comederunt de prouentu terræ Chanaan in illo anno.* Septuaginta idem habet, niſi quod illud verbum Hebraicum *beschlam*, μετὰ τὸ βεβρωκέναι *poſtquam comederunt*, & terram Chanaan vocet *Phœnicum.*

1. Quæritur hic quando manna ceſſauerit? Rabinorum aliqui Olam cap.10. volunt mortuo Moyſe, manna amplius non decidi braeos nihilominus eo paſtos, quouſque fines terræ Chanaan attigi rum id figmentum videtur: manna enim quo Iſraëlitæ veſcebantur vnum diem, niſi eſſet ſabbatum, ſeruaretur, mox vermibus ſcatere putreſcere incipiebat. Exodi 16. verſ.20. Deinde triginta diebus & plius Moyſis exceſſus ingreſſum in Chananitidem præceſſit, ad quem cœleſti illo cibo victitarunt Hebræi. ibid. verſ. 35. Non autem eſt

tantam mannæ copiam sub Moysis obitum depluisse, quæ populo in tot dies nutriendo satis esset: rem enim tam admirandam sacra scriptura non sileret. Denique verbum Hebræum Schabat quo manna cessasse dicitur, significat non pluuiam duntaxat, sed ipsum manna postridie Paschæ, defecisse.

2. Asserendum igitur pluisse more solito manna post Moysis obitum donec filij Israel in Chananitidem peruenirent, vt dicitur loco Exodi iam allegato, & frugibus terræ illius vescerentur, vt hic narratur. Sed quæstio superest; verum illo ipso die 10. Nisan, quo populus Iordane traiecto terram promissionis ingressus est, mathematicè; an verò moraliter loquendo, circa illud tempus manna subtractum fuerit. *Conclusio.* *Quæstio.*

3. Salianus numer. 86. putat non posse assignari diem, quo cessauit manna depluere, sed tunc demum cessasse, quando Israelitæ habuerunt de frugibus terræ siue præsentis, siue potius præcedentis anni, vnde viuere sine manna possent; quam in sententiam laudat S. Augustinum, quæst. 62. in Exodum & Origenem hom. 2. in Iosue, qui aiunt, inquit, manna cibus Israelitis ademptum statim atque Iordanem transierunt. *1. Opinio de die.*

4. Masius textum Hebræum & Græcum, vbi manna *postridie* cessasse dicitur, sic interpretatur, vt τὸ *postridie*, quod hoc & præcedenti versiculo habetur ad eundem diem referat disiunctiuè, nempe 15. aut 16. mensis Nisan. *2. Opinio.*

5. Tostatus Iosue 1. q. 68. ait altero die post Paschа scilicet 15. Nisan manna defecisse, & paulo infrà, *quinque diebus solùm duraſſe manna, postquam Israelitæ transierunt Iordanem.* Et cap. 2. q. 58. *cessauit manna die 15. mensis primi anni 41. ab exitu de Ægypto.* Quod ibidem repetit q. vltima. Denique cap. 5. q. 67. *cessauit manna die altero post celebrationem Paschæ.* *3. Opinio.*

6. Serarius ex Vatabli & Rabinorum sententia contendit manna defluisse die 17. Nisan, postridie scilicet eius diei, quo primitiarum manipulus erat oblatus. Quod ex textu Hebræo confirmat hic vers. 12. vbi non dicitur postridie Paschæ, vt versiculo præcedenti; sed absolutè *postridie*, nempè illius diei, de quo immediatè sermo fuerat. Additur in Græco & Hebræo; *non comedissent, vel comederent de frumento terræ.* Quandoquidem autem hoc ad comestionem illam cuius præcedens meminit versiculus, referri potest; nonest, quod credamus ordinem temporis, in hac plana rerum enarratione esse turbatum, & citius manna desijsse, quam Pascha celebraretur: & nouæ fruges ex præscripto legis oblatione manipuli peractâ, iure communi demeti & edi possent. *4. Opinio.*

7. Quibus consideratis eorum sententiæ in primis assentior, qui nec citius quàm die 15. nec tardius, quam 17. manna subtractum arbitrantur. *Conclusio.*

Valde autem placet computus Serarij, quo die 15. signat azymorum solem-
tatem; 16. eleuationem manipuli, cùm adhuc manna horis matutinis repe-
fuisset, die denique 17. manna non amplius comparuisse. Idem tradit hic B-
frerius. Cum autem ex mea computatione hoc anno Paschæ solemni-
Sabbatum inciderit, & manipuli oblatio in feriam primam: opinor die D-
nica manna vltimo collectum, sicut ante annos 40. (si mensem demas, p-
eadem die Dominica datum fuerat.

Ad 1. opin. 8. Rationes Saliani non probant tantam antiquæ annonæ copiam
bræis transito Iordane inuentam fuisse, vt sine nouis terræ frugibus
manna, ante 15. diem primi mensis viuere possent. Iosue legis Mo-
seruantissimus, quemadmodum celebritati Paschali circumcisionem
ferat; ita prius manipulum altero die Paschæ offerendum curauit, qua-
lus in nouæ messis lætitiam auderet falcem immittere: die verò 17. co-
non solum veterum, sed etiam nouarum frugum esu, Deus tandem op-
extraordinarium mannæ subsidium penitus ademit, non ijs modo, qui
nem transierant, sed & ijs qui in aduersa ripa remanserant: quia diuina p-
dentia sicut non deficit in necessarijs; ita etiam nihil frustra facit, vt be-
lianus.

Explicantur S. August. & Orig. 9. Si S. Augustinus & Origenes *statim* à Iordanis transitu manna
cisse scripserunt; supputatione ciuili de die 16. aut 17. intelligi possunt
citatis particulam *statim* non reperio. Imo S. Augustinus ait, scriptu-
bræos come disse manna, quoadusque venirent in terram habitabilem,
continuò, vt venerunt ad terram habitabilem, destiterunt vesci manna, sed quia
Traiecto enim Iordane significatur manna cessasse, vbi panes terræ manducauerunt
verba eandem patiuntur interpretationem, qua Serarius sacrum textum
cauit. Publica illa circumcisio 11. die Nisan, vt fatetur Salianus facta,
dendæ ex circumiacentibus pagis annonæ legitimum afferebat impe-
tum, & tantisper solitum mannæ auxilium desiderabat, quoad sana-
saltem mitigatis vulneribus, ac lege permittente, die tandem 17. optate
nis prouentu nouæ frugis pariter & antiquæ fruerentur Israëlitæ.

CAP. VI. IOSVE v. 3.

Quando Iericho circuita opiniones 2 1. *Circuite vrbem cuncti bellatores.* Primũ septem dierum, quibus Hebr-
richuntẽ circuiuerunt Paschalem fuisse siue 15. mensis Nisan tra-
phus: contra verò in Seder Olam maiori cap. 11. sic habetur: *Post Pascha*
secundo Nisan mandatum acceperunt de circumeunda Iericho; die deinde septimo
consurgentes circuierunt vrbem, sicut dispositum fuerat septies quem fuisse diem Sa-
firmat Rabbi Iosue. Huic Rabbinorum traditioni assentiuntur Serarius I-

quæst.19. Bonfrerius hic, Salianus numer. 96. dum apertè scribunt verosimilius esse, septem azymorum dies esse prius transactos, quam Iericho circumiretur: tum quia contra vnum Iosephum torrens Rabbinorum obsistit, tum quia circumcisio paulo ante suscepta, solemnitas primi diei Paschalis, oblatio manipuli ad secundam Paschatis diem alligata, vltimi azymorum diei celebritas id persuadere videntur. Etenim cæremoniæ hisce diebus ex lege fieri solitæ vix tantum relinquebant temporis, quantum vrbi obeundæ sufficeret, accedente præsertim eo sacerdotum & armatorum apparatu, quo in hoc circuitu procedendum, è castris longo ordine exeundum, eodemque peracta circuitione redeundum erat, ne repetam vulnera circumcisorum non videri initio Paschalis hebdomadæ perfectè sanata.

2. Cœperint igitur Israëlitæ mandatum de Iericho circumeunda, & sese ad eam expedition m comparauerint die 22. Nisan, die 23. diluculo eos circuitus cœperint, sequentibus continuauerint, ac die tandem 29. vrbe illa potiti fuerint. Sabbato autem muros Iericho corruisse maxima est Rabbinorum cõsensio, quibus adstipulatur Salianus ad an. m. 2544. nu. 160. ad diẽ 29. Nisan, & Serarius adeò certum putat, vt mireturid in dubium reuocari à Tostato Ios. 6. q. 1. sub finem. Plerique autem bene norant, aliquam ex hisce periodis factã die sabbati: siquidem hę circuitiones septem dies tenuerunt, idque Deo auctore, ac proinde sine vlla Israelitarum culpa, vt etiam Hebræi, Serarius, Salianus monent, & Masius ex Tertulliano lib. contra Marcionem refert, *sabbato Dei opera humana prohiberi non diuina: esse autem diuina, quæ Dei iussu fiant.* *Conclusio.*

3. Licet autem Serarius putet die 22. Nisan simul & mandatum de circumeunda Iericho datum & executioni mandari cœptum; magis tamen assentior Saliano existimanti vno die tardius hasce processiones inceptas & die 29. primi mensis finitas. Nam sicuti die secundo diluculo vrbem circuiuerunt Israelitæ, vt hic habetur v. 12. ita credendum est eos prima die fecisse, cum pridie eius rei faciendæ mandatum accepissent. *Quando id iussum.*

IOSVE XIV. v. 7. & 10.

1 QVadraginta annorum erã, *quando misit me Moyses famulus Domini de Cadesbarne vt considerarem terram.* Et v. 10. *Quadraginta & quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem: hodie octoginta quinque annorum sum.* *De ætate Iosue.*

Certum est *primò*. Hæc dicta cum adhuc in Galgalis castra morarentur, vt patet huius cap. v. 6. *Secundò*, sub hoc tempus factam esse diuisionem terræ promissionis, vt apparet ex contextu eorum, quæ Iosue cap. 13. & sequentibus continentur. *Tertiò*, Calebum è Cadesbarne ad terram explorandam missum anno 2. Exodi, vt plerique omnes disertè asserunt, & ea quidem 4. *Hic certa.*

anni parte, qua præcoces vuæ comedi possunt. Numer. 13. vers. 21. Quarit omnes tribus suorum agrorum possessionem adijsse, quando Caleb hoc negotio cum Iosue in Galgalis agebat: translatis enim postea in Silo obiurgatur septem tribuum ignauia, *quæ necdum acceperant possessiones suas*. 18. v. 2.

Quando facta Terræ diuisio. 1. Opinio.

2. Ex his deducit Serarius Iosue 13. qu. 13. hanc priorem terræ diuisionem in Galgalis cœptam *anno* à transmisso Iordane *septimo*: nam missio explorantium quitur Calebus fuit anno 2. Exodi; ab Exodo ad Iordanis transitum, iter per desertum non fuit, nisi 40. annorum, vt habet communis rum pronunciatum. *Duo igitur ex hisce* 40. *detrahantur anni*, inquit, *& hi è* 45. *qui ad Calebi priores* 40. *iam accesserant, demantur: sunt omnino Anno igitur post transmissum Iordanem, aditamque terram septimo*, Quam in sententiam laudat Rabbinos in Seder cap. XI. Eusebium nicis. Masium hîc vers. 7. Scaligerum. Simili calculatione Torniellus 2589. num. 1. concludit, certissimum esse, diuisionem terræ cœptam anno introitu Israelis in Terram. *Est hic annus* 46. *completus ab Exodo, teste Calebo*, Caluisius.

Refutatur

3. Verum bene aduertit Petauius lib. 9. cap. 26. hac in re Scaligerum constantem fuisse, & ex verbis Calebi non tam præcisam anni primi ἀρχίας rationem iniri posse, quin vnius aut alterius anni discrimen intercedere queat. Nam annos inchoatos Scriptura quandoque pro completis nec scimus, vtrum ineunte anno 40. ab Exodo, an desinente terræ formatæ sit. Vnde infert, totam de anno Sabbatico primo cõiecturam aliunde ex verbis Calebi pendere. Cui opinioni non video, quid efficaciter possit. Lyranus enim in hoc cap. lit. m. ex verbis Calebi colligit subtrahi esse solummodo annum primum Exodi, antequam mitterentur explorare & sic remanere sex annos duntaxat, à transitu Iordanis, vsque ad diuisionem terræ per Iosue. Tametsi hic auctor non satis explicet, vtrum expleti sint sex anni, an emergentes tantum. Abulensis autem in ca. 14. Iosue q. 6. opinatur à Iordanis transitu vsque ad hæc à Calebo dicta fluxisse 7. annos non completos: quia *exploratores*, ait, *non fuerunt missi de Cadesbarne in fine secundi anni ab Aegypto, sed in fine tertij mensis vel in principio quarti*. Salianus etiam an. m. 2 verba Calebi refert ad annum ab Exodo 46. currentem, quo pariter annat distributionem terræ filijs Iuda & Iosephi destinatæ. Iosephus dens 5. Antiq. ca. 1. vel vt alij distinguunt 5. tradit anno belli quinto transactio è Galgalis Siluntem promota. Cum igitur hæc prior ἀρχὴ in Galgalis sit, ea ex Iosephi opinione vltra sextum annum ab ingressu in terram non potuit.

4. Quibus perpensis eorum rationibus subscribo, qui hanc terræ diuisionem inceptam ad annum sextum à transmisso Iordane labentem referunt, & partem anni septimi tenuisse putant: præsertim cum alibi eorum calculos admiserim, qui annorum sabbaticorum seriem ab anno 47. Exodi auspicantur. *Conclusio.*

5. Quæres 1. quamdiu hæc sortitio tenuerit? Septennium tenuisse credunt Rabini in Seder, & cum ijs Genebrardus lib. 1. Chron. Putant enim illi 17. iubilæas periodos reuolutas, hoc est annos 850. à terræ possessione, vsque ad exordium anni 14. postquam percussa est ciuitas, cuius meminit Ezechiel initio cap. 40. Hunc autem annorum numerum ab anno 14. ingressus in terram vsque ad 14. excidij Ierosolymitani suis calculationibus obtrudunt. Verum hanc suputationem ab ipsis sine ratione excogitatam meritò explodunt Serarius, Torniellus, Salianus, Bonfrerius, Iosue 18. vers. 1. Nulla enim idonea causa afferri potest, cur non paucis mensibus hoc possessionis assignandæ negotium expediri non potuerit. Deinde hallucinantur *primò*, dum Templum non nisi annos 410. stetisse autumant: contrarium enim ex vnanimi Christianorum doctrina, Chronologi & sacri interpretes, in libros Regum, demonstrant. *Secundò*, in eo, quod castra in Galgalis 14. annos detineant, quibus exactis primùm arbitrantur decimas persolui, annos sabbaticos & Iubilæos numerari cœptum esse. Iosephus loco citato, ait geometras à Iosue designatos, cum terram circuiuissent, & æstimassent, septimo mense redijsse. Quod verò addit eos in Silo reuersos, non cohæret veræ historiæ; sed diuisionem Galgalæam cum Silonina confundit. Cæterùm quandoquidem hæc sortitio facta est sub finem anni sexti & initium septimi ab ingressu in terram; cum etiam eodem anno, aut saltem sequenti Tabernaculum sit in Silo translatum, vt cap. 18. dicam: non nisi aliquot menses hæc terræ diuisio tenuit. *Quæst. 1. Resp. 1.* *Refutatur* *Conclusio.*

6. Quæres 2. An tribui Iuda sua sors prius assignata fuerit, quam Caleb à Iosue Hebronem peteret & obtineret? Affirmat Abulensis, q. 5. & probat: quia ni necdum iactis sortibus, eam vrbem Caleb accepisset, contingere potuisset, vt tribus Iuda ditionem procul Hebrone distantem sortiretur, & sic possessio Caleb à contribulium possessionibus loco disiungeretur. Hoc autem inconueniens Abulensi videtur. *Quæst. 2. 1. Opinio affirmat.*

7. Origenes autem hom. 29. in Iosue: *data est*, inquit, *Calebo portionis suæ sors, priusquam tribus sua, quæ est filiorum Iuda, perciperet.* Cui subscribit Lyranus hic, Serarius Iosue 14. q. 2. Salianus ann. m. 2589. numer. 18. & 21. quod & mihi probabilius videtur. Nam in primis hoc cap. narratur Calebi petitio eiusque fructus, nimirum ius in Hebron Calebo tributum, deinde cap. sequenti, totius tribus Iudaicæ sortitio describitur, nec est causa, cur putemus in harum rerum *2. Opinio negat probabilius.*

narratione temporis ordinem non obseruari. Adhæc cum filij Iuda instan-
ne dubio sortitione ad Iosue accessissent, solus Caleb locutus dicitur, &
missam sibi sub Moyse ditionem obtinuisse, ne scilicet postea in ducendis
tibus difficultas oriretur ratione Hebronis. Si verò non nisi post sortitionem
Calebus suum negotium proposuisset, videri potuisset, non omni fraude
re: Hebron enim in quacumque tandem sorte fuisset, tribui Iudæ acceret
ue in huius tribus pomœrio contineretur, siue non: facta autem hac p
omnis iniuriæ species vitabatur.

Ad 1. Opinionis rationem.

8. Ad rationem Abulensis responderi potest. 1. id minime abs
turum si diuina dispositione ita contigisset. Nam & Sichem extra
additione ad tribum Ephraim accessit, vt fatetur Abulensis infra cap.
Sic etiam partes aliquæ tribuum Dan & Manassis à cæteris loco dis
rant, nec inde obstabat, quo minus singulæ tribus debitam sibi por
distinctas iure sortes haberent, vt notat Serarius. Responderi potest 2. N
fuisse huius diuulsionis periculum: cùm enim promissa ditio assignata e
lebo; putat Salianus hac occasione datam esse tribui Iudæ hæreditatem
lia sortitione, ne familia Caleb à reliqua tribu Iuda separaretur. Quod
ex illo Iosue 15. v. 13. *Caleb vero filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda
præceperat ei Dominus.*

IOSVE XVIII. v. 1.

*Congregatiq; sunt omnes filij Israel in Silo, ibiq; fixerunt tabernaculum testi
fuit illis terra subiecta.*

QVÆSTIO VNICA.

Quonam tempore translatum in Silo Taberna

Respondetur in cõmuni.

1. EO tempore terram Hebræis subiectam fuisse, saltem quoad
partem, ita vt nemo in eos vim & arma pararet, indicat hic prin
culus, clarè quidem in Latino & Græco textu; in Hebræo commodè,
tur, *& terra subiecta ante ipsos*, siue *ad facies eorum*. Ita Lyranus, Masius,
Menochius, Bonfrerius in hunc locum, Salianus an. m. 2590. num. 2.
tur finitis hæc Tabernaculi translatio facta est.

In particulari variæ supputationes.

2. At quoto anno ab ingressu in terram? Decimoquarto clam
bræi, quibus non aduersatur Masius, nec Magalianus, Serarius vero
*hoc concordi pene omnium authoritati ac sententiæ, vt anno à Iordanis tra
quarto Siluntem Tabernaculi factam existimemus*: Iosue 18. q. 7. Menochius
per aliquot annos interruptam fuisse terræ diuisionem, quæ scilicet in
instituta fuerat; horum tamen annorum numerum non exprimit.

3. Torniellus autem & Salianus tot annorum moram in Galgalis non patiuntur, sed ille anno 7. introitus in terram Chanaan; hic sub eiusdem anni 7. finem vel certè octaui initium, demigrationem populi cum Sanctuario è Galgalis in Silo signandam arbitratur. Torniello subscribit Bonfrerius hîc, dum ait hoc factum anno altero à Galgalæa sortitione. Potissima horum ratio, & meo iudicio valde probabilis, est, quod non appareat vlla iusta causa, cur sortitio ista, quam omnes, etiam Hebræi, mox vt Silunta ventum est, peractam fatentur, in septennium dilata fuerit: imò non desunt indicia, quæ contrariam coniecturam pariant. Credibile est Sacerdotes & Leuitas magno desiderio ad decimas aspirasse, sicut & ad vrbes atque suburbana sibi ex lege debita, in quorum tamen possessiones venire non poterant, nisi prius reliquæ tribus suas hæreditates adijssent. Decebat, vt essent ciuitates refugij, ijs patentes, qui casu homicidium perpetrassent: Rubenitæ, Gaditæ & dimidia tribus Manassæ domum manebant, optabant primo quoque tempore audire vocem illam, qua Iosue collaudatos tandem missos fecit: *reuertimini & ite in tabernacula vestra, & in terram possessionis, quam tradidit vobis Moyses famulus Domini trans Iordanem.* Iosue 22. vers. 4. *Concluditur.*

4. Hæc & similes causæ sat graues fuerunt, vt Iosue septem tribus obiurgaret & diceret: *Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis, ad possidendam terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis.* Iosue 18. v. 3. Esto hæc negligentia non septem annorum, sed paucorum mensium fuerit, ex quo Silunta cum Sacratio migrauerant. Deinde opinio Hebræorum de dilata ad annum 14. Tabernaculi in Silo translatione tribus nititur fundamentis. *primo* Israëlitas terram possedisse 850. annos. *Secundo*, horum annorum finem incidisse in annum 14. ab Vrbis & Templi excidio. *Tertio*, isto anno 14. calamitatis Ierosolymitanæ Iubilæum incepisse, sed hæc fundamenta partim sine veritate, partim sine partium consensu posita sunt, vt Iosue 14. v. 7. num. 6. annotaui. *Ad rationes contrarias.*

IOSVE XXIV. v. 29.

1. *Mortuus est Iosue filius Nun, seruus Dei centum & decem annorum.* Totidem annos vixerat Ioseph, Gen. 50. v. 22. Quoto autem sui Principatus anno seu post Iordanis transitum mortuus sit, Scriptura silet: quo fit vt liberam de annis Præfecturæ illius opinandi licentiam Scriptores vsurpent. *Quot annos Iosua præfuerit, ignoratur*, inquit Scaliger. Quidã annos Magistratus Iosue, Bilis 40. qui Othonieli adscribuntur, contineri putant, vt Lyranus. 3. Reg. 6. Tostatus Iud. 3. q. 12. Ribera lib. 1. de Templo cap. 1 Rab. Leui apud Masium, Serhus Caluisius, &c. Nonnulli Iosue gubernationi septenniũ tantum concedunt. *Iosue moritur. Quot annos præfuerit multa sunt opiniones.*

dunt, vt Adrichomius. Aliqui 8. aut 9. annos, vt Mercator: aliqui 10. vt Ca-
nus, Arias, quibus fauet Canus de locis Theolog. lib. 11. ad 11. argumentum
fragatur Torniellus ann. m. 2591. num. 14. Aliqui 14. vt Rab. Mose apoli-
rium, Petauius lib. 9. cap. 23. & lib. 13. ad an. m. 2506. Alij 17. Beda, Ioann
cidus, Ioannes Benedictus 3 Reg. 6. Salianus ann. m. 2600 num. 2. &
rijs Hugo Brughthonus in suo concentu. Alstedius, Bucholcerorum
cura. Alij 18. Genebrardus, Temporarius, Tremellius, Beroaldus,
Chytræus in suo Onomastico. Alij 25. Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 1.
posse videtur Caluisius ann. m. 2518. *Iosua*, inquit, *Dux Israelitarum*
Imperij 25. Alij 26. Comestor, Gordonus, Bellarminus. Alij 27. Cle
lib. 1. Stromatum, Eusebius in Chron. S. August. lib. 18. ciuit. cap. 11
vita & morte Sanctorũ, Fasti Siculi. Theophil. lib. 3. Niceph. Cons
gius Sincellus, Gagneius, Henricus Samerius, Bibliander, Ralbag Ioa
inclinat Sulpitius lib. 1. historiæ: *De imperij Iosue tempore, parum desimo,*
quens tamen opinio est, eum 27. annis præfuisse Hebræis. Alij 28. Seder Ol
Salomon, Kimhi, Radak, Abraham Godolias, apud Serarium, quo
Masius, Iosue vltimo cap. 5. *Seruiuit autem.* Alij 30. Iulius Hilarion, Exp
apud Eusebium lib. 9. Præpar. Euang. Alij 32. Veronius & Funccius se
naram in Compendio.

Opinio authorũ.

2. Probabiliorem eorum supputationem reor, qui Magistratui Ios
mortem Moysis 17. annos adscribunt: quam in sententiam relabuntur
annos Ahialonis prætermittunt, vt Eusebius & S. Augustinus lib.
cap. 22. Iosue porrò ante annum secundum remissionis obijsse, prisc
tradiderunt: quod meis rationibus conuenit, quæ primum annum
cum ordiuntur ab autumno anni ante Christum 1445. Principatus
huius autem obitum refero ad annum ante æram Christi 1440. ab O
condito 2600. desinentem, aut 2601. ineuntem si non fallunt He
bræorum Calendaria, quæ 26. die Nisan Iosue excel-
sum signant.

Laus Deo.

NOTÆ ET QVAESTIONES CHRONOLOGICÆ IN LIBRVM IVDICVM.

QVÆSTIO I.

Quid scriptura tradat, de annis Iudicum & Regum ab Exodo ad initium templi Salomonis. Quæstio.

1. MOyses post migratam Ægyptum, annos 40. populum gubernauit, vt supra ostendi. Moysi successit Iosue, qui quidem annos 110. vixisse traditur. Iosue 24. v. 29. & Iud. 2. v. 8. quãto vero tempore Principatum tenuerit, sacra eloquia non expressere. De Senioribus, qui Iosue superstites fuerunt, hoc notatum habemus ibid. v. 7. *Seruieruntq; Domino* (Israelitæ) *cunctis diebus eius* (Iosue) *& seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant opera Domini quæ fecerat cum Israel.* *Moysis præfectura.*

2. Cum verò Hebræi, senibus istis vita functis Deum offendissent; *tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiæ, seruieruntq; ei octo annis.* Iud. 3. v. 8. A qua seruitute per Othonielem liberati sunt, quieuitque terra 40. annis & mortuus est Othoniel ib. v. 11. Seruieruntq; deinde filij Israel Egloni regi Moabitarum 18. annis, cuius seruitutis iugum excussit Aod. *Humiliatusq; est Moab in die illo sub manu Israel, & quieuit terra 80. annis.* ibid. v. 30. *Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthijm sexcentos viros vomere, & ipse quoque defendit Israel.* ibid. v. 31. *Iabin etiam rex Chanaan per viginti annos vehementer oppresserat Israelitas. Erat autem Debbora Prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore.* Iud. 4. v. 3. & 4. Deuicto rege Iabin addit Scriptura; *quieuit terra per quadraginta annos.* ibid. v. 24. & cap. 5. v. 32. 1. Seruitus. Othoniel. 2. Seruitus Aod & Samgar. 3. Seruitus. Barac.

3. Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu Domini, *qui tradidit eos in manu Madian septem annis.* cap. 6. v. 1. *Humiliatus est autem Madian coram filijs Israel, nec potuerunt* 4. Seruitus.

Gedeon. *tuerunt vltra ceruices eleuare, sed quieuit terra per viginti annos, quibus Gedeon pr*
Abimelech. Cap.8.v.28. Inde regnauit Abimelech super Israel tribus annis. Cap.9.v.
Thola. 4. Post Abimelech *surrexit Dux in Israel Thola &c. & iudicauit Israelem*
Iair. *& tribus annis.* Cap 10.v.1.& 2. Huic successit Iair Galaadites, qui iudic
raelem per viginti & duos annos, v.3. Post hæc Israelitæ ob sua crimina
5 Seruitus Iephthe. sthæis & Ammonitis *afflicti sunt, & vehementer oppressi per annos decem &*
& 9. Iephthe ad sui Principatus initium videtur insinuare, iam ab annis
tis Hebræos trans Iordanem sedes fixas habuisse Cap. 11. v.26. *Iudicauit*
Abesan. *Iephthe Israel 6. annis.* Cap.12.v.7. Post hũc, *Abesan iudicauit Israel, 7. ann*
Ahialon. *successit Ahialon Zabulonites & iudicauit Israel 10. annis.* v.14. *Rursumq; filij Is*
6. Seruitus. *malũ in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philisthijm, 40. annis.* Ca
Samson. 5. Samson *iudicauit Israel in diebus Philisthijm viginti annis.* Cap.15.v.
pite 16.v.31. Heli iudicauit Israel quadraginta annis. 1.Reg.4.v.18. *Ie*
mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam an
mus. 1.Reg.7.v.22. *Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpisset: duobus an*
regnauit super Israel. 1.Reg.13. v.1. *Filius triginta annorum erat Dauid cum reg*
pisset, & quadraginta annis regnauit. 2.Reg.5.v.4. Huc etiam spectat, quod
tur Act.13.à v.18. Et per quadraginta annorum tempus, mores eorum
in deserto. Et destruens gentes septem in terra Chanaan, & sorte dist
terram eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos: & p
dedit iudices, vsq; ad Samuel Prophetam. Et exinde postulauerunt re
dedit illis Deus Saul filium Cis virum de tribu Beniamin, annis quadra
Coroll. 1. 6. Hinc patet *primò*, sex notari seruitutes, quarum primæ assignantur
secundæ 18. tertiæ 20. quartæ 7. quintæ 18. sextæ 40. ex quibus consurg
Coroll. 2. annorum *centum vndecim.*
Quot sint anni à morte cuiuslibet Iudicis ad mortem sequentis. 7. Patet *secundò*, adscribi Othonieli annos 40. Aodo 80. Debbor
40. Gedeoni 40. Abimelecho 3. Tholæ 23. Iairo 22. Iephthe 6. Abesan
ni 10. Abdoni 8. Samsoni 20. Heli 40. qui anni in summam collecti
339. ab Othoniele vsq; ad Heli inclusiuè: si vero adijciantur anni illi
vndecim seruitutum; confient 450. Anni illi 20. quibus Arca fuit in Ca
rim, non solent distingui ab annis Samuelis: quot verò anni tum Sa
Anni seruitutum. Sauli debeantur, infra disquiram.

QVÆSTIO II.

Quomodo anni 480. ab Exodo ad templum co soleant.

Autores inter se dissident. 1. TAmetsi communis sententiæ auctores, ab Exodo ad annum
Salomonis annos 480. computant: non tamen omnes eand

putandi viam tenent, dum nonnulli vnius alteriusue interregni aut seruituris tempus ab annis Iudicum separant: alij vero solos annos Iudicum Chronologos putant. Non est etiam vna omnium sententia de annorum numero, qui singulis iudicibus adscribuntur, vt ex subiectis exemplis manifestum euadet.

1. Eusebius in Chronico tribuit Moysi annos 40. Iosue 27. Othonieli 40. Aodo 80. Barac & Debboræ 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 22. Iair 22. Iephthe 6 Esebon 7. Labdon 8. Samsoni 20. Heli 40. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 4. Summatim ab Exodo ad Templum 479. Vnde apparet Eusebium retinere numeros annorum in scriptura notatos, nisi quod pro 23. Tholæ 22 tribuat, & 10. annos Ahialonis omittat: ac proinde pro 27. Iosue inscriptos, 17. reponere oportet. *1. Suppu-tatio.*

2. S. August. infr. q. 4. citãdus Eusebium sequi videtur; quod & D. Iulian. Archiepisc. Toler. facit lib. 3. contra Iudæos, excepto, q 23. annos imputet Tholę, nec sacris codicibus expressos. Eodem modo hosce annos digerit Freculphus lib. 9. Iosue det annos 26. & monent secundum Hebræos Ahialoni dandos 10. *2. Suppu-tatio.*

3. Lyranus Iudic. xi. dat Moysi 40. Iosue, senioribus, primæ seruituti, Othonieli 40. Aodo 80. Barac & Debborę 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 23. Iair 22. Oppressioni Ammoniticæ 18. Iephthe 6. Abesan 7. Ahialoni 10. Abdoni 8. Samsoni 20. Heli 40. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 3. *3. Suppu-tatio.*

4. Tostatus in Prologo huius libri q. 9. dat Othonieli annos 40 Aodo 80. Samgar, Deborę, Barac 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 23. Iair 22. Seruituti 8 Iephthe 6. Abesani 7. Abdoni 8. Ahialoni 10. Samsoni 20. Heli 40. Samueli 20. *Reliqui anni*, inquit, *qui desunt de 480. sunt qui effluxerunt, ab exitu de Aegypto, vsq; ad tempora Iudicum, & à principio regni Saul, vsq; ad Salomonem.* Hæc paulo post repetit Iud. 3. q. 12. & Ruth c. 1. q. 2. *4. Suppu-tatio.*

5. Hermãnus Cõtractus & Marianus Scotus dant Iosue 26. Tholę 23. Ahialoni 10. Samueli 12. Sauli 20. In cæteris Eusebio assentiũtur. Ado Viennẽsis, assignat Moysi 40. Iosue 26. aut 27. Othonieli 40. Aod 80. Barac & Debboræ 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 24. Iair 22. Iephte 6. Abesan 7. Ahialõ 10. Abdon 8. Samson 20. Heli 40. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 3. Addit Eusebio 10. anos Ahialonis omississe, & æquo plures anos, Iosue Samueli & Sauli tribuisse. Da Iosue 17. anos, Tholæ 23. cætera ex Adonis rationibus cohærebũt. *5. Suppu-tatio.*

7. Henricus Samerius in suis tabulis Moysi numerat annos 40. Iosue 27. Seruitutibus, primæ seruituti, Othonieli 40. secundæ seruituti & Aodo 40. Tertiæ seruituti & Barac 40. Seruituti 4. & Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 23. Iair 22. Quintæ seruituti 18. Iephte 6. Abesan 7. Ahialon 10. Abdon 8. Seruituti 6. Samsoni & Heli 40. Samueli 23. filijs Samuelis & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 4. Summa 480. *6. Suppu-tatio.*

8. Genebrardus dat Moysi 40. Iosue 18. Othonieli 40. Aodo 80. Barac & Deb- *7. Suppu-tatio.*

Debboræ 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iairo 22. Iephte 6. Ibsan 7. Ahialon 10. Abdoni 8. Samsoni 20. Heli 40. Samueli & Sauli 40. Dauid 40. Salomoni 3. Vniuersè 480. Ego Iosue 17. Salomoni 4. inscribo, vt hic numerus 480. annorum procreetur.

8. Supputatio. 9. Iacobus Gordonus ad an. m. 2524. & sequentes, Moysi 40. tribuit, Iosue 26. primæ seruituti & interregno 10. Othonieli & secundæ seruituti 40. Aod & seruituti sub Iabin 80. Barac, Debboræ seruituti sub Madian 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iairo & quintæ seruituti 22. Iephte 6. Abesan 7. Ahialon 10. Abdon 8. Samsoni 20. Heli 20. Samueli 20. Sauli 20. Dauid 40. Salomoni 4.

9. Supputatio. 10. Torniellus anno m. 2591. largitur Moysi annos 40. Iosue 10. Senioribus 7. Salomoni 4. in cæteris Genebrardo assentitur. Salianus in eo solùm discrepat, quod Iosue 17. Senioribus nullos ab Othonielis annis distributos relinquat. Eodem computo vtitur Bonfrerius Iosue vltimo, nisi quod addat omnino improbabilem esse opinionem eorum, qui intra 17. annos illos Moysis proximè elapsos, seniorum superstitum tempora includunt, in quibus xii. vel xiii. anni tantummodo Iosue adscribantur, reliqui vsque ad 17. Seniobus, vt Calebo, Eleazaro &c.

10. Supputatio. 11. Quorundam iuniorum opinio est, annos Iosue, Seniorum, primæ seruitutis esse partem illorum 40. qui Othonieli dantur. Aodo tribuendos deinceps prout Genebrardus computat vsque ad Heli, cuius vltimus annus primus Arcæ in Cariathiarim seruatæ, vigesimus autem incidat in primum Samuelis & Saulis.

Conclusio. 12. Qui plures computandi rationes desiderat, apud auctores reperiet: ad meum propositum, quę iam allatæ sunt mihi sufficere videntur. Iosue annos 17. inde ad mortem Othonielis numero 40. Aodo 80. Barac 40. pertior, & sic deinceps prout computat Salianus. Moysi dandos esse 40. pro comperto habetur, & supra probatum est: Scriptura verò diserte vel potius inclusis seruitutum & interregnorum interuallis Othonielis annos 40. *Iud.* 3. *v.* 11. Aod 80. *ibid.* v. 30. Barac. 40. *cap.* 5. *v.* 32. Gedeoni 40. *v.* 28. Abimelech 3. *cap.* 9. *v.* 22. Tholæ 23. *cap.* 10. *v.* 2. Iairo 22. *ibid.* *v.* 3. *cap.* 12. *v.* 7. Abesan 7. *ibid.* *v.* 9. Eloni 10. *ibid.* *v.* 11. Abdoni 8. *ibid.* *v.* 14. Samsone 20. *cap.* 15. *v.* 20. Heli 40. 1. *Reg.* 4. v. 18. ex communi sententia Samuel populum gubernarunt annos 40. Dauid 40. 2. *Reg.* 5. *v.* 4. anno quo Salomonis templum ædificari cœptum est. 3. *Reg.* 6. *v.* 1. quibus annis 17. adijciantur Principatus Iosue, colligentur ab Exodo ad Templi fundamenta anni 480.

QVÆSTIO III.

De vario computo eorum, qui annos seruitutum Chronologicos esse volunt.

1. PRimæ seruituti sub Chusan tribuit Scriptura 8. annos. *Iud. 3. v. 8.* Secundæ seruituti 18. ibid. v. 14. Tertiæ 20. *cap. 4. v. 3.* Quartæ 7. cap. 6. v. 1. Quintæ 18. cap. 10. v. 8. Sextæ 40. cap. 13. v. 1. ex quibus & annis Iudicum iam recensitis confiunt anni 474. quibus addendi sunt anni Iosue & Seniorum. *Summa generalis* 474.

2. Q. Iulius Hilarion impertit Moysi annos 40. Iosue 30. seruituti primæ 8. Othonieli 50. secundæ seruituti 18. Aodo 80. tertiæ seruituti 20. Barac & Debboræ 40. quartæ seruituti 7. Gedeoni 60. (forte 40.) Abimelech 3. Tholæ 22. Iairo 22. quintæ seruituti 18. Iephte 6. Abesan 7. sextæ seruituti 40. Samsoni 20. Semergar 1. Paci 30. Heli 20. Samueli 40. Sauli 40. Dauidi 40. 1. *Supputatio.*

3. Clemens Alexand. Moysi 40. Iosue 27. primæ seruituti 8. Othonieli 50. secundæ seruituti 18. Aodo 80. tertiæ seruituti 20. Barac & Debboræ 40 quartæ seruituti 7. Gedeoni 40. Abimelech 3. Bolean 23. quintæ seruituti 18. Iephte 6. Abatham ex Iuda 7. Ebron 8. Eglon 8. sextæ seruituti 40. Samsoni 20. Heli 40. Samueli 27. Sauli 20. Dauidi 40. Salomoni 4. 2.

4. Nicephorus Constantinopolitanus ab Exodo ad Dauidem colligit annos 630. è quibus Moysi accenset 40. Iosue 27. Senioribus 33. primæ seruituti 8. Othonieli 40. secundæ seruituti 18. Aod 80. tertię seruituti 20. Barac & Debboræ 40. quartæ seruituti 7. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iairo 22. quintæ seruituti 18. Iephte 6. Esebon 7. Ahialon. 10. Abdon 8. Samsoni 20. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. 3.

5. Seuerus Sulpitius Moysi 40. Iosue 27. à morte Iosue vsque ad mortem Samsonis enumerat annos 419. Heli dat 20. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 4. ex quibus resultat numerus 590. annorum. 4.

6. Fasti Siculi an. m. 3877. notât Exodum: anno verò 4507. regni Salomonis 2. initium Templi, quod intra octo annos perfectum asserunt, & subdunt: colligitur omne tempus ab anno 81. Moysi quo profectio ex Aegypto contigit, vsque ad Salomonem & initium templi fabricandi annorum 630. Moysi dant 40. annos. Iosue 27. primæ seruituti 8. alteri seruituti & Othonieli 40. seruituti sub Moab 18. Aodo 56. Semergar 24. seruituti Chananææ 20. Debboræ & Baraco 40 seruituti sub Madian 7. Gedeoni 40. Abimelecho 3. Tholę 23. Iairo 22. seruituti sub Ammonitis 18. Iephte 6. Eseboni 7. Æaloni 10. Labdoni 8. seruituti Philisthææ 40. Samsoni 20. Interregno & paci 40. Heli 40. Samueli 20. Sauli 20. Dauidi 40. Salomoni 2. 5.

6. 7. Compendium historiarum Cedreni Iosue assignat 31. annos. Iothonieli & paci 40. seruituti 18. Aodo & paci 8. Samgar 7. Barac 40. seruituti 20. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholę 23. Iair 22. seruituti 18. Iepte 6. Esebon 7. Eglon 10. Abdon 8. Seruituti 40. Samsoni 20. Samanæ 1. Additea eorum Sacerdotibus summam rerum administrantibus, 30. per annos populo Israelitico pacem fuisse. *Postea*, inquit, *eum per 20. annos Elis Sacerdos rexit. Et post Anno Samsonis septimo, Pontifex declaratus fuit Elis: hic quinquagenarius Principatum cepit, gessitque annos 40. Quarto autem anno huius Principatus Samuel natus est. Octauo in Templum dedicatus, trigesimo octauo cœpit iudicare Israelem, & annum tuus est, cum sacerdotio functus esset annos 35.* Idem auctor infra asserit post mum populi Ducem fuisse Calebum annos 30. inde secutam seruitutem Mesopotamenam annorum 18. tum Othonielem præfuisse annos 40. tum Moabitis 18. Aodum iudicasse 80. successisse seruitutem Chananæam. rac & Debboræ certum annorum numerum non exhibet. Seruitutem Madianiticæ impendit annos 7. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iair 22. Ammoniticæ 18. Iephte 6. Eglon 10. Abdon 8. seruituti secutę 40. Samsoni 20. Samani 1. Anarchiæ 40. è quibus 30. pacis fuerint sub Samane. Heli muelem in Sacerdotio & populi gubernatione successisse aperte quæ proximè sequuntur mutila sunt. Paulo autem inferius, ait Saulem muele 20. annos regnasse, & solum totidem. Dauide potitum regno è quibus viuo adhuc Saule regnauerit 7. illo mortuo 33. Salomonem duodennis, regnum inijsse, ac per annos 40. administrasse, Templi adorsum anno 2. regnisui, obijsse cum esset 73. annorum. Ex quibus liquet, numeros aliquos apud Cedrenum corruptos esse, acideo Chr præsidia aliunde petenda.

7. 8. Serarius Iud. 21. q. 7. annos Iosue ait incertos esse primæ seruitutis Othonielis 40. secundæ seruitutis 18. Aod 80. seruitutis tertiæ 20. Barac uitutis quartæ 7 Gedeonis 40. Abimelech 3. Tholæ 23. Iair 22. seruitutis tæ 18. Iephte 6. Abesau 7. Elon 10. Abdon 8. seruitutis sextæ 40. Samsonis summam omnium 410. Deinde 3. Regum cap. 7. inter Samsonem annos interponit Heli 40. Saulis 40. Dauidis 40. Salomonis vsque fabricam 4. ponit: Iosue vero & Senioribus 50. attribuit.

2. 9. Petauius lib. 9. cap. 33. ab Exodo ad Templū fundatum compu nos, ita vt sint Moysis 40. Iosue 14. seniorum 10. primæ seruitutis 8. Othonielis 40. secundæ seruitutis 18. Aod 80. tertiæ seruitutis 20. Debboræ 40. uitutis 7. Gedeonis 40. Abimelechi 3. Tholæ 23. Iairi 22. quintæ seruitutis Iephte 6. Abesanis 7. Elonis 10. Abdonis 8. sextæ seruitutis 0. Samsonis li 20. Samuelis & Saulis 40. Dauid 40. Salomonis 4.

10. Quæres quid potissimum sentiant Nouatores de annis Iudicum? Eo fe- 9.
rè conspirât vt ab egressu Aegyptiaco ad Templi structuram annos 480. com-
ponent; & sic non omnes seruitutum annos ab eo tẽporis spatio, quod singulis
iudicibus scriptura distribuit excludere possunt. Ex. ca. Guilielmus Xylander
Exodum notat anno m. 2454. Templi fabricam 2934. Moysi dat annos 40.
Iosue & Othonieli 40. Aod 80. Debboræ & Baraco 40. Gedeoni 40. Abime-
lecho 3. Tholæ 23. Iairo 22. Interregno 18. Iephte 6. Abesani 7. Eloni 10. Abdoni
8. Samsoni 20. Eli 40. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 4.

11. Sethus Caluisius 3. edit. à morte Iosue vsque ad mortem Othonielis nu- 10.
merat annos 40. hinc ad obitum Aodi 80. Debboræ 40. Gedeonis 40. Abi-
melech 3. Tholæ 23. Iairi 22. cuius obitum notat anno m. 2766. deinde interpo-
sita seruitute 13. circiter annorum, initium Ducatus Iephte confert in annum
2779. quem fatetur præfuisse annos 6. Abesanem 7. Elonem 10. Abdonem 8.
Heli dat annos 40. Samueli & Sauli 40. Dauidi 40. Salomoni 4. Reijcit igitur
hic auctor ab annis Chronologicis annos 1. 2. 3. 4 sextæ seruitutis, & Samsonis
Iudicis, seruitutem quintam 13. circiter annorum à Iudicum tempotibus distin-
ctorum inter Iairum & Iephten inserit.

12. Quarta cura Bucholcerorum Moysi pendit annos 40. Iosue 24. Otho- 11.
nieli 40. Aodo 80. Debborę & Barac 40. Gedeoni 40. Abimelech 3. Tholæ 23.
Iairo 22. Iephte 6. Abesani 7. Eloni 10. Abdoni 8. Samsoni 20. Heli 40. Samue-
cum Saule 40. Salomoni 4. Et addit Templum Salomonis conditum anno
ab exitu de Aegypto 480. ante Christum 1037. Vnde pater non accuratè sin-
gulis iudicibus suorum annorum numerum hic esse adscriptum: siquidem anni
480. ex numeris iam recensitis non resultant.

13. Funccius Iosue exhibet 32. annos. Othonieli 8. qua ratione ab excessu 12.
Moysis ad Othonielis obitum supputat annos 40. ac in cæteris etiã Xyliandrũ
sequitur ac diserte occinit à morte Moysis, vsq; ad Samuelem interuenisse an-
nos 337. Ioannes Keplerus fundatum Templum asserit anno ante Christum
959. exitum de Aegypto 1535. sic ab Exodo ad Templum expandit annos 536.

14. Ex opinione Capelli anno m. 2573. Moyses sibi vendicat annos 40. Io- 13.
sue 20. Seniores 10. Anarchia 10. Chusanes 8. Othoniel 40. Eglon 18. Aod 8. Ia-
bin 20. Barac & Debbora 40. Madianitæ 7. Gedeon 40. Abimelech 3. Thola
23. Iairus 22. Iephte 6. Abesan 7. Ahialon 10. Abdon 8. Samson 20. saltem in-
choatos. Heli 40. Samuel 20. Saul 20. Dauid 40. Salomon 4. Aduertendum
est hunc auctorẽ 1. videri pro arbitrio modo hãc, modo illam seruitutẽ ab annis
Chronologicis excludere. 2. durã enallagen excogitare, qua pro octoginta an-
nis Aodi, octo duntaxat admittit: cur non hac ratione pro 40. vsurpat 4 in O-
thoniele aut Barac? 3. sine sufficienti ratione numerare 350. annos Act. 13. v.
20.

v.20. vbi alij cum vulgata editione & melioris notæ Græcis Codicibus ... nus 450. legerunt. Taceo eum cum paucis initium Templi in annum 5. ... monis currentem reijcere.

14. 15. Alstedius adiudicat Moysi annos 40. Iosue 17. Othonieli & ... bus tot assignat, quot in Scriptura notantur. Eodem computo antea ... Beroaldus, nisi quod Iosue inscribat annos 18. Cum Scaligero non ... præstitit Petauius: nec puto operæ precium plures hac de re huius ... riorum opiniones referre.

QVÆSTIO IV.

Vtrum anni seruitutis & pacis in libro Iudi... gnati contineantur numero annorum qu... iudicibus tribuuntur.

Status quæstionis. 1. OThonieli dantur 40. anni, Aodo 80. & sic de cæteris, prout supra ... de quibus hic quæstio est, vtrum v.g. annos 8. seruitutis Mesopo... næ includat tempus illud 40. annorum, quod Othonieli adscribitur, ... dicitur terra quieuisse 40. annis, & Othoniel obijsse, Iud. 3. v. 11. ad ... dum, quo de diluuio quæsitum est, an 40. dies pluuiæ sint penitus dine... lis 150. quibus aquæ terram obtinuisse dicuntur. Difficultas inde ori... sacra Scriptura annos seruitutum ab annis pacis & iudicum separare ... è contrario verò si hoc admittatur, plures anni ab Exodo ad Templ... rientur, quam 480. contra numerum 3. Reg. 6. consignatum.

1. Opinio Reiicitur. 2. Hanc difficultatem aliqui se euadere putant, dum aiunt illum ... Reg. 6. esse corruptum: verũ id mihi hactenus persuadere nõ potui. S... omnia Latina, Hebræa, ac pleraq; Græca exemplaria eum numerum ... norum repræsentant: quibus non aduersatur editio Sixtina 70. Senior... 440. exhibet, vt suo loco explicabo. Huc spectant quæ S. Augustin... ctoritate sacri textus habet epist. 8. ad Hierony. his verbis: *Mihi vide... sissimè credi aliquod in libris sanctis esse mendacium, id est, eos homines per qu... scriptura ministrata est, aliquid in libris suis fuisse mentitos.* Et paulo post: *a... semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum ... particula remanebit, quæ non, vtcumque videbitur, vel ad mores difficilis, vel ... credibilis, eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consilium officium... tur.* Plura in hanc sententiam ibidem habet & epist. sequenti: quæ ad ... exscribentis transferri possunt. Peræquè enim vitio falsitatis nutabun... rę, siue mendacium, siue errorem in eis esse dixeris, vtrumlibet enim ...

ni viam aperit, qua poterit aduersarius dicere exscriptorem per quem hæc aut illa nobis ministrata sunt, non quidem officiosè mentitum; imprudenter tamen scripsisse falsum. Vide Gen. 12. De Cainan iuniore q. 1. num. 13.

3. Suspicari forte quispiam posset illo lib. 3. Reg. cap. 6. solos Iudicum annos recensere: sed bene aduertit Salianus parum idoneum esse hoc perfugium: ibi enim absolutè Templum ædificari cœptum anno 480. ab egressu de Ægypto: quod reuera falsum esset, si seruitutum anni non essent partes temporis paci & iudicibus attributi: sic enim duratio seruitutum ad annos iudicum accederet, & numerum illum 450. annorum augeret. Hinc etiam Bonfrerius Iosue vltim. ait ridiculum sibi videri eorum assertum, qui plures annos quam 480. dicunt ab egressu de Ægypto vsque ad cœptam Templi ædificationem interfluxisse, Scripturam autem sacram dum hunc numerum assignat, tempora Iudicum comprehendere, non tempora interregnorum. Imò asserit, *hoc esse Scripturæ ridiculam & insulsam assertionem imponere.* *2. Opinio reijcitur.*

4. Communis vero sententia est, quam omnino retinendam censeo tempora seruitutum annis Iudicum ita absorberi, vt à transitu maris rubri vsque ad fundatum à Salomone Templum anni non plures effluxerint quam 480. ita sentiunt Hebræi, quorum traditionem recipit Eusebius in Chronico, S. Augustinus libr. 18. Ciuit. cap. 22. vbi tempora Iudicum 329. annis definit, nempe ab Othoniele vsque ad Samuelem, omissis 10. annis, quos Ahialoni tribuit Scriptura. Beda de sex ætatibus, Vincentius libro 2. Specul. histor. cap. 56. Tostatus in Prologo huius libri & alibi. Hermannus Contractus, Marianus Scotus in Chronicis, Osorius, Isidorus, Sigonius, Genebrardus, addens hanc esse omnium ferè sententiam, Historia Scholastica, Hugo, Lyranus, Carthusianus, Iudic. 3. & 3. Reg. 6. Arias Montanus in Daniele, Bellarminus in Chronologia, Samerius anno mundi 2552. Gordonus in Othoniele, Barradius tomo primo, libro quinto, cap. 20. Adrichomius, Contius in Chronicon Nicephori, Naclanthus lib. Arcanorum Christi de 4. mundi ætate, Freculphus in Chronico, Sanctius 3. Reg 6. Franciscus Haræus, Bonfrerius, Iosue 24. vers. 29. Torniellus anno mundi 2591. numer. 17. vbi asserit alteram sententiam omnino reijciendam esse tanquam erroneam, Salianus ann. m. 2601. numer. 2. qui bene etiam huc aduocat Riberam, Lucidum, Mercatorem, Beroaldum, Temporarium, Brughthonum, quibus se adiungunt Bucholceri, Funccius, Xyliander, Caluisius, Capellus, Alstedius, Conradus Pauel. Nonnulli quidem ex his auctoribus vnam seruitutem ab annis Iudicum separant; ita tamen vt illum 480. annorum numerum non excedant. Ratio huius sententiæ est, quia nulla ratio affertur, quo minus *Conclusio.*

illud 3.Reg.6. de annis 480. à transitu maris rubri ad cœptam Templi [illegible] cam elapsis proprie accipi possit, vt ex argumentorum solutione suis loc[illegible] tebit.

Confirmatur. 5. Confirmant nonnulli hanc computationem ex eo, quod si omnia [illegible] ualla de quibus hic agitur annis Iudicum addenda forent colligerentur [illegible] tiuitate Rahab ad natiuitatem Dauidis anni non pauciores 500. colligeren[illegible] essent enim ab initio Othonielis ad finem Heli 450. anni, vt supra dedu[illegible] ex tempore Samuelis & Saulis addendi forent 10. anni, (Dauid nam[illegible] 30. annorum, quando mortuo Saule regnum adijt) seruitutis Meso[illegible] næ 8. tum Iosue, Seniorum ac ætatis Rahab vt minimum 24. Rahab [illegible] dubio 14. aut plures annos habebat quando exploratores ad eam [illegible] runt; nec pauciores anni quam 10. Iosue debentur. Fac igitur (quo[illegible] duriusculum videtur) Booz anno ætatis suæ 130. genuisse Obed, [illegible] dem annos habuisse, cum genuit Iesse, & hunc totidem nascente Dauid [illegible] natiuitate Booz, ad natalem Dauidis putabuntur anni 390. hos tolle[illegible] remanebunt 110. ætatis Rahab, quando peperit Booz proauum Dauid[illegible] creditu non est procliue. Multo autem faciliores sunt eorum rationes, q[illegible] duntaxat annos ab egressu Ægyptiaco ad Templi fundationem agnos[illegible] pluribus in lib. Ruth explicabo.

Dissidium aduersariorum inter se. 6. Ex ijs autem Scriptoribus, qui annos seruiturum Chronologi[illegible] se volunt, hoc est, distinctos ab annis Iudicum & pacis identidem re[illegible] nonnulli omnes seruitutes separatim computant, vt Q. Iulius Hila[illegible] Clemens Alexandrinus: quos imitatur Nicephorus Constant. ex[illegible] tima seruitute, Petauius & Capellus exceptis duabus postremis. Ecce[illegible] qui annos istos 480. retinent aliqui penultimam tantum seruitutem [illegible] Iairum & Iephten inserunt, vt patet ex authoribus, q.2. num.7. & q.3. [illegible] & seq. relatis.

IVDICVM II. v.7. & 11.

SEruierunt Domino cunctis diebus eius, & Seniorum qui longo post eum vix[illegible] spore. Eadem clarè habentur, Iosue 24. vers.31. *Seruiuit Israel Dom[illegible] diebus Iosue & Seniorum, qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui nov[illegible] opera Domini, quæ fecerat in Israel.* Istis autem mortuis dicuntur Isra[illegible] litæ *fecisse malum in conspectu Domini & seruisse Baalim.*

vers. 11.

QVÆSTIO V.

Quomodo anni Seniorum & primæ seruitutis ad tempus Othonielis se habeant.

1. NOtan. 1. Per hos Seniores intelligi posse, non eos solos, qui mortuo Iosue fermè vsque ad seruitutem Mesopotamenam superstites fuerunt, vt bene Abulensis Iudic. 2. qu. 12. sed etiam aliquos qui postea vixerunt, saltem vsque ad finem Othonielis, quando Hebræi ab Othoniele ad frugem reducti aliquamdiu ita vixerunt, vt præcipua pars populi verum Dei cultum vt minimum publicè retinerent, non obstante, priuata fortè quorundam idololatria, vt notat Gordonus cap. 9. num. 8. *Qui hic dicantur Seniores.*

2. Notan. 2. Non omnia, quæ Iudic. cap. 2. enarrantur inter obitum Iosue & principatum Othonielis contigisse: hic enim per modum Prologi nonnulla afferuntur, quæ variis temporibus gesta sunt, & latius sequentibus capitibus explicantur, vt apparet vers. 16. & sequentibus. Nonnulla etiam referuntur, quæ sub Iosue acciderunt, nempe vers. 23. Hinc Abulensis q. 1. mouet, hoc capite non seruari temporis ordinem, sed tantum narrari, quæ ad Iudicum successionem spectant: quæ verò ordine temporis gesta sunt, eorum historiam inchoari ad medium capitis tertij. *Prologus lib. Iudicū*

3. Notan. 3. Defuncto Iosue Hebræos non ilico in Idololatriam prolapsos: prius enim consulto Numinis oraculo aliqua bella gesserunt. In eo autem primò deliquerunt, quod gentes aliquas, quæ Dei iussu ad internecionem delendæ erant, seruarint incolumes, vt cap. 1. & 3. cernere licet. Deinde quod societatem & connubia vetita cum ijsdem gentibus iniuerint, cap. 3. vers. 6. Denique quod ad cultum idololatricum defluxerint, ibid. & v. 7. Quas ob causas Dei permissu Chusan Rex Mesopotamiæ eos in octennalem seruitutem redegit, vers. 8. sub cuius seruitutis finem, cùm pœnitentes filij Israël opem diuinam implorassent, *suscitauit eis Saluatorem, & liberauit eos*, videlicet per Othonielem vers. 9. qui cum Tyrannum oppressisset, terra annos 40. quieuisse, & Othoniel obijsse, dicitur v. 11. *Lapsus Hebræorū mortuo Iosue.*

4. Ex quibus hoc vnum clarè deducitur, plusquam vnum annum ab excessu Iosue vsque ad inceptam oppressionem sub Rege Chusan decurrisse: hoc autem tempore, quod plerique interregnum vocant, indubitatum videtur, senes aliquos, in singulis, aut saltem pluribus fuisse tribubus, qui exemplo & auctoritate sua populum in officio aliquamdiu continuerint, & negotia bellica tractarint. Si enim tunc non fuerunt Senes, *qui nouerant omnia opera Domini*, *1. Seruitus cœpit aliquādiu post mortē Iosue.*

quæ fecerat in Israel: tempus, quo post Iosue ij extiterint assignari non po
Verum quot anni post mortem Iosue hisce heroibus debeantur, varij va
pinantur.

Opiniones hac de re.

5. Gordonus duos circiter annos inter Iosue obitum & istam
tem inserit. Torniellus primùm annos 10. tribuit Iosue, tum istis Se
bus 7. Petauius Iosue præfecturam annis 14. definit, deinde per
nium Seniores subrogat, tum seruitutem Mesopotamenam octo an
substituit, ac tandem iudiciariam potestatem Othonielis, 40. annorum
pacto, à morte Moysis ad obitum Othonielis effluxerint anni 71.
nec Iosue nec Seniorum annos separat ab ijs, qui Othonieli dantur,
rum nonnulli senioribus istis à morte Iosue largiuntur 17. annos. Iose
Nicephorus Constant. 33. Seder Olam cap. 12. & Iulius Hilarion
sed ab annis Iosue non distinctos. Longum nec admodum vtile
gulorum hic opinationes referre. Salianus denique annos Seniorum
terregni, præuaricationis populi, & seruitutis sub Chusan ad 30. Oth
annum protrahi posse concedit, inde annos 10. stabiliendæ & fun
ci enumerat, ac bene moner, se in dispertiendis 40. annis Othoniel
ptis, non proferre exploratissimam veritatem, sed probabilibus
coniecturis niti. Bonfrerius Iosue vltim. vers. 29. annos seniorum
reijci posse in annos priores Othonielis, eo ferè modo, quo Salianus
non esse tamen improbabilem eorum opinionem, qui intra 17. annos
adscriptos Seniorum superstitum tempora includunt: ita vt 11. vel
anni tantummodo tribuantur Principatui Iosue, reliqui vsque ad
tribus, vt Calebo, Eleazaro, & si qui alij adhuc supererant ex ijs, qui
su ex Ægypto iam 20 annum excesserant, & admiranda prodigia, quæ
Ægypto patrarat viderant, vt legitur Iosue 24. v. 31.

Obiectio.

6. Sed contra communem sententiam, quæ ab Exodo ad Temp
nos 480. recenset, obijcit non nemo, tam euidentem ac diserta
dicum auctoritatem, quæ plures annos huic spatio tribuit, vt seruitu
terregnorum illa confusio, quam communis sententia inducit, violenta
putæ ipsi contraria videatur. Nam Israëlitæ Regi Chusan 8. annis
quàm Deus Othonielem ad tyrannidem opprimendam suscitaret: tu
40. annis quieuit. Quin imò Israel ante seruitutem Mesopotamen
no seruiuit diebus Seniorum, qui longò vixerunt tempore post Iosue.
vers. 7. *Velim*, inquit, *mihi respondeant, sitne idem Israelem Domino seruire, a
malum in conspectu Domini?* Vnde concludit, dandos esse Senioribus
seruituti 8. quieti terræ alios 40. atque ita à morte Iosue ad finem
sub Othoniele fuit, anni 58. computandi erunt. Hoc tamen relum

declinati, aut explicationis non vsitatæ clypeo excipi, aut etiam forte simili casu in aduersarium retorqueri potest.

Responsio.

7. Declinabitur, si quis neget 10. annos ab obitu Iosuæ ad primam seruitutem elapsos esse: vnde enim constat Iosuæ præfecturam 14. annis gessisse, & inde vsque ad istam seruitutem decennium effluxisse? quo iure tu 10. annos hic numeras, alius 8. plures, pauciores ve numerabit. Deinde esto, sint 18. anni post mortem Iosuæ, vsque ad id tempus, quo Deus Othonielem populo vindicem excitauit: non idcirco tamen communis sententiæ patroni eo adigerentur, vt concedant idem esse seruire Domino, & facere malum in conspectu Domini. Imò admittunt prius aliquot annos seruitum Domino, quam peccatum idolatriæ commissum, deinde octénium seruitutis transactũ, quàm pax & quies terræ obuenirent, & Othoniel moreretur: affirmant nihilominus annos quibus terra quieuisse dicitur, non ad solam quietem adæquatè, sed ad seruitutem etiam & tempus seniorum referendos esse, sicut Exodi 12. v. 40. iuxta vulgatum & Hebræum textum 430. anni, quibus filij Israel in Ægypto habitasse dicuntur, ad peregrinationem Iacobi, Isaac, Abrahæ in Chananitide extenduntur. Adscribuntur enim isti 430. anni, moræ in Aegypto, non quod omnibus istis annis Hebræi in Aegypto morati sint, sed quod istos annos ibi compleuerint. Dicat, velim, qui communem sententiam sacræ paginæ contrariam esse contendit; sitne idem Abraham & Isaac in Chananitide peregrinari, & filios Israel in Aegypto habitare? attamen tempus quo isti Patriarchæ Chananæam incoluerunt, est pars non habitationis in Aegypto, sed illius 430. annorum numeri quibus Israelis filij in Aegypto commorati dicuntur. Pari modo communis supputatio non confundit tempus seruitutis, cum tempore quietis, sicut confundi non debent 130. anni, quos Iacob in Aegyptum descendens habebat, cum annis, quibus eius posteri in Aegypto fuerunt: nihilo tamen minus anni illi 130. cum alijs vnam in summam 430. annorum coalescunt. Ita 40. annorum collectio Iud 2. v. 11. expressa, non est solius quietis terræ; sed earum etiam rerum, quæ à versu 5. inclusiuè, vsque ad 12. exclusiuè post excessum Iosuæ, gestæ narrantur, vt sit sensus: tempus quo mortuo Iosue Hebræi cum Chananæis, & alijs populis ibi recensitis habitarunt, partim Deo, partim Baalim & Astaroth seruierunt, à rege Chusan oppressi fuerunt, & terra quieuit; 40. annorum δμάδα constituit. Sicut igitur 70. seniores rerum Hebræum de habitatione filiorum Israel in Aegypto interpretati sunt; ita S. Augustinus & alij paulo ante q. 4. nu. 4. laudati quietem terræ sub Othoniele non inusitata interpretatione explanare possunt, & dicere non sic esse accipiendum, quasi hos omnes annos terra quieuerit, sed quia 40. annos, qui ab excessu Iosuæ transierunt, quies terræ compleuit, vt in simili ex S. Augustino

notaui capite 11. Geneseos extremo. Itaque tempus afflictionis non est pa[illegible] norum quietis, est tamen pars eorum annorum, quos terræ quies termin[illegible]

Confirmatur. 8. Velim igitur aduersarius Pareo respondeat, quærēti. sitne idem Abr[illegible] Isaac, Iacobum in Chananitide versari, & filios Israel in Ægypto morat[illegible] tata 70. Seniorum interpretatione Parei petitionem declinauerit; eade[illegible] temur. Denique qui ab obitu Heli ad Enthronismum Dauidis annos [illegible] putat, hunc nodum soluere debet, si rogetur an sit idem Rempublicā He[illegible] rum iudice Samuele per 20. & aliquot annos gubernari, & eis Saule[illegible] dari. Vide, quomodo *manserit apud Danitas Idolum Michæ omni tempore, q[illegible] mus Dei in Silo.* Iud. 18. v. 31. Quam doctrinam Petauius lib. 12. cap. 26. [illegible] confirmat: *De ætate Iudith paucis accipe. In calce libri mansisse dicitur in dom[illegible] centum & quinque, quod sic intelligendum est vt ad centesimum quintum ætatis [illegible] hæserit, non vt post coniugis obitum, tot annos vixerit. Quæ quidem loquendi ratio[illegible] quens est in sacris literis: vt cum Exodi 12 v. 40. habitasse dicuntur Israelis in Aegy[illegible] ri annis 430. hoc est τῆς ὁμάδος partem postremam in Aegypto transegisse. Ita [illegible] uitatis annos postremæ parti interualli illius attributos esse suo loco docuimus.* Hæc [illegible]

IVDICVM III. v. 8. & 11.

I*Ratusque contra Israel Dominus tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis [illegible] tamiæ, seruieruntque ei octo annis.* Hoc temporis spatium est pars illorum [illegible] norum, de quibus ibid. v. 11. *quieuitque terra 40. annis, & mortuus est Othon[illegible]* ctum q. præcedenti.

QVÆSTIO VI.

De annis 2. 3. 4. seruitutis ad tempora Iudicum reuocandis.

Declaratur quæstio 1. S*Ecunda seruitus* fuit Moabitica de qua Iud. 3. v. 14. *Seruieruntq; filij Is[illegible] regi Moab decem & octo annis, & postea clamauerunt ad Dominum, qu[illegible] eis Saluatorem vocabulo Aod.* Ab hoc Aodo dicitur *humiliatus Moab, & terra [illegible] quadraginta annis.* v. 30. Rursus post mortem Aod, cum Hebræi suis c[illegible] iram Dei in se concitassent, oppressi fuere 20. annos à rege Chanaan, [illegible] c. 4. v. 2. Et hæc est *tertia seruitus* sub Iabin, quo deuicto, *quieuit terra per [illegible] ta annos.* c. 5. v. 32. *Quarta seruitus* fuit sub Madian. 7. annorum. c. 6. v. 1. p[illegible] *terra quieuit per 40. annos, quibus Gedeon præfuit.* c. 8. v. 28. Non videtur [illegible] fuisse Gedeon antequam libertatem populo asseruisset, exactis 7. annis [illegible] seruierat Madianitis. Vnde nonnulli, vt Q. Iulius Hilarion, Nicephorus [illegible] Cedrenus, deducunt annos seruitutum non spectare ad numerum an[illegible] quibus terra quieuisse scribitur. Addit Petauius lib. 9. c. 32. *tam expressa [illegible] stimonia, vt non sine audaci aliquo facinore, imò verò manifesta diuinatione, &* [illegible]

sane illata vi suum in sensum ab communis sententiæ patronis inflecti possint.

Conclusio.

1. Communis nihilominus sententię patronis supra q. 4. nu. 4. laudatis assentior, qui annos harum seruitutum negant Chronologicos esse: siquidem anni eorum, eo modo ad annos iudicum reuocari possunt, quo q præcedenti tempore primæ seruitutis ad annos Othonielis reductum est. Nempe terra sub Aod quieuisse dicitur 80. annis, nō quod illa quies totos illos 80. annos tenuerit, sed eos compleuerit. Sicut enim Iudith cap. 16. v. 28. dicitur mansisse in domo viri sui annos 105. quia istos annos ibi finiuit: ita quies terræ sub Aod compleuit annos 80. quibus verisimile est Israelis filios aliquandiu perperam egisse, & sic eiusdem dedisse cur postea Moabitis seruirent, qua seruitute excussa pax & quies duranit, donec complerentur anni 80. ab obitu Othonielis, vt præter alios latè disputat Bonfrerius Iud. 3. v. 11.

De 3. seruitute.

3. Simili ratiocinio ab excessu Aod vsque ad finem pacis per Debboram & Baracà Deo concessæ supputantur 40. anni: inde totidem ad obitum Gedeonis. Necest, quod aduersarij vrgeant verba illa vulgatæ editionis: *quibus præfuit Gedeon*, cum nihil aliud indicent, quam pacem istā fuisse *in diebus Gedeonis*, vt habent Hebræa & Græca. Quod verum esse poterit, licet Gedeon iudicem non egerit, antequam 7. anni seruitutis essent euoluti: hoc enim septennium quadraginta annorum spatio quibus terra quieuisse dicitur tanquam pars illius temporis continetur, sicut 20. anni quibus Arca fuit in Cariathiarim, sunt pars illorum 40. annorum, qui Sauli tribuuntur, Act. 3. v. 21.

Confirmatur 1.

4. Quocirca illi auctores qui cū Petauio ab Heli obitu vsq; ad Enthroniſmū Dauidis 40. duntaxat annos computāt, & ita sacrum textum interpretantur vt illos 40. annos quibus Deus Saulem populo regem dedit, nō vnius Saulis fuisse dicant; ægrè ferre non debent, si communis sententiæ defensores putent annos 40 quibus tempore Gedeonis Deus quietē terræ indulsit, non fuisse adæquatè solius pacis, sed totius tēporis, quo à morte Barac vsq; ad Gedeonis obitū præterlapsi fortè Gedeon non prius iudicis officio functus sit, quā transactū fuisset oppressionis septenniū, sicuti neq; Deus Hebræis Saulē dedit, quā ipsi regē postulasseut, illis 20. an. iam exactis, quibus mortuo Heli Arca in Cariathiarim commorata fuerat. Quemadmodū igitur *sine audaci facinore* an. 40. qui Sauli tribuitur ab Heli interitu computari possunt: ita 80. anni, quibus labentibus terra quieuisse scribitur, *sine vi S. scripturæ illata*, ab Othonielis morte deducere licebit.

Confir. 2.

5. Adhæc, si boni auctores qui ante excidiū Ieroſolymitanū annos 70. seruitutis Babylonicæ auspicantur, sine insigni facinore bonū in sensum adducūt dicta verba, quibus terra dicitur cunctis diebus desolationis egisse Sabbatū vsq; dū complerētur 70. an. 2. Par. 36. v. 21. ita cōmunis sententiæ propugnatores testimonia quę asserūt terrā quieuisse 40. vel 80. an. cōmodè interpretari possunt.

Vt

Vt enim terra non totis adæquatè 70. annis, sed currentibus illis, donec
rentur egit sabbatum; ita quieuit annis 40. quibus Gedeon non totis sed
tibus præfuit. Rem paucis complector: quo sensu nec pauci, nec ignobiles
tores cum Petauio interpretantur 40 Saulis annos, 70. Babylonicæ
& 430. habitationis Aegyptiacæ iuxta vulgatam & Hebræam editionem
sanum in sensum adduci possunt 40. anni pacis sub Othoniele, 80. sub
sub Barac, totidemque sub Gedeone absque eo, quod anni seruitutum
tim computentur.

Confir. 3. 6. Præterea mortuis senioribus, aut mox, sine vllo prorsus interv
poris, *prima seruitus* cœpit; sublato Othoniele *secunda*, defuncto A
Barac & Debbora ex hac vita subtractis *quarta*; aut aliquid tempor
sit? Si prius asserueris, iure quispiam mirabitur, quomodo illis extinc
quo quidem temporis interstitio Hebræi in officio manserint, sed cont
Deum deseruerint, & simul in seruitutem inciderint, ita vt ne vnicus
annus post mortem seniorum, & priorum iudicum interuenerit, qui
tim in Dei cultu perdurarent, partim suis sceleribus pœnam meterent
quam eam sentirent. Imo scriptura indicare videtur aliquantum temp
tercessisse. Nam *post Aod fuit Samgar* Iud. 3. v. 31. *addiderunt que filij Israel fa
lum in conspectu Domini post mortem Aod, & tradidit eos Dominus in manu
4. v. 1. & 2. Credibile est, eos aliquandiu vt decebat vixisse antequam
malum, & aliquo temporis spatio scelestam vitam egisse, antequam
annorum pœna infligeretur.

7. Si concesseris spatium aliquod v. g. ab obitu seniorum, vsque ad
seruitutem intercurrisse; sed annis seruitutum absorberi: eneruabis arg
contra communem sententiam ex eo desumpta, quod Scriptura annos
tutum à iudicum temporibus distinguat. Eadem enim Scriptura tem
uaricationis ab annis seruitutum indicat esse distinctum: idcirco æque
te tempus quo bene ac postmodum perperam se gesserunt Israelitæ
uitutum absorbes, quàm si durationem seruitutum annis iudicum
Non est igitur culpanda communis supputatio quæ ab excessu Oth
mortem Aod annos 80. numerat, quibus torum illud tempus quo Hebr
tim probè partim improbè egerũt, partim seruitute pressi, partim pace
te fruiti sunt. Etsi verò forte dici possit, mox ab Othonielis obitu Hebr
liquisse, ante tamen eius mortem id contigisse, non videtur: *scelera enim
rexerat, & quoad vixit coercuerat*, inquit Serarius in Othoniele.

1. Corollarium. 8. Ex dictis colligitur *primò*, haud bene tempora oppressionum ad
dicum reuocari, eo modo quem proponit Gordonus: nam vt cætera
quæ ex dictis facile resolui possunt, certum est seruitutem sub Iabin

incubuisse post mortem Aod, vt patet Iud. 4. vers. 1. & sic anni 80. quipacitributuntur per Othonielem obtentæ, ad eius obitum finiti sunt, antequam post eum Samgar exurgeret, & Israelitæ regi Chanaan subijcerentur.

9. Colligitur 2. non satis claram videri eorum explicationem, qui asseruntin libro Iudicum cardinales numeros pro ordinalibus poni, vt cum *terra 40. annis quieuisse* narratur, idem sit ac si diceretur, *anno quadragesimo*. Non est enim rationi consonum vnius tantum anni quietem illam fuisse. Quod si dixeris terram, non illo solo anno quadragesimo, sed aliquot etiam antecedentibus annis, vsque ad quadragesimum in pace degisse, tandem tibi redeundum erit, ad allatam interpretationem, nempe quietem illam non totos 40. annos occupasse, sed compleuisse. 2. *Corollarium.*

10. Nec admodum satisfaciunt, qui terram 40. annos quieuisse, ita accipiunt, adscriptum esset, totam fermè aut maiorem illorum annorum partem præsijs caruisse, quamuis Israel tyrannidis iugo premeretur: nam Scriptura quietem seruituti opponere videtur. Oppressio & seruitus quietem non indulgent. Magnus motus est seruitus: idolorum adoratio, veterum institutorum perturbatio, populi oppressio & ruina non bene quietis nomine significantur. Et sanè 20. annorum oppressio, mediam temporis partem occupat, quod Baraco & Debboræ assignantur. *Tacita obiectioni fit satis.*

IVDICVM III. v. 11.

1. *Quieuit terra quadraginta annis*, ita nempe vt Præfectura Othonielis, & pax per eum acquisita non totos 40. annos continuerit, sed terminarit, vt notauimus quæst. præced. præsertim numer. 5. Imò valde probabile est, hisce 40. annis non solum pacis & primæ seruitutis tempus contineri, sed illud etiam quo Hebræi ante oppressionem partim verum Dei cultum retinuerunt, partim eo neglecto *fecerunt malum in conspectu Domini*, vt dicitur vers. 7. Neque enim simulac idolis seruire cœperunt, confestim ira Dei pœnam seruitutis inflixisse videtur, vt insinuat vers. 7. *Obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim & Astaroth.* Vocabulum *seruientes* aliquam idololatriæ moram denotat.

2. Hinc bene deducunt Abulensis hic quæst. 30. & Salianus an. m. 2941. numer. 2. inter Othonielis obitum, & secundam seruitutem pauculos saltem annos interuenisse, iuxta illud cap. 2. v. 19. *Postquam autem mortuus esset iudex reuertebantur & multo faciebant peiora, quam fecerant patres eorum, sequentes Deos alienos, seruientes eis.* Quot autem annis mortuo Othoniele, secuti sint Deos alienos seruientes eis, incompertum est: cõcede si placet vnius alteriusue anni spatium, & fatere eos, qui tempus seruitutum ab annis iudicum separant, non ha-

bere efficacem rationem cur id faciant, nisi etiam aliquot annos seponant de idolatriæ ab Hebræis subinde resumptæ, quod tamen saluis suis ratiocinijs facere nequeunt.

IVDICVM III. v. 30.

Quomodo id accipiendum.

1. *Et quieuit terra octoginta annis.* Q. Iulius Hilarion, Clemens Alexandrinus, Nicephorus Const. & aliqui è recentioribus hos 80. annos seiungunt à tempore, quo *seruierunt filij Israel Eglon regi Moab decem & octo annis.* Iud. 3. v. 14. Cæterum vera sententia durationem seruitutis Moabiticæ hisce 80. annis includi modo, quo iam vers. 11. dicebam primæ seruituris interuallum spatio annorum 40. comprehendi. Quo fit, vt hos 80. annos ab excessu Othonielis, adeoque Aodi supputandos existimem, cum Eusebio, S. Augustino, Sulpitio, Beda ne, & alijs q. 4. num. 4. recensitis. Paucos enim admodum reperire est, qui hosce 80. annos ad tempora iudicum accommodent.

Obiectio.

2. Dicet quispiam: S. Augustinus in hunc locum q. 19. sic scribit: *Quadraginta annos quieuisse terram promissionis à bellis sub Othoniele iudice Scriptura testatur, quod temporis primordia Romani Imperij sub Numa Pompilio tantum modo rege pacata potuerunt.* Et q. 24. *Sub iudice Aod 80. annos pacem habuit Israel in terra promissionis duplicato scilicet tempore quam fuit memorabile sub Romanorum rege Numa Pompilio.* Ergo ex sententia S. Augustini tempora seruitutis primæ & secundæ non

Responsio.

duntur annis 40. Othonielis & 80. Aod. Verum si de huius sancti sententia dicendum est idem eum sensisse, quod tradit Eusebius, vt patet ex lib. 18. cap. 22. Hic autem quæstiones mouet potius, quam resoluit, vt alibi in Retractationem annotaui.

Declaratio.

3. Abulensis Iud. 3. q. 12. videtur alludere ad doctrinam S. Augustini, quam retuli Gen. 11. v. vltimo, dum sic scribit: Fuit secundus Iudex Aod, sub quo computantur 80. anni, non quod omnibus annis præfuerit, sed quia totum tempus, quod fuit à morte Othonielis, vsque ad principium Aod finitum, fuerunt 80. Et in hoc includitur tempus illud, quod fuit sine iudice: nam sub tuo Othoniele, non fuit ilico constitutus in iudicem Aod, sed manserunt quousque Israelitæ oppressi ab hostibus, eguerunt duce. Computantur sub hoc anni 18. quibus oppressi sunt Israelitæ à rege Moab. Hæc ibi.

4. Hinc se prodit audacia Capelli, qui ab obitu Othonielis vsque ad tempus Aodi non nisi 26. annos repræsentat, quorum 18. seruituti sub Eglon fuerint, octo reliquos ipsi Aodo, contra omnium Chronologorum, nec non sacræ Scripturæ interpretum supputationem, imò contra irrefragabilem textus Hebræi, Græci, Latini auctoritatem, quam sine fronte eludere conatus dum fingit Enallagen numeri, & octo pro octoginta obtrudit. Sic me

Sectarijs obuius & indubitatus est sacrarum literarum sensus. Vide notata q. 3. num 11.

IVDICVM III. v. 31.

Post hunc fuit Samgar filius Anath. Fasti Siculi an. m. 4018. & 4042. tribuunt Aodo annos 56. Samgari autem 24. Verum præter alios bene aduertunt Tostatus hic q. 31. Torniellus an. m. 2720. Salianus a. 2695. ex communi auctorum supputatione Samgarem non integro anno Iudicis siue Vindicis munus obiisse. Scriptura enim hoc loco facta Samgaris mentione, mox initio cap. 4. ea prosequitur, quæ disertè, ait post mortem Aodi contigisse. *Quia* nimirum *breui admodum tempore Samgar Israelis Ducatum tenuit*, inquit Menochius Iud. 4. initio. Hinc Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 5. asserit Samgarem primo suæ Præfecturæ anno obiisse, Hebræi in Seder Olam nullum ei tempus adscribunt, sed tantum notant sub finem dierum Aod eum fuisse, nempe extremo annorum qui Aodo adscribuntur vel finito, vel labente: siquidem monet Scriptura Samgarem post Aodom extitisse. Exiguum autem hoc temporis spatium, quo Samgar viguit, aliqui ad annos Aodi referunt, alij tempora Debboræ & Barac, & his magis assentior.

Quamdiu præfuerit Samgar.

IVDICVM IV. v. 4.

1. ERat Debbora Prophetis vxor Lapidoth, *qua iudicabat populum in illo tempore.* Quo nimirum sæuiebat vicennalis illa oppressio sub Iabin, de qua v. 3. Vnde satis clarum habemus è Scriptura indicium, quo ex communi sententia hosce 20. annos seruitutis Chananææ illo 40. annorũ spatio inclusos putemus, qui Debboræ & quieti terræ adscribuntur. Hinc Menochius notat Debborã sine principatu iudicasse populum: *nam ante bellum*, inquit, *id non tulissent Iabin & Sisara.* Nec valet quorundam effugium, qui verba illa: *in illo tempore*, sic explicant: *nimirum post annos 20. sub idem tempus, quo clamantibus Iudæis annuit Dominus, & Debboram, qua paucis ante mensibus iudicare cœperat ad vindicandum in libertatem populum excitauit.* Si enim id valeret, dicendum esset tempus seruitutis Philisthææ ab annis Samsonis esse distinctos, sed Samsonem iudicasse Israelitas *in diebus Philisthym*, hoc est, paulo post 40. annos seruitutis Philisthææ trãsactos. Eadem enim ratio militat vtrobique cum ex vsu Scripturæ idem valeat *in diebus illis*, & *in illo tempore.* Deinde esto paucis ante mensibus Debbora iudicare cœperit, quam populus in libertatem assereretur: totum tamen tempus ad 40. annos quieti adscriptos reuocari poterit, vt iam ex Tostato dicam cap. 6. v. 1.

Tempus Debboræ.

IVDICVM V. v. 32.

Vnde hi 40. anni computentur.

Quieuitque terra per 40. annos. Non est hoc sic accipiendum, quasi horum annos terra in pace egerit, sed quia tempus istud 40. annorum, a morte Aodi vsque ad finem principatus Barac effluxit, quies terræ conclu in simili loquitur S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 14. & sæpius inculcat alis.

IVDICVM VI. v. 1.

Seruitus Madianitica.

1. *Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu Domini, qui tradidit eos Madian septem annis.* Hi 7. anni includuntur in illis 40. qui Gedeo buuntur. cap. 8. v. 28. Cum autem non appareat ratio cur hic ordinem ris neglectum opinemur; probabile est, post mortem Barac Israelitas co à Madianitis oppressos fuisse, sed paulatim in cultu Religionis rena factos intepuisse, tum aliquanto tempore impiè vixisse, ac tandem sepe afflictione iustas impietatis suæ pœnas dedisse. Totum nihilominus in quo Hebræi rectè, quo perperam sese gesserunt, quo grauissimum illu tutis Madianiticæ iugum tulerunt, quo denique libertate sub Gedeoni ctura potiti sunt, conficit illorum 40. annorum cursum, quibus Gedeo fuisse dicitur.

Documentum notabile.

2. Huc spectat generalis doctrina quam tradit Abulensis q. 9. Scit inquit, quod Iudices non præerant continuè Israelitis, ita quod mortu ilico succederet alius, sed cum morererur vnus, si Israelitæ erant in bo positione extra potestatem hostium, non curabant eligere Iudicem, sed bant sic, quousque exigentibus peccatis suis premebantur ab hostibus, accipiebant Iudicem, qui liberaret eos. Totum tamen tempus illud quod manebat sine iudicibus, computatur sub iudicibus sequentibus, ru ziente aliquo iudice, terra mansit sine iudice 20. annis, deinde iudex iudicauit 20. annis, dicet Scriptura de isto, quod iudicauit 20. annis, nulla tempora intermittuntur. Hæc ille: cui suffragatur Bonfrerius vers. 11.

IVDICVM VIII. v. 28.

Vnde hi 40. anni computentur.

Quieuit terra per 40. annos, quibus Gedeon præfuit. Communis sententia 40. annos à morte Barac ad finem principatus & vitæ Gedeonis rat. Addit Tostatus hic. q. 26. & cap. 3. qu. 12. fluentibus hisce 40. annis tas aliquandiu in officio mansisse, idola aliquanto temporis intervallo se, tum secutam 7. annorum tyrannidem Madianiticam, antequam

ad populum in libertatem vindicandum aggrederetur, ita vt ipse Gedeonis principatus separatim acceptus, forte non vltra annos 30. tenuerit: dicitur tamen 40. annos præfuisse, quia eius præfectura hos annos terminauit.

QVÆSTIO VII.

De annis Abimelech, Thola, Iair, quintæ seruitutis, & Iephte, aptè inter se componendis.

1. ANtequam de his iudicium feratur, considerandæ sunt, quæ habentur Iud. 8. v. 32. cap. 9. v. 4. & sequentibus, cap. 10. ab initio vsque ad ver. 10. inclusiuè, cap. 11. v. 32. cap. 12. v. 6. & 7. Ex quibus liquet *primò*, mox ab obitu Gedeonis Hebræos ad Idololatriæ vomitum reuersos. Postquam mortuus est Gedeon auerti sunt filij Israel, & fornicati sunt cum Baalim. Iudic. 8. v. 32. nempe ad initium regiminis Abimelech, quando nonnulli publicè idola venerabantur, siquidem Sichimitæ nouo Principi 70. pondo argenti è fano Baalberit, deprompserunt, cap. 9. v. 4. *Mortuo Gedeone Hebræi peccant.*

2. *Secundò*, inualuisse magis ac magis idololatriæ pestem. *Nam filij Israel, peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conspectu Domini, & seruierunt idolis Baalim & Astaroth, & Dijs Syriæ ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philistiim*, cap. 10. v. 4. *Crescit impietas eorum.*

3. *Tertiò*, pœnam huius infidelitatis fuisse oppressionem illam, qua tum Philisthijm, tum vero maximè filij Ammon per annos 18. adeo in Israëlitas sæuierunt, vt vastatis trans Iordanem ditionibus, traiecto flumine, agros Iudæ, Beniamin, Ephraim depopularentur, & Hebræos grauissimè affligerent, cap. 10. v. 9. Qua castigatione admoniti Israëlitæ ac pœnitentia ducti, ad meliorem viuendi rationem redeunt, in Maspha vt Ammonitis resistant, conueniunt, cap. 10. vers. 16. & 17. Galaaditæ Iephtem ea lege in belli ducem eligunt, vt, si cum Ammonitis debellasset, Principatum in Galaad obtineret, cap. 11. ver. 9. & seqq. *Pœna peccati seruitus annorum 18.*

4. *Quarto*, non esse causam, cur vllum ponatur interregnum à morte Gedeonis vsque ad Iairi obitum. Omnes proinde authores Gedeoni Abimelechum, huic Tholam, Tholæ Iairum ἀμίσους subrogant. An vero Iairo vita functo 18. annorum oppressio interijcienda sit, antequam Iephte principatum auspicereretur, in quæstione poni solet. *Ab obitu Gedeonis ad obitum Iairi nullum Interregnum Quæstio.*

5. Annorum 18. seruitutem inter Iairum & Iephten inserunt Samerius ad ann. m. 2759. Serarius Iud. 10. q. 5. Lyranus Iud. 11. Tostatus Iudic. 10. q. 17. Fasti Siculi, Iulius Hilarion, Clemens Alexãdrinus, &c. Fauet Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 9. quam in sententiam nonnulli S. Augustinus hic q. 49. accersunt: Id verò in ea

quæstione quantumuis prolixa, non deprehendo. Huius opinionis asse-
1. Opinio & 2. rationes eius. duas produnt rationes. 1. ex Scriptura desumptam, quæ prius Jairi re-
quam noua Hebræorum scelera, & scelerum pœnam, 18. annorum seru-
recenset. 2. quia, vt putat Abulensis, non possunt colligi ab Exodo, vs-
Templum 480. anni, nisi hæc annorum 18. oppressio seorsim ponatur.

2. Opinio communis. 6. Alij tamen quàm plurimi nullum hîc interregnum agnoscunt, &-
pus oppressionis Ammoniticæ annis Judicum comprehendunt. Ex-
communi Hebræorum traditione, S. Augustinus, Sulpitius, Julianus E-
Toletanus, Freculphus, Beda, Ado, Genebrardus, Torniellus, Salia-
donus, Petauius, Bonfrerius, & alij plures Catholici, ad quos è Sec-
dunt, Bucholceri, Beroaldus, Capellus, Alstedius. Ratio est, quia nu-
iusta causa, cur anni isti multiplicentur. Scriptura per prolepsin, pru-
Jairi, quam oppressionem populi Hebræi recensuit, vt non interciso-
storiæ filo narrationem de causis, duratione, fine seruitutis, quam
stulit, pertexeret. Qui verò seruatum hîc temporis ordinem adstruun-
fateri hanc oppressionem non ipsos 18. annos durasse, sed aliquot
mortuo Jairo interuenisse, quo Hebræi veteribus peccatis noua a-
Dijs alienis seruierunt, aut certe Jairum adeo sceleratum fuisse, vt publ-
dololatriam sui Principatus tempore permitteret. Quod aduersæ part-
hactenus non ostenderunt. Recole quæ ex Tostato retuli, cap. 6. vers.
gitur aliæ seruitutes alibi annis Judicum absorbentur; ita & hæc.

De initio horum 18. annorum 1. Opinio. 7. Sed dubium oritur quando hi 18. anni aperiantur, quando clau-
Sunt enim qui eos à Jairi morte deducunt, & annis sequentium Judi-
cludunt, nempe 6. Jephte, Abesan 7. & quinque prioribus Abialon-
bius cum Hebræis, Freculphus &c. Aliqui tradunt dici posse Gabaa-
dem sub initium Iephte pacem consecutos, alias verò tribus à Philist-
statas diutius, ita vt hæc 4. seruitus 18. annorum sub Iairo cœpta ad Abe-
que tempora, per solos Philisthæos, aut in sola Chananæa propagi-
Quid Capellus & Caluisius sentiant, referam cap. 10. v. 8.

2. Opinio. 8. Alij censent Hebræos iam inde ab obitu Gedeonis cœpisse ad-
leribus sese paulatim obstringere, donec ad annum circiter 5. aut 6.
pressio Ammonitica in eos incumberet: cui malo tandem Iephte, ann-
2. quàm in Ducem electus erat, finem attulerit. Sic ratiocinia ponunt I-
lus, Gordonus, Salianus, Petauius, Bonfrerius cum Mercatore, A-
mio &c. quibus Genebrardus in 3. edit. re melius considerata subscribit.

Finis huius seruitutis. 9. Israëlitas ab initio Principatus Iephte, hoc onere leuatos
Abulensis & alij, qui hanc calamitatem ab annis Iudicum secernun-
pertè tradit Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 9. vbi de Iephte; *Finem seruitu-*

quam suagens per annos decem & octo pertulerat. Et hoc indicare videtur sacra pagina Iud.11.v.32. *Transiuitq; Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manus eius, percussitq; ab Aroër, vsquedum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel.* Et licet sine temeritate dici possit, tunc fractas & attritas esse partes Ammonitarum vires, non tamen omnino sublatam seruitutem; sed per Philisthæos extra Peræam siue Galaaditidem continuatam; probabilius tamen videtur, sub initium principatus Iephte, Hebræos absolutè in pristinam libertatem assertos, ac paci restitutos; tum quia vix alias oriri potuisset dissidium inter Ephraim & Galaad, de quo, cap.12. quin potius nisi cum Ammonitis debellatum fuisset, vtraque Hebræorum factio iunctis viribus communi hosti sese opposuisset, nec tot millia Ephraimitarum à Galaaditis ad Iordanem trucidata fuissent. Tum quia permirum foret, post tam celebrem victoriam quam Iephte de Ammonitis reportauit, durasse Israëlitarum seruitutem, vsque ad annum 5. Ahialonis, aut Abesanis tempora, quorum Iudicum Scriptura nullas virtutes commemorat, quas sine dubio nō siluisset, si quod à Iephte bene cœptum erat, id ad stabiliendam populi libertatem Ahialon aut Abesan absoluisset. Quare licet in Synopsi Eusebium secutus, sub Ahialone pacem Hebræis tedditam notauerim: re tamen accuratius ponderata in eorum sententiam pronior sum, qui putant Iephten Israëlitis pristinam libertatem ac pacem recuperasse, vel primo, vt Torniellus, vel secundo sui principatus anno, vt putarunt Salianus. Successit igitur absque interregno Abimelechus Gedeoni, Abimelecho Thola, Tholæ Iairus, Iairo Iephte. Cœpit oppressio siue seruitus Ammonitica circa 5. aut 6. annum Iairi; finita est anno primo aut secundo, quam Iephte Ducatum inierat.

9. Argumentis aduersariorum satisfaciet, qui dixerit mortem Iairi per prolepsin ante oppressionem Ammonitarum enarrari. Deinde annos 480. ab Exodo ad Templum commode supputari posse absque interregno post obitum Iairi iam explicatum est, & repetam 3. Reg.6. *Ad rationes aduersariorum.*

10. Restat dubium de eo, quod Iephte ait, Israelitas 300. annis terram Galaad possedisse. Iud.11. v.26. Certum est enim Galaaditas in terræ istius, de qua erat contentio possessionem immissos anno 40. ab Exodo: inde vero quomodocunq; fiat computus vix aut ne vix quidem iste 300. annorum numerus colligi potest. Lyra Iud.11. & Tostat.ib.q.38. à Moysis obitu vsq; ad annum primū Iephte cōputant annos 267. Totidem Torniell. & Salian. Bonfrerius 266. Eusebius 277. Serarius 253. Gordonus 287. Genebrard. 268. Petauius, qui ab annis Iudicū nō nisi quatuor primas seruitutes excludit, ab excessu Moysis, vsq; ad vltimū annum Iairi putat annos 325. alij aliter suas rationes instituunt. Quonam igitur sensu accipiendū est quod asseruit Iephte? Lyran. & Abul. respondent 1. *Dubium.*

Iephten

Resp. 1. Iephten errare potuisse, salua Scripturæ veritate: hæc enim non signat
annos, sed refert Iephten ita respondisse. *Poterat*, inquit Abulensis q. 8.
mentiri, in aliqua summa annorum, fortè ex ignorantia, vel quod verisimilius
Resp. 2. *gendum ius suum, vt ostenderetur præscriptio valde longa.* Respondent 2. Iephten
mendacio vsum fuisse loquendi modo plerumque vsitato, quo numerus
& rotundus neglectis aliquot annorum minutijs, poni solet, siue enim
266. v. g. siue à 300. terram possedissent Galaaditæ, parum ad ius illorum
liendum referebat, cum vtralibet annorum summa ostenderet abundè
ptionem. Hinc Torniellus ann. m. 2849. numer. 3. ait Iephten per am
nem locutum, ac si dixisset per annos ferè trecentos. Idem reipsa
Resp. 3. tur Salianus eodem anno, numer. 32. Quam explicationem non pu
dam, quamuis & alia mihi occurrat, nempe Iephten spectasse respo
Ammonitarum, asserentis: *tulit Israel terram meam, quando ascendit*
Iud. 11. v. 13. Hoc autem Iephte dupliciter refellit, 1. negando rem ita
2. ad hominem vt aiunt argumentando, quasi dicat: si Israel eam terram
inuasit, quando proprie loquendo pedem extulit de Ægypto, iam 300
nimum annorum possessione eandem præscripsit. Siquidem iuxta
nem supputationem Iephte ad Principatum vocatus est circa annum
do 306. quare hoc Iephtes assertum non magis suffragatur eis, qui
spatia ab annis iudicum excludunt, quam communi sententiæ, quæ
da negat.

IVDICVM X. v. 8.

De sensu huius loci. *AFflictiq; sunt & vehementer oppressi per annos decem & octo.* Hebræus
anno isto, octo & decem annos; quod Græcus transtulit: *in tempore*
annos. Noster autem fideliter sensum sensui reddidit, quem vt legi
Capelli figmentũ. nes, vt reor, Catholici, qui huius loci meminerunt, amplectuntur.
vero ad ann. m. 2811. legit, *confregerunt & conquassarunt Israelitas hoc ipso*
mo octauo, nempe *Iubilæi*. Volebat hic Nouator tempora seruitutum
Iudicum separare, & annos nihilominus 480. ab Exodo ad Templum
re. Hoc absurdo posito, cætera accidunt, dum inauditam hactenus
commentus Aodo pro 80. annis octo solum tribuit, numero 450.
Act. 13. v. 20. inscriptorum, centum detrahit, de tempore huius seruitutis
alij fatentur annos duodeviginti tenuisse, 17. tollit, atque anno decimo
excitatam simul & sopitam tradit. Poterit alius paris audaciæ Sectarius
milem enallagen, pro 40. annis Othonielis, Debboræ, Gedeonis,
duntaxat reponere, numeros ordinales pro cardinalibus obtrudere
excogitare non minus absurda, quàm quæ finxit Capellus.

1. Sethus Caluisius anno m. 2761. signat primordia huius seruitutis, anno 2766. obitum Iairi, anno 2779. initium Principatus Iephtes & victoriam de Ammonitis. Vnde colligimus ex eius opinione 13. aut 14. circiter annos huius seruitutis inter mortem Iairi & Principatum Iephtes interponi, reliquum tempus cum vltimis annis Iairi concurrere. Quæ calculatio singularis est: siquidem alij auctores aut 18. annorum, aut nullum interregnum ponunt, vt dictum q. præced. *Sethi opinio singularis.*

IVDICVM XI. v. 26.

PEr trecentos annos: quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentatis? Vide notata q. præcedenti, num. 10.

IVDICVM XII. v. 7. & seqq.

IVdicauit itaque Iephte Galaadites Israel sex annis &c. Abesan post Iephten officio iudicis functus est annos septem: post Abesanem Elon 10. annos, post Elonem Abdon, octennium. Iudic. 10. vers. 10. 11. 14. ita vt à Iephte vsque ad principatum Abdonis nullum ab auctoribus interregnum inseratur, ne annorum Iudicum inter se implicentur: siquidem Scriptura vnum alteri successisse tradit. De Elone duntaxat notandum est, eum ab Eusebio & paucis alijs prætermissum, quia vitiosis exemplaribus septuaginta vsi sunt, in quibus Elonem non repererunt. Iam pridem autem Hebræa, Græca, Latina vnanimi consensu Elonem inter Iudices recensent, eique 10. annos tribuunt. Clemens autem Alexandrinus eum quidem agnouit, sed non nisi 8. annis eius potestatem definiuit, siue quod ita in textu corrupto legerit, siue aliud quid acciderit. Communis nihilominus supputatio retinenda est, quæ Ducatum Eolonis in annos decem producit. *De Iephte, Abesan, Elon, Abdon.*

IVDICVM XIII. v. 1.

RVrsum filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis.

QVÆSTIO VIII.

De initio & fine seruitutis Philisthææ.

1. VAriæ sunt de huius seruitutis & Samsonis annorum computationes. *Prima* est Hebræorum in Seder Olam cap. 12. vbi 20. annos huius seruitutis ad Iephten & sequentes iudices; 20. reliquos ad Samsonem referunt. *1. Computatio.*

2. *Secunda* tempus huius oppressionis ab anno 14. Iairi vsque ad Samsonis nuptias deducit. Ita Iunius Tremellius in suis notis, & addit ea quæ hoc 13. cap. narrantur, præcedentium Iudicum temporibus accidisse. *2. Comp.*

3 Computatio. 3. *Tertia* dimidium huius seruitutis spatium dat Samsoni; reliquum H
Ita Eusebius in Chronico. Sulpitius lib. 1. sacræ histor. Abulensis hic q. 2
brardus anno m. 3006 Funccius ann. 2793. Fauet Lyranus Iud. 13. lit. b. dum
hos *annos* 40. computari à tempore Samsonis & Heli.

4. Comp. 4. *Quarta* inter Abdonem & Samsonem aliquod ponit interuallum
Israel ob sua facinora in seruitutem inciderit. Ita Serarius, Iud. 13. q. 1. & reli
pho confirmat, qui lib. 5. Antiq. cap. 10. refert post mortem Abdonis
à Palæstinis superatos, & illis tributa pependisse, ab ea autem miser
tos, in eum modum, quem de Samsone narrat. Addit Serarius q. 34.
rationem fuisse post nuptias Samsonis, sed ante mortem ipsius. Ad
nionem refero Clementem Alex. Iulium Hilarionem, Nicephorum
totos hosce 40. annos à Iudicum annis seponunt.

5. Comp. 5. *Quinta opinio* huius seruitutis tempus adæquatè idem esse
Samsonis & Heli. Id asserit Masius, admittere videtur Serarius, & nonn
recentiores, idque ex eo cõijciunt, quod cum Samson à Philisthæis capt
reretur, adhuc Israëlitæ illorum tyrannide premebantur. Negant deinde
sonem & Heli diuersis temporibus iudices fuisse, sed ambos putant vel
diuersis prouincijs iudiciariam administrationem exercuisse, vel potius
simodè vtrumque vocari iudicem: Samsonem quidem idcirco dici
iudicasse, quod vindex, vltor, defensor fuerit; Heli verò propriè iudic
functionem obiuisse, siue ius populo dixisse. Cur verò ex quorundam op
Heli 20. tantum anni dentur, dicam quæstione sequenti.

6. Comp. 6. *Sexta* est Sethi Caluisij, qui anno m. 2802. scribit Eloni succes
donem per annos 8. ann. m. 2805. initium huius 40. annorum oppres
stituit: anno 2810. primordia gubernationis Heli. anno 2830. Samso
Deo sacer ab vtero materno incipit, robore gigas fuit, sed quem nul
tuit superare, voluptas euertit, &c. Anno demum 2831. Heli obitum
de colligo *primò* ex eius opinione, post Abdonem proximè Heli
Samsonem verò cœpisse, cum Heli iam annos 20. Iudicem egisset. Sa
li hoc modo ad annum 41. peruenisse in sua Præfectura. *Tertio* seruitu
listhæam hac ratione finitam quinquennio circiter ante mortem Sam

7. Comp. 7. *Septima* opinio est Tornielli & Saliani ad annum m. 2860. qu
no circiter quarto Abesanis inchoante Hebræorum impietatem ade
uisse putant, vt propter eam traditi fuerint in manus Philisthinorum a
Iudic. 13. vers. 1. hanc autem seruitutem inijsse paulo ante conceptionem
sonis, & morte ipsius finitam, quando principibus Palæstinorum de
na occisis, adeo fractæ sunt vires eorum vt vsque ad postrema Du
tempora nullum bellum intulerint Israëli. Ortum Samsonis ad annum

Abesanis ineuntem referunt. Hinc enim ad obitum Samsonis 40. anni computantur, si nullum hunc inter & Abdonem interregnum inseratur. Probant suum assertum ex cap. 16. Iud. 27. vbi *omnes* principes Philisthinorum tragico illi spectaculo interfuisse insinuantur, & ver. 30 dicitur, *domus super eos omnes & cæteram multitudinem quæ ibi erat, cecidisse*, ita vt Samson multo plures interfecerit moriens, quam ante viuus interfecerat. Ingentem autem Philisthæorum numerum ibi fuisse indicat sacræ scripturæ textus dum refert, *domum fuisse plenam virorum ac mulierum, ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusque sexus spectasse ludentem Samsonem.* Vnde probabiliter colligunt, tunc præter multorum millium stragem dominationis Philisthinæ neruos incisos fuisse, neque ad plures annos in eis inuentos, quorum auctoritate, consilio, viribus, seruitus Israëlitarum continuari posset. Id etiam ex eo confirmant, quod ab obitu Samsonis scriptura nullam oppressionis mentionem faciat, vsque ad finem regiminis Heli, quando hinc Israëlitarum, inde Palæstinorum acies, quasi viribus suppares concurrerunt. Bonfrerius Iud. 13. v. 1. disertis verbis affirmat se Torniello & Salliano subscribere, dum 20. annos huius seruitutis ad antecedentes iudicum annos reijciunt; viginti posteriores ad Samuelis annos, qui 20. annis iudicasse dicitur Israelem, ita vt in Samsonis morte ea seruitus desierit. Idem reipsa sensisse videtur Capellus, ann. m. 2817. vbi diserte ait 40. annos quibus Philisthini dominati sunt in Israëlitas, posse à quarto Abesanis anno inchoari, & in Samsonis obitu finiri, nec aliam ipse horum annorum computandorum rationem affert. Idem sentit Alstedius titulo 11. Chronologiæ, ann. m. 2770. dum asserit Samsonem natum tempore sextæ seruitutis quadragenariæ sub Philisthæis, & postea populum liberasse ab isto iugo partim cædendo Philisthæos, partim deijciendo ædes.

8. Hisce adnotatis, de hac seruitute existimo dicendum *primò*, eius durationem non videri distinctam ab annis Iudicum. Hæc est communis sententia, quam præter alios propugnant auctores pro recensitis opinionibus excepta quarta laudati, quibus adde Gordonum ann. m. 2838. & plerosque q. 4. num. 4. memoratos, Bucholcerum, qui ann. m. 2783. inscribit initium Abdonis, anno 2791. Samsonis; ann. 2811. Heli, nullo temporis spatio huius seruitutis relicto. Nec obstat, quod post obitum Abdonis Iud. 13. v. 1. dicantur Israëlitæ malum fecisse, & traditi in manus Philisthinorum 40. annis. Ibi enim ordo temporis non seruatur, sed prius, quæ ad Abdonem & præcedentes aliquot iudices attinent succinctè tradita sunt, ne historia de Samsone prolixius texenda interrumperetur. Idem fortè de Iosepho dici posset. 1. Concl.

9. Dicendum 2. huic seruituti finem non attulisse nuptias Samsonis: siquidem legimus diserte Samsonem iudicasse in diebus Philisthijm 20. annis. 2. Concl.

Iud.15.verſ.vltimo:quibus ſcilicet Philiſthijm in Hebræos tyrannidem ex-
bant. Quod ipſum Samſoni obijciebatur ibid.v.11.*Neſcis quod Philiſthei*
nobis? Ex quo etiam confirmatur,quod iam dicto 1.aſſerebam. Addit Se
hîc q.1.ab anno 14.Iairi,ad Samſonis nuptias eſſe plures annos,quam 40.
pe reſiduos Jairi 9.ſecutæ ſeruitutis 18. Iephte 6. Abeſanis 7.Elonis 10.
nis 8.ex quibus colliguntur anni 58.Verum niſi aliud quippiam adiungu
cile reſponderit Tremellius ex communi ſententia illos ſeruitutis
Jairi tempore abſorberi:& ſic ab huius anno 14.vſque ad Samſonis co
non niſi annos 40.effluxiſſe.

3.Concl. 10. Dicendum 3. Judæos hallucinari, dum à primordijs gub
Jephtes ad finem Samſonis 40.annorum ſeruitutem metiuntur: illo
poris interuallo 51.anni continentur. Jephte 6.Abeſanis 7.Elonis
nis 8.Samſonis 20.Adhæc Jephte Ammoniticam ſeruitutem initio
patus extinxit:ac proinde non eſt veriſimile, eodem tempore Philiſth
arſiſſe : huic enim cauſam dederunt Iſraëlitæ ſuis ſceleribus poſt Jeph
niſtrationem patratis,vt collig.cap.13.v.1.conſideratis ijs, quæ de Jeph
quentibus iudicibus ante notata ſunt.

4.Concl. 11. Dicendum 4. Non carere probabilitate eorum computum,
circiter annos huius ſeruitutis Samſoni tribuunt, totidemque fere Heli
tiunt:ſolum enim obſtat, quod antequam Samſon conciperetur Angel
dixerit:*Ipſe incipiet liberare Iſrael,de manu Philiſthinorum.* Jud.13.v.5. Quib
bis innuere videtur Dei nuncius Hebræos iam tunc ſeruitute preſſos
arguit Salianus illo ann.m.2860. numer.8. *Non enim*, ait, *dicetur homin*
& ſano : veniet medicus,qui te curare incipiet,niſi præmittatur eum in morbum
Ad hoc tamen reſpondere poſſent auctores 4.& 5.opinionis, fortè A
diſertè hanc oppreſſionem prænunciaſſe futuram, licet id ſcriptura
aut certè non fuiſſe opus expreſſo de ea calamitate vaticinio. Manu
& vxor eius, ex præparatione medicinæ morbum futurum ſatis in
poterant, cui Samſon medicinam aliquam, ſed non perfectam ſanitate
turus eſſet.

5.Concl. 12. Dicendum 5.non idcirco temerariam eſſe quintam opinionem
iudicis vocabulum non ei ſolum tribuat, qui iudiciariam poteſtatem
& iuridicundo præeſt, ſed illi etiam, qui oppreſſorum defenſor & vin
hoſtium propellit,vtramque enim notionem admittit vox Hebræa Sch
vt bene docet Petauius: at vero ſeruitutem Heli interitu finitam,non
perſuaſu. Nam ſub finem principatus & vitæ Heli, prælio inter Iſrae
Philiſthæos inito,terga vertit Iſrael,& cæſa ſunt in illo certamine paſſim
gros quaſi quatuor millia virorum,1.Reg.4.ver.2.Repetito mox con

arcâ in locum castrorum allatâ, *Israel cæsus est, & fugit vnusquisque in tabernaculum suum, & facta est plaga magna nimis, & ceciderunt de Israel triginta millia peditum, & arca Dei capta est.* Quæ cum Heli subito nuncio intellexisset, *cecidit de sella retrorsum, & fractis cervicibus mortuus est.* Hæc rerum catastrophe non tam mihi videtur antiquæ seruituti finem imposuisse, quam nouam Hebræis subiectionem: nam Philisthæi non nisi post 7. menses arcam remiserunt, quo tempore quinquaginta millia Bethsamitarum interierunt. 1. Reg. 6. v. 19. Addo hãc & Sethi Chronographiam communi auctorum placito aduersari. Hinc Genebrardus an. m. 3006. *miror*, inquit, *Masium doctissimum Iosue interpretem maluisse expungere Samsonem de numero iudicum, & eius 20. annos, quibus Israëlem iudicasse memoratur adscribere diuulsato pontificatui Heli, quam in cæterorum Chronographorum sententia, aut potius diserto Scripturæ verbis permanere.* Iud. 16. *Fortassis voluit partim redundantem Iudæorum traditionem de 28. annis Iosue, partim corruptam Græcorum editionem tueri pertinacius.* Hæc ille, & ex illo Serarius. Iud. 13. q. 34. qui hanc Masij opinationem vocat singularem & ab omnium iudicijs dissidentem. Idem autem potiori iure de Caluisij supputatione dicerent Serarius & Genebrardus.

13. Dicendum 6. valde probabilem esse Tornielli, Saliani, Bonfrerij sententiam, vt indicant rationes quibus suam illi doctrinam stabilire conantur. Ad illud autem quod de Samsone prædixerat Angelus: *ipse incipiet liberare Israel, de manu Philistijm*, respondet Torniellus isto loquendi modo insinuari, quod post liberationem à Samsone faciendam Philistæi non semel insurrecturi erant contra Israëlem, donec tandem à Dauide subacti, ipse penitus ab eis liberaret Israëlem. Vnde concludit potuisse seruitutem 40. annorum inijsse paulo ante nativitatem Samsonis, & eius morte desijsse. Similem ferè huius loci interpretationem affert Serarius illa q. 34. Dicitur inquit Samson incepturus liberationem Israelitarũ à Philisthæis, non quod eius principatus tempore, ij adhuc illis subiecti fuerint, sed quod cum postea sæpe contra Philisthæos eosque aliquandiu pene solos pugnatum sit, vt lib. 1. Reg. patebit, has paulatim pugnas, hancque ab gente illa saluationem inceperit Samson, longe illustrius & constantius, quam Samgar vel Iephte. In hoc porro Serarius, Torniellus, Salianus conueniunt, quod hanc seruitutem extinctam à Samsone existiment: hi morte ipsius, illi verò citius. *Conclusio.*

IVDICVM XV. v. 20.

1. IVdicauitque *Israël in diebus Philisthijm viginti annis.* & c. 16. v. 31. Iudicauitque *Israël viginti annis.* Vnde certo colligitur Samsonem meritò in iudicibus Israeliticæ gentis recenseri, non minus quã Abesan, Iair, Iephte: quod & antiqui obseruarunt, vt Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 10. sub finem, Theodoretus lib. 3. S. Au- *Samson iudex 20. annis.*

S. Augustinus lib. 18. ciuit. cap. 19. Athanasius, siue Anastasius in Synops. S. tius lib. 1. sacræ hist. Rupert. de Iudicibus cap. 7. & multi alij recentiores Chronographi, tum sacrorum eloquiorum interpretes, in hunc librum I. 49. v. 16. vbi illud: *Dan iudicabit populum suum sicut & alia tribus in Israel*, ad Samsonem applicant, qui erat de tribu Dan, sicut Othoniel & Ge tribu Iuda, Aod de Beniamin, Barac de Nephtali &c quamuis hunc non singulæ tribus consecutæ sint. De tribu enim Simeon, Ruben, Gad non legimus iudices extitisse.

Non 40. 2. Ex eo, quod Samson 20. annnos populum iudicasse, bis legatur Hebræorum scripserunt Samsonem annos 40. iudicem fuisse, nem ante asini mandibulam in Philisthæos vibratam, & postea totidem Serarius illa q. 34. Nonnulli verò Samsoni 22. annos attribuunt, sed ne. Communis enim doctrina iudiciariam illius administrationem nos 20. reuocat, quam etiam tenent illi Rabini, qui in antiquis se legi runt, Samsonem 40. annis iudicasse: neque enim videtur Samson ni nisi nuptijs cum Philisthæa iam contractis, anno circiter vigesimo suæ. Si ergo 40. annos iudicis functiones obiuit, ad annum vitæ circiter simum perijt: quæ ætas Dalilæ amoribus parum idonea videtur.

Cur bis notati sint isti 20. anni. 3. Cur igitur isti 20. anni bis in sacris codicibus annotantur? Varias producit Serarius: ea præ cæteris mihi probatur, quod sacræ Scriptu suetudo sit, rem eandem varijs occasionibus sæpius inculcare. Sic 1. Reg. 11. Dauid 40. annos regnasse dicitur, quod iam notatum fuerat 2. Reg. 4. occasione eorum quæ Samson ad sui principatus initium gessit Iud. Scriptura cum 20. annis iudicasse subtexuit: rursus occasione mor idem repetit Iud. 16. v. 31.

Initiũ & finis eorũ. 4. His 20. annis mors Samsonis finem attulit, vt bene notat Abulen 15. qu. 33. Torniellus, Bonfrerius, Salianus & alij: sicut aliorum iudicum ipsorum obitu terminantur. De principio horum annorum Tostatus potissimum instituit supputationem, nempe vel à morte Abdon, qui nem proximè antecessit, vel à Samsonis natiuitate, vel denique à tempo Philisthæos impugnare cœpit. Prima ei maximè placet: quia anni cer iudicum ab obitu præcedentis numerari solent, vt ab Exodo ad Templ cam 480. anni habeãtur. Cui subscribo & communi sententiæ, quæ a cum sextam seruitutem inuoluit, & 20. annos Abdonem inter & Heli nit. Ita Eusebius, Sulpitius, Iulianus Archiep. Tolet. Vincentius, Bellov phus, Lyranus, Beda, Ado, Genebrardus, Gordonus, Torniellus, S Bonfrerius &c. Quo etiam suas rationes siue sponte, siue inuiti ad rique Sectariorum, vt Beroaldus, Funccius, Xyliander, Capellus, Bu rus, &c.

5. Quid de Samsonis ætate opinari possumus? Censet Abulensis eum natum anno circiter secundo ab obitu Abdonis, ætatis verò 17. aut 18. vxorem duxisse, mortuum anno 19. necdum expleto. Putat enim hic auctor Samuelem vix vnius anni spatio iudicasse: ei tamen omnes annos tribui, qui à morte Abdonis ad Samsonis interitum decurrerunt, sicuti Aodo, totus ille 80. annorum tractus adscribitur, qui à fine Othonielis ad Aodi excessum protenditur. Serarius illa q. 34. existimat Samsonis administrationem cœpisse, cum plagas Philisthæis pugnando intulisset. Idem sentiunt Torniellus & Salianus. Sic mortuus esset Samson cum ad annos ætatis 35. aut 36. peruenisset, vt Serario, vel 39. vt Saliano & Bonfrerio placet. Hæc res incerta mihi esse videtur, quippe quæ meris coniecturis, ne dicam suspitionibus, non tam nitatur, quam agitetur. Ad sacræ paginæ interpretationem parum refert, vtrum hoc an illud opineris. Quanam autem ratione anni Heli à tempore Samuelis distinguendi sint, infra suo loco, dicam.

De ætate Samsonis.

IVDICVM XVII. v. 1.

Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas.

QVÆSTIO IX.

Quando contigerint, quæ de idolo Michæ narrantur.

1. NOtat post alios Bonfrerius varia auctores hac de re opinari, dum id alij accidisse volunt Iosue adhuc viuente, quidam eo mortuo, sed Calebo & Senioribus necdū vita functis: nonnulli tempore primæ seruitutis sub Chusane Mesopotamiæ rege; hi ad Othonielis primi Iudicis, illi ad Eglonis tyrannidem, quæ primum iudicem secuta est, reuocant, non pauci deniq; post Samsonis interitum differunt. At verò certum est, quod *in diebus illis non erat Rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat*, vt dicitur hic v. 6. Erat igitur tunc Anarchia, qua durante neque rex, neque iudex erat, qui populi scelera coerceret, aut si erat, qui officium iudicis obiret, is populum in officio non continebat, vt notat Sanctius initio Commentariorum in libros Regum, ex Ruperto lib. 4. cap. 10. & dicam latius cap. sequenti.

Varia hac de re opiniones.

Certum 1o

2. Certum est *secundò*, id non accidisse tempore Iosue, tum quia sub eo, nō faciebat vnusquisque, quod sibi videbatur, eo quod *Iosue corrigeret ad vnguem peccata, & potissimè idololatriam*, vt habet Tostatus quæst. 1. constatque ex facto Achan Iosue 7. & altari, quod duæ tribus & dimidia ad Iordanem erexerant. Iosue 22. vers. 10. & seqq. Tum quia seruiuit Israel Domino cunctis diebus

Certum 2o

Iosue

Iosue. Ios.24.v.31. Iud.2.v.7. Tum denique, quia omnes aliò quam ad tempora referunt.

Nulla tũc erat seruitus.

3. Non est vlla ratio, quæ suadeat hæc gesta fuisse alicuius seruitutis re: quia qui opprimitur, non commodè dicitur facere quod sibi bonum tur, siue pro arbitratu viuere, sed habet parere necesse. Deinde Leuit Michæ Sacerdos tunc voluntariam suscepisse peregrinationem, non te coactus, sed spe commodioris conditionis fretus. *Peregrinari volue commodum sibi reperisset.* v.8. Addit Bonfrerius hic; *seruitutum illarum premebantur Israëlitæ, & bonis omnibus spoliabantur, vt non liberet cogitare ædiculis sacroque apparatu nouo comparando.*

Sed libertas viuẽdi

4. Ex hoc autem, quod in illis diebus non erat rex in Israel, sed vn quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat; non licet certo concludere storiam post mortem Iosue, antequam surgerent iudices contigisse babile est, quod monet Tostatus. qu.1. subinde post iudices fuisse quibus populo libertas viuendi permitteretur. Quam rationem appro rarius, dum post Samsonem putat idolum Michæ conflatum fuisse. A ranus plures iudices fuisse per modum directionis potius & cõsilij, minij seu imperij. Imò Bonfrerius vult hic nomen regis accipi propri aliud significetur, nisi quod antequam reges Hebræis præessent hæc

1. Opinio.

5. Hisce præmissis duæ potissimum opiniones examinandæ sunt nonnullorum Hebræorum quos sequitur Serarius, q.14. asserentium mortem Samsonis facta: quia nisi aliud constet, censenda est scriptura ordinem tenere, hanc autem de Micha narrationem casui Samsonis Confirmant ex illa particula, *fuit in illo tempore*, quæ licet in Hebræo Chaldæo non habeatur; ea tamen à Latino eum in finem addita videt

Ratio.

Refellitur.

nificet hæc contigisse eo tempore, quo Samson se & Philisthæos ruina oppresserat. Verum histerologiam hîc admittendam esse sua cra harum rerum pagina, quæ huius idoli sacerdotem nobis reptæ tham filiũ Gersam, Aaronis nepotẽ, v.30. Ab excessu autẽ Moysis, qu iam adultus erat, vsque ad Samsonis interitum plusquam 300. anni Deinde flagrante tragœdia Beniaminitica adhuc Phinees summo fungebatur Iud.20.v.28. quæ nequaquam ad Samsonis obitũ differri Iusta autem causa dilatæ vsque ad finem Samsonis, de Micha narrat quod huius libri auctor prius res à iudicibus in communi gestas sine cularium interpositione, expedire voluerit, quam ad hæc particularia Michæ, de excidio Lais, de facinore & clade Beniaminitarum descend etiam causa fuit, cui historia Ruth, quæ tempore vnius iudicis contig libello separato edita fuerit, vt bene Salianus an.m.2622. num.5. Ad

ctionem respondet Abulensis q.1. illud, *illo tempore*, hoc loco non referri ad immediata, sed ad omnia quæ illo libro continentur, q.d. dum fiebant ista, quæ in hoc libro narrata sunt, insuper accidit, quod dicitur hîc de Idolo Michæ. Idem sentunt Lyranus, Carthusianus, Bonfrerius. Addit Salianus exemplum Gen. 21. v. 22. *Eo tempore dixit Abimelech*, & morem Ecclesiæ ea verba perpetuo vsurpantis, *in illo tempore, in diebus illis*, quæ non referuntur ad tempora proximè antecedentia, sed longe remota. *Ad rationem.*

6. Altera opinio communis est, quæ hanc idololatriam inter obitum Iosue & Othonielis inferendam ducit. Est Iosephi lib. 5. Antiq. Hebræorum in Seder Olam, Lyrani, Tostati, Comestoris, Hugonis Card. Carthusiani, Masij, Genebrardi, Marianæ, Bonfrerij in hunc locum. Tornielli an. m. 2594. Petauij an. 2501. Saliani 2622. numer. 2. vbi etiam citat Beroaldum, Brugthonum, Codomannum. Nonnulla tamen est inter hos auctores differentia: quidam enim statim ab obitu Iosue hæc patrata existimant: quorum opinionem refellam Iud. 18. vers. 31. Tostatus viuente adhuc Calebo: ijs verò libentius assentior, qui hæc ad eos annos referunt, qui post mortem Seniorum ante seruitutem primam sub rege Mesopotamiæ effluxerunt, vt tradit Iosephus, Comestor Carthusianus, Torniellus, Salianus, Bonfrerius. Spectat igitur hæc idololatria ad primam partem eorum 40. annorum, qui Othonieli adscribuntur, quando vacua fuit Anarchia, cuius duratio annis Othonielis continetur. Hæc apodicta quidem nó sunt; cum tamen probabilius nihil occurrat, ob antiquorum auctoritatem meritò retinenda sunt. *2. Opinio cõmunis.*

7. Hinc sequitur minus accuratam videri eorum supputationem, qui Iosue dant annos 14. Senioribus 10. ac anno Periodi Iulianæ 3223. Iosue principatum adsignant: hanc verò de Micha & Danitis historiam ad annum illius periodi 3245. referunt: sic enim viuentibus adhuc Senioribus Danitæ Idololatriam publicè professi essent, quod mihi duriusculum videtur. *Corollarium.*

IVDICVM XVII. v. 6.

In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Hic integer versiculus repetitur ad calcem huius libri: prius autem hemistichium etiam inculcatur initio cap. 18. *in diebus illis, non erat rex in Israel, & tribus Dan quærebat possessionem.* Rursus idem caput his verbis concluditur. *In diebus illis non erat rex in Israel.* Duo hic occurrunt sequentibus quæstiunculis explicanda.

QVÆSTIO X.

Quid hic significetur in diebus illis.

HOsce dies non nemo ad tempora iudicum, vt à regibus distinguantur reijcit. Nam *licet iudices principatu fungerentur*, inquit, *ij tamen potius hortatu* 1. *Interpretatio.*

& consilio, quam efficaci imperio & supplicijs ad officium suos cogebant, idque ex
7.v.3.colligi posse existimat, maximè autem ex Iud.18.v.vltimo, vbi tem
pus, quo fuit Domus Dei in Silo significari putat illis Scripturæ verbis
illis non erat rex in Israel, & toto tempore iudicum vsque ad Saulem tab
lum fœderis in Silo permansisse.

2. *Interp. cõmodior.* 2. Communior tamen est interpretatio eorum, qui tradunt hic re
latè accipi, vt etiam iudices comprehendit, non tamen omnes, sed
tiuntur sequentia verba: *vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat*
catur, tunc non erat Rex aut Princeps siue Iudex in Israel, qui imper
minus quilibet pro arbitratu viueret: nullus erat qui publica auct
rata corrigeret, & puniret delicta. Ita Lyranus, Tostatus, Torni
2594.num.vltimo. Salianus an.2622 num.12. Mariana, Menochius h
qui idolum Michæ, Danitarum coloniam ac bellum Beniaminiticum
fere tempus referunt, causamque horum malorum censent, quod n
neque rector esset, qui sua auctoritate improborũ licentiam coerceret
tione vtitur etiam Bonfrerius Iud.17.vers.1. §. *Secundo*, vbi bene docet
triam Michæ & Danitarum sub Iosue aut Calebo non contigisse, eo
eam non fuissent toleraturi, & §. *Quartò* non videri tempore alicui
iudicibus eam idololatriam inchoatam: quia facile inquit fuit iudici
litarum animis post salutem ab ipsis allatam bene comparatis idol
natam, in medio Israelis vtpote in tribu Ephraimitica, eandemque
vnius domus, publicè tamen notam comprimere, præsertim cum a
& imperio iudices pollerent, neq; dubium est eos fecisse. siquidem p
De Abimelech verò, & posterioribus iudicibus fateor diuersam ess
quorum temporibus facilè inueniri potuerunt, qui impunè falsos De
auderent. Ex illo verò 1.Reg.7. colligo Samuelem tanta auctoritate
idololatriæ pestem depelleret: quanto magis ipse & alij ipsi similes
nissent? colligo secundò idolum in Danitide vsque ad Saulem non
nam ante postulatum Saulem *abstulerunt filij Israel Baalim & Astaroth*
Domino soli. v.4. Vtrum autem Tabernaculum vsque ad Saulem in
nec ne, parum refert ad huius loci interpretationem.

QVÆSTIO XI.

Quando filij Dan vrbem Lais expugnar

Conclusio. 1. COmmunis doctrina vrbẽ istam captam, & eò deductam Dani
niã censet illo ferè tempore, quo Michas idolũ conflauerat. Hie
tus Iud.18 q.1. & 2. aliasque sæpius inculcat, ea quæ à cap.17. inclusiue
finem huius libri habentur, post mortem Iosue & ante Othonielis

contigisse. Hugo Cardinalis ex eo communem supputationem confirmare nitetur, quod Iud. 17. v. 6. cap. 18. v. 1. & vltimo dicatur: *in diebus illis non erat rex in Israël.* Suscepta est igitur hæc à Danitis expeditio, mortuo Iosue & Senioribus qui ei proximè successerunt, paulo post Michæ deliramentum, ante seruitutem Mesopotamenam. Quod Michæ simulachrum præcesserit huius coloniæ deductionem plana harum rerum narratio hoc capite manifestè declarat. Quod verò ad multos annos ab obitu Seniorum, hæc res dilata non fuerit, probabilissimum ex eo euadit, quod nulla idonea ratio occurrat, cur Danitæ eam terræ portionem, in qua erat vrbs Lais, neglexerint.

2. Dices: viuo adhuc Iosue tribus filiorum Dan possessionem suam obtinuit, in qua vrbs Lesem erat eamq; Dan cognominauit; ergo hæc expeditio tẽpore Iosue adornata fuit. Respondent Torniellus, Mariana, Salianus, Bonfrerius 1. hanc vrbem dictã Lesem, Lais, Dan, Lesem-Dan, Paneadem, ac postremò Tiberij tempore Cæsaream Philippi. 2. Danitas ante Iosue obitum, sortem suam accepisse, & immissos in illius ditionis possessionem, quæ longe à Daneade siue Paneade distabat, continebatque præter cætera loca, Saraa, & Estahol, vnde exploratores in Lais missi dicuntur, sed sortem totam sibi assignatam continuò non obtinuisse, siue Philisthæis acriter repugnantibus, siue Amorrhæis Danitas coarctantibus. Nam arctauit Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum, vt ad planiora descenderent. Iud. 1. v. 34. Cum igitur Iosue temporibus tribui Dan ager satis amplus pro contribulium numero nõ esset relictus; quam primum mortuo Iosue ea tribus opportunitatem nacta est, præmissis exploratoribus in Paneada coloniam deduxit. Vnde facile colligere est, hic non repeti ea quę sub Iosue gesta narrantur, Iosue 19. siquidem hæc expeditio ea tempestate fuit, qua impunè publicum Idololatriæ exercitium permittebatur, quod minimè quadrat in Iosue Præfecturam.

Obiectio.

Resp.

IVDICVM XVIII. v. 30.

Posuerunt que sibi sculptile & Ionatham filium Gersam, filij Moysi ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsque ad diem captiuitatis suæ.

QVÆSTIO XII.

Quando hæc captiuitas fuerit.

1. NOnnulli putant hic esse sermonẽ de captiuitate Arcæ, quã magna Israëlitarũ strage editâ Philisthæi cęperũt eo tempore, quo Heli obijt. 1. Reg. 4. Quia vsq; ad illud tempus Arca mansit in Silo, vt patet ibi. v. 4. & idolũ Michææ in vrbe Dan seruatum est, vt hic notatur v. 31. Ita Serarius in hunc locum quæst. 7. *quam explicationem plures alij secuti sunt*, inquit Menochius. Arbitror nihil-

Quorundam interpretatio minus cõmoda.

nihilominus captiuitatem de qua agimus non fuisse ipsius Arcæ, sed pop
bem Dan & viciniam incolentis: siquidem fons Hebræus, Chaldæa pra
sis & translatio Seniorum disertè habent *captiuitatem* siue *transmigra*
re. Huius autem loci incolas nusquam sub mortem Heli transmigrasse re
Illo 4. capite libri 1. Regum & Psalmo 77. vbi de captiuitate Arcæ agit
fit mentio transmigrationis populi; sed tantum cædis Israelitarum. D
scriptura hoc cap. v. 31. asserit quidem idolum Michæ apud Danitas
omni tempore, quo fuit Domus Dei in Silo: non tamen negat degenerem illu
sis prosapiam sequentium idolorum sacerdotio functam vsque ad tra
tionem Assyriacam.

2. Interpretatio. 2. Alij vt Tostatus & Caietanus hunc locum interpretantur, e
quadam captiuitate vrbis Dan, cuius captiuitatis nulla in sacris litera
habeatur, nisi hoc loco: quæ opinatio nititur coniectura nō omnino
surda, sed nec valde plausibili: putant enim hunc librum à Samuele
qui cum diu ante captiuitates sacrarum literarum monimentis con
Refutatur mortuus fuerit; non potuit hic illarum captiuitatum meminisse. Ver
rationi dupliciter occurri potest. 1. Si dicamus Samuelem vtpote pro
præsciuisse atque adeò hic præcinuisse restaurandam sub Ieroboamo
triam, cuius ministri forent infelices Ionathæ posteri, idque donec
captiui abducerentur. 2. Verisimile est, hanc de idoli sacerdotibus per
ab Esdra ex certissima siue traditione, siue reuelatione adiectam esse, sic
riana, Sa, & alij notant ab eodem addita, quæ Iosue cap. 24. v. 29. &
bus vsque ad finem illius capitis leguntur.

Conclusio. 3. Quare ijs potius assentior, qui hanc captiuitatem eandem esse a
cum ea cuius meminit lib. 4. Reg. cap. 15. v. 29. dum ait, sub Phalee reg
venisse Theglatphalasar regem Assur, cepisse præter alias partes *Galaad, Ga*
vniuersam terram Nephtali, & transtulisse eos in Assyrios. Est Lyrani hic lit. g
c. num. 28. & 29. ita vt vsq; ad hanc captiuitatem scelerati Ionathæ po
lorum quæ in hac vrbe culta fuerunt, sacrificulos egerint: non quod ve
Michæ tamdiu ibi manserit, vel quod toto Samuelis, Dauidis, Salom
pore continenter Danitæ idolorum cultum retinuerint, sed quod ab
pore vsque ad prædictam transmigrationem Assyriacam, quando cu
Idolatria in ista vrbe Lais viguit, degeneres isti Leuitæ sacrilego mini
addicti fuerint.

Parum pro nihilo reputatur. 4. Addit Salianus an. m. 2622, num. 30. rectè dici posse, sacerdot
Leuitas & idololatriam Danitarum hoc loco & tempore inchoatam
vsque ad dictam captiuitatem perdurasse, cum aliquo simulachro
formam fabrefacto, ita vt modicum illud tempus, quo sub Samuele

interrupta fuit idololatria pro nihilo habeatur nec numeretur, sicut adoratio vituli aurei, & initiatio Beelphegor non obstant, quo minus Israelitæ adhæsisse Deo dicantur vsque ad Iosue extremam senectutem. Iosue 23. v. 8. Pari loquendi modo S. Stephanus Act. 7. v. 51. ait Iudæos & patres eorum semper spiritui sancto restitisse, quamuis nonnulla apud eos subinde fuerint pietatis interualla. Quæ responsio contemnenda non est: priori tamen magis assentior: exiguo enim aliquot vel dierum vel saltem mensium interuallo vitulus & Beelphegor veram religionem interturbarunt, ac idcirco hoc interuallum illo libro Iosue non numeratur. At vero S. Stephanus more Rhetorum Iudæos redarguebat, nec ea recensebat, quæ continenter, sed per interualla contigerant: res autem ita de ministris idolorum simpliciter enarratur, & credibile est, Dauide regnante, & per aliquot Salomonis annos, vt de Samuele nihil dicam, hanc vrbem Danæ idolis purgatam fuisse: hoc autem tempus non tam breue fuit, vt in simplici narratione pro nullo habeatur.

6. Dicet quispiam illo 4. Reg. 15. inter loca à Theglathphalasar occupata non numeratur tribus Dan, quæ sedem à tribu Nephthali valde remotam habebat, nempe ad mare circa Ioppen prope tribum Iuda & Beniamin. Sic inter sortem Nephthali & sortem Dan, aliquot aliarum tribuum ditiones intercedebant, vt ostendunt tabulæ topographicæ. Ergo captiuitas huius loci differenda erit vsque ad id temporis, quo Salmanasar exciso Israëlis regno decem tribus captiuas in Assyrios abduxit. 4. Reg. 17. vers. 6. Huic obiectioni bene respondet Salianus dum suggerit, à tribu Dan occupatam non solum illam terræ portionem, quæ tribui Iudæ, Beniamin, Ephraim vicina erat, sed illum etiam locum, ad fines Nephthali versus Libanum, in quo hæc scelerata ciuitas fuit, cuius ciues sine dubio cum tribu Nephthali in Assyriam à Theglathphalasar abducti sunt remanentibus alijs in alia sorte Danitis, vsque ad finem regni Israël, qui fuit anno sexto Ezechiæ regis Iuda. *1. Obiectio.* *Resp.*

6. Obijcies iterum: Ieroboam Regum Israël primus annis plusquam 200. ante abductionem 10. tribuum sub Theglathphalasar inceptam, aureis vitulis in Bethel & Dan constitutis, *fecit fana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Leui.* 3. Reg. 12. vers. 31. ergo Moysis nepotes non manserunt sub Ieroboam idolorum sacrificuli. Resp. Illatio neganda est: non enim dicitur Ieroboam omnes omni in loco sacerdotes è fece populi, sed indefinitè constituisse. Deus autem cauerat, vt non nisi è tribu Leui sacrorum ministri adsciscerentur, quod non seruauit Ieroboam, sed alios etiam cooptauit, qui vel in Bethel, vel in excelsis sacerdotum simios agerent, posteris Ionathæ in vrbe Dan sacrilegas functiones obeuntibus. Plura si lubet hac de re vide apud Abulensem Iud. 18. q. 19. Salianum l. c. à num. 25. *2. Obiect.* *Resp.*

IVDICVM XVIII. v. 31.

Mansitq; apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit Domus Dei in Silo.

Ratio dubitandi. 1. Quînam id *omni tempore* fieri potuit? Nam tabernaculum è Ga[illegible] aliquot annis ante mortem Iosue in Silo translatum est, vt constat Iosue [illegible] & capite 19. extremo: anni etiam aliquot sub senioribus elapsi sunt, an[illegible] Danitæ in apertam idololatriæ insaniam erumperent, vt ex commun[illegible] tia dixi, q. 9. numer. 6. Ergo prius domus Dei fuit in Silo, quàm apud Da[illegible] dolum Michæ.

Opinio parũ apta. 2. Quidam Hebræorum, vt referunt, nec refutant Lyranus & Hug[illegible] aiunt, conflatum & à filijs Dan coli cœptum hoc idolum sub initi[illegible] cturæ Othonielis, & sic reuera Arcam cum Tabernaculo prius qui[illegible] galis in Silo translatam fuisse, quam idolum in Dan constitueretur, [illegible] tempore quod pro nihilo reputatur, nec in computum venit.

Conclusio. 3. Ego vero existimo hanc vniuersalem locutionem *omni tempore*, co[illegible] distributione accipiendam esse, q. d. hoc idolum ex quo in vrbem Da[illegible] fuit, ibi toto deinceps tempore mansisse, quo Tabernaculum fuit in S[illegible] *vlterius*, inquit Lyranus. Hinc bene Abulensis q. 19. *non est*, ait, *intelligendum fuerit ibi à principio, quando cœpit esse domus Dei in Silo* &c. *sed quod non prius de[illegible] Dan idolum illud, quam domus Domini in Silo.*

Explicatur 4. Quæ vt clarius illustrentur, aduerto in primis sub annum vnde[illegible] Salomonis Tabernaculum in Silo nõ fuisse, vt omnes fatentur, ac pro[illegible] que idolum Michæ in Danitide. Neq; verisimile est, Dauidem regem [illegible] fandum simulachrum toto regni sui tempore Danitis reliquisse, vt ex [illegible] quæ sacri codices in Dauidem congerunt, facilè deduci potest. Imo S[illegible] gnante Tabernaculum erat in Nobe, quæ vocatur ciuitas sacerdotũ 1. [illegible] ver. 19. eò quod sacerdotes, vt in Tabernaculo sacris operarentur, ibi [illegible] haberent. Huc Dauid Saulem fugiens venit, & panes propositionis [illegible] tabernaculo testimonij accepit, ibid. cap. 21. v. 6. Ergo iam tum & D[illegible] in Silo, & idolum Michæ Paneade esse desierat.

Cõfirmatur. 5. Huc etiam spectant, quæ *ait Samuel ad vniuersam domum Israel do[illegible] to corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio vestri &c. [illegible] runt ergo filij Israel Baalim & Astaroth, & seruierunt Domino soli.* 1. Reg. 7. [illegible] Ex quibus conijcere licet tunc nullam Dæmonis laruam Danitis relic[illegible] verò potissimum anno ea ablata fuerit, & Tabernaculum Silun[illegible] translatum, disertè Scriptura non docet.

Quando arca ex Silo translata. 6. Ex eo tamen quod tradat Samuel Arcam sub Heli obitum è Silo [illegible] allatam, indeq; in Alienigenarum potestatem redactam, insinuare q[illegible] do videtur Israëlitas tunc operam dedisse, ne Tabernaculum in hoc [illegible]

incideret, ideoq; securitatis causa transtulisse in ciuitatem Nobe, quæ erat trans Iordanem, loco à Philisthæis remotiore, quam Silo. Videtur igitur Idolũ fuisse in vrbe Dan, donec à Philisthæis victoribus inde asportaretur, sub id tempus quo Arcam ceperant, vt censet Tostatus hic q.19. 1.Reg.7.q.18.& 19.S.Hieronymus in lib. Paralip. vt hic refert Lyranus & ait id esse huic 31. versiculo consonum. Ribera lib.1.de Templo cap.2. & Ose.10. Serarius hic q.7. Torniellus an.m.2974.num.4. Genebrardus, Arias, Vatablus &c.

7. Hinc tamen inferre non licet, Leuitas idoli ministros, non diutius in vrbe Dan perstitisse: siquidem hîc vers.30. sceleſta eorum succeſſio vsque ad istius terræ captiuitatem ducitur. Ne quis autem suspicaretur eandem fuisse de Michæ simulachro rationem, diserte v.31. additur, *mansisse apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit Domus Dei in Silo.* *Tacita obsitio solutur.*

8. Sunt, qui fatentur quidem vsque ad obitum Heli Tabernaculum in Silo fuisse; sed diuturniorem ibi moram traxisse, certum putant. *Siquidem* inquiunt, *etiam Samuelis tempore Tabernaculum fuisse in Silo, non obscurè indicatur. 1.Reg.14. v.3. licet Saule regnante fuerit postea translatum in Nobe.* Ego verò qua certitudine hæc doctrina nitatur non video. In Latino sic ibi legimus: *Et Achias filius Achitob fratris Ichabod, filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat Ephod.* Hebræus duobus modis reddi potest. 1. *Et Achia filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, filij Heli Sacerdotis in Silo portans Ephod*; qua ratione apprimè conuenit cum Latino. 2. vltima verba verti possunt. *Sacerdos Domini in Silo portans Ephod*, prout 70. transtulerunt. Si priorem translationem sequi lubet, nullum indicium apparebit Tabernaculi tunc in Silo permanentis. Quando hæc gerebantur rex Saul erat in Gabaa, & cum Achia loquebatur, vt patet ibidem vers.2. & 18. vbi Hebræus & Latinus: *Et ait Saul ad Achiam: applica arcam Dei: erat enim ibi Arca Dei cum filijs Israel*, nempe in Gabaa. Græcus autem Romanensis habet: Et dixit Saul ad Achia: *applica Ephud: quoniam ipse tulit Ephud in illa die coram Israel.* Quem in locum monet Nobilius in alijs codicibus esse τὸ ἐφὼδ, ὅτι ἦν κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ, *quoniam erat Arca Dei* &c. Græca igitur translatio non indicat Tabernaculum per id tempus fuisse in Silo, cum non dicat tunc Achiam in Silo Sacerdotum administrasse, sed tantum eum vocet sacerdotem in Silo. Sic autem vocari potest, qui è genere sacerdotali, ibi natus est, vel qui in minoribus officijs olim ibidem ministrauerat: quales erant illi 85. sacerdotes, quos Doëg in Nobe trucidauit. 1.Reg.22. vers.18. Sic optimè omnes editiones in eundem sensum conspirant; esto Tabernaculum tunc in Silo non fuerit: licet enim certum sit, quod Achias Ephod tulerit Saule regnante, & quidem in Gabaa, illum tamen, eo tempore sacerdotali munere in Silo functum esse, *Tempus Achiæ sacerdotis.*

esse, non constat. Hisce animaduersis nonnulla ab Abulensi illa q.19. ... scurè, vel in contrariam sententiam allata facilè vel refutari, vel declar... sunt.

IVDICVM XIX. v.1.

Quando id contigerit.

1. FVit quidam vir Leuites habitans in latere montis Ephraim, Sethus Cal... ca annum 52. ab obitu Othonielis bellum Beniaminiticum, ... capitibus refertur, gestum asserit: *cum ipse Ehud*, inquit, *caput & summus ... nec enim præcipitari nec differri post obitum Ehud potest, quod Pinehas tunc ... mus sacerdos &c.* Hæc ille, contra communem sententiam, quæ hoc ... mortem Iosue ante primam seruitutem notant, vt dixi cap.17.v.1. ... v.1. cum auctoribus ibi citatis. Deinde proximè ante hanc de Leuita ... mitis narrationem sacer textus hæc verba præmittit: *in diebus illis non ... Israel*: quæ in Latinis quidem & Græcis codicibus cap.18. extremo ... prout autem Hebræi distinguunt initio cap.19. hanc historiam ... Rursus absoluta hac Beniaminitarum tragœdia, idem inculcatur: *In ... non erat Rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat* ... mo, vers. vlt. vbi Menochius notat veriorem eam opinionem videri, ... quuntur Abulensis, Lyranus, Genebrardus & alij, hæc eo tempore ... quod post Iosue mortem, ante primum iudicem fuit.

Sethi opinio reijcitur.

2. Caluisij asserto commode satis fiet, si negetur quod proponit, ... sacrarum literarum auctoritate, quæ asserunt in primis Leuitam istum ... cadaueris partes ad 12. tribus misisse, vt vindictam tanto facinori pa... rent: quod superuacuum videtur, si Aodus, vt vult Caluisius tunc ... *tici caput & summus iudex fuisset.* Deinde esto Leuites errauerit: non ... probabile tribus Israël consultaturus fuisse, de futuro exercitus com... minitas duce, cap.20. vers.18. si Aodus iam principatum obtinuisset. ... Phinees, quem ille Pinehas vocat, tempore inter obitum Iosue & pri... uitutem fluente viuebat, vt concedit Caluisius: an vero 50. annis post ... lis mortem transactis, adhuc in viuis fuerit, non constat.

CONCLVSIO.

Continet liber Iudicum res gestas annorum 317. qui ab excessu ... Samsonis interitum defluxerunt.

IN LIBRVM RVTH.

QVÆSTIO I.

Quo tempore acciderint, quæ hoc libro narrantur.

1. CErtum est, hæc geri cœpta *in diebus vnius iudicis*, siue quando iudices præerant: quis autem fuerit ille *vnus iudex*, hactenus auctores inquirunt, quo inquirendo meminisse oportet 1. eius quod habetur libri huius cap. vltimo vers. 17. *Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid.* Et 1. Paral. 2. v. 11. *Nahasson genuit Salma, de quo ortus est Booz, Booz genuit Obed, qui & ipse genuit Isai, Isai autem genuit primogenitum Eliab, secundum Abinadab, tertium Simmaa, quartum Nathanael, quintum Raddai, sextum Ason, septimum Dauid.* At vero 1. Reg. 17. ver. 12. Isai dicitur habuisse octo filios, cap. 16. v. 10. *adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele, & ait Samuel ad Isai: non elegit Dominus ex istis.* Siue autem Dauid inter suos fratres octauus, siue septimus ordine nascendi fuerit, neque compertum sit, quoto ætatis parentis sui anno natus sit, *fuit* nihilominus *Isai vir* in diebus Saul senex & grandæuus inter viros, 1. Reg. 17. v. 12. Vnde bene Tostatus Ruth, 1. q. 2. & alij colligunt Isai non fuisse iuuenem, quando Dauid nascebatur. Huc etiam spectat illud Matthæi 1. v. 5. *Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Iesse, Iesse autem genuit Dauid regem.* Et Lucæ 3. v. 32. *qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon.* *Nota 1. Genealogia Dauidis.*

2. Meminisse conuenit 2. Noëmi mansisse in Moabitide annos 10. priusquam Ruth illius nurus veniret in Bethlehem, & Boozo nuberet, vt patet cap. 1. huius libri v. 5. & 12. quo fit vt res omnes quæ hoc libro referuntur ad vnum annum non spectent; neque forte ad vnum Iudicem, sub quo geri cœperunt. *Nota 2.*

3. Nec prætereundum est, Rahab vxorem Salmonis fuisse mulierem illam quæ exploratores à Iosue Hierichunta missos excepit hospitio, paucis antè diebus, quam Israëlitæ Iordanem traijcerent, ineunte mense primo anni quadragesimi primi, ab Exodo, cum autem ex communi sententia, inde ad cœptam à Salomone Templi fabricam numerentur anni 480. 1. Reg. 6. ver. 1. si ab hac summa tollantur 40. anni in deserto transacti, reperiemus Rahab exploratorum hospitam iam nubilem fuisse, anno ante iacta Templi fundamēta 440. *Nota 3.*

Nota 4. 4. Memori etiam mente retinendum Dauidem natum anno 74 ante pli ædificationem: siquidem erat 30. annorum cum mortuo Saule regnare ret, regnauitque annos 40. Salomon autem anno 4. regni sui templo do initium dedit. Demptis igitur 74. ab illa 440. annorum summa rem 366. anni ab hospitalitate Rahab, ad natalem Dauidis computandi, q poris interuallo nati sunt Booz, Oled, Isai.

1. Opinio refutatur. 5. Positæ autem quæstionis *primæ opinio* est, historiæ Scholastic hoc libro comprehensas Heli temporibus adscribit: sed Abulensi, T alijs communiter merito displicet: Ruth enim non nupsit Boozo, ni Noëmi decem annorum in Moab peregrinatione. Facigitur anno hanc peregrinationem institutam & anno decimo absoluram: fuerint nuptiæ Booz, cum Rahab, anno vndecimo Heli; Obed nat mo, non citiùs. Hinc vsque ad obitum Heli, non nisi 28. aut 29. ann bũtur, & deinceps ad ortum Dauid anni 10. iuxta communem senten Samueli & Sauli annos 40. tribuit. Quod sine aliqua violentia ad potest: sic enim à natiuitate, Obed ad Dauidis natiuitatem anni 3 interuenissent, partim Obedo, partim Iesse tribuendi: Quo concess rent, quæ iam num. 1. & 2. annotabam. Adhæc Booz fuit filius Rahab te principatum Heli annis vt minimum 517. exploratores exceperat, Booz cum genuit Obed ex Ruth, grandæuus admodum fuisset, si vnum Boozum admittamus.

2 Opinio refutatur. 6. *Secundam opinionẽ* ex Hebræorum placitis sequuntur Lyranus & quam explicat quidem sed nec probat nec reijcit Abulen. Ruth 1. q. 1. dicit Abesan hæc gesta credit: quia hoc modo contra præcedentem co tempus sufficiens relinquitur, vt Isai vir grandæuus fuisse dicatur, qui uid iuuenis Golian prostrauit. Ab exordio præfecturæ Abesan, viqu sunt 45 anni: inde 40. Heli & 10. Samuelis antequam regius Vates ni diret, ὁμὰς 95. Verum hæc calculatio meris suspicionibus nititur, & m rationes adhuc perplexas relinquit: quot anni dabuntur Obedo quo te genitos illos filios, è quibus Christus secundum carnem genus duc mè vero obstat quod ex communiori sententia Abesan principatum sit anno ab ingressu in terram 272. secundum Hebræos 282, quibus minimum annos 14. vitæ Rahab exploratores recipientis, & colligen ex quibus si 14. de deris Rahab, quando Boozum concepit; cogetur hunc fuisse 200. circiter annorum, quando natus est ei Obod, quæ tur, fidem apud pleroſque non merebuntur.

3 Opinio nõ placet. 7. *Tertia opinio* est Abulensis Ruth 4. q. 90. vbi ait hanc historiam anno vltimo Barac, sub Gedeone finitam, Rahab sub ingressum

cerum promissionis fuisse iuuenculam 15. annorum licet impudicam, tunc nupsisse Salmoni 20. annos nato, eique susceptis alijs pluribus liberis tandem peperisse Boozum cùm ipsa esset circiter 87. annorum, Salmon autem 92. anno ab ingressu in terram Chanaan 72. Boozum exactis vitæ suæ 98. annis genuisse Obed, hunc pari ætate suscepisse Isai, cumq; Isai esset 85. annorum, natum Dauidem. Ex quibus numeris vitiosè colligit anno 356. à capta Iericho ad natalem Dauidis: at esto sint 356. non tamen subsistet computus. Si enim ad 356. adijciantur 40. anni Moysis, 70. vitæ Dauidis, & 4. regni Salomonis, colligentur ab Exodo ad Templum anni non plures 470. cum tamen ipse Abulensis ex Scriptura 480. enumeret.

4. Opinio exploditur

8. *Quarta opinio* est eorum, qui sub Aodo Moabiticam peregrinationem à Noëmi susceptam putant: in quibus est Caluisius, qui an. m. 2629. *Ruth*, inquit, *Moabitis cum socru Noëmi in Iudæam circa hæc tempora redit, cùm Boas filius Salmonis esset annorum viginti annorum*: anno deinde m. 2638. notat obitum Aodi: qua ratione circa annum 71. principatus Aodi, redijsset è Moabitide Noëmi cum nuru sua. Tunc autem ab ingressu in terram ex opinione Caluisij non effluxerant nisi anni 40. qui Othonieli tribuuntur, & circiter 71. Aodi; vniuersim centum vndecim. Ergo 9. circiter annis ante ingressum in Chananitidē natus fuisset Booz; quod difficultate non caret. Mater enim huius Booz, Salmon nupsit post excidium Ierichuntinum. Ergo Booz, ante 9. annos natus non erat. Si dixerit Caluisius post 9. aut 10. annos Rutham à suo reditu peperisse Obedam anno vltimo Aodi, & tunc Boozum fuisse 120. annorum; secum pugnabit; quādoquidem asserit Rutham in Iudæam redijsse cum Booz esset 120. annorum. Deinde ex computatione huius auctoris à transitu Iordanis vsque ad obitum Aodi, non sunt nisi 120. anni: ab isto autem transitu, vsque ad Dauidis ortum anni 366. computantur: hinc si 120. tollantur, ante natum Obed exacti, remanebunt à natiuitate Obed, ad Dauidis natiuitatem 246. qui anni si Obedo, & Isai æqualiter distribuantur, Obed senex 123. annorum genuerit Isai, & hic pari ætate Dauidem. Quod non admittit Torniellus ann. m. 2748. vbi ait non esse credibile Obedum & Isai post 107. vitæ annum genuisse: multo verò minus asserto Sethi assentiuntur, qui tres Boozos fuisse autumant.

5. Opinio explicatur

9. *Quinta opinio* est Tornielli l. c. num. 3. & 4. vbi scribit huius libri historiam omnibus circumspectis videri sibi sub nullo alio iudice rectius poni posse, quā sub Barac, ita vt Salmon & Rahab fuerint 14. circiter annorum, quando expugnata est Iericho, nupserint deinde ac tandem anno ætatis suæ 95. susceperint Boozum, hic rursus annos 95. natus, genuerit Obedum, Obedus post idem annorum 95. interuallum procrearit Isai; & hic etiam 95. annis transactis Dauidē. Sic ab ortu Salmonis vsq; ad natalē Dauidis effluxissent anni 380. è quibus tolle

annos 14. quos ante dirutam Iericho Salmon exegerat, & inde vsque ad
vatis exortum, remanebunt anni 366. ab Exodo vero ad Templum
uatis ijs, quæ num. 3. notabam. Quod si obijcias, permirum videri
decrepitum 95. annorum senem, è vetula paris ætatis coniuge proles
se; respondet Torniellus rarum quidem id esse, se tamē malle concedere
plures Boozos comminisci: *præsertim cum certum sit*, inquit, *nonnunquam*
quædam præter ordinarium naturæ cursum accidere, quæ tametsi mira admodum
tur; non tamen falsa sunt, aut incredibilia. Quod probat exemplis eorum
tissimè vixerunt, ac in primis illius, qui post Caroli Magni tempora
& amplius vitam produxit: de quibus ipse latius ad an. m. 1656. Quo
nem strenuè propugnat Bonfrerius, vt q. sequenti dicam.

6. Opinio declaratur

10. *Sexta opinio* est Saliani ann. m. 2741 num. 25. qui historiam
ad tempora Barac referendam putat: Sed ratiocinijs à doctrina Tor
uersis. Censet enim in primis minus probabile esse Salmonis & Rahab
bium anno ætatis eorum 14. contractum fuisse, ac eos deinceps ann
matrimonio exactis tandem suscepisse Booz. *Vtrumque enim* Salianus
absurdum videtur, & tantula ætate mulierem meretricium exercuisse, & tam
nerare potuisse: nam quæ mulieres citò dant operam liberis, citò quoque
Quod addit de anno 105. quo Salmon ex Torniellio opinione Boozum
rit, non intelligo: Torniellus enim diserte 95. annos non ab euersa Hie
te, sed à nato Salmone vsque ad genitum Boozum in rationibus pon
etiam Salianus, & varijs rationibus probare niritur tres fuisse in Dan
nerationis serie eodem nomine Boozos, quorum duo propter nomi
litudinem exciderint, aut sub communi nomine comprehensi sint, vt
debitur. Censet tertiò Salmonem anno primo Iosue 34. annorum
xisse Rahab annos ferè 25. natam, ex qua post annos 26. primum Boo
stulerit, anno ætatis suæ sexagesimo, Boozprimus secundum genuit
annos, Booz secundus tertium post eiusdem numeri annos, tertius
ptuagenarius Obedum, Obedus pariter septuagenarius Dauidem, qu
ginta annos vixit. Salomon deinde anno regni sui quarto Templi fabr
num admouit. Ab ingressu igitur in Chananitidem imputat Salm
26. Boozo primo 65. secundo etiam 65. tertio 70. Obedo 70. Isai 70.
70. Salomoni 4. & sic ab euersione Hierichuntina ad Templi fundat
colligit annos 440. Primum Boozum natum ducit anno 10. Orbon
cundum anno 35. Aod, tertium vigesimo primo Baraci, Obedum
Tholæ, Isai primo Samsonis, Dauidem decimo Samuelis expleto. Q
poris distributio, si tres Boozi in progenitoribus Dauidis admittend
tioni mihi consentanea videtur.

QVÆSTIO II.

Vtrum vnus tantum Booz fuerit, inter Salmonem & Obed.

1. LYranus in c.2. huius libri sic scribit: *Dicunt doctores nostri, & bene vt videtur; quod tres fuerunt Booz, sibi succedentes, quorum primus fuit auus, secundus filius, tertius nepos. Primus fuit filius Salmon quem genuit de Rahab, & tertius fuit iste, qui genuit Obed ex Ruth.* Idem sentit Genebrardus, in Aod, Debbora & Abesan, Iansenius Conc. Euang. cap. 6. Addit Serarius Rabbi Salomon docuisse Christianos (quos Ethnicos sapientes vocat) hunc de tribus Boozis numerum ab antiquis Hebræis accepisse: quam doctrinam allegatis etiam Catherino, & Vertonio late propugnat Salianus, anno m.2741. num.27. & seqq. Probat, quia admissis tribus Boozis omnia plana ac perspicua sunt, nec est necesse ad prodigia recurrere, cũ singuli Boozi potuerint, aut sexagenarij, aut paulo prouectiores sobolẽ procreare. Neq; obstare videtur Scriptura, quæ in catalogo generationis Dauidicæ non nisi vnum Boozum interserit. Nam in Hebræo & Latino textu Gen. 11. v.12. omisso Cainan iuniore Arphaxad dicitur genuisse Sale. Imo 1. Esdræ 8. v.2. in serie stirpis Pontificiæ, sex omittuntur, quæ inter Meiaroth, & Azariam inseriri debent. Notum etiam est & omnium consensu stabilitum, Matthæi 1. vers. 8. tria regum nomina, in serie progenitorum Christi esse prætermissa. Denique non ignobiles sacrarum literarum interpretes censent eodem cap. v.11. prætermissum Ioakim filium Ioriæ parentem Iechoniæ. Quid igitur mirum, si duo Boozi prætermittantur. Confirmat hanc opinionem Salianus 1. Sicut ex temporis diuturnitate colligimus non vnicum Haber Cinæum fuisse, de quo Iud. 4. v. 11. sed plures; ita ternos Boozos. 2. Sicut ex vno loco Scripturę, alium locum mancum esse intelligimus, vt iam ex Genesi & Euangelio S. Matthæi dicebam: ita ex Chronologia duos Boozos, in genealogia Dauidica prætermitos docemur.

1 Opinio ponit 3. Boozos.

1. Arg.

Confir.

2. Hæc tamen tanti ponderis esse mihi non videntur, vt tres Boozos exprimantur. cur enim non ternos Obedos? cur non binos Boozos totidem Obedos comminisci licebit? Adeò debiles & ieiunæ sunt de tribus Boozis rationes, vt non nemo tres eis Salmones apponendos esse censuerit, quod Syluestrũ Steierinsius de Genealogia Christi libris feciisse scribit Torniellus illo anno 2748. ad eundem nu.4. Hic mira vtrimque considerandæ sunt: mirum est Salmonẽ, Booz, Obed, Isai tam prouectæ ætatis senes vim gignendi retinuisse. sed magis mirum fuerit, Genealogiam Dauidicam toties in sacris libris exhiberi, vbique mãcam, nusquam perfectam, Latinis, Hebræis, Græcis, Chaldæis, Syris codicibus nullo pene variantibus, Ruth. 4. v. 17. lib. 2. Paral. 2. v. 11. Matthæi 1. v. 5. Lucæ 3. v. 32. vt

Refutatur

bene monet Torniellus illo num. 4. & latius Bonfrerius Ruth. 1. vbi docet debere insolens videri, si homo 95. centum, aut eo amplius annorum potuerit. Nã vt nihil dicatur de Abramo, qui quatuor ante fæculis natus Cethuram duxit, & sex liberos ex ea sustulit, Gen. 26. Caleb annorum suæ 85. tam vegeto & forti corpore se esse professus est, quam olim annorum ætate fuerat. Iosue 14. Ioiada Pontifex sub Ioa rege Iuda, 130. 2. Paral. 24. Iuditha heroina in annum 105. vitam produxit. Iudith. de exempla eorum, qui diu vixerunt relata à nobis Gen. 5. q. 3. num. 3. rario hic cap. 4. vbi inter cætera refert Christophorum Fabrum ex Moguntinum octogenarium posthumam prolem reliquisse, à se visa 88. annorum sobolem genuisse. Quibus addit Bonfrerius hic Petrum Comitem Mãsfeldium (Gubernatorem Luxemburgensem mihi ortum) qui post annum octogesimum ætatis filium genuit nostris diebus, item in finibus Syluæ Thuringiacæ repertum Senem 150. annorum. Vnde probabile fit, Iudicum & Saulis temporibus quosdam reperiri quibus annos 100. & amplius natis generandi facultas non deesset: ac vnicum Boozum iure propugnant, præter Torniellum ac Bonfrerium latos Abulensis Matth. 1. q. 90. Caietanus, Carthusianus, Salmeron, Maldonatus, omnes ferè Rabbini, quos laudat & sequitur Seratius l. c. Lyranum quidem dixisse Doctores nostros contrarium docuisse: *sed* quit, *è nostris fuerint, nec refert ipse, nec quem viderim quisquam alius*, nempe num.

Quidam valde Senes genuerunt.

Ad 1. arg. 3. Rationibus num. 1. allatis non incommodè respondebit, qui dicet locum in Scriptura censeri mutilum, nisi id alius eiusdem Scripturæ Latinus, aut Hebræus, aut Græcus, aut ratio irrefragabilis indicet, quibus sideretur. Exempli gratia: Septuaginta in libro Geneseos, & S. Lucas in lio diserte affirmant Arphaxad genuisse Cainan; libri Regum sine eos reges enumerant, quos Euangelista præterijt, ita vt nullo miraculo possit esse verum, quod S. Lucas & 70. habent de Cainan, & libri posteris Iorami atq; Iosiæ tradunt, nisi aliquas personas in prædictis termissas concedamus. At verò, vnde colligere quis potest, vtrum an bini Obedi, totidemve Isai; vtrum vnus Booz, cum vno Obedo, Dauidica genealogia fileatur. Quid incommodi incurremus, si pu Salmonem ex Rahab, ætate naturaliter quidem effœta, sed præter vir nem naturæ fæcunda Boozum sustulisse? Si dixerimus hanc mulierem des ab Apostolo laudatur, miraculoso cõceptu prolem à Deo obtinu Saræ alijsque Sanctis fœminis ætate prouectis contigisse non dubitamus.

Rahab Senicula cõcepit.

4. Malim etiam cum Torniello, & Bonfrerio arbitrari Rahab,

ratoquidem, sed naturali circa annum ætatis 95. concepisse: quam Scripturam tones mutilare, & viam aperire, ad sacram paginã, occurrente aliqua difficultate, sæpius alibi detruncandam. Si Indus ille de quo Maffeius lib. 11. hist. Indic. aliquoties ad inuentam rediit: si Abbatissa illa Hispana, de qua Del Rio in suis disquisitionibus, cum esset decrepita, ita mutata est, vt in se ea experiretur, quæ ætate iuuenili experta fuerat; simile quid in Rahab sine temeritate concedi potius debet, quam duos Boozos, in sacrum textum, quasi defectu laborantem, inferere.

5. Idem de Haber Cinæo iure quis suspicari potest: id tamen necesse non est; alterò enim eiusdẽ nominis concesso sacris codicibus, sua sinceritas & sine mutilatione integritas, constabit; quæ tribus Boozis admissis labefactatur. Nec est eadem Chronologiæ de Boozis ratio, quæ librorum Regum de Iorami posteris, & patente lechoniæ: hi enim libri ita disertè reges ab Euangelista omissos repræsentant, vt nullus dubitandi locus relinquatur; quod Chronologia aut temporis necessitas hactenus de Boozis non euicit. *Ad confir.*

6. Adhæc cum nostris temporibus videamus fœminas 52. imò vt refert Serarius 56. 70. 76. annorum subinde vterum gestare; negari vix potest, quin prisco illo æuo fœminæ circa annum vitæ suæ septuagesimum concipere quandoque potuerint. Fac igitur capta Hierichunte Rahab fuisse 17. annorum, decimum octauum ingressam, anno verò ætatis 70. Boozum concepisse cum ab ingressu in terram anni propè propter 53. effluxissent, anno 54. peperisse. Illos 52. annos tolle de 366. à transito Iordanis ad natum Dauidem transcursis: remanebunt 313. qui in Booz, Obed, Isai distributi, non excedunt spatiũ, quo isti ex vxoribus ætate florentibus prolem suscipere potuerint. Imò à ratione alienum nõ video anno vitæ suæ sexagesimo Boozũ concepisse cur putetur, & hoc pacto Boozo, Obedo, Iessæ 323. anni aut circiter tribuantur. *Quædam senicula cõceperũt.*

7. Quicquid sit, malo eorum rationibus subscribere, qui vnicum Boozum agnoscunt, quam quatuor lacunas in sacræ paginæ planiciem Dauidis progenitores repræsentantem ex incerta Chronologia, quasi per cuniculos inducere, vbi Salmonis nepos & pronepos in obscuro delitescant. Si annorum calculi bene digerantur probabilia eorum ratiocinia existimo, qui cum Torniello & Bonfrerio Obedum ex Boozo & Rutha natum putant sub finem regiminis Barac, aut iuxta iam num. 6. circa annum 21. eiusdem cum Booz esset 115. circiter annorum. Forte plura occurrent, in notis ad cap. 1. Euangelij secundum Matthæum, Liber Ruth annos à iudicum temporibus distinctos non habet. *Conclusio.*

(*)

NO-

NOTÆ ET QVAESTIONES CHRONOLOGICÆ IN LIBROS REGVM.

Initium libri 1. Regum.

HOs libros ab initio Præfecturæ Heli omnes auſpicantur, et nullam de Heli mentionem in libris præcedentibus reperiant pus autem quod Heli tribuitur, auſpicor ab anno Exodi 357 verò 2900. cum Torniello, & Saliano, quibus ſubſcribit Cap ctius in libros Regum prolegomeno 3. Bonfrerius quinquennium hinc dum putat. Vincentius lib. 2. Spec. hiſt. cap. 78. primordia Heli conjic mundi 2809. Petauius 2849. Capellus 2860. Bucholcerorum quarta Caluiſius 2810. Quot annos libri Regum complectantur videbi dante ſub finem lib. 4. quem certum eſt, excidio Ieroſolymitano finiri.

I. REGVM IV. v. 18.

Heli ſenex erat, vir & grandæuus & ipſe iudicauit Iſraël 40. annis.

QVÆSTIO I.

Quot anni poſt Samſonem Heli tribuendi ſ

Anni Heli 1. ex Scriptura.

SAcri codices Latini & Hebræi annos 40. Præfecturæ Heli annis loco, quibus aliqua exemplaria Græca conſentiunt, vt patet ex R blijs, & ijs quæ purè Græcè edita ſunt in Germania Francofurti an. 157 ipſum monent notæ ordinariæ & Nobilij in 70. 1. Reg. 4. Sixtina ver 70. ait Heli iudicaſſe annos 20. quem numerum iam olim apud 70. fu tur Euſebius, & alij nonnulli eius veſtigia ſecuti. Hic autem quæſtio quot annos Chronologicos ab annis Samſonis diſtinctos Heli adſc porteat.

1. Opinio.

2. Q. Iulius Hilarion dat Heli 20. annos: ſed hunc inter & Samſone vnum Semergaris, & 30. interregni inſerit. Idem fermè habet Cedr

post Samsonem dat annum Sumani; anarchiæ 40. tum Heli 20. Igitur ex sententia Hilarionis, ab obitu Samsonis ad obitum Heli decurrissent anni 51. Cedeni verò 61. Sed dubium non est, quin hi auctores in Codices vitiosos inciderint.

3. Andreas Masius sub finem libri Iosue: *nusquam*, ait, *functum vllo principis officio Samsonem esse memini. Tantum abfuit, vt liberaret ille populum à Palæstinorum iugo, vt ipse victus ipse istis tanquam dominis dederetur à suis popularibus. Sed neque liberaturum se promiserat parentibus Angelus Dei: verum libertatem inchoaturum modo, quam deinde Samuel post illius & Heli excessum esset perfecturus, videlicet.* Quæ doctrina nonnullis recentiorum perplacet, & aiunt aduersus hoc Masij decretum, Genebrardi, Serarij, Tornielli & aliorum reprehensionem nihil promouere. Quod decretum vt confirment, asserunt seruitutem sextam 40. annis circumscriptam, cum Samsone & Heli annis commisceri, & vsq; ad Samuelis tempus extendi: Heli iudicasse quidem annos 40. vt habet Latinus & Hebræus, sed 20. priores fuisse ipsi cum Samsone communes, 20. posteriores, oppresso Samsone Heli solius censeri iuxta 70. interpretum translationem. Sulpitius etiam & Samerius 40. annos Samsoni simul & Heli attribuunt. *2. Opinio.*

4. Hanc recentiorum interpretationem ea ex parte probo, qua Hebræam & Latinam editionem cum Græca ita componit, vt neutri falsum impingat; sed sua vtique textui veritas constet, quod bene docentij, qui Cainan filium Arphaxad agnoscunt, licet eius nomen in Latino & Hebræo libro Geneseos non reperiant: cum non desint modi, quibus vnam tandem in sententiam trãslatio seniorum cum fonte Hebræo recurrat. Ex ea verò parte minus arridet hæc interpretatio quod contra Doctorum torrentẽ Samsoni 20. annos Chronologicos adimere conetur, eosque temporibus Heli absorbeat, & iugum Philisthinorum ab Hebræorum ceruicibus depulsum arbitretur, eo tempore, quo cæsis fugatisq; ipsis Hebræis Arca Domini in hostium potestatem deuenit. Hæc indicia non tam sunt sublatæ oppressionis antiquæ, quam nouæ tyrannidis excitatæ, vt notaui Iud. 13. q. 8. num. 12. *Explicatur.*

5. Equidem viam regiam insistens communia scriptorum vestigia premo, qui exactis 20. Samsonis annis, annos 40. Heli computant. Eusebius id facit in Chronico, Clemens Alexandrinus, D. Iulianus Arch. Tolet. locis supra indicatis Iud. 1 q. 2 Fasti Siculi, Lyranus, Iud. 10. & 3. Reg. 6. Vincentius lib. 2. cap. 68. Ado in Chronico, Nicephorus Const. Tostatus, Freculphus, Genebrardus, Torniellus, Salianus l. c. Sanctius 1. Reg. initio, Bonfrerius &c. ad quos accedunt Bucholcerus, Temporarius, Beroaldus, Capellus &c. Potest quidem sibi quilibet diuerticula quærere: sed non est procliue efficacem promere rationem, cur non recto 20. annorum tramite à Samsone ad Heli procedatur, *Heli præfuit 40. annis.*

sicuti ab Abdone ad Samsonem 8. annorum spatium admetiri solet

Ad opiniones cõtrarias.

6. Solum versio Græca, tanquam agger nobis obijcitur; sed ab ijs non deberet, qui 3. Reg. 6. Græcos codices tanquam falsos explodunt, in Genesi Cainan filium Arphaxad se videre dissimulant: siquidem ibi omnia Græca exemplaria nobis exhibent: Heli autem 20. duntaxat annos la Latina, nulla Hebræa, nec nisi aliqua Græca hoc loco reponunt. censent Samsonem non attulisse finem seruituti, sed in medio iecisse; Heli verò quod à Samsone bene cœptum erat, libertate cuperata feliciter absoluisse: qui, inquam, hoc censent, non Heli vniuersè 40. annos præfuisse, vt Latinus & Hebræus notant, Philisthææ seruitutis excusso, non nisi 20. vt numerant 70. interpretem Samsonis morte seruitutem claudunt, facilè annos 20. anteq dent, antequam Heli iam Sacerdos ad Reip. gubernacula manum ad atque ita fatebuntur, ab obitu Samsonis ad Heli casum, ab Hebræis, omnibus ac nonnullis Græcis annos 40. computari, ab alijs Græcis annos tribui Præfecturæ Heli, omissis totidem annis interregni, quod ritu Samsonis effluxit. Nec temeraria videbitur eorum explicatio, mabunt fortè à 70. Senioribus Heli 20. annos assignari, quod hic temporis spatio populum & filios in officio continuerit: siquidem causam nõ pauci auctores Sauli duos solũmodo annos regni adscri-

---

I. REGVM VII. v. 2.

Arca capta.

1. *Et factum est, ex qua die mansit Arca Domini in Cariathiarim,* dies: erat quippe iam annus vigesimus. Notandum hic *primò*. Arcam li à Philisthæis septem mensibus detentam. 1. Reg. 6. v. 1. *Fuit ergo in regione Philisthinorum septem mensibus:* pura à pugna illa infelici, qua mortem Heli, Ophni & Phinees, eius filij, cum triginta millibus Israe-

Remissa.

occubuerunt, vt latè narratur ibid. cap. 4.

2. Notan. *secundò*, Arcam à Philisthæis remissam fuisse in Cariathdem in Gabaa, siue colle apud Abinadab seruatam, vt hoc cap. v. 1. *Venerunt ergo viri Cariathiarim & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa.*

Religionis instauratio.

3. Notan. *tertiò*, cum iam ad annum 20. Arca in domo Abinadab ha ctam à Samuele seriam apud Hebræos Religionis instaurationẽ 1. Re tum reportatam insignem de Philisthæis victoriam, & quietem à hostibus cutam, ibid. v. 13. Et humiliati sunt Philisthijm, nec apposuerunt vltra rent in terminos Israel. Facta est itaq; manus Domini super Philisthæos ctis diebus Samuelis, & redditæ sunt vrbes &c. Hinc duæ quæstiones quentes oriuntur.

QVÆSTIO II.

Virum Arca solum 20. annos manserit apud Abinadab.

1. AFfirmant pleriqueRabinorum, ac in primis Iosephus, Zonaras, Cedrenus, quod refert, nec refutat, S HIERONYMUS hic in Tradit HEBR. *Peracto, inquit, vigesimo anno, translata est, eadem arca à Samuele in Masphath.* Idem totidem verbis tradit Rupertus, sequitur Comestor, Carthusianus &c. Ratio huius opinionis esse videtur, quod HEBRÆI dicantur hic. v. 6. conuenisse in Masphath, hausisse aquam & effudisse *in conspectu Domini*, hoc est, vt ipsi putant, *coram Arca.* Et versu 9. *Tulit Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino.* Quod illum minimè facturum fuisse credunt, nisi ibidem Arcam præsto habuisset. HÆC tamen ratio parum vrget: nam illa verba, *in conspectu Domini*, perinde accipi possunt, ac si diceretur, *coram Domino*, vt patet ex varijs Scripturæ locis, verbi gratia, 1. Reg. 11. v. 15. Cap. 12. v. 3 Cap. 16. v. 6. Neq; ad sacrificandū opus erat Arcæ præsentia, qua absente ipse Samuel alias in Bethlehem sacrificauit, 1. Reg. 16. v. 5. Et Elias in Carmelo. 3. Reg. 18. Adhæc licet Arca diceretur manere in Cariathiarim tanquam in domicilio, poterat tamen subinde ad breue tempus vrgente necessitate, aliquo alio transferri, vt cum Saul contra Philistheos prælium apparabat. 1. Reg. 14. v. 18, & Ioab Rabba in Moabitide obsidebat. 2. Reg. 11. v. 11. Semper enim per interualla ad sui domicilij locum reducebatur, vt ex Eucherio monet Salianus, an. m. 2960. num. 3.

1. opinio eiusq; ratio.

Ad rationem.

2. Quare magis assentior ijs, qui Arcæ domicilium in Cariathiarim, non 20. duntaxat annis definiunt, sed vsque ad Dauidis tempora producunt, vt latè docet Tostatus in hunc locum q. 10. & seqq. vbi aliquot errores Lyrani detegit & refutat. v. g. *primò.* Quod putauerit Gabaa locum fuisse à Cariathiarim distinctum, cùm fuerit collis, siue pars eminentior loci illius, in quo habitabat Abinadab. *Secundò*, quod crediderit è Cariathiarim Arcam ductam in Masphath, inde in Galgala, tum in Nobe, deniq; in Gabaa ad Abinadab. *Tertiò*, quod videatur confudisse hunc locum Gabaa cum Gabaon, vnde Salomon tabernaculum fœderis Ierosolyma transferendum curauit. 2. Paralip. 1. Idem quod Abulensis, tradit Caietan. hic. Torniel. an. m. 2940. n. 4. Salian. l c. & an. 2990. Petauius an. 2939. Mariana & Menochius 1. Paralip. 13. v. 3. Sanctius in hoc caput, sanctis ijs, quę notat 2. Reg. 6. præsertim initio argumenti illius capit. Probatur hęc sententia 1. Paral. 13. v. 6. *Et ascendit Dauid, & omnis vir Israel ad collem Cariathiarim quæ est in Iuda, vt afferret inde Arcam Domini.* Nec putes Arcā in Gabaa bis sedē fuisse, primū cū è regione Philisthinorū per Bethsames reuecta esset; tū aliquo

Conclusio.

Lyra corrigitur.

Probatur Conclusio.

alio tempore, in scripturis non expresso. Nam in primis sacræ literæ ... tradunt Samuelis tempore Arcam 20. solum annos in Gabaa mansisse. ... neq; ratio, neq; Scriptorum auctoritas vlla suadet multiplicanda hoc ... Arcæ domicilia. Deniq; toto regni Saulis tempore Arcam in colle Cariathiarim permansisse indicare videntur Dauidis verba 1. Paralip. 13. v. 3. ... *quisiuimus eam* (Arcam) *in diebus Saul.* Quem in locũ Mariana: *toto, inquit, tempore*, regni Saul mansit in domo Abinadab, vbi post captiuitatem ... illam nulla restituendi eam in pristinum locum cura.

Mora arcæ in Cariathiar.

3. Certum autem est Dauidem annos vt minimum 7. & sex mensis ... Iuda regnasse, & deinde locum Arcæ in Ierusalem collocandæ præpa... ex Abinadab ad Obededon adduceretur: ac proinde anni 20. hoc ca... ti non comprehendunt totam imò nec dimidiam Arcæ moram in Cariathiarim: sed illud solummodo spatium, quo Arca iam ibi fuerat antequam ... diceret: *Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos* ... 3. Cum igitur Act. 13. anni 40. Saulis regno tribuantur, qui ante Heli ... non inchoantur, & Dauid septem vt minimum annos ante Arcæ ... nem regnauerit, non pauciores quam 47. annos tenuit Arcæ in Cariathiarim commoratio. Paulo plures effluxisse tradunt Tostatus, Torniellus, Salianus ex doctrina Petauij clarè deducitur, qui Heli mortuum & Arcam capta... nat anno Periodi Iulianæ 3618. anno verò 3669. de domo Abinadab ... Dauide in arcem Sionis translatam, cùm in domo Obededon Gethæ ... mensibus consedisset: qua de re ex professo agam 2. Reg. 6. q...

QVÆSTIO III.

Vtrum mox ab obitu Heli Samuel iudicare cœp...

Opinio Cani.

1. CAnus lib. 11. de locis Theologicis lib. 11. & Genebrardus in S... volunt Samuelem post annos 20. ab obitu Heli transactos, in ... cipatum, atque adeo iam ætate grandiorem.

Communis sententia.

2. Alij verò sine anarchia, nisi forte aliquot mensium Samuelem ... Heli successisse iudicant, vt Lyranus in hunc locum, Tostatus q. 23. Ca... nus 1. Reg. 13. Torniellus & Salianus an. m. 2940. Sanctius hic. num. 7. ... 13. nec dissentit Petauius, qui cùm anno m. 2888. Heli obitum adscripsisse ... anno sequenti, Samuel inquit, annum agens circiter 40. post Heli pop... fuit annis in totum, & cum Saule XL. Serarius 3. Reg. 7. ab obitu Heli ... regnum 28. annos computat, & tribuit Samueli. Probant ex 1. Reg. 12. ...

Samuel loquens de sua vita, non solum priuatim, sed etiam publicè cum laude transacta, *conuersatus*, ait, *coram vobis ab adolescentia mea, vsq; ad diem hanc ecce præsto sum, loquimini de me coram Deo & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim:* Quæ verba indicare videntur, Samuelem multo ante annum ætatis suæ sexagesimum, ad Reip. gubernationem accessisse. Si verò ratio consulatur, longe credibilius est, Israelitas sub Heli obitum ad extrema redactos mox aliquem vel industria, vel sanctitate vitæ spectabilem in populi rectorem delegisse, qualis erat Samuel vt rebus afflictis suppetias ferret.

3. Etsi verò hanc posteriorem opinionem, vt probabiliorem sequar, parum tamen refert ad Chronologiæ filum vlterius ducendum, vtrum aliquid temporis, quasi interregnum inter Heli & Samuelem inseratur nec ne: nam ab Heli excessu, ad enthronismum Dauidis 40. anni computari possunt eo modo, quem ex S. Augustino sæpius retuli, quamuis non continuo Heli, mortuo Samuele Reip. habenas moderari cœperit. *Ab Heli ad Dauid 40. anni.*

I. REGVM XIII. v. 1.

Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpisset: duobus autem annis regnauit super Israel. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel, & erant cum Saul duo millia in Machmas, mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin.

QVÆSTIO IV.

Quorsum spectet iste annus vnus, cuius hic fit mētio.

1. CErtum est, non spectare ad ætatem Saulis, quasi ipse vnius anni puerulus in regem electus fuerit. Tunc *altior fuit vniuerso populo, ab humero & sursum.* 1. Reg. 10. v. 23. Vnde manifestè sequitur, Saulem hic non vocari filium vnius anni eo sensu, quo dicitur 2. Reg. 5. v. 4. *Filius 30. annorum erat Dauid, cum regnare cœpisset.* *Explicatur quæstio.*

2. Nonnulli hunc annum ad Isboseth referunt, rati hic *Saul* esse datiui casus, q. d. ipsi Sauli erat filius vnius anni (Isboseth) cū regnare cœpisset. Quam explicationem propugnat Rabanus, in hunc locum, eamq; referunt S. Hieronymus, tomo 3. in quæstionibus super hunc librum, Tostatus, Lyranus hic. Sed facile refutatur: tum quia non solet scriptura regnorum & regum initia filiorum ætate definire, tum quia hoc modo Saul, ab inunctione sua 39. annos regnasset; Isboseth enim cum parenti ἀμέσως succederet, erat 40. annorum. 2. Reg. 2. v. 10. Saul autem tam diu non regnauit, vt infra declarabo. *1. opinio falsa.*

3. Addunt Mariana & Menochius aliquos ita hunc locum explicare, quasi annus intercessisset, ab vnctione, vsq; ad confirmationem regni, de quo cap. 11. extremo, & duo deinde anni elapsi essent, vsque ad bellum de quo hic agitur. *2. opinio etiam falsa.*

Ita nempe nonnulli Rabinorum, sed non probant, quod hic de vno an ferunt.

Sententia cõmunis.

4. Alij pleriq; omnes istum annum bonis moribus Saulis attribuere, sensus: Saul erat sine dolo, sine fallacia, simplex, innocens tanquam puer anni, quando regnare cœpit. *Sicut filius vnius anni in quo non sunt culpe*, Chaldæus Paraphrastes. Nam reuera *erat electus & bonus, & non erat in Israel melior illo.* 1.Reg.9.v.2. Quæ interpretatio vt communis est, ita retinenda, cum familiare sit Hebræis supprimere particulam com- כ *caph*, quæ ipsis idem valet, quod Latinis aduerbium *sicut*, vt Psalm habemus, *transmigra in montem sicut passer*; Hebræus verò, *in mauem* rarò in scriptura ij vocantur paruuli, qui humiles, vitæ motumque sunt insignes, vt ipse Saul 1.Reg.15 v.17: *Nonne cùm paruulus esses in oc in tribubus Israel factus es?* Apostolus Corinthios ad simplicitatem & tem excitans, nolite, ait, pueri effici sensibus; sed malitia paruuli esto 14.v.20. Et Christus Matthæi 18.v.3. *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut non intrabitis in regnum cœlorum.* Bene addit Tostatus q.1. idcirco hic he tionem bonitatis Saulis, *quia immediatè agitur de peccato & abiectione eius catur, quod bonitas humana valde mirabilis* (mutabilis) *est.* Ita hunc locum bitate Saulis interpretantur S. Gregorius 1.Reg.13.lib.5.cap.3. S Hier Procopius, Lyranus, Hugo Cardinalis, Sa, Menochius hic. Sanctum mento huius capitis.

QVÆSTIO V.

Vtrum Saul annos 40. regnauerit.

Ratio dubitandi.

1. ID affirmare videtur Apostolus Act.13,v.20. Dedit eis Saul filium rum de tribu Beniamin annis 40. Quem annorum numerum Sa adscribunt, Q Iulius Hilarion de mundi duratione, Freculphus tom. cap.19. Salmeron proleg.14.form.17. Fauet Legionensis. Gal.2. vbi annos regnasse Saulem, & obijsse septuagenarium, vt refert Sanctius num.2. Quæ opinio etiam S. Augustino tribui solet, qui lib.17. Ciui Saule, *quadraginta* inquit, *annos regnauit super Israel, tanto scilicet spatio to & ipse Dauid.* Et lib.18.cap.20. *Eoq;* (Saule) *defuncto Dauid successit annos à Saulis imperio* XL.

Explicatur.

2. Ego nihilominus, saluo meliori iudicio, non ausim sine scrup supputationem S. Augustino attribuere. Nam ipse lib.18.cap.22. de quentibusq; iudicibus vsque ad Heli inclusiuè annos 27. & 339.

quot nimirum absorptis seruitutum annis liber Iudicum ab obitu Moysis, ad mortem Heli enumerat, si Iosue anni 12. computentur. Sicut igitur annos oppressionum temporibus iudicum inuoluit, ita Samuelis annos imperio Saulis comprehendere videtur, atque ideirco, cum extremo capite 19. eiusdem libri rationem regum & Heli meminisset, sic 20 caput auspicatur: *mox eisdem per hanc numerata regnantibus, Israelitarum regnum, finito tempore iudicum à Saule rege sumpsit exordium, quo tempore fuit Samuel Propheta.* Vnde patet S. Augustinum annos Saulis *mox* ab Heli obitu supputare, nullo tempore Samueli relicto, ab annis Saulis distincto, & sic vtrique Samueli, inquam, & Sauli totum illud tempus tribuim quod inter Heli casum, & Dauidis regnum interiacet adiudicare. Esto non ignoret Samuelem annos vt minimum 20. post Heli excessum populo praefuisse, Saule necdum ad regni fastigia euecto.

S. Augustinus declaratur.

3. Dices: quomodo igitur hic S. Doctor soli Sauli hos 40. annos tribuit? Respondebit ipse in Saulis annis se vti Scripturae phrasi, quae vsurpatur de obitu Tharae Gen. xi. & Iudithae, cap. 16. atque dicet in sacris codicibus non reperiri annos Samuelis seperatim notatos: atque ita cum Sauli 40. anni inscribuntur, non sic esse accipiendum; quasi hos omnes dies Saul regem egerit, *sed quia hos omnes dies,* (inter Heli & Dauidem elapsos) *qui fuerunt* 40. Saul suo imperio *compleuerit.* Quem loquendi modum praeclarè explicat libro de mo sexto Ciuit. cap. 16. & repetit cap. 24. Quicquid sit; Saulem à sua inauguratione, 40. annos non vixisse clarè ostendent rationes quaest. seq. afferendae.

Hilarion refutatur.

4. Nec admodum vrget Iulij Hilarionis Chronographia: nam & alia habet quae non probantur. Verbi gratia, post 20. annos Samsonis, vnum inserit Semergaris, tum 30. pacis & interregni praeponit Heli iudici, ac denique post Helimortem ante Saulis vnctionem annos totos 40. Samueli impertit. Frequentibus etiam turbata ratiocinia propinat, nisi annos Samuelis regno Saulis inuoluat: siquidem ab Exodo ad Templi initia receptum 480. annorum internallum signat, Samueli verò nullos annos à Saulis annis distinctos profert, sed tantum ait Samuelis tempore regem constitutum fuisse Saulem.

Obiectio 1.

5. Obijcit Serarius 1. Tam clarè Sanctus Paulus Act. 13. v. 21. hos 40. annos incipit post regem postulatum, vt cum annis Samuelis confundi non possint, cum isti anni ante regis postulationem fuerint. 2. Sicuti cùm D. Paulus capite citato ait Deum dedisse iudices post annos 450. significat tempus quo illi regnarunt: ita cum dicit dedisse regem Saulem 40. annis. Ad 1. facile responderi potest sola inficiatione eius quod obijcitur: neq; enim clarius Apostolus seperat annos Saulis ab annis Samuelis, quā Moyses Exodi 12. v. 40.

2.

Resp. ad 2.

distin-

distinxerit annos 430. commorationis in Aegypto, ab annis 130. quos ante descensum in Aegyptum transegerat, licet isti anni vitæ Iacobi rationem in Aegypto faerint. Negandum pariter, quod secundo loco Illos 450. annos S. Paulus non tribuit Iudicibus, sed tempori, quo Isaac, vsq; ad terræ distributionem effluxit. Vide infra q. 7.

Ad 2. 6. Reliqua Serarij Argumenta eorum doctrinam oppugnant, lem, non nisi biennio regnasse putant, si tamen duo aduerterimus. esse admittendam eorum interpretationem, qui Apostolum hisce putandis, non tam veritatem, quam vulgi opinionem secutum enim in alijs, ita in isto quasi 450. annorum numero, accuratus est. *Alterum*, annos Samuelis reuera in annis regni Saulis non inclu anni habitationis in Chananitide in annis commorationis Aegy sicuti anni vtriusq; habitationis illa summa 430. annorum compre ita Samuelis & Saulis tempora isto 40. annorum numero contine breuitatis causa dici soleat, tempus Samuelis, annis Saulis comp eo quod clarius diceretur, annos Samuelis contineri illo annorum qui Sauli videntur adscripti.

QVÆSTIO VI.

Vtrum Saul duobus tantum annis regnauer

1. opinio. 1. ID pertinaciter volunt Hebræi in Seder Olam cap. 13. Quia 1. Re. disertè legimus Saulem *duobus annis regnasse*. Consentiunt Cor Phrygio, Arias, Adrichomius, Mercator, Vignerius, Vatronus, dat & propugnat Sanctius hic.

Refellitur. 2. Huic tamen interpretationi bonorum auctorum torrens ob stione sequenti patebit. Plura sub Saule gesta sunt, quam vt in bre stias redigi possint. Nam in primis ab eius vnctione, mensis ante tra Naas Ammonites se viris Iabes Galaad dexteros oculos effossurum tur: quos cum Saul septimo post die liberasset, comitia in Galgalis hab quibus regnum ei confirmatum est. 1. Reg. 11. v. 15. Tum gestum sthæis bellum illud, quod latè describitur hoc cap. 13. & 14. Eo bello *Saul confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersus omnes contra Moab & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos, & quo tebat, superabat. Congregatoq; exercita percussit Amalec, & eruit Israel, de torum eius.* Cap. 14. v. 47. *Erat autem bellum potens aduersus Philisthæos bus Saul: nam quemcunq; viderat Saul virum fortem & aptum ad prælium, sibi.* ibid. v. 52. Hæ expeditiones eo plus temporis requirebant, qu

minus erant ab armis parati. Cauerant enim Philisthæi, ne inter Hebræos faber esset, qui vel ligonem, vel securim obtusam acueret. *Cumq; venisset dies prælij, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Ionatha, exceptis Saul & Ionatha filio eius.* Cap.13.v.22. Nec est ratio cur dicamus has gentes à diuersis ducibus & exercitibus eodem tempore ab Hebræis oppugnatas: siquidem postea Saul dum non magno exercitu Dauidem prosequeretur, nunciata Philisthinorum in terram Israel irruptione, coactus est ab incepto desistere, vt omnes vires in hostem conuerteret. Cap.23.v.27.& 28.

Alia gesta eiusdem.

3. Initum est cum Amalecitis bellum offensiuum, ad quod suscipiendum Saul à Samuele monitus, *præcepit populo & recensuit eos quasi agnos ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda.* Cap.15.v.4. Percussitq; Saul Amalec ab Heuila donec veniasad Sur, quę est è regione Aegypti.v.7. Victis Amalecitis Saul reuersus cum rege captiuo, & præda vetita à Domino reprobatur, discesitq; in Gabaa; Samuel in Ramatha, *& non vidit Samuel vltra Saul vsque ad diem mortis suæ.* Quæ verba insinuare videntur, bello hoc peracto, Samuelem adhuc notabili temporis spatio vitam prorogasse: quod & res postea gestæ confirmant. Nam *primò* iussus est Samuel Dauidem priuatim in regem inungere, quem Saul à malo spiritu agitatus accersiuit dicens: *stet Dauid in conspectu meo &c.* cap. 16. vers. 23. *Deinde* non statim Dauid Goliam interfecit, sed prius tanto tempore à Saula abfuit, vt neque à rege amplius, neque ab Abner agnosceretur. Adeo forma corporis eius mutata fuerat. Quod his verbis sacra narrat historia cap.17.v.55. *Eo autem tempore, quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philisthæum ait ad Abner principem militiæ: de qua stirpe descendit hic adolescens Abner? Dixitq; Abner: viuit anima tua rex, si noui. Et ait rex: interroga tu, cuius filius sit iste puer.* Tertiò. Dauid citharæ cantu Saulis furorem lenire solitus Tribuni munus adipiscitur. *Tunc egrediebatur & intrabat in conspectu populi, in omnibus quoque vijs suis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. Vidit itaque Saul, quod prudens esset nimis & cœpit timere eum* cap.18.v.14. Hæc verba consuetudinem & experientiam indicant, quæ non nisi longiusculo tempore comparari solet. *Quartò* promissa est Merob Dauidi, non statim, sed certo tempore constituto coniux ipsi futura. *Factum est autem tempus cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor.* v.20. *Quinto*, desponsata est Michol Dauidi 100. præputijs Philisthinorum, quæ iple cæsis 200. viris, repræsentat, & fit gener regis. Cumq; Philisthæi rursus arma mouissent, *percussit eos plaga magna & fugerunt à facie eius.* Cap. 19.v.8. *Sextò.* Socer in generum tanto sensim odio inardescit, vt ille hunc interfici iubeat. Quod cum ad Dauid perlatum esset, fuga salutem quærere instituit, ac primum cum Samuele in Naiot moratus est, quo Saul missis tertiùm sine effectu nunciis ipse venit, ac per varia loca generum persecutus est, vt videre li-

cet à cap. 15. ad 28. *Septimò. Fuit numerus dierum, quibus habitauit Dauid in Philisthinorum quatuor mensium.* Hisce quatuor mensibus, si addas moram quæ fuit apud pastores Nabal, vix aut ne vix quidem remanebit tempus ciens, rebus quas Saul iam reprobatus, ante suum interitum gessit. Aduersarij nim aduersarij ab vnctione priuata Dauidis vsq; ad Saulis mortem, num annum interueniſſe: quod duobus potissimum argumentis

Communis sententia proba tur.

4. *Primò*, quod res tempore Saulis gestæ, biennio expediri non *Secundò*, quod tantillo temporis spatio, Dauid ita mutari nequiuerit, le ante monomachiam agnosceretur. Volunt enim illi Dauidem fuisse, quando in domo paterna per Samuelem inungebatur. Licet ex pascuis ad aulam excitum dicamus, vt coram Saule ad citharam 16. v. 19. Non est tamen dubium, quin aliquandiu citharistam apud gerit. Quod si mox Goliam strauit; qui fieri potuit, vt à Saule & Golia congressurus non agnosceretur? Si dixeris eum aliquot mensibus remissum in domo paterna hæsisse: iure quispiam quæsierit, quomodo g. vel quatuor mensium spatio, tanta in eius corpore mutatio facta eum Saul non agnosceret? Adhæc si tribus mensibus domi moratus addes 4. alios menses quibus apud Philisthæos Dauid exulauit, tempus Carmelo gregibus Nabal pepercit, moram quam in aula prima vice videbis deesse tempus, quo signari cætera possint, quæ post victum viuo adhuc Samuele gesta sunt, ac sacro historiæ textu comprehensa

Dogma Paludani

5. Contra eos, qui non nisi biennium regno Saulis tribuunt, profert Paludanus verba nunciorum Dauid ad Nabal Carmelitem ex cap. 25. *multis annis saluos faciens tuos & omnia tua, audiui quod tonderent pastores tuos* rum de *multis annis*, nihil habetur in vulgato, nihil in Græco, nihil in Hi esto ex illa legatione probabilis coniectura sumatur, aliquot saltem me aut forte vltra annum ibi Dauidem hæsisse: Non erat autem cur P tantam vim in illis *annis multis* poneret, remque ita in medium afferret lus Sanctius hanc de biennio regni Saulis opinionem propugnaret, tis constare videretur. *Et eo magis sum miratus*, inquit, Paludanus, *potuisse meam sententiam abire, cum in Commentarijs quos scripsit in libros Reg uaui ipsum verba iam citata ex 1. Reg. cap. 25. explicare sicut & Nos: nempe vt* uid *significet, se cum extremam inopiam cum suis militibus sit passus, in illa solu hil tamen detrimenti gregibus ipsius, quin potius multum commoditatis* ille Tract. 2. cap. 5. §. 13. Ego verò in Paludani doctrina duo miror: alter ipse hoc in Sanctio simpliciter miretur, & non etiam in auctoribus quæstione num. 1. allegatis. Alterum, quonam sensu verum sit, verba 25, recitata explicari à Sanctio sicut à Paludano. Omnes enim omnia

vtDauidem quoad fuit in Carmelo, gregibus Nabal nihil damni intuliſſe, Sanctius cum ſuæ opinionis fautoribus pauculos menſes Regium Vatem ibi potuiſſe aſſerit; Paludanus multis annis. Non ergo verba citata Sanctius eo modo explicat, quo Paludanus, qui ſi memor fuerit eorum quæ de auctoritate vulgatæ editionis habet tract. 1. cap. 4. verba illa *multis annis* in Sanctium efficacem non proferet.

6. Dices, quomodo igitur Saul *duobus annis* regnaſſe dicitur? Plures ſunt hac de re ſententiæ, quarum communiſſima biennium iſtud, ad ſimplicitatem & innocentiam Saulis refert, quippe qui *duobus annis* in ea morum integritate permanſerit, qua veluti vnius anni puerulus ad regni gubernacula acceſſerat. Ita S. Gregorius in hunc locum: De rege, inquit, qui prius bonus, poſtea malus exstitit, dicitur quia filius vnius anni fuit, cum cœpit regnare, & duobus annis regnauit licet enim multis annis regnauerit, illis ſolis regnaſſe dicitur, in quibus innocens & humilis fuiſſe perhibetur. In eadem ſententia eſt S. Hieronymus: Tradit huius loci, Procopius, Lyranus, Abulenſis, Chronicon Alexandrinum Rupertus hic cap. 19. & lib. 2. in Apocalyp. Petrus Damiani lib. 2. ep. 20. Dionyſius Sa, Salianus an. m. 2964. num. 2. vbi bene ait, hanc eſſe communem interpretationem. Quæ tamen Torniello non placet an. m. 2960. n. 3. vbi vult Saulem regnaſſe duobus annis ante ſuam reprobationem, & vix toto primo anno in primæua manſiſſe innocentia. Sed immeritò, prius enim Saul ſibi tria millia elegit, quàm grauiter delinqueret, vt ipſemet fatetur Torniellus & ſacræ narrationis textus indicat, quæ prius eum tria millia ſatellitum elegiſſe refert, quam grauia admiſiſſe delicta; primum verò omnium initio regni innocentem fuiſſe & duobus annis regnaſſe.

Quomodo Saul 2. annis regnauerit.

7. Alia ſententia, (ſi tamen alia) cenſet hoc biennio definiri non totũ regni Saulis ſpatium, ſed illud ſolùm, quo regnauit, antequam ſibi *eligeret tria millia de Iſrael*, vt ſit ſenſus, cum biennium regnaſſet, elegit ſibi tria millia. Similis phraſis in ſcriptura ſæpe occurrit, vt Gen. V. & XI. Exempli ca. Adam dicitur vixiſſe 930. annos & genuiſſe Seth: hoc eſt, cùm Adamus 130. annos vixiſſet, genuit Sethum. Quam explicationem non poſſum reijcere, cum ipſa non tam deſtruat, præcedentẽ interpretationem, quam adſtruat. Siquidẽ fatetur Saulem, *ſic fuiſſe puerũ, quãdo regnare cœpit, ſicut filius eſt vnius anni, & in eadẽ innocentia duobus regnaſſe annis.* vt totidem verbis ſcribit S. Hieronymus. & ex eo Rupertus. Poſt biennium verò ſui regni, nonnihil à priſtina vitæ probitate deflexiſſe cõcedit, vt ſacra inquit pagina dum ſubdit; eum tria ſelegiſſe millia, quorũ duas partes ſibi, tertiã filio tanquã principi præſto eſſe voluerit, atq; ita contra conſuetudinẽ & forte præter neceſſitatẽ ſe filiumq; ſuum regio ſatellitio munierit. Hanc expoſitionẽ amplectitur Abulenſ. hic. & Pineda lib. 8. Salom. ca. 2. n. 2. ſimpliciſſimã vocat,

Idem aliter exponitur.

natiuam videlicet minimeq; violentam, vt ait Salianus num. 4. Idem sentit Genebrardus in Chronico dum ait: *cum Saul regnasset duobus annis, habebat tria satellitum millia.*

Saul vltra duos annos regnauit.

8. Iis non assentior, qui volunt Saulem, non nisi biennio ante primam uidis inunctionem regni habenas moderatum. Duobus enim annis vitam duxit innocentem, nec est probabile eum de repente ita pessimo regno indignus successorem haberet à Propheta initiatum. Idem habent, qui soli Sauli annos regni 40. numerandos existimant: alias Deus set plusquam 40. annorum, quando Sauli successit, siquidem à Samuele gem vnctus est, quando iam oues pascebat. Cap. 16. v. 19.

Obiectio.

9. Obijcit Sanctius Scripturam clarè loqui dum ait: *Filius vnius anni cum regnare cœpisset, & duobus annis regnauit super Israel.* Vbi, inquit, *Respon.* quæ adiacent proprie dicantur, non est, cur existimemus hæc esse dicta figuratè. Respondeo potest *primò*, cum prior pars huius versiculi annum vnum ad Sauli tem referat, existimare possumus, partem posteriorem quæ est de bienniam ad probitatem spectare eiusdem Saulis. *Secundò* sine figura Saulem nium regnasse, tum tria satellitum millia sibi & filio elegisse. Tertiò esse, eos solos annos hic numerari, quibus Saul post mortem Samuelis uit, vt in annis regum fieri solet, & latius in Ioa & Ieroboam regibus plicabo; quam doctrinam quemadmodum admittit Sanctius 4. Reg. Cap. 3. v. 1. & alibi: sic eam hoc loco reijcere nequit, nisi eam interpretecipiat, quam iam num. 6. afferebam. Ea a recepta, tertiæ huic resp hærendum non est, nisi duplex eiusdem loci sensus literalis admittatur.

QVÆSTIO VII.

Quot annos Samuel & Saul populum rexer

2. Opinio falsa.

1. HEbræi in Seder Olam inter obitum Heli & Saulis non mi interponunt, rati Arcam 20. tantum annos in Gabaa fuisse, morte Heli ad initiũ anni octaui regni Dauidis computant igitur regni Dauidici annis 7. à 20. remanent 13. ab obitu Heli, ad obitus, cuius regno dant biennium, ita vt inter Heli mortem & Saulis nem non nisi vndecim anni intercedant. Computum Hebræorum Constantinus Phrygio, vt notat Ludouicus Viues in lib 18. Ciuit. fere te Eupolemus apud Eusebium, dum Samueli & Sauli 20. duntaxat annos tribuit. Sed hunc & illos decipi patet ex notis ad 1. Reg. 7. v. 2.

Aliæ opiniones variæ.

2. Alij istis duobus numerant annos 32. vt Marianus Scotus, Contractus in suis Chronicis, Driedo lib. 3. cap. de Suppurationibus

viginti annis eos præfuisse opinantur, teste Sulpitio lib. 1. sacræ hist. & Beda Præfat. lib. 2. expositionis allegoricæ in Samuelem, quos sequitur Serarius 3. Reg. 6. prop. 1. At verò Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. vult Saulem cum Samuele regnasse annos 17. Deinde solum 20. sic forent anni vniuersim 47. vt refert Sanianus. Petauius autem putat ex sententia Clementis Samuelem tantum biennio ante Saulem mortuum. Iosephus lib. 6. Antiq. cap. 14 tradit Samuelem iudicem fuisse 12. annis, tum Saulem cum eo annis 18. regnasse: at verò sub finem eiusdem libri, ait Saulem defuncto Samuele regno potitum annos 20. Rursus lib. 10. cap. 11. in textu Græco ponuntur anni 22. Sic essent vniuersè anni 50. aut 52. Iosephum sequitur Zonaras. Samerius autem tribuit Samueli annos 32. eius filijs & Sauli 40. vniuersè 72.

3. Michael Paludanus tract. 2. cap. 3. ait 40. annos, quibus Deus Israelitis Saulem dedisse scribitur Act. 13. nulla ex parte ad Samuelem referri, sed ad Saulem & filium eius Isboseth, & computari ab initio regni Saulis vsq; ad Dauidis enthronismum super Israel vniuersum, ac denique à morte Saulis, vsque ad hanc Dauidis inaugurationem esse 8. circiter annos: siquidem Dauid super tribum Iuda regnauit annos 7. cum dimidio. 2. Reg. 5. v. 5. Tolle de 40. annos 8. remanebunt anni 32. regni Saulis, quibus si 20. Samuelis accedant, exurgent à morte Heli ad primam Dauidis inaugurationem anni 52. *Opinio Paludani.*

4. Communis verò sententia & omnium probabilissima est, ab obitu Heli ad mortem Saulis elapsos 40. annos, quorum pars Samueli, pars Sauli debeatur. Est Eusebij, Sulpitij, Isidori, Nicephori Constant. cui subscribit Contius. Idem tradunt Fasti Siculi in Saule, Beda Act. 13. Vincentius Spec. Histor. lib. 2. cap. 69. Abulensis 1 Reg. 13. q. 1. & alibi. Lyranus Iud. 13. Act. 13. Ioannes Lucidus, Genebrardus, Bellarminus, Gordonus, Adrichomius, Torniellus, Sanctius, Salianus, Petauius. Quibus accedunt Temporarius, Funccius, Cation, Heluicus, Bibliander, Capellus, Sethus. Quod autem spatium 40. annorũ, vt minimum inter Heli & Saulis mortem interceserit fidem indubitatam facit S. Paulus Act. 13. v. 20. his verbis: *Post hæc dedit iudices vsq; ad Samuelem Prophetam, & exinde postulauerunt Regem, & dedit eis Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin annos* 40. Certum enim est Heli inter iudices numerandum esse. Quod verò non plures anni isto interuallo computandi sint, tradunt auctores iam laudati, qui verba illa ex Actib. Apost. relata, *vsque ad Samuelem Prophetam* excluiuè accipiunt, ac istos 40. annos Samuelis & Saulis gubernationi attribuunt. q. d. Deus dedit iudices, qui non erant Prophetæ, vsq; ad Samuelem exclusiuè: tum dedit eis Samuelem ac deinceps Saulem quem postulauerunt, per annos 40. quibus isti duo populum gubernarunt, vt bene pleriq; auctorum citatorũ explicant. Vide notas ad calcem cap. 11. Geneseos. *Conclusio.*

Contra var. opiniones.

5. Qui 32. duntaxat annos hisce duobus concedunt, nescio quanam pretatione locum istum Act. 13. explicare possint : sed in eam suppo impulsi sunt, quod annos plures æquo in Iosue & sequentium iudicum ra expendissent.

Contra alias opiniones.

6. Quod defuncto Samuele Saul 22. annos non regnauerit, vel re gere licet, quod hoc modo Dauid necdum annos 9. natus Goliam occ Cum enim esset 30. annorum, regni in tribu Iuda habenas accepit, tem viuo adhuc Samuele interemit, quo sublato, vt Saulis furorem e fugiens venit ad Samuelem in Ramatha. 1. Reg. 19. v. 18.

Paludanus refutatur.

7. De expositione Paludani, dici in primis potest, eam non esse co expositioni SS. Patrum, quos paulo ante recensui, & aliorum, qui l li vel cum Senioribus 17. vt minimum annos inscribunt, vt ab Exodo pli fabricam 480. anni colligantur. Respondet quidem Paludanus satis constare, quot fuerint anni inter exitum de Aegypto & Temp tionem. 2. Si velimus defendere illum locum 3. Reg. 6. v. 1. negari p ordinarium computum annorum Iosue. *Nam ex Scriptura*, inquit, *co conuinci, multo plures, quam sex fuisse.* Deniq; addit se de his latius Deo dan rum in Chronologia ab exitu de Aegypto, vsq; ad reges. Verùm *pro* non videtur consentanea doctrinæ, quam ipse tradit Tract. 5. cap. 4. n *hil posse asseuerari, quod Latinæ vulgatæ editioni repugnet, etiamsi esset sola pe sula, aut membrum, aut syllaba aut aue vnum* : idque ex decisione S. Congr Cardinalium sub Gregorio XIII. & auctoritate S. Augustini ep. 8. & Hieronymum. *Secunda responsio* est singularis nec satis firma : ait enim 6. anni Iosue, non futuros plures annos ab Exodo, vsque ad mort quam 384. inde verò ad annum 4. Salomonis 96. Prius autem huius tionis membrum non probat. Deinde videtur sacra Scriptura clarè plures quam 20. annos inter obitum Heli & Saulis inauguration xisse. Siquidem non ante 20. annum ab interitu Heli cœpta sunt ea, q 7. vers. 2. vsque ad finem capitis referuntur Samuele adhuc vegeto, & tem ad iudicis munus idoneo : initio autem capitis octaui dicit *cum senuisset posuisse suos filios iudices Israel.* Et vers. 3. subiungitur: *& non ambulauerunt filij eius, in viis eius sed declinauerunt post auaritiam, acceperunt munera, terunt iudicium.* Qua tandem occasione Hebræi sibi regem constitui p runt. Ergo aliquanto tempore experti fuerant eos non esse ad Rep stirationem idoneos. Denique senium Samuelis in causa fuit, quo min iudicis fungi posset antequam rex ab Hebræis peteretur. Ergo valde p est, eum vsque ad 22. regni Saulis annum non fuisse superstitem, q ex Paludani doctrina colligitur, quippe, qui anno 22. Saulis tradi P

cum suo gigante Goliath mouisse bellum Sauli, quo tempore certum est Saulem adhuc in viuis fuisse. 1. Reg. 19. v. 18.

8. Hinc patet non admittendas esse rationes eorum, qui 20. ipsos annos, post obitum Samuelis Saulem regnasse putant, ne dicamus Dauidem 10. circiter annorum puerum cum gigante dimicasse. Tunc enim seriò probauit arma Saulis, quem proceræ staturæ fuisse constat, nec alia de causa videtur ea arma deposuisse, quam quod eiusmodi armorum vsum non haberet. *Saul non regnauit 20. annis.*

9. Valde rationi consentanea est supputatio Petauij, qui anno Periodi Iulianæ circiter 3646. Saulem in regem electum; anno eiusdē Periodi 3659. eum cum Ionatha occubuisse tradit. Sic enim in totum regnasset præter propter 13. aut 14. annos. Addit hic Auctor, biennio ante hanc cladem obijsse Samuelem. *Sed forte 13. aut 14?*

10. Communior tamen mihi videtur eorum sententia, qui Saulem regnasse putant viuo Samuele annos circiter 16. eo mortuo biennium: vniuersè 18. Ita Abulensis 1. Paralip. 19. q. 2. Comestor lib. 1. Reg. cap. 27. Salian. an. m. 2962. n. 6. ad quem numerum propè accedit Vincentius Spec. hist. lib. 2. c. 69. vbi ait Samuelem viuente Samuele regnasse annos 18. eo mortuo biennium. Hac ratione anni circiter 20. ab excessu Heli, Samuel fœdus in Masphath renouauerit, mox illam cum Philisthæis feliciter gesserit, vt legitur 1. Reg. 7. Sub idem tempus paulo post, filios iudices constituerit, quorum iniquitas cum diu non latuisset, regis petendi ansam dedit. Sic annus 23. principatus Samuelis inciderit in primum regni Saulis. Quod si Samuel anno 2. Heli natus est, vt tradunt Hebræi, nacti sub Heli annos 39. eo vitâ functo 38. vniuersè 77. vt aduertit Salianus contra Iudæos, qui totius vitæ Samuelis cursum annis 52. metiuntur. Hæc enim ætas muneri iudicis obeundo habilis esse solet; quod tamen præ senio subire non poterat Samuel, quando regem Hebræi postulabant. 1. Reg. 8. *Vel potius 18.*

11. Obijcies ex dictis sequi Saulem post suam reprobationem, vitâ cum imperio in annos 16. propagasse: siquidē post biennium sui regni reprobatus est, vt notat Torniell. an. m. 2962. vel etiā citius, vt notat Sanctius. Hoc autem modo valdè diu dilata esset pœna, qua Saul regno priuandus erat. Imò, *quid supplicij fuit*, inquit Sanctius, *si illa ætate sublatum est ei regnum, in qua Samuel illud sustinere non poterat?* Respondeti potest 1. non constare, vtrum Saul duobus tantum annis regni transactis, confestim reprobatus fuerit: cum non sit improbabile eum paulatim ab antiqua morum rectitudine deflexisse, donec longioris temporis tractu, Deus illud regno priuandū Samuel indicaret. Hinc Salianus ānō Saulis 7. eius reprobationē adscribit. Respondeti potest 2. Esto Saul biennio imperij functo à Dei gratia, & regni iure exciderit: fat graui nihilominus supplicio mulctabatur, quod cum per naturæ vires paulo diutius viuere, & posteros regni successores habere posset, vtroque priuatus fuerit, licet non nisi post 16. annos. 3. *Obiicitur 1. Resp. duplex.*

Ex o-

Ætas Saulis. Ex omnium sententia Saul ad annum ætatis circiter 60. peruenit: quandem Isbosethum filium annos 40. natum moriens habebat, & quidem babili coniectura apparet, natu minorem suis fratribus cum ipso Samemptis. Fuerit igitur ex cõmuniori sententia Saul annorum fetè 45. cugnum vocatus est, quod cum annos 15. aut 18. circiter administrasset, enum ætatis suæ 58. aut 61. interierit, corpore adhuc ita robusto, vtctare posset. De Samuele longe alia fuit ratio, qui cum toto vitæ stTempli ministerijs, & pietatis studijs addictus fuerit, probabile estexercitia obire solitum, quæ corporis vires minimè augerent, sed snem subijcerent. Saulem autem eam viuendi rationem tenuisse, quiuuenta robustiorem dies euaderet. Neque verò Saule regnum adeSamuel cuius vertici propinqua morsimmineret, sed solum cuisent sustinendo iudicis officio pares.

Obiicitur 2. 12. Obijciunt nonnulli 2. Mox vt Saul innocens esse desijt, vnctumuele Dauid, qui 2. Reg. 5. regnum suscepit anno ætatis suæ tricesimo. interceſsêre decem & octo anni regni Saulis; Dauid factus est rex antæ duodecimo: quod sanè videtur esse incredibile. Ita illi, & addunt

Resp. breui factum fuisse armigerum Saulis, aut paulo post strauisse gigantrum hæc obiectio non probat quod assumit. Neq; enim constat enbiennio tantum ante reprobationem imperasse, aut eo in transactDauidem continuo à Samuele vnctum fuisse: imo probabilius est Saliquanto tempore Saulis statum luxisse, anno deinde circiter 10. eaSaulis Dauidem oleo regio priuatim tinxisse, ac rursum aliquot annotium, inter Dauidis vnctionem & eiusdem de Philisthæo victoriamfisse, vt supra dixi, & clarius intelligetur ex notis in cap. 16. huius libri. exeorum sententia, qui 18. annis regnum Saulis definiunt, annus tuuidis est primus regni Saulis, qui duobus vt minimum annis in offic. ac proinde, Dauid sine dubio annum ætatis 12. superauerat quando regio primum delibutus est, vt mox latius explicabo. Taceo Funccholceros, qui Saulem annos tantum 10. regnasse autumant.

I. REGVM XVI. v. 13.

TVlit ergo Samuel cornu olei & vnxit eum. subaudi Dauidem primo paterna.

QVÆSTIO VIII.

Quoto ætatis suæ anno Dauid in regem primum inunctus fuerit.

1 Sulpitius lib.1.sacræ histor. Etsi annos Dauidis in regem designati non exprimat, eum tamen ait tunc puerum fuisse. Torniellus an.m.2964.num.1. addit eum vix annum vitæ 15. expleuisse, cui computo fauet Serarius hîc & Paladanus tract.2.cap.7. vbi Dauidem anno 15. ætatis à Samuele vnctum probat. 1. Quia hoc modo commodè dantur regno Saulis anni 32. & Isboseth 8. *Secundò.* Quod non multo maior 15. annis esse potuerit colligit ex Scriptura, quæ tunc eum *paruulum* vocat, hîc v.11. & paulo post *puerum* cap.17.v.33. Quod nec multo minor fuerit, ex eo conijcit, quod haud multo post factus sit Saulis armiger.v.21. imò *bellicosus, & fortissimus robore dicatur*, v.18. *1. Opinio*

2. Probabiliores tamen eorum rationes mihi videntur, qui Dauidem 20. circiter annos natum eo tempore fuisse arbitrantur. Ita Abulensis hic q.1. qui Saulis regnanti annos 20. computat, atque à principio regni ipsius vsque ad vnctionem Dauidis ait 10. annos transijsse vel amplius, ita vt Dauid esset plusquã 20. annorum, quia nempe completo 20. ei vigesimus primus decurrebat vitæ annus. Salianus anno 20. Petauius 21. aut 22. hanc in Dauidem regni translationem annotant. Et Scriptura quodammodo insinuat hic v.13. vbi cum Dauidem à Samuele vnctum retulisset, mox adiunxit. Et directus est spiritus Domini à die illa in Dauid & deinceps. Surgens Samuel abijt in Ramatha. Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam, &c. vers.14. Vnde colligere licet, sub idem ferè tempus Saulem à maligno spiritu vexari cœpisse, quo Dauid recens à Samuele oleo regio inunctus & paulo post, ad Saulem vt eius ægritudinem psallendo leniret adductus est. *Tunc autem erat fortissimus robore vir bellicosus & prudens in verbis.* 1. Reg 16. vers.18. Et venit Dauid ad Saul, & sterit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger. v.22. Quæ puero quindecim duntaxat annos nato minimè conueniunt: vt mirum sit Paludanum ad suam opinionem stabiliendam, hisce Scripturæ testimonijs vsum fuisse. Iuuenes apud Hebræos non censebantur ad bellum idonei, ante annum ætatis vigesimum, ac idcirco nec viri bellicosi ante istud tempus vocabantur. *Conclusio.*

3. Ratio, quam priori loco affert Paludanus non vrget: computatio enim quæ Saulí 32. annos numerat, Isboseth 8. reijcienda est, cum recedat à communi veterum patrum & interpretum doctrina: qui 40. illos annos, quorum Apostolus meminit Act.13. aut Samueli & Sauli, aut Sauli soli tribuunt, vt dictum suprà. *Ad 1. Paludani.*

Ad 2. 4. Nec plus roboris habent, quæ idem auctor secundo loco adhuc uid enim illo v. 11. *parum* in Hebræo & Græco appellatur; in vulgato & capite sequenti v. 14. *minimus*. Subaudi non absolutè, sed factae fratribus comparatione, qui eum ætate præcedebant. Capite verò catur *puer*, non eo tempore, quo vngebatur, sed quo sese ad duellum te ineundum accingebat, & tuncerat circiter annorum viginti rum, vt putat Paludanus l. c. concl. 2. vel potius senior, vt mox dicam ex eo, quod Dauid appelletur vir bellicosus, & factus sit armiger 20. aut 21. annorum potius quam 15. indicari videtur.

5. At quoto regni Saulis anno contigit hæc secreta Dauidis ina Quinto putat Torniellus; decimo vt minimum Abulensis: Petauius lianus octauo. Si Saul 18. annos regnauit; Salianum sequi malim; quod probabile est, Petauium.

I. REGVM. XVII.

QVÆSTIO IX.

Quoto ætatis suæ anno Dauid Goliam vicerit.

Non anno 29.

1. QVi non nisi biennio Saulem regnasse existimant; necessario dis monomachiam in annum eius 29. referunt: sed eam minimè admittendam esse, ex dictis manifestum est.

Nō anno 2. à sua vnctione.

2. Neque opinio Caluisij placet, qui anno m. 2880, ait Dauidem inunctum & ad regem Saulem vt cithara luderet accersitum: quenti victoriam & triumphum de Goliath reportasse. Idem opinatur cholceri & Funccius, dum hæc notant anno m. 2883. & 2884. Plus poris à primo Dauidis in Regiam aduentu, vsque ad cæsum Goliam fisse videtur: aliàs Dauid ante duellum Sauli & Abnero non fuisset hoc lib. q. 7. annotaui.

Cur Abner Dauidem non agnouerit.

3. Dices: quod Abner Dauidem non agnouerit, mirum non est pore, quo Dauid in Aula versabatur, Abner in castris, aut alibi degebat autem ex Dæmonis vexatione, phantasia ac memoria perturbata, minus Dauidem agnosceret, præsertim verò ob vestium mutationem in Regia commorans lautiori cultu corporis nitebat; domi autem diens rusticis vestibus & habitu pastoritio vtebatur. Respondeo si nunquam Abner cum Dauide in aula Saulis fuisset, si eum factum migerum nunquam nouisset. Deinde probabilius videtur Dauidem stitu ornatum è Regia ad parentem discessisse, nec Isai tam fuisse vt filium proceribus non ita pridem & aulicis familiarem rusticum

horridum ad regia castra remitteret. Adhæc bene aduertunt Abulésis hic q. 40. & Salianus ann. m. 44. fieri potuisse, vt pluribus de causis Dauid non agnosceretur, vtpura ob aliquam forte vestium in ipso diuersitatem, debilitatem memoriæ in Saule, oblitionem in Abnero, sed hæ causæ non erant sufficientes ipsius ignorantiæ. Præcipua à S. Augustino, Caietano, alijsque pluribus affertur, mutatio in facie Dauidis, cui in domo paterna, longiusculas temporis moras trahenti barba copiosior accreuerat.

4. Quare Abulensis, Salianus, Paludanus non incommodè censent Dauidem fuisse annorum circiter 22. quando Goliam singulari certamine confecit. Non tamen abnuo, quin probabiliter asserat Petauius Dauidem circa annum ætatis 21. aut vigesimum secundum à Samuele inunctum fuisse: sed hoc modo istam monomachiam in annum circiter 24. differendam putarem. Sic enim circulos existimo digerendos, vt integer saltem annus & eo amplius inter Dauidis vnctionem & gigantis interitum, ponatur, vt si v.g. anno vigesimo ætatis Dauid inunctus fuit, dimicatio in annum 22. vt minimum differatur.

Cur Dauid dictus puer ante duellum.

5. Nec dictis obstat, quod Psaltes Regius instante dimicatione *puer* à Saule vocetur: etenim ex vsu Scripturæ etiam adultis hoc nomen tribuitur. Christus post resurrectionem piscantes discipulos alloquens: *Pueri*, inquit, *nunquid pulmentarium habetis?* Ioan. 21. vers. 5. Sic milites illi, qui *agro robustorum*, nomen peperterunt, *pueri* dicuntur. 2. Reg 2. v. 12. & 14. Addunt aliqui Dauidem vocari *puerum*, id est, non assuetum bello, siue comparatione gigantis, idque colligunt ex verbis Saul: *non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersum eum, quia puer es: hic autem vir bellator ab adolescentia sua*, hic vers. 33. Quæ explicatio etsi huic loco satis aptè conueniat; prior tamen mihi videtur generalior, iuxta quam Dauid rursus *puer* dicitur, hic vers. 57. & adolescens vers. 55. & 58. quæ vox vitis etiam conuenit, vt præter alios docet Sanctius 1. Reg. 13. num. 1. probatque exemplo S. Pauli, qui Act. 7. v. 57. vocatur adolescens cum tamen annum ætatis 30. excessisset. Est enim paulo post S. Stephani martyrium conuersus, anno nempe à passione Domini secundo; Iuliano 78. aut saltem 79. gladio vero Neronis occubuit anno Iuliano 112. Capitone & Rufo Coss. ætatis suæ 68. vt tradit S. Chrysostomus hom. de Principibus Apostolorum tomo 5. ergo in sua conuersione erat 34. circiter annorum, quos si ad 78. Iulianum addideris exurget annus 112. Iulianus Laurea Principum Apostolorum nobilitatus.

I. REGVM. XXV. v. 1.

Obitus Samuelis.

Mortuus est autem Samuel, Biennio ante morté Saulis, vt suprà indicaui cum Clemente Alexandrino li. 1. Stromatum, Vincentio spec. hist. lib. 2. c. 69.

Abulensi, Comestore, Torniello anno m.2977. Saliano, Petauio, Mer... Valde autem probabile est, vt monet Abulensis in hunc locum q.12... cedentibus capitibus habentur, ante Saulis mortem contigisse, cum ... causa offerat, cur dicamus primum huius capitis versiculum narrationem ... à Dauide gestarum inseri, nisi quod sub idem tempus obierit Samuel, ... uid oram regiæ chlamidis in spelunca Engaddi iam absciderat, ante ... desertum Phares descenderet. Vnde colligo Historiam Nabal, & cet... vsque ad huius libri finem describuntur, non nisi post mortem Sam... disse. Quare non assentior Gordono & ijs qui ex opinione Rabbi D... nisi septimestre spatium inter Samuelis & Saulis obitum interijcium ... minus Hebræis, in Seder Olam, qui non nisi quadrimestre concedum...

I. REGVM. XXVII. v. 7.

De fuga Dauidis.

1. FVit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philistiim... tuor mensium. Hoc loco abutuntur Iudæi, dum volunt Dauidem ... excessu Samuelis ad Achin Philisthinorum regem confugisse. Nullo ... do id probare possunt: imò ex Scriptura contrarium colligitur, dum ... Samuelis subiungit Dauidis apud pastores Nabal commorationem, ... minimum duos menses tenuit. Deinde subsecura sunt ea, quæ cap.26. ... tur, tum demum Regius Vates consilium de fuga ad Palæstinos cepe... agitare cœpit, cap.27.v.1.

1. Opinio falsa.

2. Sunt verò nonnulli, qui opinantur Dauidem anno vno, & 4. ... apud Philisthæos moratum: vt Lyranus, Caietanus, Vatablus hic & A... mius in tribu Simeon V. Siceleg. quamuis in Chronico quatuor men... neat. Et probare nituntur ex textu Hebræo, quo Dauid ibi mansisse ... *dies & quatuor menses*: deinde ex verbis Achis, cap.29.v.3.

2. Vera.

3. Retinenda tamen est lectio vulgatæ & Græcæ editionis, quæ ... mensibus eam moram definit, cuique altero duorum modorum conge... braea. 1. Si dicatur Dauid ibi moratus, quatuor menses, & aliquot dies ... mensis: Latinus verò & Græcus textus solos menses expressisse. Ita ex... bulensis hic q.15. & cap.29.q.5. Historia Scholastica cap.24. Torniel... nus, Iosephus 6. Antiq. 14. quatuor mensibus dies 20. adijcit. 2. Si, q... que fieri solet, particula & apud Hebræos expositiuè sumatur, vt idem ... quod *id est*, q.d. dies aliquot, nempe 4. menses Dauid ibi habitasse, vt... tant Sa & Sanctius in hunc locum, licet hic auctor etiam præcedentem ... pretationem sequatur cap.29.v.3.

Sethus corripitur.

4. Hinc merito redargui potest Sethus Caluisius, qui anno mu... Dauidem scribit abijsse ad Philisthæos ad Achin regem, ibique annos...

& sex mensibus mansisse: nec erubuit eius calamus testimonium huius rei annotare. 1. Samuelis 27.

I. REGVM XXIX. v. 3.

Dauid apud Achis quamdiu?

Erat Achis: num ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis. Ita Latinus & Hebræus: Græcus habet: γέγονε μιθ' ἡμῶν ἡμέρας, τοῦτο δεύτερον ἔτος *fuit nobiscum dies, hunc annum secundum.* Quam versionem sic accipiunt Salianus & Menochius ac si Achis dixisset: *mansit apud nos dies*, plurimos scilicet, *hic quippe secundus annus est*, ita nimirum vt locutio Græca idiotismum Hebræum redoleat. Aliqui putant per exaggerationem locutum, aut mentitum fuisse, aut saltem habuisse intentionem mentiendi, vt sic Philisthæos efficeret eius in suam sententiam pelliceret. Ita Abulensis hic qu. 5. Torniellus an. m. 2979. quod etiam admittit Sanctius: addit tamen ista verba Achis sic intelligi posse quasi dixisset, ita notam esse Dauidis fidem, ac si pluribus annis ibi fuisset. Quæ interpretatio est etiam Rabbi Dauid. Deinde nonnulli aduertunt duabus diuersis vicibus & annis Dauidem, ad Palæstinos fugisse, prius sub finem suæ persecutionis quãdo simulauit amentiam c. 21. v. 10. deinde sub finem vitæ Saulis. cap. 27. v. 1. Achin verò ad vtramque fugam respexisse, quod septuaginta insinuasse videntur, quasi dixissent, hoc anno secundo Dauidem multis diebus apud Achin fuisse, licet alio priori anno, mox recessisset. Quam explicationem maximè probo: quicquid enim aliqui velint, quatuor mensibus, ea omnia fieri potuerunt, quæ in regione Palæstinorum à Dauide tempore huius secundæ fugæ gesta narrantur. Et hæc in librum primum Regum.

Duplex fuga Dauidis.

NOTÆ ET QVAESTIONES CHRONOLOGICÆ IN LIBRVM II. REGVM.

II. REGVM II. v. 10. & seqq.

Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnauit: sola autem domus Iuda sequebatur Dauid. Et fuit numerus dierum, quos commoratus est Dauid imperans in Hebron super domum Iuda septem annorum & sex mensium. Egressusque est Abner filius Ner, & pueri Isboseth de castris in Gabaon.

QVÆSTIO I.

Quot annos regnauerit Isboseth.

Error Caluisij.

1. CAluisius an. m. 2890. asserit illo anno Saule sublato, Dauidem Iuda regem declaratum, reliquas autem tribus secutas Isbo[illegible] lium Saulis. Anno 2891. notat pugnam, quæ hic à versu 13. describitur [illegible] quenti ait Isbosethum à suis in cubiculo trucidatum cum regnasset [illegible] de biennio tradunt Hebræi, & quinque annorum interregnum [illegible] Isbosethi mortem & Dauidis enthronismum, quo totius Israelis [illegible] pessiuit Caluisius autem vult Dauidem Isbosetho successisse, anno [illegible] proximè sequenti. Quam Caluisij supputationem sacris Biblijs ad[illegible] inde patet, quod hac ratione Dauid toti Israelitidi vltra 35. annos [illegible] contra illud 2. Reg. 5. v. 5. *In Ierusalem autem regnauit 33. annis super omnem* [illegible]

Opinio Caietani.

2. Caietanus 2. Reg. 3. putat Isbosethum non statim occiso Saule [illegible] tum ob difficultatem cogendorum comitiorũ, tum ob diuersa pa[illegible] alijs Isbosethum, alijs Dauidem respicientibus: tandem tamẽ post [illegible] norum cum dimidio interregnum, Isboseth biennio regnasse, quo [illegible] rursus sesquialtero anno regnum Israelis vacasse, donec tandem [illegible] te Saulis circiter septennio omnes tribus, in Dauidis electionem [illegible] Sanctius hoc loco, etsi probabilem eorum sententiam pronunciet, [illegible] annos regno Isbosethi tribuunt: magis tamen in Caietani partes [illegible] quod ipsi Sanctio videatur plus longe temporis interiectum fuisse [illegible] mortem & regnum Isboseth, quàm inter huius cædem & Dauidis [illegible] regnum: *quia posterius hoc tempus minus habuit impeditam deliberationem,* [illegible]

Refellitur.

tamen doctrina minus mihi probatur: cæso enim Saule, victi Hebræi [illegible] digebant, ac proinde tribus Iuda Dauidi regnum obtulit, in cæteris [illegible] narchiam in tres annos & dimidium fuisse mihi persuadere non [illegible] video, cur sublato Isbosetho, aliqua temporis mora, quæ interre[illegible] posset, prius intercederet, quam Dauidi regnum Israelis deferretur, [illegible] *esset reliquus, cui esse posset cum Dauide de regni titulo atque administratione* [illegible] disertè scribit Sanctis hic num. 12.

Conclusio.

3. Isbosethum septem annos & sex menses regnasse censet Abul[illegible] 2. q. 12. Genebrardus initio regni Dauidis nonnullos ex Hebræis [illegible] rius & Menochius in hunc locum. Torniellus anno m. 2980. num. [illegible] an. 2979. num. 209. Petauius dum anno Periodi Iul. 3659. initium [illegible] seth, & anno 3667. mortem eiusdem inscribit. Paludanus tract. [illegible] accurrunt Capellus, Heluicus, Funccius, Bucholcerus &c. Fun[illegible] lib. 7. Antiq. cap. 1. & 3. vbi clarè indicat mortuo Saule absque [illegible]

Isbaalthum opera Abneri regno Israelitico potitum, & Dauidem Isbosetho perempto mox subrogatum. Quam supputationem veram existimo. Cum enim Hebræis vndique hostes, ac in primis Philistæi victores imminerent, & Scriptura teste longa fuerit concertatio inter domum Isboseth & domum Dauid 2.Reg.2.v.1. gratis excogitatur interregnum, ante vel post Isbosethi principatum.

4. Quomodo igitur Isboseth duobus annis regnasse dicitur? Plerique auctorum iam laudatorum docent id non esse intelligendum de toto regni illius tempore, sed de eo, quod ab initio regni illius, vsq; ad pugnam fortium effluxit. q.d. cum duobus annis regnasset Isboseth is abnero duce Dauidi bellum intulit, vt simili de Saule notaui. 1.Reg.13.q.6.num.7. Quod enim Isboseth annos 7. cum dimidio regnauerit satis indicat Scriptura hoc loco, quæ cùm vers. 10. tradidisset Isboseth regnasse biennio, super Israel & domum Iuda adhæsisse Dauidi, confestim v.11. quasi parentheſi appositā subdit: *& fuit numerus dierum quos commoratus est Dauid imperans in Hebron super domum Iuda septem annorum & sex mensium.* Tum v.12. redit ad Isboseth, *egressusque est Abner* &c. vt sit ordo verborum: *Isboseth duobus annis regnauit, egressusque est Abner filius Ner, & pueri Isboseth filij Saul de castris Gabaon.* id est duos annos prius regnauit, quam è castris Gabaon educeret copias militares in Dauidem. Inseruntur autem illi septem anni & 6. menses, quibus domus Iuda regi Dauidi parebat, vt intelligamus tunc reliquas tribus Isbosetho subiectas esse.

Quæstio resoluitur.

II. REGVM V. v.4.

Filius triginta annorum erat Dauid, cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit. In Hebron regnauit super Iudam, septem annis & sex mensibus: In Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. Eadem repetuntur 1. Paralip.3.v.4. & cap.29.v.27.

Regnum Dauid.

2. Hinc patet errare Caluisium, qui cum anno mundi iuxta suum computum 2890. notasset Dauidem à tribu Iuda electum in regem; an. 2893. *Dauid*, inquit, *ab vniuerso populo Israelitico recipitur & inungitur rex.* An. 2930. signat Dauidis obitum. Ex hac enim doctrina sequeretur Dauidem anno 4. aut 3. desinente regni sui Iudaici à reliquis tribubus in regem assumptum. Siquidem Caluisius Dauidis inaugurationem cōijcit in annum m.2890. Ergo secundus annus regni Dauidici aperiebatur an. m.2891. annus regni tertius, anno m. 2892 quartus anno 2893. Quo fit, vt Dauidi 36. aut 37. anni dentur in totam Israelitidem dominā, insola verò tribu Iuda regnanti tres aut 4. non integri; contra versiculum iā propositum, quo Dauid regnasse dicitur 33. annos super omnem Israel, septem verò annos, & sex mēses super Iudā. Et cap.2. huius lib. v.11. *Et fuit numerus dierū, quos cōmoratus est Dauid imperās in Hebron super domū Iuda septem annorū & sex mensiū.*

Error Sethij.

Quo-

Quomodo hæc erunt vera, si Dauidem totus Israël sibi regem anno a Saulis adsciuit? vtroque enim Scripturæ loco iam relato, significantur annos, & sex menses, non de solo loco Hebron intelligendos esse, vt uisius; sed etiam de tribu Iuda, quæ Dauidem sequebatur.

Mendosus liber. 2. Varia habet idem auctor de annorum Dauidis serie, quæ corr sent: ea tamen non attingo, cum pleraque ad typothetæ oscitantiam ferri possint. Duo tantum aduerto. 1. non exiguam esse differentiam mam & tertiam editionem Chronologiæ Caluisianæ. 2. pugnam tium, qui mutuis vulneribus in Agro robustorum ad Gabaon cecid mortem Asaëlis de quibus 2. Reg. 2. contigisse anno 2. Dauidis, non vt vult Caluisius, sed absoluto, vt alij tradunt. Abulensis, Seratius, T Salianus, Petauius, Paludanus.

Initium regni Dauid. 3. Primordia regni Dauidis mortuo Saule cum Torniello & Sa ferenda existimo ad ann. m. 2980. dilnuij 1324. Cum ijsdem Vincent rimis alijs 942. ab Exodo 437. qui mihi ante Christum est 1061. Tor Saliano 1074. Petauius adscribit anno mundi 2929. ante Chr. 105 1. editione anno mundi 2891. ante Chr. 1057. in tertia verò edit. ann ante Chr. 1058. Bucholcerus anno m. 2890. ante Chr. 1081. Sed hæ momenti non sunt.

II. REGVM. VI.

QVÆSTIO II.

Quoto anno regni sui Dauid Arcam in S transtulerit.

Notandū. 1. CErtum est Regium Vatem post adeptum totius Israëlitidis Iebusæos Sionis incolas debellasse, ibique Regiam ædificas Tyriorum Rege ligna cedrina, & alia pleraque suppeditante, gem bellum cum Philisthæis gessisse, priusquam Arca è Gabaa siue colle C rim Ierosolyma aduc heretur, vt latè 2. Reg. 5. narratur. Quo etiam lud 1. Paralip. 15. ver. 1. *Fecit quoque sibi domos in ciuitate Dauid, & adi arcæ Dei, tetenditq; ei tabernaculum.* Nempe opere magnifico Palatium extruxit, varijs mansionibus, quasi domibus distinctum, nec ad tantum vsus, sed sacros etiam accommodatum. Quæ omnia ante nem arcæ gesta, cum alijs docet Abulensis in hoc caput, q. 1. Imo debellatis secundo Philisthæis, domum prius remissos fatetur, quam lium de arca reducenda à Dauide accerserentur, vt hîc v. 1. insinuatur.

1. Quantum autem temporis hisce rebus perficiendis impensum sit. Tostatus ait non constare quidem, videri tamen Dauidem pro sua in Deum religione, non diu negotium Arcæ reuehendæ distulisse; sed initio regni sui expedisse. Quod probat ex illo 1. Paral. 13. v. 3. *Reducamus*, inquit Dauid, *arcam Dei nostri ad nos: non enim requisiuimus eam in diebus Saul.* Alias dixisset, nos non requisiuimus eam in diebus nostris, nec solum Saulis, sed sua etiam tempora culpasset. Idem auctor 1. Reg. 7. q. 11. obiter ait, Dauidem eodem anno, quo incepit regnare super Israelitas adduxisse Arcam de Cariathiarim, anno nempe octauo, aut nono, quam in Iuda regnum inierat. 1. Opinio

2. Alij tamen tardius Arcam in Sion aduectam meritò affirmant. Salianus id fa dum censet anno regni Dauidis 10. Torniellus & Petauius vndecimo, cum area apud Obededon trimestre hæsisset: Tempus enim biennij aut etiam triennij facile expensum est, expugnandis Iebusæis, gemino cum Philisthæis bello, & loco Arcæ præparando. Argumentum Abulensis debilem coniecturam mouet. Si Saul biennium duntaxat regni gubernacula tenuisset; eius tempora ob Arcam in Gabaa relictam culpari non potuissent, quin pariter Dauidis biennium in aliquam negligentiæ speciem incurreret. Cum autem Saul 18. aut 16. annos regnauerit, nec Dauid citius arcam transferre potuerit, quam cum Iebusæis & Palæstinis debellatum esset, Regia ædificata; locus Arcæ in Sion adornatus; biennium aut triennium Dauidis culpa carebat; non autem 16. aut 18. anni Saulis. 2. Verior

---

II. REGVM XV. v. 7.

Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad Regem Dauid: vadam & reddam vota mea, quæ vouí Domino in Hebron.

QVÆSTIO III.

Vnde hi 40. anni ducantur.

1. NOnnulli hic pro *quadraginta*, legunt *sex*, nonnulli, *quinque*, teste Francisco Luca in correct. Bibl. Sunt plures qui tantum 4. annos numerant: quã lectionem probabilem asserit Paludanus, cum Francisco Luca, Carthusiano, Hugone Card. & illos 4. annos à reditu Absalonis in Ierusalem deducunt. Addunt aliqui Iosephum lib. 7. Antiquitatum, non *quadraginta*, sed *quatuor* legisse. Varie lectiones.

2. Altera lectio communis & omnino seruanda est, quæ annos *quadraginta* refert: sic enim habent Hebræa, Græca, Chaldæa exemplaria, & pleraque antiqua Latina, cum editione vulgata Sixti V. nec vlla sufficiens ratio apparet, cur hæc omnia mendosa esse putentur. Sic legit S. Hieronymus in Trad. Hebr. monetque cauendos esse deprauatos codices, in quibus pro *quadraginta* legitur, Vera lectio

quatuor. Idem monet Angelomus, teste & suffragante Saliano an. m. 3005. 1. Eandem lectionem, quæ annos 40. exhibet, retinent Abulensis hic q. 1. Torniellus an. m. 3003. num. 2. Sa. Sanctius; admittit Hugo Card. Lyranus, ... eum Rabbi Salomon. Iosephus loco citato, non docet, *quatuor* annos ... cris Biblijs legi; sed tantum recensita Absalonis & Dauidis plena recon... tione, subnectit post 4. annos illum orasse Dauidem, vt sibi in Hebron ... uendi causa abire liceret.

Non fluũt à morte Saulis.

3. Certum est hosce 40. annos non deduci ab initio Dauidis in Hebron ... Saulem regnantis. Dauid enim rebellante Absalone, ita vegetus ... & validus erat, vt non pedibus iter facere, & in præliũ descendere poss... circa annũ regni sui quadragesimum calore natiuo sese fouere nõ pot... que ad Absalonis ætatem hi 40. anni vllo modo referri possunt: hic en... inter suos fratres loco, Dauide in Hebron regnante, natus est. 2. Reg. ...

Non ab initio regni Saulis. Secundũ Hebræos.

4. A creatione Saulis hos annos putat Rabbi Salomon apud Lyranum ... riana, Vatablus, in hunc locum. Verum hæc computatio in primis ... quadrat ad eorum rationes, qui Saulis imperium biennio concludunt ... doquidem Dauid Absalonem fugiens, hoc modo fuisset 68. circiter ... rum, ac proinde imbecillior, quam vt iter pedes facere posset, vt constat ... ctis num. præcedenti. Qui Sauli regi aut 32. aut 40. annos soli tribuunt, ... ab hoc computo recedere coguntur, vt ex dictis facile deduci potest.

Opinio probabilis.

5. Eandem horum 40. annorum Epocham in communi probabilitate ... Petauius an. Periodi Iul. 3685. *Absalom*, inquit, *patrem e soleo deijcit, anno ... tione Saulis, quarto postquam Ierosolymam reuerterat*: nempe circa annum ... uidis 27. cum ex huius authoris sententia Saulis regnum non nisi annos ... 14. tenuerit, vt suprà notaui.

Non ab occisis in Nobe sacerdotibus

6. S. Hieronymus hos 40. annos ab eo tempore videtur accersere ... uiente in Dauidem Saule, sacerdotes occisi sunt, & Oppidum Nobe ... vt monstretur, inquit diuinam vltionem suscitari super Dauid, eo quod ... melech sacerdotem fefellerit, & propter eum tot sacerdotum cædes ... rit: attamen bene aduertunt Salianus, Paludanus, & alij, ibi nullam ... uidis culpam, nec facilè inde vsque ad hanc perduellionem 40 annorum ... tari.

Non desinunt in annum 26 Regni Dauidis.

7. A prima vnctione Dauidis priuatim facta, hanc æram deriuari ... sis 2. Reg. 15. Torniellus an. m. 3005. Salianus an. 3009. Paludanus ... 8 Hic addit annum rebellionis huius fuisse regni Dauidis 26. & A... sorori vim intulit fuisse 14 annorum. Prius autem additamentum ... quia hoc modo Dauid oleo regio delibutus fuisset cum esset annorum ... alterum mihi admittendum videtur; mirum enim foret in puero ...

eam libidinem, impudentiam, astutiam, vires fuisse, vt collato cum Ionadab consilio, huiusmodi facinus perpetraret. Illis verò assentior, qui Dauidis regem reiciunt in annum illius regni tricesimum, ætatis verò sexagesimum, cum probabile sit eum à Samuele inunctum anno ætatis suæ vicesimo. Si vno alterove anno tardius vnctio peracta est; in vnum pariter alterumue annum huic perduellio differenda erit. *Conclusio.*

8. Quæres 1. Vtrum hi 40. anni fuerint integre transacti? Id nonnulli diserte affirmant vt Salianus, quia textus Hebræus & Græcus habent: *Et factum est à fine quadraginta annorum*, Vulgatus *post quadraginta autem annos, dixit Absalon.* Vatablus, *exactis autem 40. annis.* Aliqui tamen annum quadragesimum currentem putant, vt Petauius, qui anno Periodi Iulianæ 3646. electionem regis Saulis, anno 3685. Absalonis rebellionem adscribit. Res est in obscuro: rationes ad vtramlibet priorem interpretationem sunt valde probabiles: non tamen demonstratiuæ, cum sacer textus etiam de anno quadragesimo currente intelligi possit eo sensu, quo Christus circumcisus dicitur, *postquam consummati sunt dies octo*, ab eius natiuitate Luc. 2. v. 21. Vide quæ etiam ex Saliani sententia notaui de anno octogesimo Moysis, Exodi 3. v. 2. & cap. 7. v. 7. *An absoluti incertum.*

9. Quæres 2. Quot annis Absalom ab eo tempore, quo in conspectum patris admissus fuerat, hanc perduellionem mouit? Quadriennio opinantur aliqui, vt Abulensis hic q. 11. Theodoretus q. 29. Adrichomius, Tursellinus, Pradanus, Iosephum l. c. secuti. Alij isto temporis spatio non nisi biennium includant, vt Hugo Card. Torniellus, Salianus, l. c. Petauius an. m. 2955. Vtraque opinio probabilis est; magis tamen mihi prior arridet, ita vt oppressa Thamare, vsque ad hanc factionem vndecim anni intercesserint. Nam biennio post incestum occisus est Amnon. 2. Reg. 13. v. 23. & 29. Hinc *Absalom cum fugisset & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis.* vers. 38. Inde redux *mansit Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit.* cap. 14. vers. 28. quibus exactis, *vocatus est Absalom, & intrauit ad regem, & adorauit super faciem terræ, coram eo: osculatusque est rex Absalom.* ibid. vers. 33. Inde post quadriennium impius filius parentis regnum inuadit, annis vnde[illegible] ex quo Thamari vitium obtulerat lapsis. *De gestis Absalom.*

(**)

IN LIBRVM III. REGVM.

III. REGVM. VI. v.1.

Ab Exodo ad Templũ anni 480.

FActum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum de terra Aegypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regnante Salomone super Israel, ædificari cœpit domus Domino. Ita Latina, Hebræa, & nonnulla Græcorum: alia verò Græca, ac in primis habent: Et factum est, in quadragesimo & quadringentesimo anno egressionis filiorum Israel de Ægypto, anno quarto, in mense secundo regnante Salomon super Israel: & mandauit Rex vt tollant lapides magnos pretiosos ad fundamentum domus & lapides non dolatos. Et dolauerunt filij Salomonis & filij Chiram, & fecerunt eos. In anno quarto fundauit domum Domini in mense Ziu, & secũdo mense. In vndecimo anno in mense Baal (hic est mensis octauus) consummata est domus in omni ratione eius.

QVÆSTIO I.

Vtrum ab Exodo ad cœptam à Salomone templi fabricam sint anni sexcenti octoginta.

Varia opiniones.

1. SEratius 3. Reg. 7. de annis ab Exodo ad iacta Templi fundamenta numeratis siue lectiones decem & septem colligit, quas facilitatis causa a minoribus numeris procedendo, hoc ordine digerit.

1. In Glyca p. 2. ponitur cœpta templi fabrica anno ab Exodo.
2. Septuaginta prout Rom. & Germani eos ediderunt citat Sixtus & Oecumenius, Act. 7. vbi agit de Salomone.
3. Prout in Latino, Hebræo, pleriſque Græcis legitur.
4. Ammonius de gestis Francorum cap. 54. habet.
5. Beda Retractationum in Act. 13.
6. Ioſephus lib. 8. Antiq. cap. 5. in Rufini verſione.
7. Sigonius in Sulpitium.
8. Tyrij apud Theophilum lib. 3.
9. Canus de locis Theol. lib. 11. ad 12.
10. Sulpitius, qui se minus potius, quam plus numerare ait.

11. Iosephus in textu & Gelenij versione. 592
12. Theophilus l.c. 602
13. Iosephus lib.20.cap.vlr.apud Abulen.hic q.4. & Pinedam. 612
14. S.Nicephorus Constantinopolitanus cap.4. 634
15. Cedrenus. 672
16. Philastrius 3 p.hæresi 63. 713
17. Quidam apud S.Nicephorum. 757

Has supputationes affert Serarius, quibus sequentes addi possunt.

18. Clemens Alexand.1.Strom.11.vt refert Salianus. 567
19. Serarius. 680
20. Petauius. 520

Notat deinde Serarius exitum de Ægypto posse tripliciter spectari: nempe vel in principio, vel in medio, vel in fine, prout latius infra explicabo. Tum subiungit *tantum Deo fauente breuiter, quia contra receptiorem sententiam, verecunde proponam.*

2. *Prima* Serarij *propositio* est, videri hoc loco textum emendandum, vt 480. anni plures ponantur. Probat primò: quia alias deprauatus esset ille locus Act.13. vbi à distributione terræ vsque ad Samuelem numerantur anni circiter 450. Minus autem verisimile est nouum Testamentum, quàm antiquum esse corruptum. Obiectioni qua dicere quispiam posset Latinum textum in Actibus Apost. Græco anteponendum esse, occurrit Serarius & ait *primò*, se hac de re egisse in Prolegomenis Bibl. *Secundò*, textum Latinum non posse annis qui ibi positi sunt accommodari, cum ab ortu Isaac, vsque ad egressum de Ægypto tantum sint anni 400. *Tertiò*, consentire Græcum & Latinum, si vnica tantum particula & eo vbi ab interprete posita videtur loco, reponatur sic: *& quasi post 450. annos, post hæc dedit*, aut si mauis: *& post hæc, quasi post 450. annos dedit.* 1. *Propositio Serarij & 1. probatio.*

3. Confirmatur 1. Quia Caietanus & Mercator locum illum Act.13. Græce & Latinè corrigunt centum annis detractis. Confir.2. Nonnulli authorum veterum huius loci correctionem indicant: illius verò in Actibus, nulli. Imò lectionem Græcam retinent D.Chrysostomus ibid. hom.15. Oecumenius, Theophilactus, Beda, qui in Præfatione Retract. ait vitiatum textum Græcum suspicari se non posse. Nullus autem ante 600. aut 700. Domini annum, de hoc loco 480. annorum difficultatem mouisse videtur, licet Sulpitius de lectione septuaginta pronunciarit. Confir.3. Quia hoc loco correcto vitantur difficultates, ob quas nonnulli mira fingunt, vt qui Samsonem è numero Iudicum expungunt, Abesan non agnoscunt. Confir.4. Sic hæreticos magis declinamus, nempe Lutherum & Schubertum qui librum Actuum corrigunt, & pro 450. 350. reponunt.

2. Probatio

4. Probat 2. primam propositionem Serarius, quia retento isto Ar-
norum numero, *non poterunt ab ingressu in terram hucusque aliæ Scripturæ con-
didisse: sed de tot Scripturis id non asserendum.* Ergo. Maiorem probat, quia li-
bro Iudicum assignantur seruitutum anni centum vndecim, qui si
temporibus adiungantur, exurgent anni Iudicum & seruitutum 4[illegible]
firmat 1. Velle in Iudicum annis notatis includere annos alios [illegible]
est Scripturæ verbis vim inferre, præsertim si ad annos Iephte & Sam[illegible]
dentes seruitutes, quis referre conetur. Confirmat 2. Veteres dist[illegible]
nos seruitutum ab annis Iudicum, verbi gratia, Othonielis 40. A[illegible]
sephus lib. 5. cap. 4. & 5. lib. 10. cap. 11. libro 11. cap. 4. Sulpitius, [illegible]
lus, sed clarissimè S. Aug. q. 19. & 24. in Iudices. Confirmat 3. Sicut [illegible]
Othonielis annis inuoluere non oportet: ita nec annos seruitutũ [illegible]

3. Probatio

5. Probat 3. ab auctoritate Græcorum & Latinorum hac quæstio[illegible]
relatorum, qui ab istis 480. annis discesserunt, & ita quidem, vt [illegible]
clarè contendant locum esse vitiosum, verbi gratia, è recentioribus [illegible]
gonius in Sulpitium, & ante annos plus mille, Sulpitius ita scripsit de [illegible]
ne: *Quarto ferè imperij anno, primum fundamentum iecit à profectione Hebræ[illegible]
fere 88. & 500. licet libro regnorum, tertio 440 fuisse referantur; quod neq[illegible]
uenit. Sed non dubito quin librariorum potius negligentia, præsertim tot iam [illegible]
cedentibus veritatem fuisse corruptam, quàm vt Propheta errauerit: sicut in [illegible]
pusculo futurum credimus, vt describentium incuria, quæ non incuriosè à nobis [illegible]
sta, vitientur.* Addit Serarius, & ante ipsum Hieronymus epist. 132. [illegible]
D. Augustinus 15. ciuit. cap. 13. simileque calculi vitium in Hebræo [illegible]
tum Iudicum 20.

2. Propositio Serarii.

6. *Propositione secunda* ab initio exitus de Ægypto vsque ad fabri[illegible]
pli ponit annos 680. à fine verò exitus, siue ab ingressu in terram 640. [illegible]
in textu Latino, Hebræo, Chaldæo, vna tantum vocula mutatur: [illegible]
dum, inquit, *cap. 17. lib. 1. Regum, septuaginta & Iosephus, posuerunt quatuor [illegible]
temporum rationes congruunt optimè.*

3. Propositio eiusdẽ.

7. *Propositione tertia* asserit Templum cœptum anno m. 3130. [illegible]
sunt Israëlitæ anno 2449. absoluto, seu inchoato 2450, finitum verò T[illegible]
mense octauo, qui dicitur Bul, anno ab inceptione septimo, regni S[illegible]
vndecimo, ab egressu 687. mundi 3137. Domus regiæ anno post Te[illegible]
finitæ, regni Salomonis 20. 3. Reg. 9. v. 10. 2. Paral 8.

1. Ratio contra Serarium.

8. Hasce tamen propositiones admittendas, mihi persuadere [illegible]
sum; *Primò*, quia obsistit sacri textus auctoritas. Permirum enim [illegible]
lum Chaldaicã paraphrasin, sed fontem etiam Hebræum, imò reu[illegible]
terpretum translationem atq; vulgatam editionẽ accurate correct[illegible]

mobili ducentorum annorum parachronismo laborare. *Secundò* reclamat ingentilla Doctorum copia, qui communi sententiæ de annis 480. patrocinantur, quorum non pauca nomina recensui lib. Iud. q. 4. num. 4. *Tertiò* ista Serarij computatio, quædam sine probatione assumit, alias valde incerta. v. g. Samuelem 18. annos præfuisse, cur non 25. aut 30. inter Samsonem & Heli octennium elapsum: cur non decennium? cur non 38. annos? *Quartò* quædam hinc deducuntur creditu difficilia. *Primum*, ab ingressu in terram vsq; ad natalem Dauidis fluxisse annos 566. in Booz, Obed, Isai, distribuendos, quod in sententia Serarij verum Booz agnoscentis, non exiguam parit admirationem. Vide in librum Ruth q. 2. *Secundum*, Samuelem regnante Saule, vixisse annos vt minimum 30. ex eo tempore, quo propter senium iudicis officio fungi non poterat. Dauid etiam vt vult Serarius natus anno decimo Saulis regnantis: monomachiam autē cum Goliath non ante annū ætatis suæ 20. suscepit. Imo probabile est, Samuelē, tertio saltem biennio ante Saulem obijsse: quo pacto ad annos 38. vitam priuatam egisset, ex quo illum senectus à iudicis functionibus arcebat. *Tertium* Ionatham sacerdotem Idoli apud Danitas factum quingentis & amplius annis à natiuitate Mosis parentis Gersam transactis. Serarius enim historias de Micha & filijs Dan cap. 17. & 18. Iud. relatas, post Samsonis tempora accidisse & octennium tenuisse asserit. Constat autem Gersam filium Moysis, parentem impij sacrificuli Ionathan, cuius fit mentio Iud. 18. v. 30. iam ante Exodum natum fuisse. Ab Exodo ad Iordanis transitum anni 40. effluxerunt, inde Serarius vsque ad Othoniel minimum numerat annos 58. tum vsque ad finem Samsonis 410. ex quibus continent anni 508. ab Exodo, vsque ad idolum Michæ computandi: ac proinde natus fuisset Gersam plusquam octingentis annis antequam degener eius filius sacerdos Idoli constitueretur.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

9. Quod primo loco ad primæ propositionis probationem afferebatur, negandum est. Vtriq; enim loco sua cōstat veritas, si legitima adhibeatur interpretatio, vt alibi annotaui. Deinde si minus verisimile est, corruptum esse nouū Testamentum, quam vetus; verisimilius erit Cainam iuniorem fuisse filium Arphaxad patrem Sale (quādoquidem id S. Lucæ Euangelium habet) quàm illū Cainam nunquam fuisse, quod tamen asserit Serarius. Puto cæteris paribus æquidem esse, vtriusq; Testamenti rationē, nec vspiam correctionem inducendā, nisi ea indubitata suadeant argumenta. Latinum textum Græco anteponendū esse iure merito quilibet arbitrabitur. Siquidem Ecclesia plus operæ in illo, quam in hoc corrigendo posuit. Hinc fit, vt ipse Serarius Iudicum 20. ex editione Latina cæteras emendet. In Actibus Apostolicis, quod ad præsentem controuersiam spectat nonnulla Græca exemplaria cum Latinis consentiunt. Addo probabilius est, ab ortu Isaac ad Exod. 405. annos effluxisse, vt ex S. Augustino,

Ad 1. Propos. Serarij

gustino, id ex professo docente alijsque auctoribus probaui in notis ad
Geneseos. At esto fuissent tantum 400. verum nihilominus esset, à n
ad Terræ diuisionem esse quasi 450. annos: accurato enim calculo
tur circiter 446. Quod bene aduertisse videtur Bonfrerius dum
400. admittit, nec tamen vsitatam illam 480. annorum ab Exodo
plum supputationem explodit. Fauet etiam Petauius lib. 9. cap. 33.
vbi cùm dixisset Græcam lectionem Act. 13. à nonnullis interpretatione
na castigandam pronunciari; subiungit: *quod fortasse verius est. Nam*
quædam Græca eandè quam Latinus interpres interpũctionem agnoscunt: si quis
dimus. Neq; vero solus Beza, sed alij etiã idem notant; vt ij qui in Ge
no 1597. Francofurti Biblia Græca ediderunt, ad illud cap 13. Act. n
verò existimo textum Græcum è Latino non tam castigari, quàm
cum dispositione illustrari, vt dicam q. seq. num. 13.

Ad rationes eiusdẽ. 10. Ad primam confirmationem responso non indigeo: fateor
ietanum & Mercatorem in hoc errasse. Ad 2. iam dixi locum illum A
esse vitiosum, etiam prout eum legit S. Chrysostomus & alij Græci
plicabo q. seq. num. 13. Adhæc si de auctoritate S. Chrysostomi agatur
nerimus eum hom. 31. in Genesin docuisse Abrahamum non prius in C
tidem venisse, quam Thare è viuis excessisset. Vnde sequitur tertiam
propositionem sexaginta annis à computo S. Chrysostomi aberrare,
re quod à diluuio ad Exodum præterfluxit.

Ad confir. 11. Quod antiquiores patrum hunc locum 3. Reg. 6. ante annum
600. aut 700. in dubium non reuocauerint; nescio, quid inde contra
nem sententiam erui possit. Iidem nec de Hebræo & Græco textu
putarunt, quem tamen Serarius ex Latino corrigit. Sulpitius sine ca
tionem septuaginta deserit, cum de fine exitus accipi possit. Neque
in sua computatione Sulpitius: quandoquidem asserit se maiorem
merum, quam minorem sequi. Duos numeros tradit, alterum ex
tentia; ex 70. alterum. vtrumque reijcit Serarius: posteriorem accep
ne egressionis ex Ægypto intelligatur. Priorem non admitto, neq
subiungit: *Salomon cœptum Templi opus vicesimo anno explicuit.* Eusebius
annum Christi 400. floruit apertè fauet textui, quem in sacris Bibli
sicut & S. Augustinus qui libro 18. Ciuit. cap. 22. tempora Iudicum
329. annis complectitur, ipsi Iosue tribuit cum Eusebio annos 27.
dantur anni 40. deserti, 40. Samuelis & Saulis, 40. Dauidis, 4. Salom
ligentur ex sententia S. Augustini ab Exodo ad templum anni 480.
ex hoc S. Doctore annotaui 1. Reg. 13. q. 5. num. 2. & 3.

12. *Tertia confirmatio* eos solum vrget, qui perperam vel Sam

Absanis annos prætermittunt, quod non faciunt illi communis sententiæ propugnatores, quos sequor. *Quarta confirmatio* neganda videtur: imò si tibi licet in libris Regum, pro 480. ponere 680. cur non Hæreticis licebit in Act. Apost. pro 450. scribere 350? Puto autem vtrobique eam lectionem retinendam, quam in Codicibus serio examinatis proponit Ecclesia, donec aliud ipsa decernat.

13. Secundæ probationis ratio neganda est: annos enim seruitutum communis & recepta supputatio commodè annis Iudicum includit, vt suis locis declarauí. Primam confirmationem nutare ostendunt ea quæ de qualibet seruitute singillatim disserui in lib. Iud. ac in primis de illis oppressionum annis, quos ante Iephte & Samsonem referuntur. *Secunda confirmatio* non plus Serario seruit, quam receptæ magis sententiæ; quos in quibusdam minutijs fauentes habet eosdem in ista 480. annorum collectione videmus ipsi aduersantes. Denique ad *tertiam confirmationem* respondeti potest ex ijs, quæ suo loco allata sunt de modis, quibus anni seruitutum ad tempora Iudicum reuocentur: qui modi annis solue non conueniunt, nisi aliqua seruitus ab annis Iudicum separetur, sine sufficienti ratione. De idolo Michæ sic scribitur Iud. 18. v. 31. *Mansitque apud idolum Michæ omni tempore quo fuit Domus Dei in Silo.* Sicuti hic versiculus ex doctrina Serarij explicari potest: ita ex communi sententia ostenditur, quamnam ratione prima, secunda, tertia seruitus in annis Othonielis, Aodi, Gedeonis, sine quietis terræ contineantur, vt illo cap. 18. lib. Jud. declarauí. *Ad 2. Probationem.*

14. Parum etiam virium habet *tertia probatio.* Nam ex opinione Serarij omnes illæ 17. lectiones falsę sunt: ex communi vero sententia, supputatio tertia vera est de initio exitus de Ægypto: & tertia, quam Oecumenius retinet Act. 8. si de fine exitus accipiatur, eo modo, quo tempus exitus intelligi posse fatetur, vt num. 1. iam dicebam. Sulpitij doctrinam iam audiuimus num. 11. Cani audiemus q. seq. Qui veris rationibus libros Regum de tempore templi à Salomone incepti corruptos ostenderet, nullum hactenus me audiuisse memini. Nec S. Augustinus illo cap. 13. nec S. Hieronymus ad Vitalem quicquam habent quod sit indicio, vitium in hanc qua de agimus lectionem irrepsisse. Etenim illum Iudic. 20. detegit vulgata editio, eam & ibi, & hîc sequor: rationes quæ contra hunc locum proponi solent, efficaces esse mihi non videntur. *Ad 3. prob.*

15. Hinc colligitur 1. secundam Serarij propositionem non esse admittendam: neque vero hîc agitur de biennio, quod longiori aliqua Chronologica summa facile absorberi potest, vt patet in tribus primis regibus Israël: sed de ducentis annis quæstio est. Rationes de annis Iudicum & octennio post Samsonem suis locis explicatæ sunt. De annis Saul egi 1. Reg. 13. *Ad 2 prop.*

16. Colligitur 2. tertiam propositionem de annis mundi & dilu-
Ad 3. Prop. repudiandam esse. Serarij commentarios in libros Regum posti-
constat, si auctor superstes eos, visis aliorum quæ postea prodie-
tionibus edidisset, credibile est, eum limam aliquam adhibiturum

QVÆSTIO II.

Quid Iosephus, quid Melchior Canus hac re senserint.

Computatio Iosephi.

1. IOsephus lib. 8. Antiq. cap. 2. aliàs 4. tradit Salomonem templ
exorsum anno 4. regni sui, post annos ab exitu de Ægypto 592. a
Abrahæ in Chananitidem 1022. quam supputationem ratione Exo
mat libro 10. cap. 10. alias 11. vbi ait templum conorematum annis 4
bus sex, diebus 10. ex quo fuerat exstructum, ab excessu de Ægypto an
mensibus sex, diebus decem. Si enim de 1062. tollantur 470. quibus
stetisse asserit, remanebunt ab Exodo ad templum 592. qui numerus
annis seruitutum centum vndecim & Iudicum & Regum 465. in
notatis si Iosue 18. tribuantur. Si hisce 592. annis addantur 430. qui ab
Abrahæ in Chananitidem vsque ad migratam Ægyptum præterierun
gentur ab illo aduentu ad Templi initia anni 1022. vt putauit Iosephus
vero ab Exodo ad templum fundatum non nisi 480. anni interuenerint
co, non nisi 910. ab accessu Abrahæ in terram Chanaan ad Templi fabri
perientur.

Examinatur.

2. Hinc patet corrigendam esse eam Iosephi versionem, quæ pro
hibet 612. Eam referunt Tostatus hic q. 4. Sabellicus Enn. 1. lib. 9. Pinc
cap. 5. Iosephum autem errasse, tum ex iam dictis liquet, tum eo, quo
tempus tertiæ & sextæ seruitutis, seperet ab annis Iudicum, cum tamen
Philisthææ seruitutis tempore Samsonem iudicasse, vt suo loco declar

Argumenta Cani.

3. Melchior Canus de locis Theolog. lib. 11. ad 12. argumentum
esse in omnibus exemplaribus Græcis, Latinis, Hebraicis eundem omn
merum 480. annorum. Asserit 2. hunc numerum esse corruptum, quo
1. *primò* ex Iosepho, qui hoc loco reponit annos 592. *Secundò*, ex eodem, q
2. Antiq. cap. 4. aliàs 5. tradit Reipub. gubernacula à monte Moysis & Io
se penes iudices annis plusquam quingentis ante Saulem & Dauidem
3. probat ex collectione 574. annorum, qui iudicibus singillatim & confu
tuti in sacris literis assignantur à Moyse, vsque ad annum 4. Salomonis
addendos ait annos, Iosue, Samgar, Samuelis & interregni, *quod inter Sa*
inquit, *& Heli Scriptura fuisse dicit.* Vnde colligit plures inter Exodum &
annos intercessisse, quam Iosephus computauerit, ac idcirco codices
Græcos, ac Latinos 3. Reg. 6. corrigendos.

4. Probat *quartò*. Ex Act. 13. vbi Græcus habet transactos à terræ diuisione iudicibus vsque ad Samuelem annos 450. quibus si addantur 40. Moysis, 40. Saulis, 40. Dauidis & 4. Salomonis colligentur 574. vbi bene ait Caietanum non esse audiendum, dum asserit ibi legendum esse 510. *4. argum.*

5. Probat *quintò*, quia qui volunt numerum illum 480. annorum retinere, *ij*, inquit, *tantum absurdum in supputatione sua faciunt, vt vix audiri sine aurium nausea possint*. Nam Lyranus & Tostatus, annos Iosue in annis Othonielis absorbent, tempus Samuelis intra annos 40. Saulis intercipiunt, seruitutes Iudicum temporibus includunt. Maximam autem vim in eo ponit, quod terra alicubi 30. alibi 80. annos quieuisse dicatur. Et confirmat 1. ex 40. annis seruitutis quam Scriptura inter Abdonem & Samsonem commemorat, cuius eandem esse rationem asserit, quam cæteratum. *Secundò* ex seruitute 18. annorum, quæ morti Iairis subnectitur. Si hoc interregnum excluditur ab annis Iudicum, cætera excludenda sunt: quod si fiet, maior annorum summa conflabitur, quam 480. *5. argum.*

6. Probat *sextò*, quia mortuo Iosue terra multis bellis agitata fuit sub duce Iuda, cuius tempus ad annos 40. pacis per Othonielem partæ, referri posse negat. *Septimò*, quia soli Sauli 40. annos tribuit sanctus Paulus. *Octauò* quia ab eo tempore, quo filij Israël terram promissionis incolere cœperunt, ad primum Iephte annum trecentos interfluxisse annos testis locupletissimus est ipse Iephte. Subiungit Canus quædam in Eusebium, quæ suis locis explicaui, & nonnulla in Caietanum, qui Iosue dat annos 10. & Samueli 7. quæ meis notis non obsunt. *6. arg.*

7. Hisce in medium allatis: *Primum*, inquit, *non existimo, aut fidei aut Religioni quæstionem esse num. 480. iste annorum numerus, qui in codicibus peruulgatis reperitur librariorum vitio scriptus sit, an potius idem ab auctore sacro in suo exemplari positus.* Tum quia facile est in numeros errorem irrepere, tum quia alibi in libris factis numeri exscribentium oscitantia vitiati sunt, tum denique quia iam allatæ sunt causæ, cur iste 480. annorum numerus deprauatus esse videatur. Vnde tandem concludit, Iosephum numerare omnes annos, qui & iudicum, & interregnorum temporibus interfluxerunt: auctorem autem librorum Regum omissis interregnorum annis, eos tantum redegisse in numerum, quos inuenerit, dum iudices administrarunt interceſſisse: atque annos quidem plures quam 480. ab Exodo ad Templi primordia fluxisse: sed Ducum, Iudicum, Regum non nisi 480. *Conclusio Cani.*

8. Addit *primo*, ex Iudicum annis, qui in veteris Testamenti libris consignati habetur, colligi summam annorũ 419. quibus si addantur 10. Iosue, Samuelis 7. Saulis 40. Salomonis 3. consurgent anni 480. Samgar necdum vertente anno, *Duo dogmata eiusdem.*

munere simul ac vita defunctum, ab hac numeri summa eximi. Deinde aliquando in Scriptura minutos numeros præteriri, & probabile esse Samuelem annos 10. iudicasse, quo fit, vt iudicibus dari possint anni 470. etsi Scriptura, neglecto, de more decennio non nisi 480. repræsentet.

Ad 1. arg. 9. Verumenimuero, quod Canus primo loco asserit, non omnino credi debet: siquidem non modo in Germania quædam Græca tempo exemplaria, quæ disertè referunt cœptam Templi structuram, anno ab Ægypto, 440 sed translatio etiam Seniorum Sixti V. auctoritate vulgo dem 440. annorum seruat.

Iosephus & Canus dissident inter se. 10. Duæ rationes ex Iosepho depromptæ, ne ab ipso quidem dum ab alijs admitti possunt. Iosephus enim lib. 5. Antiq cap. 1. subbuit Iosue annos 25. Canus vt summum 17. Iosephus soli Sauli non annos 40. quod facit Canus, & addit 8. annos interregni inter Samsonli, quos omittit Iosephus. Falsa igitur sunt ipso etiam Cano iudice, hoc annorum numero ratiocinia, quibus annos 592. proponit.

Ad 2. arg. 11. Alteram Iosephi rationem non esse efficacem docet ipse Canus ad illos plus quam 500. annos, quos Iosephus à morte Iosue, ad Sauli enumerat, Canus apponit 40. Moysis, Iosue 10. aut 17. Saulis 40. Da Salomonis 3. & sic colligit à transmisso mari rubro, ad initia Templi 640. annos. Cum igitur Canus fateatur Iosephum in hoc ipso, quo negotio à veritate deflexisse, eius testimonio abuti non debet, vt huius rę locum quasi falsitatis conuictum, infamiæ nota aspergat.

Ad 3. 12. Si quid roboris habet tertium argumentum; falsa sunt duo ex Iosepho deprompta. Sed & in hoc vacillat, quod 20. annos omn Canus asserit à morte Heli transactos antequam Samuel iudicis offic peret. Deinde, quod velit ex auctoritate Scripturæ inter Samsonem & liquot annorum interregnum fuisse, cum id Scriptura nusquam asser Michæ, & Daniticæ coloniæ in Lais deductio, ad ea tempora, quæ obitum secuta sunt, differri non potuit, vt suo loco notatum est.

Ad 4. 13. Quartæ probationi suo loco responsum est. Illo Act. 13. v. 20. Græca cum Latinis congruunt penitus: quæ vero Græca vnius vel alt cis transpositione à Latinis differunt, sensu non discrepant, ea enim annos non cum verbo *dedit* coniungunt; sed ad præcedentia referunt *hæc quasi annis quadringentis quinquaginta*, ex quo semen benedictum saac elegerat, transactis facta terræ diuisione, *dedit eis Iudices*. Sic opo ratur, quando terra fuerit distributa, nempe 450. circiter annis, ex quo lecto Ismaële, Isaacum reapse elegerat, vt illo Act. 13. v. 17. indicatur. Isaacum eiusq; progeniem ad quam benedictio pertinebat, quasi

ceteris gentibus, populis, familijs segregauit. Imo calculos Cain ad hoc 450. annos non quadrare compertum est. Cum enim Iosue adscribat 17. annos, Iosue post terræ diuisionem 10. circiter annos vixisset: quibus Canus addit 8. primæ seruitutis. 40. Othonielis. 18. secundæ seruitutis: 80. Aodi: 20. tertiæ seruitutis: 40. Barac & Debboræ. 7. quartæ seruitutis. 40 Gedeonis: Abimelech 3. Tholæ 23. Iair 22. quintæ seruitutis 18. Iephte 6. Abesan 7. Elon 10. Abdon 8. sextæ seruitutis 40. Samsonis 20. Heli 40. His apponi aliquid temporis, quo vult mortuo Iosue terram multis bellis agitatam, 8. annos anarchiæ inter Samsonem & Heli 20, quibus Arca fuit in Cariathiarim, denique 7. aut decem, quos Canus adscribit Samueli. Vnde multo plures anni quam 450. colliguntur à terræ distributione vsque ad Saulis enthronismum.

14. Ad 5. responderi potest 1. quædam à nonnullis dici, quæ merito neganda sunt. Quomodo cuiusque seruitutis tempora ad annos iudicum reuocentur; quomodo terra 40. aut 80. annos quieuisse dicatur, suis locis explicare studui, ita tamen vt illi 480. annorum numero sua constaret integritas. Resp. 2. annos 40. seruitutis sextæ non posse omnino à tempore Samsonis excludi, sicuti nec facilè præfecturam Debboræ, ab annis quibus Iabin Hebræos opprimebat separabis. *Ad 5.*

15. Bella quæ Iud. c. 1. à Iuda gesta narrantur, ad tempora Seniorum referenda sunt. Annos 40. soli Sauli non esse tribuendos declaraui. 1. Reg. q. 5. Trecentos annos à Iephte numeratos examinaui Iud. 8. q. 7. num. 10. Ex quibus perspicere licet, ea quæ 6. 7. 8. loco obijciebantur, parum aut nihil virium habere aduersus communis sententiæ patronos. *Ad 6.*

6 Denique siue hæc de annis 450. quæstio sit fidei & religionis, siue non; ex dictis apparet, posse hunc numerum tanquam incorruptum defendi; Cani suppurationes non esse accuratas, non Iosephi rationibus congruas, nõ ita firmas, quin iure negari possint, ac proinde tanti non esse, vt propter eas vel latum vnguem à communi 480. annorum ab Exodo ad Templum collectione discedamus. *Ad duo dogmata Cani.*

QVÆSTIO III.

Vtrum ab ingressu in terram ad Templum conditum sint anni 480.

1. EST inter eruditissimas Neotericorum lucubrationes opinio, quę annos à transmisso mari rubro ad Templum conditum computat 520. ita vt ad summam 3. Reg. 6. expressam 40. adijciat. Ex hisce 520. annis Moysi 40. tribuit, primæ seruituti 8. Iudicibus sequẽtibus, secundæ, tertiæ, quartæ seruituti vsque ad Iairem tot impertit, quot Scriptura: vnde colliguntur 341. Tum expunctis *Quidam putant 480.*

quintæ & sextæ seruitutis annis dat Iephte Abesani, Ahialoni, Abdo in libro iudicum notatos, Samsoni & Heli 40. Samueli & Sauli 40. 40. Iosue & Senioribus 24. nec dubium quin Salomoni 3. aut 4. ex q mulatur ὁμὰς annorum 520. quorum Epocha sit discessus è Rameſſe.

Id. explicatur.

2. Concedit nihilominus hæc opinio numerum istum 480. ann Reg. 6. signatum, non esse deprauatum, cum de eiusmodi Scriptur corruptela, nihil temerè ac sine grauissimis rationibus affirmari debe sertim accedente editionum consensu, quem hoc in loco cernimus.

2. Explicatur.

3. In hoc etiam communi sententiæ assentitur, quod istis 48 sola iudicum, sed interregnorum tempora contineantur. Qui e plures reuera annos, ab exitu ad iacta Templi fundamenta tran Scripturam neglectis seruitutum interuallis, eos solum putare, qui populo præfuerunt, nullam sui asserti causam idoneam proferunt, m bus sacris codicibus, qui absolutè totum illud temporis spatium quod ab exitu ad Templum porrigitur. Sicut enim ex. gr. Scriptura nos ætatis Noë vsque ad diluuium elapsos numerat Gen. 7. v. 11. Ita sertè omnium annorum numerum constituit, qui ab Exodo ad Tem tionem præterierunt.

4. In hoc verò à communi auctorum sensu hæc supputatio differ magis receptæ sententiæ patroni hos 480. annos ab initio egressus d siue digressu è Rameſſe computent: huius autem opinionis auctor, tus hanc æram accersant, quando nimirum Hebræi per Iordanem missi. Porrò exitum de Aegypto accipi nonnunquam pro ingressu in tidem docet huius interpretationis auctor cum Serario aliquot ex Deuter. 4. v. 45. *Hæc testimonia & cæremoniæ atque iudicia, quæ locutus e raël, quando egressi sunt de Aegypto trans Iordanem.* Et Psalm. 113. in exitu Is gypto Iordanis retrorsus conuersus esse dicitur. Addit Serarius vltimo auctoritatem septuaginta vbi scribunt, Iosue sepulcrum e tris petrinis, quibus circumciderat filios Israel in Galgalis, quando ex Aegypto.

Nomen iudicis quid significet.

5. Ad hunc computum declarandum & probandum, quædam feruntur. *Primum*, iudicis nomen, aut vt Hebræi vocant *Scopher*, tres habere significationes. Aut enim ad eum pertinet, qui iuri dicundo tametsi summa potestate præditus non sit: quales sunt, quos vulgo iudices nominamus. Aut eis tribuitur, qui regiam, aut regiæ simili potestatem: sic reges apud Gothos, iudices audiebant. Aut denique idiotismo præsertim Hebræo refertur, qui vltores sunt iniuriarum oppressis subueniunt, vt Iud. 2. v. 16. Deus dicitur suscitasse Israelitis

liberarent eos, de vastantium manibus. Secundum, aliquos iudices non toti populo, sed aliquot duntaxat tribubus præfuisse: quod in Iephte perspicuum esse dicunt. Ex quo probabili coniectura deducunt huius opinionis assertores fieri potuisse, vt plures eodem tempore iudices populus haberet, quod in Samsone & Heli contigisse putant. *Tertium*, quædam seruitutum interualla non nisi violenter, & absurdè cum insequentibus aut antecedentibus iudicum annis permisceri posse, qualia ipsis videntur esse priora quatuor interregna: duo verò reliqua non incommode illis exhauriri. De *prima seruitute* id probant ex Iud. 3. v. 8. & 18. de *secunda* ex eodem cap. v. 14. & 30. de *tertia* ex cap. 4. v. 3. iuncto cap. 5. vers. 32. de *quarta* ex cap. 6. v. 1. cap. 8. v. 28.

Assertum sine ratione. 1. 2.

6. Videri posset huic opinioni fauere lectio illa Græca Act. 13. vers. 20. *Et post hæc, quasi 430. annis dedit iudices*: sed reuera potius officit. Auctor enim huius opinionis initium principatus Iosue notat anno Periodi Iul. 3223. Samuelis autem anno 3619. Diastema est 396. annorum, è quibus tolle 6. annos quibus Iosue ante κληρουχίαν præfuit: relinquentur anni à terræ diuisione ad obitum Heli 390. Nec est quod putes illos 450. annos ab Exodo ad Samuelem computari: nam in primis nullum indicium apparet, quo de hos annos numeremus. Deinde spatium illud temporis, quod inter Exodum & obitum Heli interiectum est, ex hac opinione annos tantum 436. comprehendit. Dixisset igitur Apostolus potius quasi 440. quam 450.

Iudices præfuere annos fere 450.

Hic aduerto, huius doctrinæ, quæ à transitu maris rubri ad Templum 520. annos enumerat, auctorem fateri, eam sententiam, quæ hoc interuallo 480. solummodo tribuit, esse communem, ad quam se libenter agregraret, si vlla ratione assequi posset, vt summam illam 480. annorum lib. 3. Reg. expressam cum historia sacra, & expansis vt aiunt annis iudicum conciliare illo pacto posset. Non est difficultas nisi de annis expansis quatuor priorum seruitutum, & iudicum qui eas excusserunt: duas enim posteriores cum receptæ sententiæ patronis iudicum temporibus ita implicat, vt annorum Chronologicorum numerus non augeatur.

Ab Exodo ad Templũ fluxere anni 480. ex com. sententia.

7. Quomodo autem priorum seruitutum tempora annis iudicum includantur suis locis declaraui, si nempe illa verba, quibus terra 40. aut 80. annis quieuisse dicitur, eo modo interpretemur, quo cum alijs auctoribus huius opinionis assertores explicant textum Latinum & Hebræum Exodi 12. vers. 40. vbi habitatio filiorum Israel in Aegypto 430. annorum fuisse memoratur, non quod totos illos annos tenuerit, sed compleuerit, vt cum S. Augustino, Tostato, & alijs sæpius inculcaui, ac præter alios docent Ribera lib. 1. de Templo, Tursellinus, quẽ laudat & sequitur Salianus an. m. 3023. nu. 8.

Anni seruitutum quomodo annis iudicum inuoluãtur.

Recole,

Recole, si placet, quæ lib. Iud. de 1.2. 3. 4. seruitute notaui. Similem interpretationem huius quam impugno supputationis auctores agnoscunt, dicentes & Sauli non nisi 40. annos imputant, & Act. 13. Vulgatam editionem habet annos quasi 450. à nato Isaac ad terræ diuisionem putant.

Quomodo 70 ab Hebræis & Latinis differant.

8. Adhæc meminisse conuenit in translatione 70. Sixti V. à Sulpitio sacræ hist. & Oecumenio Act. 8. sub finem vsurpata sic habere illo: *factum est in quadragesimo & quadringentesimo anno exitus filiorum Israël.* Sic ergo spectamus, hæc editio cum Latina & Hebræa pugnat: sin autem requirimus, dicemus ex communi sententia hanc translationem de fine *filiorum Israël*, intelligendam esse, & 440. annos ab ingressu in Chanaan fluxisse, vsque ad Templi fundationem: at verò à digressu de Ramesse fuit initiũ exitus 480. annos numerabimus, vt habet Latina, Hebræa editio. Contrariæ supputationis auctores, viderint quo iure numerum ... nioribus editionis Romanensis expressum, & quoad verba, & quoad ... cessere iubeant, ad quam tamen editionem respexerunt, cum 20. ... summa tollerent, quã Latinus & Hebræus textus præfecturæ Heli ad...

Samson iudicauit tempore seruitutis Philist.

9. Admissa illa triplici *iudicis* notione, num. 5. relata, non est proclive ... reddere, cur non potius anni Iephte & Abesanis saltem ex parte sint ... quam Samsonis & Helis? Deinde si toti 20. anni, quibus Samson iudicauit ... pori seruitutis Philisthææ permiscendi sunt, vt indicatur Iud. 15. vers. ... iure tempus, quo Debbora iudicabat, saltem ex parte aliqua, annis quibus ... bin Israelitas premebat inuoluetur, vt insinuatur Iud. 4. v. 4. Illa demum ... norum distributio num. 6. consignata à communis sententiæ propugnatoribus non admittitur, qui constanter ab initio egressionis de Ægypto ... Templi fundamenta annos 480. deducunt; à siccato Iordanis alueo ... tu in terram promissionis 440.

Templi Salomonis fabrica quoto anno ante Christum.

10. At quoto anno ante vulgarem Christi æram Salomon templi ... exorsus est? Salianus & vt arbitror, Torniellus, putant anno 1031. Per... no 1012. Periodi Iulianæ 3702. cyclo Solis VI. Lunæ XVI. lit. Dom. C. ... Neomenia primi mensis inciderit in XI. Aprilis fer. 4 initium secundi ... in XI. Maij fer. 6. Quæ doctrina meas tabellas confirmat: hæ namque ... no ante Chr. 1012. eundem annum Periodi, eosdem Solis & Lunæ cy... ram æquationis F. Epactam 18. exhibent. Quod vero addit eum anno ... æræ mundi Iudaicæ 2750. anno Periodi Iulianæ 3701. inceptum, ... scuritatis habet: Nam anno illo Periodi 3701. inijt quintus in Semitah, ... vero Iudaicus 2750. est sextus in Semitah. Caluisius in 3. edit. ait illis ... fundamenta anno ante communem Christi Epocham 1017. Cyclo Solis ... Dom. G. F. Cyclo Lunæ 11, die sexta Maij fer. 2. Capellus 8. Maij fer. ... quis Setho suffragatur.

11. Huius Templi primordia refero ad annum ante vsitatam Christi æram 1018 Periodi Iulianę 3696. cyclo solis 28. lit. Dom. A. cyclo Lunę 10. lit. Æquat. 8. Epacta 12. cum Neomenia Nisan commodè incidere potuit in diē 20. Martij Iuliani fer. 2. initium secundi mensis in 18. Aprilis fer. 3. (Nisan enim cauum fuisse reor) currente anno Iudaico 2743. in Semitah sexto. *Cœpit ante Christum 1018.*

12. De annis mundi valde diuersæ sunt auctorum sententiæ, vt ex subiectis exemplis colligere licet. Eusebius in Chronico repetit ab Adamo ad diluuium secundum septuaginta fuisse annos 2242. A diluuio ad Moysen 1442. A Moyse & egressu Israel ex Ægypto vsq; ad Templi ædificationem 480. Ex quibus colligantur ab orbe condito ad Templum anni 4164. Nicephorus Constantinop. numerat 4473. Fasti Siculi 4506. Iulius Hilarion 4384. Hermannus Contractus 2934. Marianus Scotus 3164. Vincentius Belouacensis 2932. Ado Viennensis 4169. Haræus 2963. Torniellus & Salianus quibus assentior, Templi initia signant anno m. 3023. Petauius 2972. Neque Sectarij hac in re conueniunt: Temporarius enim isto interuallo supputat annos 2987. Bucholceri 2934. Sethus & Funccius 2933. Capellus 2983. Brughthonus 2993. *Anno mundi 3023.*

III. REGVM VI. v. 37.

Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio, & in anno vndecimo mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est Domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus eius, ædificauitque eam annis septem.

1. Hanc templi ædificationem tenuisse non solum annos septem, sed menses etiam circiter senos, insinuat Scriptura, dum mensis secūdi & octaui meminit. Nam à fine secundi mensis, anni quarti Salomonis, quo templi constructio cœpta est, vsque ad ineuntem mensem octauū anni vndecimi, sunt anni 7. & 6. menses, vt bene notant Vincentius in Spec. hist. Sanctius, Mariana, Sa, in hunc locum, Torniellus, & Salianus, anno m. 3030. Non est autem verisimile opus templi inchoatum vltimo die mensis secundi, & primo mensis octaui expletum fuisse: ergo aliquot etiam dies istis sex mensibus addendi videntur, quos menses & dies suo more Scriptura hoc loco intermittit, qui ad annum vndecimum aliqua saltem ex parte spectant, si anno 4. regni illius currente, (quod autumo) initium templo fabricando datum est. *Quamdiù tenuerit ædificatio Templi.*

2. Hinc detegitur error Capelli, qui anno m. 2989. ait templi ædificationem absolutam *intra annos sex, menses totidem*: quem satis redarguunt non solum auctores Catholici iam laudati; sed etiam heterodoxi, vt Caluisius an. m. 2954. vbi disertè ait, templum à iactis fundamentis *per annos septem & sex menses* perfectum, cui Bucholcerorum quarta cura, an. m. 2941. & Alstedius anno m. 2934. adiecto anno 2939. *Chron. XI. contextus Biblici*, consentiunt. *Error Capelli 1.*

a.

3. In hoc etiam hallucinatur Capellus, quod anno quinto Salomo-
rente inceptam velit templi fabricam, vndecimo pariter fluente abſol
enim in vno ſacræ paginæ verſiculo, notabilis eſſet amphibologia, dum
extremo, dicitur templum anno quarto Salomonis fundatum, vndeci
lutum. Sicut ergo Capellus cursrentem vndecimum accipit, ita non
quartum iam exactum interpretaretur.

Quando Templum abſolutum

3. Quemadmodum primordia regni Salomonis ad annum ante
æram 1018. & cœptam templi ædificationem ad quartum Salomo
tem referenta extremam manum operi appoſitam arbitror anno
fluente ante Chriſtum 1011. anno Sabbatico ineunte. Cyclo ſolis 7.
cyclo Lunæ 17. Epacta. 29.

III. REGVM. VIII. v. 2.

Solemnis Templi dedicatio menſe 7.

Conuenitq; ad regem Salomonem vniuerſus Iſraël in menſe Ethanim, in ſo
Quod repetitur 2. Paralip. 5. verſ. 3. *Venerunt itaque ad regem omnes v*
die ſollemni menſis ſeptimi. Hic menſis poſtea dictus eſt Tiſri in quo
lebrabantur, vt latè notaui in quæſtionibus de *annis Mundi* cap. 15. Pu
gebatur feſtum tubarum, decimâ Expiationis, decimaquinta Tabe
rum ſiue Scenopegiæ Leuit. 23. Solemniſmum autem hoc Taberna
ſtum fuiſſe, vel ex eo conijcere licet, quod eſſet trium illorum vnum, q
maſculinum quotannis ad locum à Deo electum conuenire iubeba
16. v. 16. Quocirca nonnulli hoc loco, nomine *diei Solemnis* intelligun
decimam menſis Tiſri, vt Abulenſis hic. qu. 5. *Feſto Tabernaculorum* ſa
te, inquit, Mariana: quem ſenſum ſequi viderur Sanctius hic. Alij
Torniellus, Salianus, Menochius, Vatablus, malunt hunc diem ſolem
cari hoc loco, non feſtum Scenopegiæ, ſed huius dedicationis, qui
ctus eſt ſolemnis. Quicquid ſit, certum eſt Hebræos, aliquot diebu
ſtum Tabernaculorum Ieroſolyma conueniſſe; inde enim digreſſi ſunt
ſis ſeptimi, die quàm eò venerant quintodecimo, vt mox patebit.

Ver. 65.

Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem &c. Septem dies
diebus, id eſt, quatuordecim diebus, & in die octaua dimiſit populum. Huc ſpe
Paralip. 7. v. 8. *Fecit ergò Salomon ſolemnitatem in tempore illo, ſeptem dieb*
Iſraël cum eo &c. fecitque die octauo collectam, eo quod dedicaſſet altare ſeptem
bus, & ſolemnitatem celebraſſet diebus ſeptem. Igitur in die vigeſimo tertio
menſis ſeptimi dimiſit populos ad tabernacula ſua
lætantes.

QVÆSTIO IV.

Vtrum anno XI. Salomonis, quo templi fabrica fuit absoluta contigerit Arcæ translatio, Altaris & Templi dedicatio.

1. SVnt qui hæc gesta putent anno duodecimo Salomonis: fortè ne concedant Domum prius dedicatam, quàm perfectam. Siquidem dedicatio in mensem septimum incidit; fabricæ autem perfectio in octauum. *1. Opinio.*

2. Malo tamen alijs subscribere, qui Salomonis anno XI. Templum paulo ante dedicatum, quam penitus perfectum autumant. Modicũ enim illud quod ad totius operis perfectionẽ supererat, non videtur tanti momẽti fuisse, vt Arcæ translationem, & Domus sanctæ dedicationem remoraretur. Rei dignitas populi conuentũ merito postulabat, nec poterat commodè multitudo quę septimo mense Ierosolyma confluxerat, rursus mense octauo conuocari. Negotiũ igitur de templo dedicãdo anno 11. sui regni paucis ante festum Tabernaculorum auspicatus est Salomon, quando Iudæis alias ad Scenopegiæ celebritatem conuentus comitium indixit. Sic enim & sumptibus & labori parcebatur, nec officium diuinũ statis in Templo cæremonijs celebrandũ differebatur, vt bene aduertit hic Abulensis. q. 2. Beda de Templo cap. 17. Historia Scolast. 3. Reg. 21. Tornellus an. m. 3050. n. 20. Salianus n. 4. Quæ sententia vel ex eo admodum rationi consentanea videtur, quod anno duodecimo Salomonis tũ ad Pascha, tum ad Pentecosten legalis populi fuerit confluxus: ac proinde vix est credibile neglectam fuisse templi omnibus numeris absoluti vsq; ad mensem Tisri dedicationem. Cũ igitur Salomonis enthronismum anno ante æram Christi 1021. constituerim; hæc dedicatio inciderit in annum ante eandem æram 1011. Periodi Iulianæ 3703. ineunte anno sabbatico, qui erat æræ mundi Iudaicæ 2751. *Conclusio.*

3. Hinc deprehenditur oscitantia Typographi, qui in Tabulis Petauij ad annum Periodi Iul. 3710. notat anno Salomonis XI. templum eiusque ornamenta vasque omnia perfecta fuisse; anno verò sequenti dedicationem, nempe XII. Salomonis, ineunte Sabbatico. Nam Petauius lib. 9. cap. 33. & lib. 13. in tabulis annum regni Salomonis anno Periodi 3699. collocat. ex quo anno si ordine procedatur, annus vndecimus Salomonis aperietur anno Periodi 3709. quo currente templum mense octauo perfectum fuerit. Deinde Petauius ait anno duodecimo Salomonis Templum magno apparatu dedicatum ineunte anno sabbatico: hoc autem ex doctrina, quam idem auctor lib. 9. cap. 26. tradit, non conuenit an. Periodi 3711. cui Typographus Templi dedicationem adscripsit, sed 3710. qui fuit ante Chr. 1004. Iuxta quam doctrinam anno Periodi 3739. ante Chr. 975. Petauius regni Israelis ortum ponit anno sabbatico labente. *Templum dedicatum Anno 1011 ante Christum.*

QVÆSTIO V.

Quoto die mensis septimi datum sit initium dedicationi templi.

A die 15. Tisri.

1. TOstatus hic q.1. eam existimat à die 15. ad 22. tenuisse: quia vt notatum est, Salomon fecit sollemnitatem diebus septem, collectam: nullum autem festum præterquam tabernaculorum hoc stulabat. *Ergo*, inquit, *erat tunc festum tabernaculorum, quando altare* Verum hoc admitti non debet: sed breuiter dicendum hanc dedica octaua die Tisri, vsque ad decimam quartam inclusiuè perfectam, cutos dies septem Scenopegiæ, ac denique diem collectæ ritu legi bratam. *A quintodecimo die mensis huius, erunt feriæ tabernaculorum* onino. Leuit. 23. v. 34. *Dies quoque octauus erit celeberrimus atque* holocaustum Domino, *est enim cœtus atque collecta: omne opus* v. 36. Ita docent Torniellus num. 23. Salianus num. 8. Mariana, Sa.

Ad 21. inclusiuè.

2. Ad rationem Tostati ex ipso sacro textu responsum paret. Sal septem diebus festiuitatem celebrauit: prioribus septenis à die octau mamquartam incluſiuè; posterioribus à decimaquinta ad vicesimam Die autem vicesima secunda quæ erat octaua ab initio tabernacul de more collectam, populumque dimisit vt habet liber Regum, id est potestatem indulsit, nempe in crastinum, quo tandem die qui erat tertius Tisri mensis, vt se quisque in viam daret regis permissu conc vt in Paralipomenis refertur & monent auctores præcitati.

Populus dimissus 16 Octob. fer. 4.

3. Sethus Caluisius in edit. 3. ad an. m. 2940. ante Christi æram Solis 8. Lunæ 18. ait populum dimissum die vigesima tertia septimi 5. Octobris. Ego vero hæc ad annum ante Christi Epocham 1011. puto. cyclo Solis 7. Lunæ 17. lit. Dom. F. Epacta 29. qua ratione Tisri fuerit circa quartam & vicesimam Septembris fer. 3. Festum lorum 8. Octobris fer. 3. populus ad sua redire cœperit 23. Tisri, bris. fer. 4.

Ignis datur cœlitus.

4. Ad hanc dedicationem spectat illud 2. Paralip. 7. v. 1. *Cumque* lomon fundens preces, *ignis descendit de cœlo, & deuorauit holocausta & victimas* miraculum acciderat annis abhinc 485. anno secundo egressus de 10 die octauo Nisan, quo *egressus ignis à Domino deuorauit* stum, *& adipes, qui erant super altare.* Leuit. 9. v. 24.

(* * *)

III. REGVM XI. v. 43.

Dies autem quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. Idem repetitur 2. Paral. 9. v. 31.

QVÆSTIO VI.

Quot annos regnauerit Salomon.

Iosephus ait 80. annos.

1. Iosephus lib. 8. Antiq. initio cap. 3 *Salomon*, ait, *iam admodum senex moritur, exactis regni annis octuaginta, vitæ verò nonaginta quatuor.* Quem computum retinere videtur lib. 10. cap. 11. dum ait incensum templum annis ex quo fuerat extructum 470. elapsis, mensibus sex, & diebus 10. additis. Infra enim probabimus Templum annos fermè 430. stetisse, si regnum Salomonis 40. annorum periodo contineatur. Ibidem Iosephus casum Templi migrationi ex Ægypto posponit annis 1062. antea vero dixerat fundatum Templum anno à migrata Ægypto 592. cui numero si 470. adijciantur, consurget ista summa 1062. annorum. Ergo ex mente Iosephi Salomon 80. annos regnauit.

Ex histor. Scholast.

2. Iosephi numeros cum sacro textu conciliare nititur auctor hist. Scholasticæ 3. Reg. 27. dum ait Salomonem 40. annos veræ religioni adhæsisse; totidem postea idolis: quorum priores 40. Scriptura expresserit; Iosephus vniuersos.

Sed erronè

3. Verum hoc tanquam commentitium bene ex communi sententia reijcit Tostatus hîc post quæstionem 38. Quia sacri codices, nisi aliud indicent, eos regum annos continent, quibus reges, qua bene, qua perperam vixerunt. Alias quotundam regum, siue Israël, siue Iuda vix vlli anni in sacra monimenta relati fuissent; siquidem plures vel toto sui regni tempore, aut saltem maiori ex parte sceleſtam viuendi rationem tenuerunt.

Iosephus secum pugnat.

4. Iosephus vt in alijs non raro; ita in spatio regni Salomonis definiendo hallucinatur, & secum pugnat. Tradit enim lib. 7. de bello Iudaico cap. 9. Ierusalem à Babylonijs euersam annis 477. (vt in Græco legitur) ex quo pulsis inde Chananæis rex Dauid eam suo populo incolendam tradiderat, quando nimirum vrbem istam circa octauum aut nouum regni sui annum expugnauit. 2. Reg. 5. annis ante Templi fabricam propè propter 35. Hos tolle de 477. remanebunt ex supputatione Iosephi 442. anni, quibus Templum steterit: quod nullatenus verum est, si Salomonis regno 80. anni tribuantur.

Salomon in senectute delirat.

5. Quomodo igitur Salomonis iam senis cor deprauatum fuisse dicitur, hoc cap. v. 4? Respondent bonæ notæ auctores eum merito senem vocatum, quippe qui ad annum peruenerit ætatis suæ vel sexagesimum vt docent Tostatus hic q. 14. & Salianus, vel circiter 64. vt Torniellus, Petauius; & sic paucis

ante suum obitum annis deliraſſe. Bene addit Toſtatus ad eam aetatem peruenire homines profuſæ libidinis, qualis Salomon fuiſſe videtur, nisi 40. annos poſt parentem regno & vita potitus eſt, vt ſacra teſtantur & diſertè tradunt non modò neoterici, ſed & priſci auctores, vt Eusebius Chronico, S. Hieronymus epiſt. ad Vitalem, Sulpitius, Q. Iulius Hilarianus Archiepiſc. Tolet. Nicephorus Conſtant. Chronicon Alexandrinus Scotus, Herman. Contractus, Freculphus &c. cum hac de re ita ſcribunt.

QVÆSTIO VII.

Quot annos natus regnare cœperit Salomon?

Quidã putant annos 12.

1. RAbbi Salomon, & alij Hebræi apud Lyranum 3. Reg. 11. volunt Salomonem duodennem ad regni gubernacula euectum: quò obiter Rabbi Kimhi collimaſſe videtur cum dixit Salomonem decennem & regis filium ſuſcepiſſe vt refert Pineda lib. 3. cap. 2. Quem annorum numerum pauci ex antiquis referunt, vt S. Ignatius epiſt. ad Magneſianos, Clemens lib. 2. Conſt. Apoſt. cap. 1. S. Hieronymus in cap. 3. Iſaiæ, vbi de Salomone *decim*, inquit, *erat annorum, quando ſuſcepit imperium*: Eupolemus apud Eusebium lib. 9. de præp. Euang. cap. 4. hanc ſententiam ex parte ſecutus tradit Salomonem annos 13. natum, Templum ædificaſſe. Sic ante regnum fuiſſe natum, cumque annos 40. regnauerit, totius vitæ ſuæ ſpatium non vltra 53. Iſidorus de vita & morte SS. cap. 3. 4. Cedrenus, Zonaras, Salomonem regnum regium vocato non niſi 12. ætatis annos tribuunt.

Quidã nõ ante annum 20.

2. Alij negant Salomonem prius regem fuiſſe conſtitutum, quam citer annos ætatis haberet. Ita Lyranus loco citato, Abulenſis 3. Reg. Barradius tomo 1. lib. 5. cap. 10. Gordonus in Chronologia. Eum inquiſui 24. annorum fuiſſe putant Torniellus & Paludanus: nec abnuit qui anno Periodi Iul. 3698. notat Salomonem à parente ſucceſſorem tum, cum eſſet 23. annos natus: anno vero ſequenti Dauidis excellum annum Salomonis ineuntem ſignat, Salianus an. m. 3020. num eum anno ætatis ſuæ 21. ineunte regnandi initium fecille.

Viuo Dauide Rex factus eſt.

3. Hîc aduertendum eſt, Salomonem viuo adhuc parente aliquo regnaſſe vt paret 3. Reg. 1. præſertim à verſ. 38. nam inuncto Salomone Proceres Dauidi de filij ſucceſſione gratularétur; *Benedictus Dominus Deus* inquit Dauid, *qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus oculis meis.* Quæ gratulatio facta eſt, Adonia, qui regnum affectauerat, in ordinem acto: at verò antequam hîc regium chronum inuaderet, & Salomon pro auguraretur, Dauid iureiurando interpoſito, Salomonem ſibi ſucceſſurum ſignauerat, vt clarè colligitur ex 3. Reg. 1. v. 13. & 30.

4. Salomon autem sine dubio, duodecim annorum ætatem iam excesserat quando sub Dauidis mortem regni administrationem suscepit. Alias enim non vltra 52. annos vixisset, nec ad ætatem senilem peruenisset, de qua 3. Reg. 11. v. 4. *Cumque iam senex esset, depravatum est cor eius per mulieres.* Qua in deprauatione rerum aliquamdiu sordvisse, idola coluisse, fana idolis erexisse, indicio sunt ea, quæ hoc cap. 11. memoriæ prodita sunt. Huc accedit quod Roboam Salomonis filius, cùm parenti in regno ἀμέσως succederet, fuerit 41. annorum. 3. Reg. 14. v. 21. Salomon autem 40. annos regnauerit. Vno igitur anno filium antè adeptus est, quam regnū, ac proinde si regnum anno ætatis 12. adijt: filium vndecimo susceperat, vxorem decimo duxerat, quæ paradoxa videntur. Respondent nonnulli, id minimè absurdum videri, *nam in simili penè ætate*, inquiunt, *Achaz genuit Ezechiam.* Caspar Sanctius 3. Reg 3. refert suo tempore, à puero quodam, qui decimum annum necdum excesserat, nutricem concepisse. Et S. Hieronymus tomo 3. epist. 132. ad Vitalem eiusdem ferè modi historiam scribit. Verum quod ad Ezechiam attinet, infra ostendam, non esse causam, cur eum paterculo decenni genitum putemus, idque ex mente S. Hieronymi, qui peculiarem diuinæ prouidentiæ rationem in illa nutrice agnoscit. Vt verò filiam decennis, aut vndecennis vxorem ducat, detque operam liberis, mihi hactenus inauditum est.

Moriente Dauide erat plusquam 12. annorum.

5. Communis etiam opinio fert, Salomonem sub idem ferè tempus natum fuisse quo Thamar oppressa fuit: inde verò biennium efflaxit, donec Amnon interficeretur, quo interempto Absalom triennio exulauit, qui post liminio Ierusalem reuersus duos annos conspectu parentis caruit post aliud biennium, vel potius quadriennium Absalom paternum regnum inuasit, & perijt. Inde secuta est factio Seba filij Bochri, tum fames trium annorum, varia bella, lustrum populi, quod nouem menses, & 20. dies tenuit, robusto adhuc Dauide, quantum ex sacræ historiæ contextu perspici potest, aliaq; sunt à Dauide gesta, ex quibus clare intelligimus Salomonen moriente Dauide annum ætatis suæ duodecimum longè excessisse. Denique 3. Reg 2. v. 6 & 9. Dauid vocat Salomonem *virum sapientem*, quod in puerum duodennem non quadrat.

Quando natus Salomon.

6. Obijci solet illud Salomonis 3. Reg. 3. v. 7. *Ego sum puer paruulus, & ignoro egressum & introitum meum.* Et 1. Paralip. 22. Dauid ait Salomonem esse *puerum paruulum & delicatum.* Sed hæc communi sententiæ non obstant: ita enim Salomon tunc paruus dicebatur, vt etiam vir sapiens audiret. *Puer* igitur erat, non ætate non scientia speculatiua, *sed rerum vsu.* Erat Reipublicæ gubernandæ inexpertus, delicatæ educationi assuetus. Quod declarat Abulensis dum ait Salomonem dici puerum respectu infinitæ penè multitudinis, quam regendam susceperat, quia *sicut puer paruulus non potest seipsum regere: ita Salomon*

Qui Salomon Rex paruulus dicatur.

non

non poterat regere illum populum propter defectum discretionis, subaudi quod

Nec audiũ ex S. Hieronymo.

7. Ad huius nodi, quem versamus, solutionem spectant quæ nymus ad Vitalem scribit: *Ad summam*, inquit, *illud dici potest, quod in Salomon cum duodecim esset annorum, solium patris obtinuerit, & postea, qua reliquit incertum, vixerit Dauid regnante iam filio aliquot annos, qui sibi, & ni imputentur: mortuo autem patre, post filius regnauerit annis 40. quas gnauit, atque ita & initium regni Salomonis, & tempus quo solus ipse regnauit demonstratum. Nec tamen omnes annos vitæ illius, quinquaginta tantum & norum circulis contineri.* S. Hieronymi sententiam sequitur Marianus diserte monet, annos quibus Salomon cum patre regnauit imputa 40. vero soli Salomoni. Ab his paululum discedit Abulensis 3. Reg opinatur Salomonem fuisse 15. aut 16. annorum, quando à Pa constitutus; quando verò accepit sapientiam, viginti aut plurium ann

Duo regni Dauidis initia.

8. Hisce consideratis non video quibus argumentis eorum opi gui possit, qui duo regnandi initia viuo adhuc Dauide Salomoni alterum sub mortem Danidis, quod ab omnibus admittendum num. 3. notabam; alterum aliquanto tempore altius quando ex antiq opinione, Salomon 12. aut 15. annorum erat, antequam Adonias regn ctaret. Quo spectant illa verba Nathan Prophetæ ad Bethsabee mat monis: *Vade & ingredere ad regem Dauid & dic ei. Nonne tu Domine, m mihi ancillæ tuæ, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit quare ergo regnat Adonias?* 3. Reg. 1. v. 13. Et Bethsabee ad Dauidem: Do *iurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, dicens: Salomon filius tuus regn* ibid. vers. 17. Quare non est improbabile Dauidem sedata ea tempes Seba filius Bochri excitauerat, successorem sibi designasse Salomo designationem iuramento confirmasse. Quod etsi certò affirmare no malim tamen admittere, quam priscorum de Salomone rege duo de nes omni ex parte falsas asserere.

III. REGVM. XIV. v. 20.

Ieroboam regnat annos 21. solidos.

Dies autem quibus regnauit Ieroboam viginti duo anni sunt. Hos annos completos vnanimi auctorum sententia constat, & Scriptura ipsa boam enim regnauit annos 17. tum Abiam 3. Inde Asa anno vigesimo mi regni Iudaici gubernacula accepit. 3. Reg. 15. v. 25. Anno vero 2. Ieroboamo successit, anno vtiq; vicesimo secundo Ieroboami non currente, vt pleriq; diserte notãt. Quo fit vt Ieroboamo non nisi 21. a nologici adscribantur. Ita Torniellus, Salian. Petauius, Paludan. Fastos Siculos, & nonnullos alios, qui 22. annos completos Ieroboa merant.

Vers. 21.

Porro Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda. Quadraginta & vnius anni erat cum regnare cœpisset: decem & septem annis regnauit in Ierusalem.

QVÆSTIO VIII.

De annis Roboam regis Iuda.

Roboam regnat annos 17.

1. HI anni 41. ætatis, & 17. regni Roboam sine varietate habentur in Latino, Hebræo, Græco, non solum hoc loco, sed etiam 2. Paralip. 12. v. 13. Vnde palam fit, errorem esse apud Sulpitium lib. 1. sacræ hist. vbi dicitur defuncto Salomone anno imperij quadragesimo Roboam anno ætatis sexto & decimo regnum patrium tenere cœpisse: siue Sulpitius in Codices erroneos inciderit, siue exscribentis vitio XVI. pro XLI. positum fuerit. Pari modo corrigendus est Lucifer Calaritanus, qui sub initium libri de regibus Apostatis, cum dixisset Roboam in regno 20. annis vixisse, sacram Scripturam sic refert: *Regnauit eius filius Ieroboam in Ierusalem, & erat sedecim annorum cum regnaret: & septem annis regnauit.* Idem esto de alijs iudicium, si ab editione vulgata discedere videantur.

2. Hic temporis ordo non obseruatur: mors enim Ieroboami de qua præcedens meminit versiculus aliquot annis Roboami obitum secuta est, vt patet 3. Reg. 15. vbi anno decimo octauo Ieroboami, Abias mortuo Roboamo, in Iuda regnasse scribitur, & post Abiam Asa anno vigesimo Ieroboami. Sacer autem historicus occasione eorum, quæ ab initio huius capitis vsque ad vers. 18. narrauerat, annos regni Ieroboam eiusq; mortem perstrinxit, tum vsque ad finem capitis, ea quæ ad Roboam spectabat pertexuit.

Initium regni vnicum habuit.

3. Idonea causa nulla apparet cur duo regnandi initia Roboamo assignari debeant, quasi 40. annos cum Salomone, moribus iam corrupto regnauerit, eoq; sublato solus alios 17. annos ad regni gubernacula sederit. Nam in primis Salomon non 80. sed 40. annis imperasse, antea probatum est. Deinde hoc modo Roboam natus esset anno ætatis Salomonis 54. aut 60. vt volunt aduersarij: mirum autem esset, si ante eam ætatem regni successorem non genuisset. Addit Tostatus 3. Reg. 2. q. 14. viuente Salomone Roboamum regem non fuisse, quia exstincto Salomone populus dicitur congregatus in Sichem ad Roboamum regem constituendum. 3. Reg. 12. v. 1. *Ergo* inquit *videtur, quod antea non regnauerat.* Quæ ratio probabilis est; non certa. Potuerit enim Roboam rex a Salomone adhuc viuo designatus fuisse, ac idcirco forte tam arroganter respondérit, populo graue tributorum onus deprecanti, & alia ex parte 10. tribus perspecta Roboami impotentia regnum ei confirmare noluerit. Denique si

aliquot annis ante Salomonis excessum Roboamus annos 41. natus re-
tulis ornatus fuisset, ad eam tandem sententiam rediretur, quæ Salom-
ro vxorem & prolem sine sufficienti indicio tribuit.

Roboam natus circa 20. annum parentis sui.

4. Quare communis supputatio retinenda est, qua Salomon aut 20. a-
lo plurium annorum fuisse censetur, quando regnum sub Dauidis ob-
cum anno præcedenti filio Roboamo auctus fuisset. Sic mortuo Sa-
successit Roboam & regnum 17. annos administrauit, qui si annis
41. ante regnum exactis adijciantur; ad annum ætatis 58. peruenisse c-
tur, vt bene præter alios aduertit Abulensis 3. Reg. 14. q. 2. Hos aute-
nos qui regno Roboami adscribuntur Chronologicos esse, comm-
rum sententia decernit, vt Iuliani Archiep. Tolet. Nicephori Cons-
lij Hilarionis, Hermanni Contracti, Mariani Scoti, Chronici Alex-
bulensis, Samerij, Gordoni, Tornielli, Saliani, Petauij, Paludani, &
Sulpitium & Adonem qui solum 16. attribuunt.

DE ANNIS REGVM IVDA
Israel in communi.

Ratio difficultatis.

DIstractis in duo regna Hebræorum tribubus, cœperunt anni vt
gni principum in sacra Scriptura singillatim annotari, ita vt c-
plerumq; nexus annorum indicaretur. Ex. ca. Anno 18. Ierobo-
Israel Abias in Iuda regnum adijsse dicitur 3. Reg. 15. v. 1. Anno 20. eius
roboam regnare cœpisse Asa. Anno 2. huius Asæ Nadab Israelis regn-
ptus. Ex quibus patet annum primum Abiæ connecti cum 18. Ierobo-
num primum Asæ, cum vigesimo Ieroboami: annum deniq; primum
cum secundo Asæ concurrere. Verum difficultas mox oritur, quoto
obitu Salomonis Baasa regnum inuaserit? nam mortuo Salomone R-
regnauit annos 17. Abiam 3. quibus si annum secundum Asæ coniunx-
liges annos 22. ab excessu Salomonis, ad initium regis Baasæ. E contr-
Ieroboam regnum tenuisse dicitur annis 22. & Nadab eius filius bien-
24. anni post Salomonis intercurrisse videntur antequam Baasa è reg-
ta Nadabum deturbaret. Vt eiusmodi qui plerumque occurrunt no-
cilius soluantur, tres sequentes quæstiunculas poni
posse existimaui.

QVÆSTIO IX.

Quot annos singulis Judæ regibus adscribat Scriptura.

1. Roboamo annos	17.3.Reg.14.v.21.
2. Abiam	3.ibid.cap.15.v.2.
3. Asa	41.ibid.v.9.
4. Iosaphat	25.Cap.22.v.42.
5. Ioram	8.4.Reg.8.v.17.
6. Ochoziæ	1.ibid.v.26.
7. Athaliæ reginæ	6.cap.11.v.4.
8. Ioæ regi	40.cap.12.v.1.
9. Amaziæ	29.cap.14.v.1.
10. Oziæ	52.cap.15.v.2.
11. Ioathan	16.ibid.v.33.
12. Achaz	16.cap.16.v.2.
13. Ezechiæ	29.cap.18.v.2.
14. Manassæ	55.cap.21.v.1.
15. Amon	2.ibid.v.19.
16. Iosiæ	31.cap.22.v.1.
17. Ioachaz tres menses	cap.23.v.31.
18. Ioakim annos	11.ibid.v.36.
19. Iechoniæ 3.menses,10.dies	2.Paralip.36.v.9.
20.Sedeciæ annos	11.4.Reg.24.v.18.

Vniuersè anni 353.men.6.dies 10.restat autem aliquid anni septimi, quem delibauit Athalia. His adde annos 77.qui à Templo ad regni diuisionem effluxerant, & colliges annos 430. menses 6. dies 10. à Templi fundatione ad eiusdem excidium.

QVÆSTIO X.

Quot annos Scriptura singulis regibus Israel attribuat.

1. Ieroboamo annos	22.3.Reg.14.v.20.
2. Nadab	2.cap.15.v.9.
3. Baasa	24.ibid.v.33.

4.	Ela	2. Cap. 16. v. 8.
5.	Zambri dies septem	ibid. v. 15.
6.	Amri annos	12. ibid. v. 18.
7.	Achab	22. Cap. 16. v. 29.
8.	Ochoziæ	2. Cap. 22. v. 52.
9.	Ioram	12. 4. Reg. 3. v. 1.
10.	Iehu	28. Cap. 12. v. 1.
11.	Ioachaz	17. Cap. 13. v. 1.
12.	Ioas	16. ibid. v. 10.
13.	Ieroboam	41. Cap. 14 v. 23.
14.	Zachariæ sex menses	Cap. 15. v. 8.
15.	Sellum vnum mensem	ibid. v. 13.
16.	Manahen annos	10. ibid. v. 17.
17.	Phaceia	2. ibid. v. 23.
18.	Phacee	20. ibid. v. 27.
19.	Osee	18. Cap. 16. & 17.

Corollarium valde notandum.

Ex his colliguntur anni 250. menses 7. dies 7. quibus addi debet inter post Ieroboamum Secundum, annorum 11. aut 12. aut 13. sic habebun numerati 261. aut 262. menses 7. dies 7. quibus hoc regnum durauit. At verò certum est euersum Israelis regnum anno 6. Ezechiæ qui fu 260. ab initio regni Israel, iuxta numerum annorum, qui regibus Iu tantur, neglecta parte anni 7. Athaliæ, vt ex præcedenti quæst. co Rursus Iehu & Athalia sub idem ferè tẽpus regnum inuaserunt, ill ille in Israelitide: nihilominus anni regum Iuda, à distractis in bina braeis vsque ad Athaliam deducti non superant 95. anni vero regn temporis interuallo, 98. repræsentant: quæ diuersitas admitti non d veritas veritati contraria non est: sed origo huiusmodi apparentium rum detegenda & expedienda est, vt q. seq. explicabitur.

QVÆSTIO IX.

Quibus modis anni regum Iuda & Israel componi possint quando dissidere videntur.

Modi annos Regũ conciliandi.

1. HAc de re opusculum scripsit Richardus de S. Victore, cui titu *cordia temporum regum conregnantium super Iuda, & super Israel* dum *Abbatem Clareuallensem*. Nonnulla etiam habet historia S post libros Regum, & Lyranus 3. Reg. 15. lit. f. ad illa verba, *in anno*

tenebam, vbiquinq; modos affert, quorum aliquo singuli nodi, qui maximè intricati videntur explicari possint. *Primus* est, si dies vel anni synecdochicè accipiantur, sicuti Christus post tres dies à Passione resurrexisse memoratur. *Secundus*, si dicamus filium cum patre regnasse, & aliquando eum tantum annorum partem numerum, quos solus filius in regno transegerit; aliquando eos, quos partim solus filius, partim cum patre regnauerit. *Tertius*, si interregnum ponatur, cuius duratio, quandoq; regi sequenti accrescat, quandoque ad præcedentia spectet tempora, quandoque alio referatur. *Quartus*, si anni in Scriptura expressi, illud solum tempus contineant, quo rex bene regnauerit, vt de Saule tradi solet. *Quintus*, si exscribentis oscitantia locum aliquem corruptũ dicamus. 2. 3. 4. 5.

1. Primus modus reijci nõ potest, si de diebus loquamur, vt ostendit allatum de Christo rediuiuo exemplum: quin etiam ad annos quandoq; applicari possit nullus dubito, ita nimirum vt anni emergentes, quasi completi subinde pronuntiantur, & qui integro anno paucisq; mensibus regnauerit, biennio regnasse dicatur. Vide, si placet, quæ in hanc sententiam latius deduxi *Introd. Chron. cap. 18. num. 18. & seqq.* Et Opusculo *de annis nati & passi Saluatoris cap. 1. num. 13.* Imo quod ad Chronologiam in genere spectat, eos minimè redarguendos puto, qui in re aliqua singulari 18. menses ad tertium mensem ciuiliter extendunt. v. g. ad aliquam obsidionem, quæ tres vltimos menses vnius anni, tum annum integrum 12. mensium, & sequens trimestre tenuerit; hanc tamen computandi rationem nullo modo in annis regum aut iudicum sibi succedentium admittendam censeo. Absurdum enim putarem, si quispiam v. g. assereret Abimelech post Gedeonem 18. duntaxat menses præfuisse, aut Roboamum annos quindecim cum medio regnasse post Salomonem, cum ex Iudicum & Regum successione chronographia texatur, quæ nimis libera foret, si eiusmodi synecdoche admitteretur. *1. modus admittitur.*

2. Secundum modum in vsu esse, quis audeat inficiari? Fieri potest & solet, vt filius viuo adhuc, & regnum administrante parente rex constituatur, & omnes anni, quos parens vsque ad suum obitum degit, ipsi attribuantur: filio autem non nisi illud tempus inscribatur, quo solus rerum potitus est, vt de Salomone ex S. Hieronymo, Mariano Scoto & Abulensi supra notaui. q. 7. nu. 7. quem nonnulli duodennem regia dignitate ornatum fuisse autumant, tum aliquot annos cum patre vixisse, qui Dauidi tribuantur, ac demum subducto è viuis Dauide, regnasse 40. annos, quos sacra monimenta exprimunt. Imò non annuo, quin tria regnandi initia possint alicui assignari, si nempe primùm in regno successor futurus declaretur, postea vel confirmetur, vel in gubernationis consortium à rege pristino adsciscatur, ac denique solus regnet. Vide infra 3. Reg. q. 14. num. 4. *2. similiter.*

3. modi Interregna cautè admittenda.

4. De interregnis, ad quæ *tertius modus* respicit, arbitror in primis ea ... se vllo modo, absque efficaci ratione vspiam inserenda, ne, quod ver... sophi, *entia sine necessitate multiplicare* videamur. Aliàs cerebrosus quispiam ... Salomonem v. g. & Roboamum, inter Ezechiam & Manassen aliquo ... rum, aut saltem annuum interuallum comminiscetur, vt sua ratiocinia ... modo contra communes calculos propugnare videatur. Sin est, vt ... chiã aliquã inuehat: videndum ante omnia, vtrũ ad præcedentis, an ... principis tẽpora debeat reuocari. Si id fieri non possit, cuilibet interregno ... annorum numerus ex æquo & bono assignetur, nisi eum scriptura ex...

4. modus vix est in vsu.

5. Quartus modus eximios in Saule patronos habet: quia Scriptura ... mè antequam annorum regni illius meminisset, probitatis & innocentiæ ... quasi infantilis mentionem fecerat. 1. Reg. 13. v. 1. vbi similis narratio ... non inuenitur, haud facile talem interpretationem admittendam pu... ne monet Abulensis 3. Reg. 15. q. 7.

5. modus suspectus.

6. *Quintum modum* aut nunquam, aut saltem non nisi summa cum cir... ctione adhibendum existimo, si cum vulgata editione, aut Græca ... aut fons Hebræus congruat. Nullam planè video rationem cur editio ... explodatur: multo verò minus corrigendus est locus, qui in omnibus ... bus sine diuersitate comperitur, vt monet S. Augustinus epist. 9. ad Hie... & refertur in Decreto Gratiani, dist. 9. can. 7. qui ait periculosum esse ... re aliquem sacræ Scripturæ textum, vbi præsertim omnes codices con... Nam si semel admiserimus mendum aliquod alicubi in sacram Scrip... pere potuisse, de multis quoque alijs eiusdem Scripturæ locis dubitari ... Similia habet epist. 8. ad eundem S. Hieronym. vt annotaui Gen. 11. de ... iuniore q. 1. num. 13. & in lib. Iudicum. q. 4. n. 2. Quid si vero textus He... Græco dissideat? *confugere poterimus ad solita præsidia & arcem linguæ tenere* ... id est, Hebrææ, vt ait S. Hieron. tom. 3. epist. 132. ad Vitalem. Et addit ... ipsum authenticũ & cæteri interpretes, nẽpe Latinus & Græcus pari ... te consentiunt, non in Scriptura, sed in sensu esse difficultatẽ. Eadem est ... doctrina, l. 15. Ciu. c. 13. sub finẽ. *Cum*, inquit, *diuersum aliquid in vtrisq; ... uenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum, vtrumque esse non potest verum ... potius credatur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio.* Quę cęteris pa... telligenda puto: Latina enim editio, qua iam vtimur alijs iure præpo... quia in huius emẽdatione plus operæ positum, quàm aliarũ, nec reiicere ... ceat: cum Ecclesia in Concilio Trid. sess. 4. illã, non itẽ alias editiones ...

An textus Hebræus Græco præferendus.

III. REGVM XV. v. 1. & 9.

Abiam in Iuda re-

I*Gitur in octauo decimo anno regni Ieroboam filij Nabat, regnauit Abiam ... Tribus annis regnauit in Ierusalem.* Idem repetitur 2. Paralip. 13. v. 1. H...

sunt Chronologici, & tanquam integri computantur ab Eusebio, Iuliano, Nicephoro Const. Hilarione, Fastis Siculis, Hermanno Contr. Mariano Scoto, Adone, Torniello, Saliano, Petauio, Paludano &c. Sulpitius habet VI. pro III. *gnat annos 3.*

V. 9. *In anno vigesimo Ieroboam regis Israel regnauit Asa rex Iuda, & quadraginta & vno anno regnauit in Ierusalem.* Et hos annos 41. Chronologicos puto, cum Sulpitio, Tostato hic. q. 7. & alijs auctoribus iam relatis, excepto Chronico Alexandrino vbi 44. anni Asæ inscribuntur. Nec obstat, quod Septuaginta Sixti. 2. Paralip. 16. v. 13. referant Asam 40. regni sui anno obijsse. Solet enim plerumq; Scriptura numerum rotundum & plenum vsurpare, neglectis vnius alteriusve anni fragmentis, vt alibi notaui. *Asa Rex Iuda annos 41.*

V. 25.

1. *Nadab vero filius Ieroboam regnauit super Israel anno secundo Asa regis Iuda: regnauitq; super Israel duobus annis.* Eusebius & Fasti Siculi hos duos annos faciunt Chronologicos, & veluti completos: verum hoc ab alijs, qui tempus istud exactius ad calculos reuocant, non admittitur. Nadab enim cum anno secundo ad regni fastigium ascendisset, inde anno sequenti, qui fuit tertius regis Asa deturbatus, & à Baasa interemptus est, vt hic dicitur v. 28. *Nadab in regno Israel ad 2. annum peruenit.*

2. Petauius anno Periodi Iul. 3760. *Ieroboamo mortuo*, inquit, *secundus rex Israel Nadab filius eius anno 1.* Quæ latius explicans lib. 9. cap. 55. ait Ieroboamum non nisi paucos dies de anno regni sui vigesimo secundo delibasse, Nadabum anno patris sui in regni societatem vocatum, vno anno cum patre regnasse, altero solum, neque integro, sed partem huius anni deberi Baasæ, atque ita in annis Chronologicis nullam rationem habendam Nadabi, si Baasæ 24. annos assignemus. Idem velle videtur Calusius an. m. 2990. quo signat annum 22. Ieroboami, paucos menses Nadabi, & primum annum Baasæ. Hunc etiam computum potiorem censet Capellus an. m. 3039. *1. modus computandi annos illius.*

3. Torniellus & Salianus cum anno Templi 59. coniungunt primũ Nadabi cum anno Templi 60. secundum Nadabi nẽpe inchoatum, & primum Baasæ. Fauet Paludanus, qui annum vnũ & mensem tribuit Nadabo post parentis obitum. Quæ computatio mihi planior videtur magisq; scripturæ congruere, quæ annos singulis adscriptos ab obitu prædecessorum ex cõmuni auctorum interpretatione computare solet, ita tamẽ vt vltimus non semper expletus censeatur. Hinc Tostatus hic. q. 30. tradit Nadab dici posse regnasse anno vno, & paulo amplius. *2. modus planior.*

4. Ieroboamo annos 21. completos tribuo, vnũ deinde Nadabo, tũ 23. Baasæ. Anno 981. ante Christi æram initium regni Israel constituo, anno ante eandem æram 960. figo annum 22. Ieroboami ineuntẽ, quo fluente mortuus Ieroboam fuerit & primum regni sui annum inierit Nadabus: anno sequẽti Nadab annũ secun-

secundum auspicatus occubuerit, ac Baasa regnare cœperit. Sic annus concurret cum 14. Baasæ, vt bene notat Petauius lib. 9. cap. 55. decimannorum numerus sacro textu expressus, vt Ieroboamus ad annum bus mortuo parente ad secundum peruenerit, sed non expleuerit. Retabulæ expansę clarius ostēdunt. Ex quibus apparet vltimos annos Nadab, Baasa, non fuisse expletos: quicquid nonnulli opinentur.

III. REGVM XV. v. 16. & 32.

Regula notanda.

Vitq; bellum inter Asa & Baasan regem Israel cunctis diebus eorum. Hanc tione accommodâ intelligenda sunt, nimirum ab eo tempore, ges bellum inter se mouere cœperunt, eo sensu, quo idolum Micha de mansisse dicitur, omni tempore, quo fuit Domus Domini in Silo 31. vt ibidem notaui. Quemadmodum enim hæc scripta sunt prout post narrationem belli inter eos reges gesti: ita de tempore, quod subsecutum est, accipienda videntur puta ab anno circiter 16. regis ad 26. quo Baasa extinctus est. Absolutè verò bellum inter eos non illo tempore, quo Baasa sceptrum Israelis tenebat, compertum habe 2. Paralip. 14. v. 1. *Dormiuit autem Abia cum patribus suis, & sepelierunt uid: regnauitq; Asa filius eius pro eo in cuius diebus quieuit terra annis decem.* 5. *præstitit que eis Dominus requiem per circuitum,* subaudi ab anno circite decimum quintum regis Asa, qui erat 35. regni Israel à Iuda separati, 2. Paralip. 15. v. 19. *Bellum verò non fuit* (nempe inter Asa & Baasa) *usq num regni Asa.* vt dicam q. seq.

Doctrina Paludani

2. Paludanus tract. 4. cap. 3. asserit *primò*. ab initio regni Baasæ finem continuum fuisse bellum in actu primo. 2. Asam anno regni gessisse bellum cum Ieroboam, atq; extorsisse ciuitates montis Ephr Paral. 15. v. 8. habent septuaginta. 3. Decem annis non fuisse bellum cundo. 4. Post decennium Asam bellum offensiuum regi Israelis intu circa annum 15. regni sui, à bellicis expeditionibus contra Israel, quieuisse, licet in hostico bellum gereret, vsq; ad annū 26. sui regni mortuum esse fatetur, cum initio eiusdem anni arma contra Iudam

Ex parte falsa.

3. Sed non omnia hæc solido nituntur fundamento: nam primò lo in actu primo assertum, videtur gratis allatum, sicut quartum & proinde indigent probatione. Ex opinione Paludani Baasa sub finem anni 26. regis Asa mortuus est: quomodo ergo verum erit, quod 70. habent, Baasan anno 38. regni Asa muniuisse Rama. 2. Paral. 16. v. tam exiguo tempore potuit Baasa aggredi fabricā siue munitionē ea nō prius desistere voluit, quā Rex Iuda muneribus induxisset Syriæ, vt armata manu regnū Israelis inuaderet, ad quæ peragenda

tempore videtur opus fuisse vt monet Torniellus, anno m. 3095. num. 2. Pacem anno decimo quinto Asa fuisse testatur Scriptura 2. Paralip. 15. v. 15. eam autem vsque ad annum 26. durasse non arbitror, sed solum ad finem circiter eiusdem anni 15. aut decursum decimisexti: inde ad obitum Baasæ perpetua dimicatio fuisse videtur, adeo vt de hisce vltimis annis regni Baasæ loquatur Scriptura dum ait, *fuisse bellum inter Asa & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum*: nempe ab eo tempore, quo *ascendit Baasa rex Israel in Iudam, & muro circumdabat Rama* 2. Paral. 16. v. 1. vsque ad obitum Baasæ. Ita docent Torniellus, an. m. 3095. nu. 5. Sulianus ann. m. 3100. num 2. Sanctius & Menochius in hunc locum. Ad hæc tempora spectant, quæ legimus 2. Paralip. ad calcem capitis 15. & exordium 16. oritur que celebris illa quæstio de anno 36. Asa, quo Baasæ Iudæis arma intulit.

QVÆSTIO XII.

Quomodo Baasa Iudæam inuaserit anno 36. regis Asa.

1. Difficultas oritur ex varijs Scripturæ locis: dicitur enim 2. Paralip. 15. v. 19. *Bellum non fuisse, vsq; ad trigesimum quintum annũ regni Asa.* subaudi inter Asa & Baasa. Tum initio capitis sequentis subiungitur: *anno autem trigesimo sexto regni eius ascendit Baasa rex Israel in Iudam & muro circumdabat Rama, vt nullus tutè posset egredi & ingredi de regno Asa.* vt habent Latina & Hebræa. Septuaginta vertunt *octauo & trigesimo anno regni Asa, ascendit rex Israel super Iudam, & ædificauit Rama.* Quomodo autem id fieri potuit, cum ante decennium Ela filius Baasæ mortuo parente, in Israël regnare cœperit? 3. Reg. 16. v. 8. Deinde Baasa regnum iniit anno tertio Asa, nec nisi 24. annos, eosque inchoatos duntaxat tenuit, nempe vsque ad annum 26. Asa: quî ergo fieri potuit, vt anno Asa 36. aut 38. ascenderet in Iudæam & Rama muniret? *Ratio dubitandi.*

2. Ioannes Lucidus lib. 2. Emend. temp. cap. 9. Mechior Canus lib. 11. de locis Theolog. ad argumen. 12. aiunt textum Paralipomen. esse mendosum, ac pro 26. positum esse 36. Caietanus, Carthusianus, Adrichomius eodem modo hanc salebram transilire conantur: quos contra Paludanus tract. 5. cap. 3. *Hoc, inquit, non est Scripturam explicare, sed corrigere, & fortè plus sapere quam oportet sapere, præsertim quando nullum corruptionis vestigium in vllo exemplari apparet.* Et laudat Abulensem 2. Paralip. 16. q. 3. vbi hanc quidem de textu corrupto explicationem retulit, sed vt periculosam reiecit, & maluit fateri hunc locum esse explicata impossibilem, quàm ad talem interpretationem descendere. Idem ferè ante Paludanum docuerat Sanctius 3. Reg. 15. numer. 27. quo in loco, ait illam expediendi nodi rationem, quæ ad sacrorum codicum corruptionem confugit, non esse vbique admodum piam, maximè cùm de vulgata translatione *Quidam hunc mendum irrepsisse putãt*

factum ab Ecclesia fuerit tam seuerum examen; quare optimè Emmanuel Sa, cum huius solutionis meminisset, addidisse: *Egò id non ausim dicere*, sentiunt Torniellus, Salianus & alij, quibus omnino assentior. Vide Augustino retuli Gen.11.de Cainan iuniore q.1.num.13.& lib.Iudq.q. & hoc lib.q.11.num.6.

Opinio Lyræ.

3. Nicolaus de Lyra 2.Paralip.16. initio putat annos Asæ locis ex allatis ab eo tempore computari, quo Asa mortuo parente regnum est: at in libris Regum annorum numerum deduci à bello Æthiopico sa feliciter gessit, iam (vt Lyranus opinatur) decennium regnasset, ille 36.quo Baasa regnum Iudæ inuasit, fit 26. à deuictis Æthiopibus. pinionem sequuntur Genebrardus & Vatablus: ex quorum ratiocin gis Asa, quam proponit liber tertius Regum breuior erit decem ann illa, quæ lib.2.Paralip.vsurpatur.

Refutatur

4. Verum hanc supputationem iure respuunt Tostatus & Carth 2.Paral.16. Torniellus & Salianus an.m.3095.num.2.& 4 Sanctius hic nus l.c. Hinc enim *primò*, sequeretur, annum illum 26.quo Baasa finis fuisse 36. à morte Abiæ, & sic Baasam non ante annum decimum regnare cœpisset, ac interregnum 10.annorum inter Nadabum & Baa set, aut certè Nadab annos 12. vel Ieroboamus 32. annos regnasse nullum admitti posse, sacra pagina manifeste indicat. *Secundò* annus octauus Asæ, quo Achab ad regni clauum accessit fuisset quadrage uus Asæ regnantis, & sic Asa post obitum parentis 51.annos regn necessario concedendum esset Baasam non nisi penultimo vel postr vitæ anno bellum regi Asæ intulisse, vt Lyranus sub finem cap.15. & sequentis 2.Paral.interpretatur, ac proinde non facile explicaretur illu 15.v.16.& 32. *Bellum erat inter Asa & Baasa regem Israel cunctis diebus* ficilius illud quod asserunt septuaginta 2.Paral.16.vers.1.de anno 36 quo aiunt regem Israël, vtique Baasam ascendisse in Iudam. Denique falso nititur fundamento, dum pro concesso sumit cum Æthiopibus cimo regni Asa debellatum fuisse. Id ad decimum quintum refert paulo post indicabitur num.9.

Opinio Paludani.

5. Paludanus, vt hunc nodū soluat, duplex initium regni Asa cōfin sub finem anni 11.Roboam, quo Asa ab auo in regni cōsortium assum rit, & huc respexisse Scripturā, quando dixit Baasam anno 36. regni disse in Iudā. Alterum regnandi initiū ab omnibus agnoscitur, & à ducitur, à qua Paludanus numerat annum 26. quo Baasa mortuus vt vult hic auctor initio eiusdē anni bellum Iudæis offensiuum inti opinio facile refelli potest, ex iam dictis *tertiò*, contra Lyran. & hoc

6. At vero plures sunt, qui melius annum illum 36. quo Baasa Iudæos bello *Assertio* lacessuit deducunt à morte Salomonis, quo tempore regnũ Iuda, cui Asa præfuit, à regno Israël constat separatum fuisse. Annus enim trigesimus sextus distinctis Hebræorum in duo regna imperij incidit in decimum sextum regis Asa posthobitum Abiæ regnantis. *Ascendit igitur Baasa rex Israel in Iudam, anno trigesimo sexto regni Asa*, hoc est, regni quod Asa regia potestate clarus administrabat, dicebaturq; aliàs regnum Iuda, & à morte Salomonis originem trahebat. Anno eiusdem regni 46. cum illius habenas Asa iam 26. anno moderaretur, Ela Baasæ in regnum Israëlis successit. Regnauit enim Roboam annos 17. Abia 3. quibus si 26. Asæ imperantis adieceris, peruenies ad 46. Hæc doctrina est Azorij tom. 1. lib. 6. c. 5. Tornielli, Saliani, an. m. 3093. Sanctij 3 Reg. 15. § 18. Petauij lib. 9. c. 55. & anno Periodi Iul. 3761. Mariannæ 2. Paralip. 16. v. 1. Hebræorum in Seder cap. 16. Assentiuntur pleriq; è Sectarijs, vt Bucholc. quarta cura & Calui us an. m. 3004. Capellus an. 4055. cum Beroaldo & Iunio quos laudat.

7. Contra hanc sententiam obijci solet 1. Durum videri & insolens vt anni *Obiectio 1.* alicuius regis numerentur ab alio principio, quam ab eius enthronismo: Asa autem regni sui thronum non conscendit, initio regni Israël. Obijcit 2. Paludanus, *Obiect. 2.* hanc explicationem non aptè cohærere cum rebus sub rege Asa gestis: nam 2. Paralip. 15 post deuictum Zaram Æthiopem, dicitur Asa fœdus cum Domino confirmasse ac pacem per circuitum habuisse, anno decimo quinto regni sui. Ergo, inquit, non est verisimile anno statim proximo, id est decimo sexto tam periculosum bellum ipsi à rege Israël motum fuisse. Obijcit 3. Scriptura distin- *Obiect. 3.* guit annum decimum quintum Asæ, quo ait fuisse initium *longæ & securæ pacis*, ab anno trigesimo quinto, quo fuit finis pacis, vt patet ex loco citato, v. 19. Siquidem mox c. 16. ver. 1. subditur: *anno 16 regni eius ascendit Baasa &c.* 4 Bellum *Obiect. 4.* quod Baasa illo anno 36. Iudæis intulit adeo periculosum erat, vt Asa suppetiàs rege Syriæ flagitaret: ergo bellum illud non videtur susceptum fuisse anno decimosexto Asa regis Iuda. Siquidem anno præcedenti ingentem de Zara prædam retulerat, fusis fugatisque decies centenis Æthiopum millibus, opimis sine dubio spolijs ditatus, quo etiam anno à Propheta confortatus fuerat, idola abstulerat, & fœdus cum Domino restauraverat.

8. Hisce tamen argumentis à data num. 6. interpretatione, non dimoueor. *Ad 1.* Ad 1. obiectionem respondet Salian. id non videri absurdum, quando Epocha annorum qui memorantur insigne quippiã habet & memorabile, quod de æra regni Iuda negari nequit. Et cum Torniello cõfirmat ex 2 Reg. 15. v. 7. vbi Absalon copiam abeũdi in Hebron à Dauide petijsse narratur, anno 40. nõ ab enthronismo Dauidis post Saulis interitũ, sed à 1. vnctione Dauidis per Samuelẽ facta, vel vt alij putant à creatione regis Saulis. Addo quando regis regnantis

anni ponuntur, eos à tempore, quo vel regnare cœperit, vel rex saltem de-
tus fuerit, solere computari: at vero 2. Paralip. cap. 15. v. vlt. & cap. 16. ver.
regis Asa, sed regni ipsius æra signatur, æra, inquam, regni Iuda ab Israël
cti, in quo Asa annum sextum decimum illius eiusdem sui regni mode
ac supremum Principem agebat.

Ad 2. 9. Ad 2. dico eam doctrinam optimè cum rebus ab Asa gestis co
hic enim cum sub regni sui initia, veram religionem promouisset, bella
liqua, in quibus corruerunt vulnerati ex Israel, quingenta millia viro
tium. 2. Paralip. 13. vers. 17. Vrbes aliquot Ephraim in suam potestatem
tum decem annis pacem habuit. Anno decimoquinto suæ regiæ ad
tionis, cum Æthiopibus debellauit, eodemque anno mense tertio so
crificium de Æthiopum præda obtulit, *boues septingentos & arietes sep*
2. Paralip. 15. v. 11. *præstititq; ei Dominus pacem per circuitum.* vers. 15. Be
aduertit Abulensis ad illud cap. q. 1. & 3. & Salianus ad ann. m. 3094.
prælium, prædam, reditum, addo & sacrificium de spolijs Æthiopum
coniuncta, vt nullus annus intercederet, tertioque mense hæc omnia
tur. Anno vero decimosexto regis Asa, bellum ei à Baasa motum est,
erat ita periculosum, quin si Asa cum Deo satis coniunctus fuisset, hoc
re posset.

Ad 3. 10. Ad 3. Scriptura non nisi nomine distinguit annum decim
tum regnantis Asæ, à tricesimo quinto regni ipsius, à morte Salomo
neque ait annum 15. Asæ fuisse initium diuturnæ pacis, quicquid ass
danus, sed tantum, quod *præstiterit eis Dominus requiem per circuitum.* 2. Pa
vers. 15. Deinde ver. 19. *bellum non fuit, vsque ad 35. annum regni Asa.* sub
siuè, ab excessu Salomonis computatum. Anno sequenti Baasa mo
dam, cap. 16. v. 1.

Ad 4. 11. Quartum argumentum solum probat, molem illius belli
tantam, vt Asa opprimeretur, si quam debebat cœlestis auxilij spem
set: alioquin à Deo redargutus non fuisset, nec iustas suæ diffidentiæ p
set, 3. Reg. 16. v. 7. & 9.

Ad opinionē Paludani. 12. Opinio Paludani ex eo etiam minus placet, quod sine effica
Asam ab auo suo in regni societatem vocatum affirmet: rem eius
doque fieri potuisse non abnuo; hîc factam nego.

Res eadem modo ad 36. modo ad 38 annum refertur. 13. Sed nunquid corruptus est textus septuaginta Seniorum 2.
v. 1. qui annum 38. exhibent, vbi Latinus & Hebræus constanter 36.
tant? Quidnam ad huius loci defensionem ex Lyrani & Paludani
responderi possit, non video: anno enim 38. regni Iuda & Israël, sui
Asa, iam è viuis excesserat Baasa. Ex communi vero sententia duo

ostenditur, nempe expeditio Israelitarum in Iudam & munitio oppidi Rama. Zamas & Græcus principium expeditionis notat, Græcus munitionem Rama: quod opus vt Asa disturbaret anno sui principatus 18. munera ad Syrum misit, quibus ille excitatus immissis in Israelitidem copijs regem Baasam cœptũ opus intermittere coëgit, vt insinuat Torniellus num. 4. Simili interpretatione duorum sacræ Scripturæ locorum veritas detegitur, quorum altero Nabuzardan, mense quinto *septima die mensis* dicitur venisse Ierusalem & succendisse domum Domini. 4. Reg. 25. v. 8. altero calamitas ista ad diem eiusdem mensis decimum refertur, Ierem. 52. v. 12. quia Chaldæus vrbem die 7. inijt; 10. ignem Templo iniecit.

III. REGVM XV. v. 33.

Baasa regnat 23. solidos annos.

1. *Anno tertio Asa regis Iudæ regnauit Baasa filius Ahiæ super omnem Israel, in Thersa viginti quatuor annis.* Vltimum horum annorum non nisi inchoatum puto cum Torniello, Saliano, Petauio, Paludano: quia si anno 3. Asa, addideris 23. prodibit annus 26. Asa, quo Baasæ successit Ela. 3. Reg. 16. v. 8.

Documentum notabile.

2. Hinc patet quantum ad Chronographiam conferat legitimus annorum regum Iuda & Israel nexus. Nam si ex Scriptura singillatim colligantur anni regum Israel, vsque ad initium regis Ela exclusiuè; 48. numerabuntur, vtpote Ieroboami 22. Nadabi 2. Baasæ 24. At vero anni regum Iuda vsque ad eundem terminum non nisi 45. absoluti reperiuntur, puta Roboami 17. Abiami 3. Asę 25. siquidem anno 26. Asæ regis Iuda, regnum adeptus est Ela.

Quorundã errores.

3. Hinc etiam quorundam errores deprehenduntur, vt Eusebij, qui Ieroboamo dat 22. annos Chronologicos, Nadabo duos, Baasamo 24. Chronici Alexandrini, quod eundem computum sequitur, & diserte ab initio Ieroboami vsque ad finem Baasæ numerat annos 48. & Abulensis qui 2. Paralip. 14. q. 3. primordia regni Baasami, ad annum quintum regis Asæ differendum existimat, quo errore etiam Fasti Siculi laborarant.

III. REGVM XVI. v. 8. & 15.

Ela regnat non integro biẽnio.

V. 8. *Anno vigesimo sexto Asa regis Iuda, regnauit Ela filius Baasa super Israel, in Thersa, duobus annis.* Hoc biennium non fuisse completum plerique omnes fatentur contra Eusebium & Chronicum Alexandrinum, & paucos forte alios, qui redargui posse videntur ex versiculo decimo huius capitis, quo Zambri dicitur Elam occidisse anno 27. regis Asa. Petauius illo cap. 55. pro Ela vix vllum annum Chronologicum relinquere videtur, dum ait annum vigesimum quartum Baasæ, Zambrio & Amrio communicandum: in tabulis tamen clariori Chronographia, *Ela*, inquit, *rex Israelis solus vno anno regnat.*

Torniellus & Salianus ad an.m.3105.anno Templi 8. adscribunt eum timum Baalæ,& primum Elæ,quibus assentior.Regnum Ela & annum sextum regis Asa ordior anno ante Christum 916. Anno hoc est,935.secundum regis Ela,& vigesimum septimum Asa Anno stum 934.currente adhuc anno secundo Ela, & vicesimo septimo Ela interemptum,Zambri septem dies regem egisse, eoque exulto num Israelis arripuisse.Paludanus Tract. 5. cap. 4. autumat annum Ela,non nisi ad vnum mensem inchoatum fuisse,ipsumque trucidatum quinto anni vicesimi septimi Asa. Verum etsi eiusmodi minutiæ non crem diligentiam redoleant, haud facilè tamen probari possunt, sit parte negentur.

Zambri Rex diebus 7.

V.15. *Anno vigesimo septimo Asa regis Iuda regnauit Zambri septem dieb* Breue hoc & infelix septem dierum regnum anno ante Christum 9 bo,cum annus secundus Ela,& vigesimus septimus Asa necdum effluxerat quamuis anno ante Christum 935. inijsset,vt iam dicebam.

III. REGVM XVI. v. 16. & 21.

V.16.*Cumque audisset rebellasse Zambri,& occidisse regem,fecit sibi regem Amri,qui erat princeps militiæ super Israel in die illa in castris.*

V.21.*Tunc diuisus est populus Israel in duas partes, media pars populi sequeba filium Gineth,vt constitueret eum regem,& media pars Amri.Prævaluit autem erat cum Amri,populo qui sequebatur Thebni filium Gineth: mortuusque est Thebni nauit Amri. Anno trigesimo primo Asa regis Iuda regnauit Amri super Israel, nis:in Thersa regnauit sex annis.* Huc etiam spectat versiculus 10. *Irruens ergo Zambri percussit & occidit eum (Baasam) anno vigesimo septimo A da,& regnauit pro eo.*

Duplex initium Regni Amri.

1.Ex hisce locis manifestè colligimus duplex initium regnandi Amri endum : alterum turbulentum fuit anno 27. Asa regis Iuda, quando Zambri tyrannide populus Amrio regnum detulit;alterum sedatis 31.Asa,quando sublato competitore Thebnio totius populi consensu regni possessionem adeptus est Amri.

2.Isti porro 12.anni,quos Amri regnasse dicitur v.23.à morte Zam tandos esse ex Scriptura intelligimus,totidem enim sunt inclusis anno 27.Asa regis Iuda,quo Zambrium sustulit Amrius,vsq; ad 38. Amrio successit.3.Reg.16.v.29.vt disertè tradit Richardus in Cor porũ Lyranus in hoc caput, Abulensis q.14. Torniellus ad an. m. hic in vers.29. Petauius l.c. Paludanus cap.5.& alij plerique fatentur Salianus,qui an.m.3106.num.1. bene aduertit Asam regem Iuda

vigesimo septimo tres quatuorue reges in Israel vidisse, Elam occisum, Zambri combustum, Amri & Thebni de regno contendentes.

Ela & Amri regnans annos 13.

3 Eusebius & Fasti Siculi Elæ duos annos & Amri 12. Chronologos tribuũt. alij nonnulli, ambobus hisce regibus 12 tantum concedunt: mediam viam tereo, & ab initio regis Ela, ad finem principatus Amri, annos fermè tredecim admetior. Si biennium Ela sibi vendicat, Amri vndecim solum annos complevo & particulam duodecimi retinebit. Vide tabulas expansas, in quibus anno ante Christum 935. noto ineunte annum 27. Asa: quo adhuc labente Amri à militibus rex acclamatus est. Annum 39. Asa inchoatum puto, currente anno ante Chr. 923. quo pariter initium regni Achab constituo anno 38. Asa necdum expleto. Licet enim anno ante æram Christi 924. adnotem annũ 38. regis Asa: non obstat tamen, quo minus pars posterior anni Asa tricesimi octaui, cũ parte prioris anni ante Christum 923. concurrat. Imò aliter fieri non potest, nisi dicamus Asam ipsis Calendis Ianuarij regnum inijsse.

Nexus variorum annorum.

4 Simili annorum dispositione vtitur Petauius (vt alios taceam) ad annum Periodi Iulianæ 3991. ante Chr. 723. Hic est, inquit, annus septimus Osee regis: hunc autem fuisse annum quartum Ezechiæ patet ex 3. Reg. c. 18. v. 9. Eundem tamen quartum inquam Ezechiæ, inchoat Petauius anno Periodi 3990. ante Chr. 724. quia primum annum Ezechiæ auspicatur anno Periodi 3987. ante Chr. 727. Hæc semel insinuasse iuuabit, ne Chronologiæ tyronibus mirum videatur, quod annus certus alicuius regis in meis tabulis notatus cum annis Periodi Iulianæ, aus ante Christi Epocham non omni ex parte congruant. Idem est de annis Olympiadum Vrbis conditæ &c. Pari computatione Torniellus in tabulis anno mundi 3121. notat annum quintum Achab & primum Iosaphat: cui hic regnare cœperit anno quarto Achabi, 3. Reg. 22. v. 41.

III. REGVM XVI. v. 29.

Achab vero filius Amri regnauit super Israel an. 38. Asa regis Iuda, & regnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria viginti & duobus annis.

QVÆSTIO XIII.

Quot annos Chronologicos regnauerit Achab.

Varia opiniones.

1 Plerique authorum, qui hæc tempora subtilius ad calculos reuocant, Achab annos 21. integros tribuunt & partem vigesimi secundi, vt Torniellus & Salianus, qui anno m. 3117. notant ingressum Achabi in regnum: anno 3138. egressum è vita. Petauius etiam illocapite 55. ait Achabum antequam occideretur annis regni 21. expleuisse. Assentitur huic Chronologiæ Palud. tr. 3. cap. 4. quorum opinionem ita sequor, vt enthronismum Achabi inscribam anno

anno ante Christi æram 923. interitum vero 901. Vtrum autem occi-
baro tantum anno regni sui vigesimo secundo, vt volunt aliqui, an ex
velle videntur Eusebius, & auctor Chronici Alexandrini, an deniq
aut saltem labente certo non constat.

Quorundam supputationes falsæ.

2. Fateor tamen difficilia mihi videri quorundam ratiocinia, qui
riodi Iulianæ 3797. exordium Achab collocant; mortem, anno 3817. S
lo anno 3797. inijt primus annus Achabi; anno sequenti, hoc est, 37
& sic deinceps. Hoc autem modo non inchoabitur annus 22. Achabi
num 3818. Periodi: ac proinde Achab ne vno quidem die annum reg
gerit, si anno Periodi 3797. rex factus, anno 3817. occisus est. Simile
puto Caluisij deprehenditur dum initium regni Achab notat anno a
stum 923. interitum 903. sic enim non dat Achabo annos integros,
Nam si anno illo ante Christum 923. aperitur annus primus Achab
eiusdem 22. anno demum ante Christum nongentesimo secundo aper
hunc autem annum ex Caluisij supputatione Achab non peruenit,
præcedenti ex vulnere occubuit & Ioram parenti successit vt disertis
firmat Sethus, idque cyclo Solis 1. Lunæ 9. qui sunt characteres anni
garem Christi æram 905. Eodem parachronismo abutitur Capellus
mordia regni Achab adscribit anno ante Christum 925. finem vitæ
men disertè ait Achabum attigisse annum regni 22. *incluso vtroque term*
qui terminos assignat annum ante Christum 925. & 905. ac proinde
pugnat.

III. REGVM XXII. v. 41.
QVÆSTIO XIV.
De annis Iosaphat regis Iuda.

Scripturæ sententia.

1. *IOsaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iudam anno quarto Achab*
Triginta quinque annorum erat cum regnare cœpisset, & viginti quinque
nauit in Ierusalem. Eadem repetuntur 2. Paral. 20. v. 31 consentientibus
fonte & translatione septuaginta Romanensi, in vtroque loco iam
vero hoc libro cap. 16. post versiculum 28. sic habet: *Et in anno vnde*
regnat Iosaphat filius Asa, annorum triginta & quinque in regno suo, & vig
annos regnauit in Ierusalem. Quæ lectio aut mendosa est, aut indicat Iosa
ria regni initia esse tribuenda, quorum vnum cum anno vndecimo
currerit.

2. Nonnulla Græca exemplaria hoc lib. cap. 22. v. 42. habent Iosa
40. annorum cum regnare cœpisset: sed vel erronea sunt, aut forte
numerum 40. vsurpant neglectis quinquennij fractionibus.

3. Annos porro 25. regni Ioſaphat Chronologicos eſſe, atque adeo à morte Aſa numerandos, communis auctorum ſententia declarat. Vt Euſebij, Sulpitij, Iuliani, Nicephori Conſt. Hilarionis, Chronici Alex. Vincentij, Hermanni Contr. Mariani Scoti, Adonis, Tornielli, Saliani, Petauij &c. *Regnat 25 annos Chronol.*

4. Etſi verò Ioſaphat dicatur fuiſſe 35. annorum, quando regno potitus eſt, & 25. annos regnaſſe: non licet tamen inde colligere totius vitæ illius ſpatium ſexaginta duntaxat annis circumſcriptum fuiſſe. Anni enim 35. ætatis illius referri poſſunt ad tempus aliquod, quo viuente adhuc Aſa regnum Ioſaphato eſt collatum, quod 25. annos poſt obitum parentis adminiſtrauit, vt de Salomone ſupra notaui ex ſententia S. Hieronymi, Mariani Scoti, Abulenſis. Tyronibus autem mirum videri non debet, ſi vni regi plura regnandi initia adſcribantur: id enim communis doctrina adſtruit, quam præter iſtos tres auctores iam laudatos amplectuntur Richardus de S. Victore, Lyranus, Sanctius de Ioa & Ieroboam regibus Iſrael, 4. Reg. 1. v. 17. & cap. 3. v. 1. De ijſdem, de Ioramo filio Ioſaphat, de Ioramo filio Achab, de Iechonia rege Iuda, tradit Petauius lib. 9. ca. 3. Torniellus, Salianus, &c. Imò Paludanus vult regem Aſa regnare cœpiſſe non modo, ab obitu parentis ſui Abiæ, ſed etiam ab anno vndecimo Roboami, in regni ſocietatem parente & auo ſuperſtitibus vocatum. Enimuerò cum Aſa grauiſſæpe bello laceſſitus fuerit, nec miſeram vicini regni cataſtrophen ignoraret, iuſtam habuit cauſam, cum filium Ioſaphatum non modo regni ſocium aſciſceret, ſed ſubditis etiam aſſentientibus ſolium eius confirmaret. Vnde Ioſaphatus per interualla ſæpius regnaſſe merito credi poteſt. Anni verò qui eius regno adſcribuntur ab exceſſu parentis computantur: quod in alijs regibus etiam obſeruatur. *Vnde hi 25. anni proſluant.*

III. REGVM. XXII. v. 52.

Ochozias autem filius Achab regnare cœperat ſuper Iſraël in Samaria anno ſeptimo decimo Ioſaphat regis Iuda, regnauitque ſuper Iſraël duobus annis.

QVÆSTIO XV.

De annis Ochoziæ filij Achab regis Iſraël.

1. CAluiſius anno ante Chriſtum 904. vult Ochoziam, quem Ahaſiam vocat regem Iſraelis à patre deſignatum: anno ſequenti Ioramum fratrem Ochoziæ regnum Iſraelis Achabo parente mortuo adijſſe, & annis 12. adminiſtraſſe. Qua ratione licet Scriptura duos annos Ochoziæ & 22. Achabo deputet, vtriuſque tamen tempus Chronologicum 20. annis completis adſtringit. Annum enim ante Chriſtum 903. quo inchoabatur vigeſimus primus regis Achab, putat primum Ioramfratris Ochoziæ, filij Achab. *1. Opinio Serhi.*

2. Paludani.

2. Paludanus tract. 5. cap. 7. conclusione 5. asserit Ochoziam cum in[illegible]nium ab anno 17. Iosaphat regnasset, alios octo annos vita & regno p[illegible] laudatis in hanc sententiam Historia Scholastica & Hugone Ca[illegible] Reg 22. sub finem & 4. Reg. 8. vers. 16. Et probat: nam Ochozias mo[illegible] anno secundo Iorami regis Iuda. 4. Reg. 1. vers. 17. Atque annus iste [illegible] Iorami distat integris octo annis à fine anni decimi octaui Iosaphat: [illegible] regnauit annos 25. E quibus si 18. tollantur, remanebunt anni septem, [illegible] annus primus Ioram Iudæi adijciendus est, quia anno secundo huius [illegible]chozias Israelites.

3. Tornielli

3. Torniellus an. m 3137. ait annos duos, quibus Ochozias regn[illegible] debere incompletos accipi, & partim viuente, partim interempto ip[illegible] computandos, ita tamen, vt hi duo anni Chronologiam non augeant, [illegible] includantur in annis 22. regni Achab, quorum postremus fuerit tātum [illegible]tus. Nam primordia regni Achab statuit an. m. 3117. finem 3138. quo [illegible]bente, mortuo Ochoziæ Ioramum regem in Israelitide successisse pu[illegible] ferè tradit Salianus, nisi quod anno m. 3139. primum annum Iorami [illegible] consignet. Cui tamen non admodum resistit Torniellus, dum annum [illegible] Iorami maioti ex parte cum anno 19. Iosaphati componit. Fauet Abu[illegible] qui vltimum annū Achabi & secūdum Ochoziæ incompletos fuisse [illegible]tauius idē reipsa tenere videtur: licet enim vnum annum tribuat Och[illegible] tamen non distinguit ab vltimo Achabi, cui & Ochoziæ annos [illegible] Chronologicos impertit. Nam anno Periodi Iul. 3797. regnum Achab [illegible]catur; anno 3818. regnum Iorami fratris Ochoziæ.

Ochozias suo patri superstes fuit.

4. Vt dilucidius videamus, quid hac de re statui possit aduertendum [illegible] Ochoziam parenti suo Achabo reuera superstitem fuisse, vt plerique [illegible]monent, & docet Scriptura 3. Reg. 22. v. 40. *Dormiuit ergo Achab cum pa[illegible] & regnauit Ochozias filius eius pro eo.* Et v. 50. *Tunc ait Ochozias filius Achab ad [illegible]vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus: & noluit Iosaphat.* Et 4. Reg. 1. v. 1. *[illegible]catus est Moab in Israel postquam mortuus est Achab, ceciditque Ochozias per can[illegible]culi sui.* Ex quibus apertè constat Ochoziam aliquanto tempore ab obi[illegible]tis sui Achab superstitem in regno fuisse.

5. Aduertendum *secundò* annum 17. Iosaphat, quo Ochozias regn[illegible] inijsse anno vigesimo Achabi: siquidem annus primus Iosaphat incep[illegible]te anno quarto Achabi: quo fit, vt annus decimus octauus Iosaphat, [illegible]mus in Israel regnare cœpit, inierit anno 21. Achab. Vnde sequitur O[illegible] & fratrem eius Ioramum filios Achab ad regni consortium assump[illegible] adhuc parente: Achab enim annos 22. regnauit.

6. Aduertendum *tertiò*, inter mortem Achab & filij ipsius Och[illegible]

es: gesta, quæ pluſquam annuum ſpatium exigere videantur. Mortuo enim Achabo, Ioſaphat è prælio cum Syris inito reuerſus, habitaſſe dicitur *in Ieruſalem: rurſumque egreſſus eſt ad populum de Berſabee vſque ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deum patrum ſuorum conſtituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda.* 2 Paralip. 19. v. 4. & ſequentibus. Poſthæc congregati ſunt filij Moab & filij Ammon & cum eis de Ammonitis ad Ioſaphat vt pugnarent contra eum &c. cap. 20. v. 1. Quo bello feliciter confecto, partaque vndique pace, vt refertur verſ. 30. *iniit amicitias Ioſaphat rex Iuda cum Ochozia rege Iſrael* verſ. 35. Tum hi duo reges claſſem in Ophir mittendam adornarunt v. 37. Ea claſſe in Aſiongaber diſſipata, ad aliam inſtruendam ab Ochozia inuitatus, non conſenſit. 3. Reg. 22. v. 50.

Geſta Ochozie mortuo Achabo.

7. Hiſce præmiſſis reor Ochoziam regem deſignatum viuo adhuc Achabo anno 17. Ioſaphat: quem ad annum referri non poteſt, quod hic verſ. 40. dicitur *obdormiuit Achab cum patribus ſuis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo*: mortuo autem Achabo, regnauit duobus annis, quibus geſta ſunt ea, quæ iam numero ſexto recenſebam. Ochozias igitur phraſi Scripturæ vſitata bis regnaſſe dicitur, prius anno 17. Ioſaphat: deinde circa annum 20. eiuſdem, mortuo Achabo. Cum autem biennium quo regnauit Ochozias ad illud initium, quo viuo adhuc Parente rex eſt deſignatus, referri non poſſit; ab obitu Achabi computandum erit, cum Euſebio, Faſtis Siculis &c. ſicut aliàs anni regum factis monimentis conſignati à morte prædeceſſorum numerari ſolent.

Illius regni initium duplex.

8. Hinc patet biennio Ochoziæ Chronologiam augeri: quicquid dicat Caluiſius, eſto fortè poſterior annus non omnino expletus fuerit, vt putat Abulenſis.

9. Ratio Paludani facile ſoluetur ex ijs, quæ paulo poſt de Ioramo rege Iuda afferam: hic enim regni aut gubernacula, aut confirmationem accepit anno 21. Ioſaphati, tum anno altero Ochozias è viuis exceſſit & regnum Iſrael Ioramo fratri ſuo reliquit, nempe anno 22. Ioſaphat. Deinde Paludanus exiſtimat Ioſaphatum vno anno citius obijſſe, quam Ochoziam regem Iſrael, cuius contrarium Scriptura inſinuaſſe videtur quando 4. Reg. 1. v. 12. Ochoziam viuendi finem feciſſe eique Ioramum ſucceſſiſſe retulit, tum cap. 2. quædam de Elia quaſi per digreſſionem recenſuit, ac tandem initio capitis 3. ad Ioram filium Achabi hiſtoriæ filum reduxit. Iorami cum Ioſaphato amicitiam ac in bello ſocietatem pertexuit. Nec eſt vlla ratio cur temporis ordinem hic interuerſum putemus, & Paludano credamus aſſerenti annos duos quos ſacra pagina Ochoziæ annumerat, annis Achabi penitus abſorberi; alios verò octo, eoſque Chronologicos, quorum ſacri codices nuſquam meminerunt eidem Ochoziæ tribuendos.

2. Anni illius ſunt Chronologici. Ad rationes Paludani.

Obiectio. 10. Dicet quispiam Ioramus filius Achab regnare cœpit anno 18. Ios[illegible]
4. Reg. 3. v. 1. Ergo iam defunctus erat Ochozias frater eius: vt patet 4. Re[illegible]
Resp. 17. Verum ex dictis liquet hanc illationem non esse legitimam. Ioram[illegible]
rex quidem factus fuerat anno illo 18 Iosaphat, viuo adhuc parente [illegible]
sed ijs mortuis, regnum tenere cœpit anno 22. Iosaphat; & hinc [illegible]
anni 12. regni Ochoziæ in Israelitide.

IN LIBRVM IV. REGVM

CAPVT I. v. 17.

Ioram in Israel bis regnat. *Mortuus est ergo* (Ochozias filius Achab) *iuxta sermonem Domini [illegible]cutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Ioram [illegible]saphat regis Iuda.* Confer hunc versiculum, cum v. 1. cap. 3. [illegible] & colliges duo regnandi initia tribui Ioramo Israelitæ: alter[illegible] 18. Iosaphat quando cum fratre & patre regnauit; alterum quando [illegible] mortuo, regnauit *anno secundo Ioram* Iudæ, qui incidebat in annum [illegible]phat. *Annum* porro istum *secundum Iorami filij Iosaphat*; non posse ab exc[illegible]phat computari, ex dictis constat: Iosaphat enim cum Ioramo rege Is[illegible] Ochoziæ mortem principatum gerentis non modo vixit, sed com[illegible] viribus cum eodem in Moabitas arma sumpsit, vt latè refertur. 4. Reg.

IV. REGVM III. v. 1.

Mortuo fratre 12. annos. *Ioram vero filius Achab regnauit super Israel in Samaria anno decimo octa[illegible] regis Iuda, regnauitque duodecim annis.* Hi duodecim anni non accep[illegible] tempore, quo cum fratre anno 18. Iosaphat regnare cœperat: sed [illegible] pro fratre iam vita functo habenas regni moderandas solus accep[illegible] Abulensis 4. Reg. 9. q. 30. Eusebius, Fasti Siculi, Marianus Scotus, [illegible] Salianus, Petauius. Richardus de S. Victore putat hunc Ioramum [illegible] vnum annum, post fratres vndecim regnasse. Aliqua exemplaria Gre[illegible]ginta Interpretum 4. Reg. 1. post v. 17. aiunt hunc Ioramum reg[illegible] anno 21. Iosaphati, qui si pro exeunte sumatur optimè cum meis rationibus congruet.

* *

IV. REGVM. VIII. v.16. & 17.

Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel, & Iosaphat regis Iuda regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda. Triginta duorum annorum erat cum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. Quod ipsum inculcatur 2. Paral. 21. v. 5. Triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem.

QVÆSTIO I.

De annis Joram regis Juda.

Ioram in Iuda regnat annos 8.

1. HVic Ioramo annos Chronologicos, hoc est, ab aliorum regum Iuda annis distinctos decem tribuit Chronicon Alexandrinum, Michaël Paludanus undecim, & sex menses, Sulpitius octodecim, prout etiam habent quædam Græca 2. Paral. 21. v. 5. Torniellus & Salianus annos 4. & paucos menses. Petauius 4. circiter annos. At vero communis sententia hos 8. annos quos scriptura Ioramo regi Iuda impertit Chronologicos putat. Ita Eusebius, Iulianus, Nicephorus Const. Hilarion, Hermannus, Marianus, Ado, Vincentius, Abulensis, Franciscus Suarez, in 3. p. tomo 1. disp. 6. Sect. 1. Ioannes Mariana in hunc locum, & Sanctius. Quæ controuersia vt decidatur

Fuit patri suo superstes.

2. Aduertendum est, certum ac indubitatum esse hunc Ioram patri suo Iosaphato in regni Iuda administratione superstitem fuisse: nam clarissimè legitur Latinè, Hebraicè, Græcè 2. Paral. 21. v. 1. *Dormiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, regnauitque Ioram filius eius pro eo.* Ex v. 4. *Surrexit ergo Ioram super regnum patris sui, cumque se confirmasset occidit omnes fratres gladio.* Hoc etiam fatentur Chronologi omnes, qui aliquot annos Ioramo post Iosaphati obitum largiuntur. Ex sacris Biblijs certò etiam intelligimus Ioram filium Iosaphat regnasse in Ierusalem octo annos: sed dubium ac controuersum est, *primò*, vnde hi 8. anni putandi sint. *Secundò*, qua ratione dicatur Ioramus rex Iuda anno quinto Ioramj regis Israël regnasse; cùm è contrario Ioramus Israelites mortuo Ochoziæ fratri suo, anno secundo Ioramj regis Iudæ successisse notetur. 4. Reg. 1. v. 17. *Tertiò*, quomodo Ioramus rex Iuda dicatur regnasse anno 5. Iosaphat, cum iste annus non inciderit in annum quintum Ioramj Israëlitæ.

Tria dubia.

Anni regni Ioram non fluunt à 32. ætatis eiusdem.

3. De *primo*, illud pro comperto mihi habendum videtur, hos octo annos non esse ab eo tempore putandos, quo Ioram Iudæus annos 32. natus regni titulos adeptus est; sic enim quadraginta duntaxat annos, vixisset; priuatus 32. rex fuisset. Hoc autem cum sacra Scriptura pugnat, quæ tradit Ochoziam huius Ioramj filium fuisse annorum 42. quando regnare cœpit, 2. Paralip. 22. v. 2. Neque etiam hi octo anni ita digerendi sunt, vt quatuor duntaxat Ioramus parente

mortuo regnauerit, ne in eos calculos incidamus, quos supra vitan-
mus. 3. Reg. 16. v. 29. q. 13. num. 2.

Sed à mortuo Iosaphat.

4. Commodè vero deducuntur ab obitu Iosaphat, quando A-
rami Israëlitæ, Joramus Judæus regnum paternum tenuit adminis-
Nam annus 12. Jorami Israëlitæ, octauus Jorami, adiuncto illius
spatio quo Ochozias in Juda regnauit, eodem ferè termino claudun-
do nimirum Jehu Joramum regem Israël & Ochoziam regem Jud
& vitæ huius statione deturbauit. Ita censent Eusebius, & alij ian
relati. Vide quæ in simili de annis Jechoniæ annoto. 4. Regum 24.
num. 3.

Triplex initium regnandi Ioram.

5. Secundo quæsito facile ex dictis responderi potest: Joram
pius regnare dictus est. 1. anno quinto Josaphat, quando annosus
designatus est. 2. confirmatus aut in regni administrationem admis-
ca annum 21. Josaphat, anno vero sequenti alter Joramus in Israël
tuo fratri successit, Josaphato adhuc superstite. Anno denique quinto
Israëlitæ, mortuo Josaphat Joramus Judæus tertium regnare dicit
est sine parentis consortio regni habenas moderati. Hanc doctrinam
non potest Torniellus, qui ann. m. 3427. ex Scriptura colligit triplex
regnandi, huic Joramo tribuendum esse.

Annus 5. Iosaphat fuit 1. Iorami.

6. De tertio quid sentiam facilis est coniectura. Nimirum Joram
cum patre suo regnare cœpit anno 5. Josaphat: postea regnum pro-
mortuo administrauit anno 5. Jorami Israelitæ. Cum igitur diuersa te
gnandi initia, mirum non est, quod annus 5. Josaphat, cum anno 5. Jo-
raelitæ non concurrerit.

Ætas Ioramí Regis Iuda.

7. *Triginta* igitur *duorum annorum erat Ioram* Iudæus *cùm* anno 5.
rentis sui *regnare cœpisset, &* cum eo 20. circiter annos regnauit: pater
defuncto, *octo annis regnauit in Ierusalem*: proinde ad annum vitæ
facilè peruenit, quandoquidem filium Ochoziam annos 42. natum
redem moriens reliquit.

Iosaphat vixit ad annos 70.

8. Dices id fieri non potuisse: siquidem *Iosaphat erat* 35. *annorum*
re cœpisset, & 25. *annis regnauit* 2. Regum 22. vers. 42. & 2. Paralip.
Ergo anno 5. regni sui, agebat quadragesimum ætatis suæ: quo tempore
videtur filium 32. annos natum habere potuisse. Respon. Iosaphat
norum, non quando parenti successit: sed quando Asa circa
gni sui 31. ipsum Iosaphatum in regni collegam adsciuit; atque ita
cum parente 10. annos eo mortuo 25. regnauerit; vniuersè 35. tot
te regni insignia peregerat, quo fit vt totius vitæ illius spatium

diuarum fuerit, & filius eius Ioramus regnare cœperit, Iosaphato iam quinquagenario.

9. Paludanus tract. 4. cap. 5. Ioramum vndecim annos post obitum Iosaphat regnasse contendit, ob rationes, quibus alibi probare studuit regnum Iudæ stetisse annos 396. Et confirmat *primò*, quia biennium assignatur, quo Ioram palatium contabuit. 2. Paral. 21. v. 19. *Secundò*, à simili: quia sicut Scriptura dicit Ochoziam regem Israel duobus annis regnasse, *cùm tamen*, inquit, *regnauerit plures*: ita licet octo anni Ioramo regi Iuda tribuantur: plures tamen ei potest assignari. *Tertiò*, quia forte Ioramus post octo annos regni, triennium priuatus egit: siquidem ei populus vt regi non parentauit, & filium eius regem constituit. *Opinio Paludani cum trib. argum.*

10. Malo tamen cum authoribus antè laudatis, octo annorum numerum tenere, quem Scriptura Ioramo regi Iuda tertiùm attribuit. 4. Reg. 8. ver. 17. 2. Paralip. 21. v. 5. & 20. Rationes Paludani de 396. annis regni Iuda tolluam suo loco, ad finem regni Sedeciæ. Prima confirmatio sola negatione illationis repelli potest. Licet enim tabes regem biennio debilitauerit, non idcirco annos illius regni mutauit. Deinde hoc modo, non vndecim, sed decem duntaxat anni Ioramo adscriberentur. Ad 2. confirmationem, quilibet respondebit: sicut Ochozias ille non vltra biennium: ita hic Joram nō vltra octennium post parentis obitum regnauit. Denique nego Ioramum triennio degisse priuatum: sic enim triennale fuisset interregnum, nulla id ratione exigente. Quia verò populus à Ioramo auersus erat, ei mortuo iusta persoluere noluit, nec eius filium nisi communibus suffragijs regem habere. *Refutatur*

11. Sunt qui putant 4. Reg. 8. ver. 16. verba illa, *& Iosaphat regis Iuda*, esse superflua, alij deesse, *mortuus est*, alij, non ad annum quintum, sed in communi ad tempus regni Iosaphat referenda. Imò Capellus hunc versiculum ita interpretatur, vt Ioram dicatur filius & Achabi & Iosaphati, propter affinitatis iura, quæ inter duas illas familias intercesserant. Quas interpretationes alijs iudicandas relinquo: eæ ratiocinia mea non turbant. *Ioram 8. annos regnat non 11.*

QVÆSTIO II.

De annis Ochoziæ regis Judæ.

1. TRia hîc examinanda sunt. 1. Quoto anno Ioram regis Israel Ochozias regnum Iuda adierit. 2. Quoto anno ætatis suæ. 3. Quot annos Chronologicos regnauerit.

De primo, sic legimus 4. Reg. 8. vers. 25. *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israel regnauit Ochozias filius Ioram regis Iuda.* At verò cap. 9. v. 29. id anno vndecimo factum dicitur, *Anno 11. Ioram filij Achab, regnauit Ochozias supra Iudã.* Quæ duo *Quoto anno Ioramo regnarit Ochoziæ.*

1. Opinio duo loca variis modis auctores inter se conciliant. Primò vt anno vl
Iorami regis Israël, Ioramus rex Iuda graui morbo affectus regni ad
tionem Ochoziæ filio suo tradiderit: anno vero duodecimo Ochoziæ
parente solus regnauerit. Certum est enim Ioramum regem Iuda, d
regni sui graui corporis ægritudine diuinitus castigatum. 2. Paral. 21. v
no duodecimo alterius Iorami è viuis excessisse. ibid. cap. 22. Hoc
istos textus explicant, Hugo Card. 4. Reg. 9. lit. k. Lyranus ibid. lit.
Torniellus an. m. 3149. Salianus eodem anno num. 7. quam interp
Palud. tract. 4. cap. 6. probabilem fatetur.

2. Opinio. 2. Alij censent Ochoziam mortuo parenti successisse anno vn
rami regis Israel, desinente, & duodecimo instante, sicut Apostol
pes, modo 13. Neronis, modo decimoquarto anno passi dicuntur:
annus ille ciuilis, quo Ochozias regnum accepit, priori parte cum
cimo Iorami; posteriori cum duodecimo concurrebat, vt vult Ho
ctius, & Paludanus l. c.

3. Opinio. 3. Dici etiam potest cum Abulensi. 4. Reg. 9. q. 17. Ochoz
adijsse anno vndecimo Iorami completo, & duodecimo current
plurium sententia Genes. 37. vers. 2. Latinus & Hebræus textus
phum fuisse sedecim annorum; Græcus vero septemdecim, quam
gregem &c.

4 Opinio falsa. 4. Nonnulli vt Richardus de S. Victore existimant Ioramum
rael, vno tantum anno cum fratre regnasse, deinde solum annos 12
lum quo Ochozias in Iuda regnasse dicitur, fuisse duodecimum Ior
regnum Israel cum fratre adierat; vndecimum verò, quàm mort
gnum solus possederat. Verùm hîc modus non placet: nam Iora
plus quam annum cum fratre regnauerat, vt ex dictis de Ochoz
patet, & notat Paludanus. Tres modi præcedentes sunt probabiles.

Conclusio. 5. Nullo verò modo ijs assentior, qui hunc annum duodecim
Israelitæ ab anno 18. Iosaphat, aut vigesimo secundo eiusdem acce
Ioram parenti suo Iosaphato non nisi quadriennium superstes fuer
suis locis annotaui.

De ætate Ochoziæ. 6. De *secundo* quæsito maior est difficultas: siquidem Ochoz
tur fuisse 22. annorum cum regnare cœpisset. 4. Regum 8. vers. 25.
rum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in
bro vero 2. Paralip. 22. v. 2. legitur tunc fuisse 42. annorum. *Quad*
annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in
duplex oritur opinio: quidam enim putant absolutè Ochoziam
non venisse, nisi annos 22. natum. Alij arbitrantur Ochoziam

posset, cum esset 22. annorum, viuo adhuc parente. 2. cum ad annos 42. peruenisset subducto è viuis Iosaphato.

7. Authores prioris opinionis hisce argumentis vtuntur. 1. Quia Ioram huius Ochoziæ parens initio regni sui 32. annorum erat, & octennium regnauit. Ergo non nisi ad 40. ætatis annum peruenit, ac proinde regni immediatum successorem non reliquit 42. annos natum, nisi agnoscas prolem parente biennio seniorem. 2. Iste Ochozias, qui & Ioachaz fratrum suorum natu minimus fuit, 2. Paralip. 21. v. 17. & cap. 22. ver. 1. *Non est autem verisimile* inquit Caietanus, *quod vt 40. annorum fuerit vltimus filius patris non senis habentis multos filios & multos pueros.* 3. Athalia fuit mater Ochoziæ, vt Scriptura diserte tradit. 4. Reg. 11. v. 1. & alibi. Atqui hanc duxit vxorem Ioramus parens Ochoziæ circa annum regnum Iosaphat: hinc autem vsque ad mortem Ochoziæ non nisi 23. anni numerantur. 4. *Iosaphat erat 35. annorum cum regnare cœpisset & 25. annis regnasset* 3. Reg. 22. ver. 41. Sexagenarius ergo mortuus est. Huic ætati adde annos 8. quibus Ioram post fata parentis rex fuit, conficies 68. è quibus si 43. Ochoziæ tribuantur, & 20. Ioramo Ochoziam generanti, colligentur anni 63. Supererunt igitur tantum quinque anni Iosaphati, antequam ei Ioram nasceretur. Quod admitti nullo modo potest. 5. Ioram Israelites non nisi duodecim annos regnauit, & quatuor iam annis regnum administrauerat, quando Ioram Iudææ regnum accepit. Hic ergo non potuit annos 20. viuo parente regnasse. Hanc doctrinam tenent Caietanus 2. Paralip. 22. Torniellus anno mundi 3149. Salianus 3150. numer. 11. Petauius libro 9. cap. 55. numero 10. Paludanus tract. 4. cap. 6. quibus Salianus addit Tursellinum, & è Sectarijs, Scaligerum, Capellum. *1. Opinio cum 5 arg.*

8. Paludanus hanc quæstionem fusius prosequitur & asserit *primò*, Ochoziam moriente parente suo Ioramo non fuisse 42. annorum: quia tot annis non præcesserat Ioram & Athaliæ connubium; & inter suos fratres Ochozias natu postremus fuit. *Secundò*, Ochoziam cum parente 20. annos non regnasse. *Tertiò*, imo nunquam regnasse Ioramo patre suo superstite: quia 2. Paral. 22. vers. 1. narrata morte Ioram, subiungitur: *Constituerunt habitatores Ierusalem Ochoziam filium eius minimum regem pro eo.* Vrget vocem *constituerunt*, *quæ si proprie accipiatur*, inquit, *præsupponit carentiam.* Quod duplici exemplo confirmat, puta Eliachim, quem Pharao regem in Iuda *constituit*, & Sedeciæ quem Nabuchodonosor regem etiam *constituit*, vt Scripturæ diuinæ testantur 2. Paralip. 36. ver. 4. & 10. Sicuti igitur quando hi duo reges constituti sunt, eam dignitatem non ante vllo modo habuerant: ita de Ochozia censendum videtur. *Quartò* Ochoziam non nisi vnum regnandi initium habuisse. *Quintò* eum regnare cœpisse circa medium anni vndecimi Ioram filij Achab, ita vt annus *Opinio Paludani.*

ille vnus quo regnauit Ochozias, partim cum 11. partim cum 12. anni concurreret.

Radix difficultatis. *1. Explicatio parum idonea.*

9. Id verò quod omnibus auctoribus maximè negotium facessit, cus ille 2. Paral. 22. *Quadraginta duorum annorum erat Ochozias, cum* set, cuius variæ interpretationes afferuntur. *Prima* est Hebræorum cap. 17. qui hosce 42. annos ab eo tempore ducunt, quo inter regis rael affinitas contracta est, quando Iosaphat duxit filiam Amri, hoc do Ioramus filius Iosaphat duxit Athaliam filiam Achabi, neptem rum hæc interpretatio parum ad rem facit, nisi sub idem tempus, circiter mense ab illis nuptijs natus sit Ochozias.

2. Explic.

10. *Secunda* interpretatio affertur à S. Hieronymo in quæst. Paralip. *Ipse Ioram, inquit, qui hic 40. annis vixisse describitur, & 8. annis annos 40. & regnauit 28. Octo enim anni, qui ei in regno tribuuntur ipsius fratres occideret, cum adhuc innocenter viueret: viginti vero anni, quibus numero eius auferuntur, quia in languore & tribulatione deduxit eos: ideo buuntur, qui non amplius quam 22. annos habens regnasse perhibetur, ut de summa remanentes errorem indagini temporum facerent. Ochozias enim nis, vno tantum anno regnauit. Collatio enim lectionis libri Regum hunc stioni magnum præbet auxilium.* Eadem habet Lyranus, Hugo Card. Ca-

Refutatur

nus &c. Sed contra hanc expositionem occurrit 1. Si ad dirigendam rum indaginem sacra Scriptura aliquid de regno Ioram tollere, & transcribere voluisset, eos annos non vitæ, sed regno Ochoziæ adiec rationes annorum colligatur ex spatio temporis, quo singuli reges, non sed regnauerint. 2. Scriptura ter occinit *Ioram fuisse 32. annorum cum* set: si ergo viginti octo annos regnauit, non quadragenarius sed ser obijt. Si autem 28. annos regnauit, nec nisi 40. vixit: ergo 12. anno non vir 32. annos natus ad regnum accessit. 3. Sermo diuinus indicat non post 8. annos regni, sed mox, vt regnum sibi firmatum vidit fra medio sustulisse. 2. Paral. 21. v. 4. At neque 20. annos in languore dux nium tantum, ib. v. 19.

3. Explic.

11. *Tertia* explicatio est Cajetani, Tornielli, Saliani, Petavij & ca aliorum, qui suspicantur codices libri 2. Paralip. qui Ochoziæ 42. an bunt deprauatos esse, quod conijciunt, tum ex rationibus num. 7. 2. ex eo, quod licet textus Hebræus, interpres Latinus, editio 70. Regg. plutensis sibi 42. annos exhibeant: reliqua tamen exemplaria, vel 22. p cum Sixtina editione 20. tantum, vt notat Salianus. Fauet Menochius 8. v. 26. vbi hanc opinionem refert, nec refutat, sed addit alias explicatio afferuntur magnis vrgeri difficultatibus.

12. *Quarta* expositio est Paludani, qui nullam omnino deprauationem in textu Latino admittendam censet, ob rationes, quas adfert tract. 1. cap. 4. quarum præcipua est decisio S. Congregationis Cardinalium sub Greg. XIII. apud Turianum 2. 2. disp. 22. dub. 4. quæ consulta super mente Tridentini Sess. 4. respondit, *nihil posse asseuerari, quod Latinæ vulgatæ editioni repugnet, etiamsi sola esset paruula, seu clausula, aut membrum aut syllaba iotaue vnum.* Vnde colligit nihil de numeris annorum in Latina editione mendosum esse; illis vero quadraginta duobus annis, de quibus agimus, ait non significari ætatem Ochoziæ sed parentum eius. q. d. Filius parentum 42. annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset: hoc est, quando Ochozias ad regni fastigia euectus est, genitor eius erat quadraginta duorum & mater totidem annorum. Aut verba illa: 42. *annorum erat*, parenthesi includantur, & ad nomen Ioramı, quod proximè antecedit referatur hoc modo: *regnauitque Ochozias filius Ioram* (42. *annorum erat*) *Ochozias cum regnare cœpisset.* Attamen hæc interpretatio paucos, vt reor adstipulatores habebit. Verba enim Hebræa & Græca, istum sensum non magis patiuntur, quam illum, quem ex S. Hieronymo retuli & explodit Paludanus, Latinamque editionem miro modo torquet, vt consideranti manifestum est. *4. Explic.*

13. *Quinta* supputatio hosce 42. annos accersit ab eo tempore, quo Amri proauus maternus Ochoziæ regnum pacificè obtinuit, & vt aliqui putant regni sedem in Samaria constituit. Inde 8. annos Amri, in pace regnanti. Achabo cum Ochozia filio 22. Ioramo 12. tribuunt: ex quibus 42. anni conflantur, quos hæc opinio non tam Ochoziæ cuius annos inquirimus, quam auo eius Amrio inscribit. Hanc explicationem non multum auersatur Genebrardus, admittit Serarius, clarè tradit Tremellius 2. Paralip. 22. v. 2. *Regnauit*, inquit, *Ochozias filius Ioram regis Iuda, cuius matri nomen Athalia filiæ Amri agentis 42. annum, cùm Ochozias regnaret, qui vno anno regnauit Ierosolymis.* At verò quicquid sit de horum 42. annorum origine, dura est, nec parum audax ista verborum transpositio & interpretatio. Annos enim istos Scriptura perspicuè ad Ochoziam refert, non ad Amri, qui fuit proauus maternus Ochoziæ, &, iam triginta & aliquot annis prius obierat, quam Ochozias iste vno anno regnaret. Nec video quomodo Amri octennio ante suum obitum Regiam transtulerit in Samariam, cum sex annos in Thersa; vniuersè duodecim regnauerit. 3. Reg. 16. v. 23. *5. Explic.*

14. *Sexta* huius loci expositio nullum mendum in Latino, nullum in Hebræo textu inesse putat: sed plura regnandi initia tribuit Ochoziæ: alterum viuo parente & auo cum esset 22. annorum de quo 4. Regum 8. vers. 25. alterum patre vita functo cum ad annum ætatis 42. peruenisset, vt legimus 2. Paralip. 22. ver. 2. Hoc modo regnauerit parente superstite annos 20. exinde vnum nec *6. Explicatio ceteris præponitur.*

ipsum completum. Hanc sententiam refert Abulensis 4. Regum 8. q. propugnat Franciſc. Suarez 3. p. diſput. 5. Sect. 1. Azor tomo 1. lib. 6. cap. Gordonus tomo 1. Chron. Emmanuel Sa, 2. Paral. 22. Sanct. 4. Reg. 8. Hæc doctrina è diametro pugnat cum tertia explicatione, cum cæt. in eo conuenit quod textum Latinum, Hebræum, Græcum Regum S. plutenſem ab errore vindicet: diſſentit tamen in modo explicandi lum 2. Paralip. reliquæ enim opiniones negant Ochoziam regnaſſe num ætatis ſuæ 42. hæc autem duo regnandi principia Ochoziæ aſſig giuſculo 20. annorum ſpatio inter ſe diſſita. Quod minimè inſolens bet, cum id in pluribus alijs regibus contigiſſe plerique fateantur, v 3. Reg. ... q. 14. & q. 7. num. 7. & dicemus Deo fauente 4. Regum 9. 11

Notand. 1. 15. Vt autem probabiliter ad difficultates, quibus hæc opinio ſponderi poſſit, meminiſſe oportet *primò*. Matrem Ochoziæ fuiſſe 3. Reg. 11. v. 1. filiam Achab, vxorem Iorami filij Ioſaphat. 4. Reg. 8. tamen vocari filiam Amri ibid. v. 26. & 2. Paralip. 22. v. 2. eo ſcilicet poſteri Iſraëlis, vocantur eius filij: quia Athalia erat Amri ex filio nepo intelligimus duorum regum familias affinitate coniunctas fuiſſe, nempe mum Danid & domum Amri.

Notand. 2. 16. Aduertendum *ſecundò*. Amri initio regni ſui difficilem habu adminiſtrationem: cùm enim militiæ præfectus bellum cum Philiſtæ ret, rex ab exercitu acclamatus eſt, mox Zambrium ſuſtulit, qui ſeptem bus occiſo Ela rege, regnum Iſraeliticum inuaſerat. Cum Thebnio regnum pariter aſpirante de ſumma rerum contendit, ac tandem am regis Iuda, Amrius ſublato æmulo in quietam regni poſſeſſionem v 50. circiter anni à regnorum Iuda & Iſrael diſtractione effluxiſſent. N rabat Amri quam volubilis eſſet regni ſui rota, è cuius faſtigio Baaſa mi ſtirpem detraxerat, mox Baaſæ filium Zambrius deiecerat, Zam Amri de regio ſolio in deſperatum rogum impulerat. Meritò ignis ſuæque domui timere, & pacem affinitate firmãdam, cum regibus re poterat, vt hoc modo ſuæ proſapiæ conſuleret. Quam ad pacem tem veriſimile eſt regem Aſa vtpote iam decrepitum ac minus cor conſenſiſſe, quandoquidem annis ſuperioribus adeo Baaſam Iſra regem extimuerat, *vt omne argentum & aurum quod remanſerat in Domini, & in theſauris domus regiæ mitteret ad Benadab regem Syriæ*, ad tra regem Iſraël obtinendas. 3. Reg. 15. v. 16. & ſeqq. Fac igitur coaluiſſe, quando Amri mortuo Thebnio regnum Iſraelis adijt, neptem Amri Ioramo Aſæ nepoti nupſiſſe, & poſt vnum circiter chaziam in huius vitæ lucem veniſſe; ſic fiet, vt Ochozias poſt annos 42. natus regno potitus ſit.

17. Qui hanc nostram opinionem sequi voluerit, num. 14. explicatam; ad ea quæ n. 9. & 10. allata sunt respondere poterit, quadraginta duos annos Ochoziæ deduci, non præcisè ab affinitate inter domum Dauid & Amri contracta; sed à natiuitate Ochoziæ paulo post secuta. Deinde illos 20. annos, quibus Ochozias viuo parente regni titulis insignitus erat, non turbare Chronologiam, quia partim annis Iosaphat, partim annis Iorami absorbentur. *Ochozias 20. annos cum patre regnauit.*

18. Ad primam & quartam rationum num. 7. allatarum supra responsum est cum de Ioramo rege Iudà disputaretur. Nempe Ioram sub finem anni 5. Iosaphat fuisse 32. annorum, quando cum Patre regnare cœpit: ipsum verò Iosaphat regem designatum cum esset 35. annorum; 30. aut 31. anno Asæ adhuc viuentis, quando Athalia Ioramo vel nupsit, vel Ochoziam peperit. Regnauit autem Iosaphat cum patre annos circiter 10: parente mortuo 25. vniuersè non pauciores quam 35. *Ad 1. & 4. explicationem.*

19. Ad 2. rationem, omnes fatentur Ioramum regem Iudà, per 22. annos licet plures simul vxores haberet, nullam prolem masculam suscepisse: quo concesso mirum non est, Ioramum istum, ita corpore constitutum fuisse vt masculum non generaret. Da mihi virum, qui in polygamia per 22. annos, ex nulla uxorum melioris sexus sobolem sustulerit, quod omnes de Ochozia fatentur: dicam sine temeritate eum aliquo vitio laborare, quo minus proles mascula ab eo procreetur, etiamsi alios 22. annos matrimonio vtatur. Esto non semper eo defectu caruerit. *Ad 2. explicationē.*

20. Ad 3. Athalia non anno septimo Iosaphat, sed 31. Asa nupsit Ioramo, quibus nuptijs Amri partum sibi suæque familiæ regnum stabilire volebat. *Ad 3.*

21. Ioramus non nisi octo annos parente mortuo regnauit: eo viuo plures regnauerat. Ochozias pariter cum mortuo parenti successit erat 42. annorum, vt notatur in Paralipomenis: at verò ante annos 20. in regni cōsortium ab auo & parente accitus fuerat, annos natus 22. vt habet liber quartus Regum.

22. Asserta Paludani num. 8. allata, non admodum authentica sunt. Primū, secundum, quartum absolutè negari possunt, & dici, affinitatem inter Dauidis & Amri domos initam 43. annis ante obitum Ochoziæ.

23. Ad tertium assertum dicent sextæ interpretationis patroni, duobus modis reges constitui. 1. sine præuia designatione, quando simul eis & regia dignitas & gubernatio traditur, vt in Ioakim & Sedeciâ factum. 2. quando illi qui antea reges erant designati confirmantur, aut ad regni gubernationem admittuntur, vt de Ioramo rege Iuda fatetur cum alijs Paludanus, & hoc secundo modo Ochozias mortuo parente rex constitutus videtur. Nec est, quod vis ponatur in verbo *constituere*: non enim omnimodam carentiam significat, satis est, quod connotet carentiam confirmationis, aut actualis administrationis; siue

iuris in re. Nõ est autem improbabile Athaliam, cuius auus, parens, fra[illegible] Israelis fuerunt, habitam cæteris Iorami vxoribus nobiliorem, suo filio [illegible] uis fratrum, (non vterinorum) natu minimo, regni successionem obtin[illegible] clamante forsitan maiori populi parte: postea verò cum & parens & fr[illegible] choziæ interijssent, populus ipsum Ochoziam vnanimi consensu regn[illegible] runt, hoc est, in regni possessionem & gubernationem admiserunt. Pro [illegible] loco citato habemus, *cõstituerunt*, in Hebræo est *iamlicha*, *regnare fecerunt* [illegible] bo sacra pagina vtitur 1. Reg. 11. v. 15. vbi vulgatus habet *regem fecerunt* [illegible] Saulem: cum tamen certum sit, eo loco non esse sermonem de prima [illegible] gis electione; sed de confirmatione. Idem est de Ochozia cum post [illegible] rentis *rex constitutus* dicitur, in Paralipomenis.

De annis regni Ochozia. 2. De tertio quæsito, quot nimirum annos Chronologicos regnau[illegible] zias duæ videntur esse opiniones: quarum altera annum integrum da[illegible] Ochoziæ. Ita Eusebius, Iulianus, Nicephorus Const. Hilarion, Sulpi[illegible] mannus Contr. Chronicon Alexand. Marianus, Ado, Vincentius, [illegible] quorum rationes in Synopsi, prima editione annotaui. Altera verò [illegible] nus intricata habet ratiocinia, dum Ochoziam post mortem parent[illegible] menses, non integrum annum in viuis fuisse autumat, ita vt vnus ide[illegible] nus Chronologicus fuerit Iorami Israelitæ, & ille quem Scriptura [illegible] choziæ. Sic docet Torniellus, an. m. 3150. num. 1. Salianus num. 2. Pe[illegible] ludanus &c. Hac ratione in Tabulis expansorum annorum Ioramo [illegible] Ochoziæ vnum inscribo. Vtram quisque volet opinionem sequatur.

1. Opinio.

2. Opinio.

Conclusio.

IV. REGVM VIII. v. 25. & 26.

V. 25. *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias* [illegible] *regis Iuda.* Facilis est interpretatio eorum, qui hunc annum duo[illegible] putant inchoatum. Alij aliter interpretantur, vt dixi quæst. præced. [illegible] 26. *Viginti duorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpisset,* (subaudi [illegible] parente, & auo) *& vno anno regnauit in Ierusalem,* nempè solus post [illegible] rentis, cum ante annos 20. rex à parente & auo designatus fuisset.

IV. REGVM IX. v. 29.

Moritur Ochozias & Iehu regnat.

ANno vndecimo Ioram filij Achab, regnauit Ochozias super Iudam, [illegible] Israel. Commodè hic annus vndecimus pro completo accipi [illegible] decimo iam inchoato: quanquam & aliæ sunt probabiles, huius loci [illegible] tationes relatæ q. præced. num. 2. & seqq. Ex hoc loco intellig[illegible] dem anno Iehu regnare cœpisset, quo Ochozias in-

terijt.

IV. REGVM. X. v. 36.

Dies autem quos regnauit Iehu super Israel, viginti & octo anni sunt, in Samaria. Hi 28. anni ex communi auctorum sententia Chronologici censentur, vt notant, Eusebius, Chronicon Alexand. Marianus Scotus, Torniellus, Salianus, Petauius, Paludanus, &c. quibus tacitè assentitur Abulensis sub finem huius capitis, disertè verò è Sectarijs, Caluisius an. m. 3088. Bucholceri, Capellus, &c. Hinc à vero aberrat Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 8. dum asserit Iehu 27. duntaxat annos regnasse, vt notant nonnulli ex auctoribus iam laudatis. *Per 28. annos.*

IV. REGVM XI. v. 3.

1. *Eratque cum ea sex annis, clam in domo Domini: porrò Athalia regnauit super terram. Anno autem septimo misit Ioiada.* Hic septimus annus à morte Ochozię putatur. Vnde nonnulli septem annos Athaliam regnasse scribunt, vt Eusebius, Iulianus, Nicephorus Const. Ado: Sulpitius autem ferè octo. Alij quibus assentior huic Reginæ sexennium Chrologicum attribuunt. Iulius Hilarion, Fasti Siculi, Hermannus, Marianus, Vincētius, Tostatus, Torniellus, Sanctius, Salianus, Petauius, Paludanus. Id quod ipsa de anno septimo attigit, annis Ioæ absorbetur. *Athalia regnat 6. annos.*

2. Huc spectant, quæ habentur 2. Paralip. 22. extremo. *Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.* Et initio capitis 23. *anno autē septimo confortatus Ioiada.* Et c. 24. v. 1. *Septem annorū erat Ioas cum regnare cœpisset.* Nec refert 1. quod quidam Latini codices ad finem illius c. 22. addant Athaliam septem annis regnasse: dici enim potest vel id de annis inchoatis intelligi, vel eam additionem non esse authenticam, siquidem nec in Latinis Sixti, nec in Hebræis, nec in Græcis exemplaribus reperitur. *Septimo anno interijt.*

3. Nec refert 2. quod translatio Græca Sixti V. auctoritate edita 2. Paral. initio c. 23. habeat, *anno octauo* confortatum Ioiadam. Nam eadem editio ibidem notat *in plerisque* subaudi Græcis *haberi, anno septimo.* Quod ipsum monet Nobilius in eundem locum, & patet ex alijs editionibus. Quod *si vtrumque esse non potest verum, ei linguæ potius credatur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio,* vt alibi retulimus, ex S. Augustino 15. ciuit. 13. & S. Hieronymo tomo 3. epist. 132. ad Vitalem, præsertim cum Latina vulgata Sixtina habeat: *anno septimo confortatum.* At fortè septuaginta eo loci ad ætatem Ioæ respexerunt, qui erat septem annorum, atque adeò agebat octauum, quando hæc gerebantur. *Octauo ætatis Ioa.*

IV. REGVM XII. v. 1.

Anno septimo Iehu regnauit Ioas: & 40. annis regnauit in Ierusalē. Hinc colligimus totam *Ioas regnauit 40. annos, vixit 47.*

totam vitæ ipsius Periodum fuisse 47. annorum: siquidem septem m
erat, cum regnare cœpisset, 4. Reg. 11. v. 21. ijdemque anni tum vitæ, tum
repetuntur. 2. Paralip. 24. v. 1. Nec est vlla ratio, quæ plura regnandi
Ioæ tribuenda suadeat. Hi porro 40. anni quos regnauit Ioas, ab Eu
liano, Nicephoro, Sulpitio, Adone, & alijs auctoribus cap. præced. n
censitis Chronologici habentur; nec video argumentum, aut scriptor
auctoritatem cur ab hoc computo discedamus, quicquid Calui
lus remurmurent, vt dicam cap. 13. v. 1.

IV. REGVM XIII. v. 1.

Ioachaz regnat an. 17.

1. ANno vigesimo tertio Ioas filij Ochoziæ regis Iuda, regnauit Ioachaz filius Israël in Samaria decem & septem annis. Solum 16. annos Christ
huic Ioæ concedunt Torniellus in Tabulis, anno mundi 3179. & 3197
eodem anno, num. 1. Petauius illo cap. 55. Quia Ioas filius huius Ioa
nauit annos sedecim, vt habetur hoc capite v. 10. & Amasias quindec
vixit post obitum Ioasi regis Israel. 4. Reg. 14. v. 17.

Forte non integros.

2. At verò licet hoc modo anni Ioachaz & sequentium regum d
sint: si quis tamen Ioachazo annos septemdecim dederit, & filio
quindecim, non obstabit, quin Amasias mortuo Ioaso vsq; ad annum
quintum superstes fuerit, vt patet ex meis tabulis expansis in quibus
mus Oziæ pariatur decimo sexto Ieroboami ab obitu Ioæ comput
eos non carere omni ratione qui dixerint aliquid ad annum 40. Ioa
posse, si Athaliæ sex tantum anni adscripti fuerint, & sic annum pri
siæ inchoatum anno secundo Ioæ Israelitarum regis expirante.

Ioas & Ioachaz regnant 32. annos.

3. Existimo igitur liberum esse, aut Ioachazo 17. & Ioaso 15. ann
nologicos, aut vtrique singillatim 16. tribuere. Bene tamen aduerti
eos Chronographos decipi, qui in recensendis annis regum Israel
annos decem & septem integros tribuere solent, & Ioas filio e
qui simul faciunt 33. cum reuera anni quos ambo regnarunt *simul* n
rint tantummodo 32. Hæc ille, cui Salianus & Petauius assentiuntur.

Error Iosephi & Mariani.

3. Errat autem Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 9. dum ait anno Ioas
primo Ioachaz filiũ Iehu apud Israelitas & Samariam parenti succe
enim vigesimo tertio id Scriptura tribuit. Est etiam error apud
Scotum ad an. m. 3323. vbi sic legimus: Hebræorum Israel 10. Ioa
Iehu, in anno 22. regni Ioas incipiens, regnauit annis sedecim tem
Nam Iosephus ei annos 17. tribuit, loco iam allegato.

IV. REGVM XIII. v. 10.

1. *Anno trigesimo septimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz, super*

Regnauit sedecim annis. Ex dictis patet, hos 16. annos esse Chronologicos, si Ioachazo parenti istius, tantum 16. anni tribuantur; si verò Ioachaz 17. annos habuerit; Ioæ non nisi 15. relinquentur. Siquidem totidem post Ioæ Israelitarum regis obitum vixit Amasias. *Ioas Israelita regnat 15. aut 16. annos.*

2. Abulensi 4. Reg. 14. q. 3 sacræ Scripturæ textus hoc loco corruptus videtur, & pro trigesimo septimo, legendum trigesimo nono. Verum numerus 37. quem sermo diuinus hic exprimit, retinẽdus est, & duplex regnandi initiũ Ioaso Israelitæ tribuendum; alterum anno Ioæ regis Iuda trigesimo septimo, quando Ioachaz Israelites filium Ioasum anno principatus sui 15. in regni socium adlegerat alterum, anno Ioæ Iudæi 39. quando Ioas parenti mortuo in Israelitide successit, & ab hoc secundo regni aditu oriuntur anni 16. quibus eum regnasse sacra narrat historia. Ita docent Petauius lib. 9. cap. 55. §. Hæc historiæ. Salianus an. m. 3193. num. 5. Nec obstat, inquit, quod Scriptura 4. Reg. 13. v. 9. prius dicat dormisse Ioachaz cum patribus suis, quàm mẽtionem faciat regni filij eius. Seorsim enim de vtroque agere voluit, nec inserere res filij in narratione patris, præsertim cum cursim de vtroque ageret. Idem clarè docet Torniellus an. m. 3193. numer. 1. laudatque in hanc sententiam (cui subscribo) Caietanum, Richardum de S. Victore, Auctorem historiæ Scholasticæ. *Duplex habuit initiũ regni*

3. Hinc deduco 1. rationes eorum accuratas non esse, qui sine vlla declaratione sacræ Scripturæ verba secuti, Ioachaz dant annos 17. Ioas 16. Quod faciunt Eusebius, Chronicum Alexandrinum &c. *Corollariũ*

4. Deduco 2. errare Sethum Caluisium dum anno m. 3098. annum Ioachar regis Israel decimum quartum auspicatur, sequenti vero anno, nempe ante Christum 849. Ioæ regis Iuda trigesimum septimum inchoat, & Ioam regem Israelà parente coronatum asserit; anno demum proximo, hoc est, ante Christum 848. Ioachaz mortuum. Sic enim non attigisset Ioachaz annum regni decimum septimum, ad quem tamen eum peruenisse sacra pagina testatur. Idem esto iudicium de Capello, qui reipsa non nisi 15. annos Chronologicos Ioachazo concedit. Melius suos calculos disposuit Funccius, dum annos 17. Ioachazo; Ioæ verò eius filio 15. absolutos dedit. *Error Sethi & Capelli.*

IV. REGVM XIV. v. 1. & 17.

1. IN anno secundo Ioas, filij Ioachaz regis Israel regnauit Amasias filius Ioas regis Iuda. Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset, viginti autem & nouem annis regnauit in Ierusalem. Capellus anno m. 3152. sic scribit: *Amathias 25. annos natus rex coronatur, regnatque annos vnde triginta, cum patrem eius Ioasum occidissent coniurati:* anno autem præcedenti notarat tricesimum septimum eiusdem Ioasi. Vnde liquet ex eius doctrina Ioasum anno 38. regni sui occisum esse; cum tamen sacræ *Amasias regnat annu 29.*

literæ disertè significent Ioasum annos 40. regnasse: quod ipsũ fatem[ur] an. m. 3115. vbi initium regni Ioæ Iudæi constituit: inde autem vs[que] ad quadraginta anni nõ reperiuntur. Secũ igitur, & cũ verbo Dei pugnat[...]

Opinio Sethi. 2. Sethus Caluisius in 3. edit. an. m. 3100. qui est ipsi trigesimus septimus regis Iuda fatetur Amasiam à parente in regni societatem receptum, annos Amasiæ computat. Quod si ritè faceret, Ioas Iudæus nonnullis Chronologicos principatum obtinuisset. Pauuel in VII. Scopulo duos 38. completos.

Et Pauuel reijcitur.

3. Sed nullam hi sectarij causam idoneam afferunt, cur sententia co[mmunis] quæ annos 40. Ioasi & 29. Amasiæ Chronologicos esse pronunciat, [...] Ita censent Eusebius, Sulpitius, Iulianus, Hermannus, Nicephorus, [...] Marianus, Fasti Siculi, Vincentius, Tostatus, Torniellus, Salianus, [...] Paludanus: ad quos nonnulli etiam à Nouatoribus accedunt, vt [...] quarta cura Bucholcerorum, Alstedius.

V. 17. *Vixit Amasias filius Ioas rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioa[chaz] Israel, quindecim annis.* Eadem habentur 2. Paralip. 25. v. 25.

QVÆSTIO III.

De annis Amasiæ regis Iuda.

1. Opinio eum 3. arg. 1. SVnt qui putant Amasiam post mortẽ Ioas Israelitæ vitam in annos [...] duxisse: quam opinionem enixè propugnat inter recentiores [...] tract. 4. c. 9. probatque *primò*, quia plerique codices Latini, hoc loco, [...] rectionem Sixti V. referebant, Amasiam defuncto Ioaso, vixisse annos [...] quinque. Ita legerunt Lyranus, Richardus à S. Victore, Hugo Card. [...] Benedicti, Louanienses in suis Biblijs editis anno 1573. cum translatione [...] ronymi Regia & Complutensi: Durum autem videtur lectionem [...] dem passim receptam arguere falsitatis. *Secundò* 4. Reg. 14. v. 22. & 2. Par. [...] v. 2. de Ozia dicitur: *ipse ædificauit AElath, & restituit eam Iudæ, postquam dormi[vit] cum patribus suis.* Quibus verbis quidam insinuari autumant, Oziam [...] Amasia regnasse decem annos, sed Ælath Iudæ non asseruisse, nisi eo [...] sublato. *Tertiò*, quia 4. Reg. 15. v. 1. Ozias regnasse dicitur anno vigesi[mo] Ieroboam regis Israel. Censet autẽ Paludanus Amasiam post obitum [...] vixisse annos integros 25. & sic ferè attigisse annum 27. Ieroboami, [...] mortem Ioasi Amasias annos 15. regnauerit, tum regno exutus in La[...] cennium hæserit, eoque exacto tandem peremptus fuerit. Cum igitur [...] ra narrat Amasiam post mortem Ioas annos quinos denos vixisse, [...] regno transacta intelligendum esse contendit, omissis decem annis [...] ptruatim traductis.

2. Altera interpretatio, quam admitto, censet lectionem Latinæ editionis Sixto V. & Clemente VIII. vulgatæ retinendam esse, & sic Amasiam post annos quindecim ab excessu Ioas, non regnandi solum, sed & viuendi finem fecisse. Ita docent Abulensis, Caietanus, Torniellus, Salianus, Sanctius hic nu. 21. Nam fatentur aduersarij hunc quindecim annorum numerum in omnibus omnium linguarum codicibus exprimi 2. Paralip. 25. v. 25. libro autem 4. Reg. eundem in omnibus Græcis, nonnullis Latinis antiquis, Hebræis ferè omnibus, ac in primis Sixtina editione haberi. Quo igitur sensu in Paralipomenis Amasias quindecim annis vixisse scribitur, eodem, libro 4. Regum legi & accipi debet, vt mox clarius ex argumentorum prioris opinionis solutione palam fiet: iunctis ijs, quæ ad initium cap. sequentis adnotabo. *2. Opinio vera.*

3. Ad primum argumentum facillima est responsio, lectionem illam, quam nonnita pridem receptam asserit Paludanus, iam olim reiecerunt Hebræi codices, vt fatetur Lyranus 4. Reg. 14. lit. t. Græci nunquam admiserunt, Nouatores explodunt, expungendam nuper Sixtus V. & Clemens VIII. decreuerunt. Durum est eam lectionem propugnare, quam causa ritè examinatâ, Ecclesiæ auctoritas à sacris codicibus remouendam censuit. *Ad 1.*

4. Ex secundo argumento, duo tantum colliguntur, quisnam & quo tempore Ælath regno Iudaico recuperarit, nempe Ozias post mortem parentis. Addunt Torniellus an. m. 3225. nu. 5. & Salianus an. 3229. hoc fuisse primum opus Oziæ post Amasiam vita spoliatum, idque indicari illis verbis, *ipse ædificauit Ælath*: fieri autem potuisse, vt ipse tanquam regis filius, licet rex non esset, prius aliqua alia ad regni gereret incrementum. *Ad 2.*

5. Tertium argumentum Paludano non seruit: nam licet Amasias annis viginti quinque Ioasum Israelitam viuendo superasset; Ozias tamen non anno 27. sed 26. Ieroboami Amasiæ defuncto successisset, aut certè vnius adhuc anni circiter spatium intercessisset, quod tamen Paludanus admittere non potest; siquidem illo tract. 4. capit. 10. numer. 9. putat Oziam, viuo Amasia sed exule decem annis regnasse. Qua ex doctrina Ozias nec viuo, nec mortuo parente, regnare cœpisset, anno 27. Ieroboami, vt quæst. seq. magis declarabo. Vixit igitur Amasias in regni Iudaici administratione, viuo Ioaso rege Israel annos quatuordecim; eo mortuo quindecim; in totum vnde triginta. *Ad 3.* *Conclusio.*

IV. REGVM XIV. v. 23.

Anno decimoquinto Amasiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Israelis in Samaria, quadraginta & vno anno. Hinc patet vndecunque tandem prouenit, apud Eusebium, & Marianum Scotum numeros horum annorum non esse *Ieroboam II. regnat an. 41.*

esse ritè digestos; apud illum enim annus primus Ieroboam comput
decimo octauo Amasiæ; apud hunc cum decimo nono, Idem in nom
authoribus facilè contingere potuit. Esto reuera sicut in aliorum reg
cessione; ita hic anno decimoquinto Amasiæ siue ineunte, vt quidam
siue labente vt arbitror regnum inierit Ieroboam II. cuius anni quindec
vnus in regno transacti à morte parentis ipsius putandi sunt, vt fert com
Scriptorum sententia: alijs verò vndecim annis cum patre regnauer
dicam.

IV. REGVM XV. v. 1. & 2.
QVÆSTIO IV.
De annis Oziæ regis Iuda.

1. HVc spectant quæ legimus 4. Reg. 15. v. 1. & 2. *Anno vigesimo septimo regis Israel, regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda. Sedecim annorum* Ratio difficultatis. *regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem.* Eadem tur 2. Paralip. 26. v. 1. & 3. Vnde quæstio oritur, quomodo Ozias annum boami II. regnum sit auspicatus; sic enim Amasias videbitur ad annum cipatus quinquagesimũ primum pertigisse, quippe qui ante Ieroboa nos 14. regium diadema tulerit, quibus si 27. Ieroboami addideris, merus 51. annorum, ab initio regni Amasiæ, vsque ad Oziam eius quod tamen sacræ Scripturæ consentaneum non est, in qua Amasiæ constanter anni 29. assignantur. Deinde si initio regni Oziæ Ieroboa iam vicesimum septimum agebat in suo principatu; non nisi 14. annos regnauit: quia Israelitidem vniuersè annos 41. administrauit. 4. Reg cum tamen Zacharias Ieroboamo parenti anno 38. Oziæ successerit.

2. Vt auctores hunc nodum soluant, in varias opinionum partes O Opinio. logiæ filum distrahunt, quarum *prima* interregnum vndecim circiter inter Amasiæ obitum, & Oziæ coronationẽ inserit, ita vt anno Ieroboa cimo quinto Amasias decesserit, relicto Ozia filiolo quinquenni: an vigesimoseptimo Ieroboami Ozias annos sedecim natus paterno ann no potiretur. Rursus anno Oziæ sextodecimo aliud interregnum vigi tet & duorum annorum constituit, vt Zachariæ enthronismus in annu trigesimum octauum differatur. Ita docent Beroaldus, Caluisius, Cap suis Chronicis, nec aliam suæ doctrinæ rationem proferunt, quam q supputatione anni horum regum melius inter se componantur, quam ne filius parenti ἀμέσως successisse dicatur.

3. *Secunda opinio* Oziam bis ad regnum diuersis temporibus promouet: primum quidem cum esset annorum sedecim, annis duodecim ante necem Amasiæ; deinde verò post parentis interitum cum esset 28. annorum. Ab hoc principatus exordio annos regni 40. à priore ante 52. supputat. Hac ratione absque vllo interregno mortuus fuerit Ieroboam, & Zacharias regnum in Israëlitide adeptus anno 38. Oziæ regis Iuda. Sic opinatur Caietanus 4. Regum 14. & 15. *2. Opinio.*

4. *Tertiam* alij nonnulli opinionem imbiberunt, rati Oziam puellum quatuor circiter annorum fuisse sub cædem Amasiæ, mox tamen regijs titulis auctum anno decimoquinto Ieroboami II. sed sub tutoribus per annos duodenos, nempe vsque ad annum ætatis suæ decimum sextum instar priuati degisse: expleto deinde anno vitæ sextodecimo, regni tandem administrationem suscepisse ad finem anni vigesimi septimi Ieroboam Israëlitæ. Denique annos quos in Scriptura signatos ab eo tempore supputandos aiunt, quo puerulus existens moriente parente rex est creatus. Ita Abulensis 4. Regum 15. q. 1. 2. 14. cui subscribitur Ribera. *3. Opinio.*

Eodem ferè modo de annis Zachariæ regis Israel philosophantur: putant enim Ieroboamo vita functo, confestim ius regni in Zachariam adhuc puerum deuenisse, tum euoluto duodecim annorum circulo gubernationem ei permissam anno tricesimo octauo Azariæ regis Iuda.

5. Verum hisce ambagibus & annorum hiatibus relictis, via regia & plano ire incedunt, qui per annos in sacris Biblijs expansos regum tempora metiuntur, dantque Amasiæ annos 29. Chronologicos: Oziæ 52. & sic ab initio Amasiæ, ad finem Oziæ colligunt annos octuaginta vnum, Ieroboamo bina regalem exordia tribuunt, alterum viuo parente, alterum defuncto. Prius ad annum circiter quartum Ioas Israelitæ referunt: vnde si annos Ieroboami deduxeris Oziam mortuo Amasia, anno Ieroboami vigesimo septimo regnare cæpisse deprehendes, vt legimus 4. Reg. 15. v. 1. Sin autem à posteriori regni adeptione fiat computatio, reperies Amasiam annos 15. Ioaso regi Israel superstitem fuisse, & annos 29. regnasse, quibus si 52. Oziæ adnumerentur, conficnt 81. quot sacra ratiocinia ad initium regis Ioatham ponunt, ex quo Amasias eius auus sceptro Iudaico manum admouerat. Ita Torniellus, Salianus, Petauius, qui Ieroboamum annis vndecim (non Chronologicis) cum parente regnasse censent, tum pro parente mortuo, quadraginta vno, ad Chronologiæ deductionem spectantibus. Quam rationem diuersa Scripturæ loca conciliandi veriorem & commodiorem iudico, quam præcedentes. Etenim simili vtuntur S. Hieronymus, Marianus, Tostatus de Salomone, Paludanus de rege Asa, Lyranus de hocipso Ieroboamo, 4. Reg. 15. lit. a, quem cum patre duobus annis *Assertio duplex initium regni Ieroboam II.*

regnasse asserit: vndecim dixisse debebat, ne 25. annos poneret, vbi sa-
gina 15. repræsentat. Fauent huic nostræ sententiæ alij quam plu-
nulla facta interregnorum in Iuda mentione, Amasiæ annos 29. O-
Chronologicos exhibent, vt Eusebius, Sulpitius, Julianus, Hilari-
cephorus, Fasti Siculi, Hermannus, Marianus, Vincentius. Esto-
li paululum aberrent à limitibus annorum, quibus regnorum Iu-
rael spatia continentur, dum initium regni Oziæ in annum 13. a-
roboami, post pattis obitum regnantis, conijciunt. De annis Za-
frà agemus.

Ad 1. opin. 6. *Prima opinio* idcirco minus placet, quod sine ratione interre-
miniscatur, annosque multiplicet, maximè verò, quod eam v-
quam secuti sunt omnes, quos hactenus legimus, Chronologi, inquit Ca-
m. 2306. excepto scilicet Beroaldo, cuius doctrinam hoc loco acc-
putat Capellus, quam omnium aliorum, quos paulo antè laudab-
quæ de erroribus Beroaldi breuiter annoto Opuscul. *de annis Dom-*
numer. 8. & quæ hac de re habet Salianus ann. mun. 3226. numer. 2.
cludit, interregnum nullum inter Amasiam & Oziam poni apud E-
in Chronico, Josephum in Antiq. Hieronymum in Traditionibus, H-
in Seder, Comestorem, Lyranum. Imo interregni huius commentu-
reijci à recentioribus, Caietano, Genebrardo, Torniello, Gordono, D-
Samerio, & alijs.

Ad 2. 7. *Secundæ opinionis* rationes, tametsi subtiles ac ingeniosæ me-
untur, tum quia *falsum supponunt*, inquit Torniellus, *nempe Amasiam*
nis decem aut duodecim in Lachis. Tum quia si considerentur ea, quæ
vers. 19. memorantur, non apparet causa, cur Amasiæ fuga, cædes, se-
Oziæ ad regnum promotio, diuersis temporibus accidisse credan-
quia hæc obsistunt: *Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos na-*
& constituerunt eum regem pro patre suo Amasia. 4. Reg. 14. vers. 21. & 2. P-
vers. 1. Vnde constat Azariam siue Oziam cum parenti mortuo sub-
fuisse sedecim annorum; non octodecim, vt putant Antagonistæ, qu-
putatione Torniellus ait sacram turbari Chronologiam, & bis nu-
decim primos regni Oziæ annos, semel in annis regni Amasiæ, iterum
Oziæ. Alioquin inueniri non poterit summa annorum octoginta
quam ponit Scriptura à primordijs regni Amasiæ, ad extremum p-
Oziæ. Scriptura enim tribuit Amasiæ regno annos vndetriginta. O-
supra quinquagenos: Caietanus verò cum suis ab initio regni Ama-
num 38. Azariæ, quo Zacharias regnum Israelis adijt, non nisi 53. a-
quibus si 14. anni Azariæ postremi apponantur; confient tantum

gima nouem. Desunt igitur 12. anni, vt habeatur 81. annorum spatium Amasiæ & Oziæ debitum, subaudi, cum non sit ratio, cur vltimus annus, vel Amasiæ, vel Oziæ solùm inceptus putetur.

8. Torniellus anno m. 3225. numer. 7. *tertiam opinionem* refellit *primò* ex quæ legimus 4. Reg. 14. vers. 19. 2. Paral. cap. 25. extremo, & initio sequentis: *Fugerunt autem post eum* (Amasiam) *in Lachis, & interfecerunt eum ibi, & asportauerunt eum equi, sepultusque est in Ierusalem cum patribus suis in ciuitate Dauid. Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natum sedecim, & constituerunt eum regem pro Amasia patre suo.* Vbi agitur de ea inauguratione regis Oziæ, quæ mox ab interitu Amasiæ celebrata est, quando Ozias erat, neque 28. annorum, vt Caietanus, neque duorum aut quatuor, vt Abulensis opinatus est; sed sedecim vt sermo diuinus eloquitur. *Præterea*, si fuisset, inquit, Ozias paruulus, tempore obitus patris, non esset ad quid de ipso Scriptura diceret, quod ædificauit Ælath post mortem patris, cum antè nihil præclari, aut rege dignum præ ætatis teneritudine agere potuisset. Sic ille. *Tertiò*, Abulensis non habet causam, cur tempora Oziæ lactis monimentis consignata, ab Oziæ pueritia, parentisque morte deducat; non autem simili modo subtrahat annos Zachariæ, quem prius annis sub tutoribus detinet, quam regnum eius aperiat, quod fuit sex mensium. 4. Reg. 15. v. 8. Quare hos sex menses ab obitu Ieroboami non computat, sicut hos 52. annos Oziæ ab interitu Amasiæ accersit? *Ad 3.*

9. Dicitur quidem 4. Reg. 15. v. 2. de Ozia: *sedecim annorum erat, cum regnare cœpisset, & 52. annis regnauit*: non tamen inde præcisè colligo hos 52. annos à memorato decimosexto ætatis anno debere numerari. Nam pari loquendi tenore, 2. Paralip. 26. ver. 9. dicitur: *Octo annorum erat Ioachin, cum regnare cœpisset, & tribus mensibus ac decem diebus regnauit in Ierusalem*: attamen hi tres menses ad annum istum ætatis octauum referri non possunt, sed ad decimum octauum, quo Ioachin iam polygamus, ad regiam administrationem accessit, vt bene aduertit Torniellus ad ann. m. 3435. numer. 4. & plurium auctoritate suo loco confirmabimus. Quia verò sacræ literæ non nisi vnum regni Oziæ principium insinuant, illudque ad parentis necem referunt Oziamque tunc annos sedecim natum asserunt; iure meritissimo anni quinquaginta duo regni illius à decimo sexto ætatis computantur. *Ozias ab anno 16. ætatis regnat, annos 52.*

IV. REGVM. XV, v. 8.

Anno trigesimo octauo Azariæ regis Iuda regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria, sex mensibus.

QVÆ-

QVÆSTIO V.

Quot annorum interuallum fuerit inter Ioas II. & Zachariam reges Israel.

Quidã hic interregnũ ponunt.

1. TAcitè hîc aliquot annorum, quasi interregnum, vel rurele Za- ciuilibus dissensionibus inserunt, qui continenter dant regn 29. annos, Oziæ 52. Ioathamo 16. quod faciunt Eusebius, Sulpitius nus, Marianus, Nicephorus, Chronicon Alexand. Vincentius, Nec possunt ij, qui cum hisce auctoribus, quoad reliqua sentientes tri annos 51. vt Ado, vel Ioathamo 17. vt Iulius Hilarion, vel 6. Ioath Achazo, vt Iulianus. Siquidem ita suas rationes probare debent, v ptura anno 38. Oziæ, Zachariam regem Israelis creatum fateantur Sellum, & Manahem, anno 50. Phacee, huius anno secundo Ieroboa lium Oziæ regio sceptro ornatum. Quod præstare nequeunt, nisi boamum & Zachariam spatium vt minimum vndecim annorum nant.

Quidam expresse.

2. Expresse interuallum aliquot annorum asserunt Lyranus, Ri Tostatus, Hugo, Serarius, Gordonus, Salianus, Petauius, Paludanus que è Sectarijs, Funccius, Heluicus, Bibliander, Codomannus, Bu Caluisius, Capellus: sed non omnes vno annorum numero hoc tem terstitium definiunt. Hugo Card. hunc tractum in annos 23. proda scribunt Bucholcerus, & Caluisius: Capellus circiter 23. aliqui cum alij paucioribus annis contentum putant.

Fuit 12. circiter annorum.

3. Ego duodecim circiter annos interuenisse arbitror cum Al q. 14. & 15. Torniello & Saliano ad annum mundi 3263. Palacio cap. 14. Petauius ait hoc interregnum fuisse vndecim aut duodecim Ratio. quia Ieroboam regnauit annos 41. quorum quindecim prim viuis agebat Amasias, vt ex dictis patet: his adde 26. priores regni gent anni 41. ac proinde regnum Ieroboami vltra annum vigesimum Oziæ non excurrit. Zacharias autem, anno demum 38. Oziæ regni adeptus est. Ergo duodecim circiter anni à morte Ieroboam ad throni smum decurrerunt: *circiter*, inquam, forte enim bona etiam p cimi tertij intercessit.

Probatur variis rationibus.

4. Cur autem in Israëlitide potius quàm in Iudæa aliqua an stituatur, triplicem causam affert Torniellus ann. m. 3225. num. 8. vt probatum est Ozias annos 16. natus parenti trucidato absque successit, & ab eodem tempore per annos 52. regnauit. *Secundam*

quihoc interregnum subterfugere volunt, annos 12. Zachariæ tribuunt, cum tamen Scriptura diſertis verbis tradat ipſum ſex duntaxat menſes regem fuiſſe. *Tertiam*, quia aliter cum ſacra Scriptura non poteſt conciliari dictum Ioſephi & Euſebij ponentium Oziæ regnum inchoaſſe ſtatim poſt mortem Amaziæ. Adde idem dici à Sulpitio & alijs in hanc ſententiam iam num. 1. laudatis. Confirmat Torniellus, quia alias falſa eſſet doctrina Hebræorum & aliorum de tempore terræ motus facti in diebus Oziæ, quem motum ad annum eius 25. referunt. Sed de hoc ſuo loco.

Initiũ regni Zachariæ.

5. Bene autem monent nonnulli primordia regni Zachariæ referenda eſſe ad annum 38. Oziæ non ineuntem, ſed deſinentem, eo quod Zachariæ regnum ſemeſtre fuerit, & nihilominus ad annum 39. Oziæ pertigerit, quo Zachariam rex Sellum, & hunc Manahemus interemit, vt clarè hoc cap. 15. narratur.

IV. REGVM. XV. v. 13. 17. 23. 27.

Sellum vno menſe Rex.

Verſ. 13. *Sellum filius Iabes, regnauit trigeſimo nono anno Azariæ regis Iuda, regnauit autem vno menſe in Samaria.* Apud Euſebium 34. dies regi Sellum adſcribuntur: apud Marianum Scotum 3. dies forte 30. aut 34. ſcribendi erant.

Manahem regnat 10. annos.

Verſ. 17. *Anno trigeſimo nono Azariæ regis Iuda regnauit Manahem filius Gadi ſuper Iſrael decem annis, in Samaria.* Hos decem annos Chronologicos cenſent Euſebius, Marianus, Toſtatus, Torniellus, Salianus, Petauius, Paludanus, nec video, quid in contrarium efficaciter obijci poſſit. Hîc tamen notandum:

Initiũ regni eius.

1. *Primò*, initium regni Manahem incidiſſe omninò in finem anni 39. Oziæ, atque ita primum annum regni Manahem concurriſſe ferè totum cum anno regni Oziæ quadrageſimo, & poſtremum dicti Manahem cum quadrageſimo nono Oziæ, ac denique primum Phacee cum quinquageſimo eiuſdem Oziæ, prout monet ac in tabulis exprimit Torniellus, Salianus, Petauius, Paludanus. Quod mox confirmabo.

Finis.

2. *Secundò*, Manahem regnaſſe ab anno 39. Oziæ, vſque ad 50. quo temporis ſpatio anni duodecim incluſis vtrimque terminis continentur; quam fortè ob cauſam Chronicon Alexandrinum dat Manahemo 12. annos. Retinendus eſt autem 10. annorum numerus ſacris literis expreſſus, & anni huius regis ita diſponendi, vt omnino ſub finem anni 39. Oziæ Manahemus regni habenas capeſſiuerit, initio anni quinquageſimi eiuſdem Oziæ regnum cum vita finierit. Noluit autem ſacræ hiſtoriæ auctor hîc vti computatione annorum inchoata: quia nimirum, vt hoc loco cernimus, nimium ab accurata diſtare poteſt: nec eſt mihi veriſimile, in ſacris codicibus vllum annorum vnius regis, aut Iudicis numerum poni, qui biennio exactam & Chronologicam temporum in regibus & iudicibus rationem ſuperet. Hinc eorum computum refugio, qui vel

Achab 20. tantum, vel Achaz 14. duntaxat annos Chronologicos dispe-
cum illi 22. huic 16. Scriptura tribuat.

Phaceia regnat 2. annis.

Vers. 23. *Anno quinquagesimo Azariæ regis Iuda regnauit Phacea filius* [illegible] *super Israel in Samaria biennio*, fortè non integro, quandoquidem anno quin-
gesimo Oziæ principatum exorsus est; anno 52. viuere desijt. Duo tamen
Chronologici Phaceiæ inscribuntur, quia modicum illud, quod huic
biennio deerat, Manahemi decennio supererat.

Aduerte in quibusdam exemplaribus Græcis & Fastis Siculis Phacei
decim annos attribui; apud Eusebium & Marianum in Chron. *decem*,
bio vitiosè. Nam codices Latini, Hebræi, & Septuaginta Sixti in hanc
que vlla varietate conspirant.

Rex Phacee an. 20.

Vers. 27. *Anno quinquagesimo secundo Azariæ regis Iuda regnauit Pha-
meliæ. super Israel, in Samaria viginti annis.* Hanc 20. annorum periodum
omnes Chronologicam agnoscunt, vt Eusebius, Marianus, Abulensis,
nicon Hebræorum, Torniellus, Salianus, Petauius, &c. contra Cy
Alex. in quo ponuntur anni triginta. Hinc intelligimus S. Basilium
emplaribus vsum, quando Phacee, 28. annos Principatus attribuit,
gio Syncello, qui vt eum numerum propugnet, male Eusebium &
reprehendit, quod viginti duntaxat annos Phacee concedant.

IV. REGVM. XV. v. 30. 32. 33.

Vers. 30. *Tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, per-
cum, & interfecit: regnauitq; pro eo vigesimo anno Ioatham filij Oziæ.* De
tham & Osee paulo post disputabo: tantum hic præmoneo hunc anno
gesimum, quo regnum inuasit Osee, computari ab initio regni Ioat
concurrere cum anno quarto Achaz, vt docet Abulensis hic q. 2. &
seq. indicandi num. vltimo.

QVÆSTIO VI.

De annis Ioatham regis Iuda.

Ioatham 16. annos regnat.

1. HVc spectant, quæ leguntur hic vers. 32. & 33. *Anno secundo Pha-
meliæ regis Israel regnauit Ioatham filius Oziæ regis Iuda. Viginti quin-
rum erat; cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem.* Idem
& annis regni Ioatham inculcatur 2. Paralip. 27. vers. 1. & rursus ibid.
Regno tamen eius non nisi 6. annos impertit Iulianus Archiepisc. Tol
at Iulius Hilarion 17. Torniellus 15. & 6. menses. Ego sedecim annor
riem à Scriptura designatam in meas tabulas refero, secutus Eusebium
tium, Fastos Siculos, Nicephorum, Hermannum, Marianum, Vsu
Adonem, Tostatum, Petauium, Paludanum. Salianus eundem retinet

tum sed indicat se annum decimum sextum putare non completum. Quod minime nego, ratus annum decimum septimum Phacee inijsse ante decimum sextum Ioathami, quo currente prius Achaz Ioathamo succesſit, quam annus decimus septimus expiraſſet.

2. Hic aduertendum, aliquanto tempore regnum ab Ioathamo administratum, viuo quidem Ozia parente, sed leproso: nam liber 2. Paralip. cap. 26. v. 20. cum retuliſſet Oziam lepra aſperſum fuiſſe; *porrò*, ait, *Ioatham filius eius rexit domum regis & iudicabat populum terræ*, siue rex designatus fuerit, siue prorex tantùm. Nihilominus anni sedecim regni Ioatham, non niſi ab obitu parentis numerantur, ex communi Scripturæ & auctorum vſu, quo fit, vt quando regum aliquis plura habuit regnandi principia, anni quos regnaſſe dicitur à morte regis præcedentis soleant computari, vt pluribus in locis monuimus, & aduertit Abulensis hic q. 33. *Post obitū parentis.*

3. Quonam igitur sensu dicitur Oſee regnaſſe anno vigesimo Ioatham? Respondent nonnulli, vt Richardus in hunc locum, & Capellus an. m. 3242. & 3261. Ioathamum regnaſſe quidem annos viginti, sed quatuor postremos cum Achazo filio suo communicaſſe. Verum huic responso contradicũt, non solum illi orthodoxi quos iam num. 1. laudabam, sed plerique etiam Notatorum, (qualis fuit Capellus) vt Sethus ann. m. 3207. *Ioatham*, inquit, *rex Iudæ vocatur anno regni decimosexto.* Idem visum Bucholcerisin 4. cura. ann. m. 3197. Funccio ann. 3188. Alstedio Chronol. VIII. ann. m. 3192. Imo hanc interpretationem ex professo refutant Tostatus q. 34. Torniellus an. m. 3297. num. 1. Quia Scriptura locis citatis tertiùm inculcat Ioatham fuiſſe 25. annorum cum regnare cœpiſſet, & sedecim annis regnaſſe, nec potest aliud initium horum sedecim annorum constitui, quam Azariæ exceſſus. *Dubium Resp. 1. & refutatio eiusdem.*

4. Nec est etiã quod quiſpiam suſpicetur, Ioatham cum parente quadriennio regnaſſe, tum eo rebus humanis exempto, annis sedecim; vniuersè viginti; Phacee verò annum vigesimum Ioathami, quo Oſee regnum inuaſit, deduci ab eo tempore, quo Ioathamus parente superstite ad regni coronam vocatus fuerit. non est, inquam, quod quiſpiam id suſpicetur, sic enim Phacee, non niſi 17. annos regnaſſet. Siquidem regnum adijt anno 52. Oziæ, 4 Reg. 15. v. 27. cum tamen ibidem regnum eius ad annos 20. propagetur. *2. Responsio quæ reiicitur.*

5. Respondent Rabbi Salomon & quidam Hebræi, quatuor primos annos tolli de regno Achaz, propter improbitatem ipsius, & Ioathamo tribui. Quod commentum iam pridem respuit illa q 34. Abulensis, tum quia hoc modo quatuor vltimi anni potius tollendi fuerant, quibus Achaz deteriorem vitam duxit, & Ezechiæ tribuendi, tum quia pari iure totum tempus regni Achazo debuiſſet auferri, quippe quo continenter improbus extitit. *Quorundam commentum.*

Assertio. 6. Alij denique scitè respondent, illo v. 30. nihil aliud insinuari, ... initium regni Osee & interitus Phacee inciderint in annum vigesimum ... quo Ioatham regnare cœperat, & Ozias pater illius decesserat: quod ... est, ac si dictum esset, concitatam ab Osee coniurationem anno 4. Ach... Abulensis & Torniellus locis memoratis, Salianus ann. m. 3298. numer... ctius in illum ver. 30. dum ait, Phacee 20. annos regnasse, quorum du... antequam Ioatham regnum capesseret, duo post eius mortem, reliqu... ipsi cum Ioathamo communes. Hugo & Lyranus in 4. Reg. 17. lit. a, ... Varablus ibidem, Petauius lib. 9. cap. 55. Paludanus tract. 5. cap. 17.

IV. REGVM. XVI. v. 1. & 2.

ANno decimoseptimo Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filius Ioatham ... Viginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset, & sedecim annis reg... rusalem. Hic secundus versiculus repetitur 2. Paralip. 28. v. 1.

QVÆSTIO VII.

De annis Achaz regis Iuda.

Scriptura ei dat annos 16. sed non integros. 1. ANnos 16. regni Achaz prout sacrarum literarum monimen... gnatos reperiunt, in suas lucubrationes transferunt, Eusebi... mannus, Marianus, Nicephorus Const. Sulpitius Chronicon, Alexan... tius, Ado. Taceo Iulianum, qui pro sedecim inscribit 26. cum ante... mo 6. pro 16. annotasset. Verum si rationes ad calculos accuratè re... anni 16. integri Achazo non dabuntur. Nam Ioatham annos 16. ... nempe ab anno 2. Phacee vsque ad decimum septimum desinentem, ... chaz relictum à patre sceptrum accepit, vt colligimus ex 4. Regum 15. ... cap. 16. v. 1. Anno verò duodecimo Achaz, Osee in Israel regnare co... annus nonus cum sexto Ezechiæ concurrit 4. Reg. 18. ver. 10. quod co... fieri nequit, si Achaz annos sedecim completos à morte parentis reg... calculanti facilè constare potest: nisi forte plura regnandi initia Ezechi... bantur.

Quidã 14. annos putant tantũ regnasse. 2. Imò non desunt, qui Achazo annos 14. tantum Chronologicos ... rent, ab anno 17. Phacee ad 3. Osee computandos, vt Capellus, qui ... Christum 730. adscribit decimum quartum Achazi, tertium Osee, & ... Ezechiæ: anno sequenti, hoc est, 729. ante Chr. notat decimum qu... quartum Osee secundum Ezechiæ, & sic deinceps, ita vt anno ante ... 724. signet 9. Osee, quo exeunte captam ait Samariam, antequam ... no ante Christum fluente iniret septimus Ezechiæ. Funccius etiam ... calculos paulò aliter disponat: annos tamen Chronologicos non ... Achazi tribuit: Scripturã quæ 16. annos Achazo regnãti largitur, de ...

vixerse post mortem parentis in viuis fuit, interpretatur, sed duobus annis extremis ait illum habuisse regni socium Ezechiam, & hoc biennium Ezechiæ imperio adiudicandum.

3. Paululum ab his est ratiocinijs abest Paludanus tract. 4. cap. 14. vbi adstruit annos Chronologicos, quibus regnauit Achaz, non esse plures, quam quindecim, eosque non integrè completos. *Quidam 15. non plenos.*

4. Ego verò hactenus eam supputandi rationem secutus sum, quæ annos singulorum regum sacro textu repræsentatos, à morte regis præcedentis deduxit, ac proinde existimo Achaz ad annum 16. regni peruenisse, sed nō nisi quindecim fortè Chronologicos ab obitu parentis sibi vendicare. Quæ computatio est Tornielli an. m. 3308. Saliani an. m. 3305. num. 2. & 3. Nec potest dissentire Bucholcerus dum anno ante Chr. 759. initium regni Achaz; anno verò 744. primordia Ezechiæ cōstituit. Et Caluisius an. m. 3222. ante Chr. 726. quo conijcit annum decimum sextum Achaz, Osee quartum, primum Ezechiæ, quem rium regum concursum ad annum 729. ante vulgarem Christi æram refero, ita vt non multis mensibus post finem anni tertij Osee Ezechias demortui parentis diadema obtinuerit, annusque primus Ezechiæ cum quarto Osee concurrerit, vt docent auctores iam allegati, idque ex mente Iosephi, qui lib. 9. Antiq. cap. 13. narrat Ezechiam anno quarto Osee regnum Ierosolymis adeptum fuisse, vt monet Salianus, num. 3. *Conclusio.*

5. Dicet quispiam: Osee regnare cœpit anno duodecimo Achaz. 4. Reg. 17. v. 1. subsidi expirante: ergo primus annus Osee prius effluxit, quam decimus tertius Achazi. secundus Osee, quam decimus quartus Achazi, tertius Osee, quem decimus quintus Achaz. Atqui Ezechias anno tertio Osee regnum capessiuit, 4. Reg. 18. v. 1. Ergo Ezechias prius regnare cœpit, quam exspiraret annus decimus quintus Achaz ac proinde hic non attigerit annum regni sui decimum sextum. *Respondent* aliqui, vt Paludanus; Achazum sub finem anni decimiquinti, regnum filio suo Ezechiæ tradidisse, & cum eo, saltem nomine & titulo tenus regnasse anno vno, ac mortuum cum haberet annos triginta sex: erat quippe annorum 20. cum ad regnum prouectus est. 4. Reg. 16. v. 2. Torniellus verò hanc responsionem non admittit, *quia hac de re nihil constat*, inquit; quin potius oppositum ex 2. Paralip. 29. v. 3. colligi posse, vbi Ezechias dicitur anno & mense primo regni sui aperuisse valuas Domus Domini, quod non videtur ausurus fuisse, si tunc etiam inter viuos egisset pater eius, qui eas clauserat. Quæ replica aliquid fortè valeret, si non nisi post parentis obitum regnasset, Ezechias: at probabile est eum primum viuo patre regnare cepisse, tum eo mortuo regni sine socio administrandum suscepisse, & hinc annos eius in Scriptura numerari, quando valuas templi anno primo reserandas curauit. Nihil enim absur- *Obiectio.* *Resp. 1.* *Resp. 2.*

absurdum, nihil nouum dixerit, qui censuerit Ezechiam labente anno de-
quinto Achaz & tertio Osee, cum parente, annum circiter (aut bienni-
nasse, qui Achazo tribuatur, eo deinde ex hac vita subducto, abarc-
Osee iam currente (aut desinente) regnum 29. annos administrasse,
quartus cum septimo Osee, sextus cum nono concurrerit, vt habet
tus, & tabulæ nostræ expansæ oculis subijciunt.

Resp. 3. 6. Neque tamen aspernor interpretationem Saliani, qui annum
Osee, quo regnasse scribitur Ezechias, 4. Reg. 18. v. 1. intelligit com-
absolutum, vt de simili locutione ex Tostato retuli. 4. Reg. q. 2. nu.
iam dici potest Ezechias anno tertio Osee regnasse, eo quod annus
quo parenti successit Ezechias, priori parte cum tertio regni Osee co-
posteriori cum quarto, vt eadem quæst. de anno vndecimo Iorami ex
li sententia monui.

IV. REGVM XVII. v. 1.

1. *ANno duodecimo Achaz regis Iuda regnauit Osee filius Ela in Samaria*
nouem annis.

QVÆSTIO VIII.

De annis Osee regis Israel.

1. DIfficultas est, quomodo regnum inierit Osee anno duodecimo
cum iam antea, anno videlicet vigesimo à coronatione Ioa-
1. Opinio. erat quartus Achaz regni Israelitici thronum inuasisset 4. Reg. 15. v. 30.
nodum vt soluat Historia Scholastica ait, generaliter eiusmodi Scrip-
tribus modis conciliari posse. 1. *per synecdochen.* 2. *per hoc quod aliqui reg-*
cum patribus suis. 3. *dicendo, quod aliquando regna carebant regibus.* Ita refert
hic q. 2. & nullum horum modorum annis Osee conuenire docet. Non
quia Synecdoche, qua pars anni pro anno, siue annus inchoatus pro co-
accipitur, non potest hic parere varietatem, nisi vnius anni, (aut forte
hoc autem loco est differentia 8. aut nouem annorum. Non *secundum*
non regnauit cum suo prædecessore, sed eum prius occidit, quam reg-
adipisceretur. Non *tertium*: quia *Osee*, inquit, *occidit ipsum Phacee, vt reg-*
non est ergo verisimile, quod occiso Phacee, octo vel nouem annis non curaret reg-
Dici tamen clarius posset, Osee, regnum quidem Phacee intere impo-
Conclusio. sed eius possessionem saltem pacificam, non nisi post octennium au-
nium obtinuisse, & inde annos nouem regno potitum. Quanam autem
sa interruptum aut impeditum sit regnum Osee, neque compertum
que curiosius attinet quærere, vt bene Petauius monet. Satis est Cla-

spatium, à cæde Phacee, vsque ad annum duodecimum, quo regnasse memoratur Osee cognitum habere, esto lateat causa tantæ dilationis.

2. Duplex fuisse regni Osee initium docent Lyranus, Hugo, Mariana, Sa, Sanctius in hunc locum, Abulensis, q.2. Torniellus an.m. 3305. Salianus pluribus in locis, Petauius lib.9.cap.55.num XIV. Paludanus tract.5.q.17. Regnum primo inuasit anno Achab, qui erat vicesimus ab eo tempore, quo Ioatham regnare cœperat, iuxta illud 4. Regum 15. v. 30. *coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Ela, contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum & interfecit: regnauitque pro eo, vigesimo anno Ioatham filij Oziæ. Iterum* autem regnauit anno 12. Achaz, vt hic scribitur, & ab isto anno 12. deducitur nouennium regni Osee. Quot verò annos vniuersè regnarit, nonnulla est inter Scriptores controuersia. *Initium regni Osee.*

3. Nonnulli sedecim tantum enumerant, vt Capellus, qui anno m.3261. Achazi 5. priorem Osee coronationem notat; anno mundi 3268. Achazi 12. alteram, Aliqui, vt Caluisius, septemdecim, octo nimirum antequam anno 12. Achaz regnum pacificè possideret; deinde nouennium. Verum neutra harum supputationum mihi probatur: quia hoc modo regnũ Achaz annos 15. Chronologicos non tenuisset, quot ei tamen ex probabiliori sententia tribuendos putauimus, hoc lib.q.7. *Regnat annos non 16. non 17.*

4. Alij, vt Torniellus, Salianus, Petauius, quibus assentior, disertè censent Osee annis nouem prius inuasisse regnum, quam sub finem anni duodecimi Achaz quietam illius possessionem adiret, atque adeò in totum annos 18. regnasse: sic enim commodissimè Achaz annum regni sui decimum sextum attigit, sic annus quartus Ezechiæ, cum Osee septimo, sextus cum nono congruit, vt sacra Scriptura exigit, & ex Tornielli, Paludani & nostris tabulis cernere licet. Fauet Abulensis, dum ait, Osee octo, aut nouem annos regnum sibi vendicasse ante annum duodecimum Achaz. Fauet hic Sanctius, dum asserit anno 3. aut 4. Achaz regis Iuda, Osee primum regnare cœpisse. Nec obest auctoritas S. Hieronymi, qui, vt hic refert Lyranus à tempore Zachariæ filij Ieroboam, vsque ad captiuitatem decem Tribuum annos 49. recenset: id enim terminis exclusis ad nostras rationes quadrat. *Sed 18.*

5. Hinc colligimus notabiles errores non solum in Fastos Siculos, sed Eusebij etiam Chronicon irrepsisse: nam vt alia non pauca de connexione annorum regum Iuda & Israel ibi perperam confusa præteream; Eusebius ab anno tertio Achaz orditur annos regni Osee; & anno vndecimo eiusdem Achaz. Samariam captam, & regnum Israel prorsus excisum scribit: quæ ad annum sextum Ezechiæ differenda erant, 4. Reg. 18. v. 10. *Quorundam errores.*

IV. RE-

IV. REGVM XVIII. v. 1.

Anno tertio Oseæ filij Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz, rex Iuda. quinque annorum erat, cum regnare cœpisset, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem. Et 2. Paralip. 29. v. 1. *Igitur Ezechias regnare cœpit, cum viginti quinque annorum, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem.*

QVÆSTIO IX.

De annis Ezechiæ regis Iuda.

Initium regni Ezechiæ.

1. NOnnulli Ezechiam in regni possessionem immittunt mortuo anno tertio Oseæ ineunte, alij desinente, alij, quos sequor, ab vt anno ante æram Christi 729 primum Ezechiæ & quartum Oseæ. Fateor tamen hos annos probabiliter aperiri posse, anno ante præram 727. si anni regum Iuda & Israel eo modo connectantur, quos sui in Synopsi. 1. Edit. Addo probabile esse Ezechiam biennio citerrente regnasse: tum eo mortuo sub finem anni 4. Oseæ, solum regno anno ante Chr. 728 & inde 29. annos imperasse.

2. Annos regni Ezechiæ 29. sacris literis commendatos exposSulpitius, Eusebius, Iulianus, Nicephorus, Chronicon Alexand. HeMarianus, Hilarion, Vincentius, Tostatus, Torniellus, Petanius, Salludanus. Vt mirum sit cur Ado 28. tantum agnoscat.

De annis vitæ eius 1. opinio falsa.

3. Sed grauis est quæstio de annis vitæ Ezechiæ. Nam *Achaz norum cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit.* 4. Reg. 16. vers. 1. Vfuisse triginta sex annorum, quando moriens filio suo Ezechiæ trcipatum. Atqui *Ezechias viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpi* chaz vndecim tantum annis filium suum Ezechiam ætate præibat illa non censetur ad prolem generandam idonea. S. Hieronymus 132. ad Vitalem refert, se audiuisse Hebræum, qui diceret, non statem Achaz, Ezechiam imperio subrogatum, sed vel seditionibus regnis Iuda & Israel inter se certantibus, vel certè prementibus inde consurgentibus bellis, regnum fuisse dilatum. Quam narratioronymus merito fabulam vocat. Nam anno duodecimo Achaz, Israel consecutus est, eiusque annus nouus cum sexto Ezechiæ fieri non posset, si inter Achaz & Ezechiam aliquot annorum fuisset.

2. Opinio intricata.

4. Ex opinione Tostati hic q. 4. Achaz fuit 14. annorum quando zechiam. Quod vt suadeat, ait annos inchoatos Achaz ab sacro hosos, ita vt initio regni sui fuerit quidem fermè viginti vnius annorum auctor, viginti tantum assignarit, quia completi erant: Achaz regnau-

ter septemdecim, quorum vltimum quippe imperfectum sacri codices præ-termiserint. Qua ratione Achazum arbitratur annos propè triginta octo vixisse: Ezechiam verò ad regium thronum accessisse, annos viginti quatuor natum, licet in Scriptura viginti quinque annorum fuisse dicatur, quia nonnihil de vigesimoquinto delibauerat. *Subtrahantur*, inquit, 24. *de* 38. *& manebunt* 14. *& fuisset Achaz quasi* 14. *annorum, quando gigneret Ezechiam.* Quod minimè mirandum asserit, cum ea ætas sit pubertatis, & filij regum, qualis erat Ezechias, solent citiùs quàm alij connubia inire. Verum Abulensem falli, vim Scripturæ intente, nec intentum assequi, contendunt Torniellus & Salianus an. m. 3285. Si enim Scripturæ computus in annis Achaz, fermè biennio ab accurata supputatione recedit; cur non idem putemus in plurium regum temporibus accidere? & quoties libuerit, simili artificio regum obitus, per biennium, vel remoueri, vel præcipitare? Adhæc esto fuerit Achaz, cum ad regnum venit fermè viginti vnius annorum; non tamen idcirco dici poterit, annos fere septemdecim regnasse: sic enim annus nonus Oseæ, non esset sextus Ezechiæ. Denique ipse Abulensis 4. Reg. 17. q. 1. vult Oseæ ab anno duodecimo Achaz, vsque ad decimum sextum per quadriennium regnasse, quod verum non est, si fermè septemdecim annos regnum tenuit Achaz: siquidem satis ostendit Abulensis se loqui de anno duodecimo Achaz necdum completo, vt assentiatur Scripturæ asserenti Ezechiam *anno tertio Oseæ regnare cœpisse.*

5. S. Hieronymus illa epist. 12. scribit de Achaz idem dici posse, quod de Salomone retuli, 3. Reg... quæst. 7. num. 7. nempe Achazum viginti annos natum vno adhuc parente regni consortio ornatum, tum aliquot annis cum patre regnasse, denique eo mortuo, sedecim saltem inchoatis administrasse principatum. Hanc autem computandi rationem non esse insolentem ex eo confirmat, quod Ioatham superstite adhuc, sed leproso parente regni habenas moderatus sit annis aliquot, qui tamen anni, non ipsi Ioathamo, sed Oziæ parenti ipsius deputantur, & Ioathamo solum sedecim tribuuntur, quos post obitum parentis regnauit. Facigitur Achaz, cum esset viginti annorum regnare cœpisse, & cum patre suo, decem circiter annos, tum eo mortuo sedecim non completos regnasse: sic Achazum reperies circa annum ætatis suæ quadragesimum sextum obijsse, quo tempore Ezechias facilè poterat ad vigesimum quintum vitæ suæ annum peruenisse. Quando enim rex quispiam plura regni habuit initia; annos eius sacris literarum monimentis notatos, à postremo ad regnum aditu, computare solemus, vt infra de Ioachin rege Iuda, ex aliorum consensu dicam, & iam pridem varijs occasionibus inculcaui. *3. Opinio clara & facilis.*

6. Plures tamen sunt, qui Ezechiam arbitrantur natum Achazo parente adhuc puero. *Ezechias nascitur patre Achazo, annum decimum tertium agente*, inquit *4 Opinio mirabilis.*

Petauius ad an. m. 3233. Torniellus an. m. 3308. ait Ezechiam initio regni viginti quinque annorum, hoc est, inchoasse annum vitæ vigesimum quintum, anno verò m. 3285. asserit cum Caietano admodum esse mirabile, quod puer vndecim annorum generare potuerit, id tamen etiam in Salomone contigisse, cõsentiente S. Hieronymo. l. c. Idem habet Salianus ad an. m. 3280. batque ex Iosepho, qui lib. 9. Antiq. cap. 13. refert Achaz 36. annis vixisse, ijs sedecim regnasse, & concludit, satius esse, cum communi Doctorum tia hanc fœcunditatem inter cætera diuinæ prouidentiæ miracula rare. Quò etiam puto referendum exemplum illius scelerate nutricis, puero 10. annorum concepit, Deo mulieris impurissimam libidinem cante, vt cum S. Hieronymo idem Salianus aduertit. Ad extraordinariam iam Dei prouidentiam spectat, si verum est, quod Capellus ad annum narrat ex Scaligero, sic scribente. Mea memoria in ciuitate Lactorensi uempopulaniæ, puer minor annorum duodecim, genuit ex puella cognata sua, quæ nondum decimum annum expleuerat. Rem totam narro, quia memoria recens est in Aquitania. Pater hoc ipse de se patri meo retulit, quod alioqui tunc ne pueri quidem ignorabant. Hæc Scaliger. *Tanta fuit luxuria, vt vix decennis liberis operam dare cœperit*, ait Capellus an. m. 3226. verò an. m. 3196. *Ezechias rex nascitur, cum Achaz necdum esset decem puer.*

Declaratur. 7. Qui Achazo vnum tantum regnandi initium tribuunt, mecum concedãt oportet Ezechiam vndecim annis vix, aut ne vix quidem ex parente iuniorem fuisse. Nam Achaz parens eius antequam rex esset vitæ viginti habebat, in regno sedecim non completos exegit, vt dictum batum est: ergo totius vitæ illius cursus, hoc modo, ad finem annum sexti non peruenit. Hinc tolle 25. annos, quos sub parentis obitum gessit Ezechias; residui erunt vndecim non expleti, quibus Achaz Ezechiam ibat.

Aliæ opiniones refelluntur. 8. Equidem non ignoro Paludanum tract. 4. c. 15. dare Ezechiæ nationem annos 24. duntaxat, absolutos: Achazo viginti vnum, regnum iniret, vt dicatur Achaz anno ætatis vndecimo, iam transfe Ezecham. Verum non tam efficax & solida mihi videtur hæc doctrina ingeniosa: vt probant ea, quæ contra Abulensem iam afferebamus. quor, qui Achazi regnum annis quatuordecim includunt, & Ezechiæ ominus patre annum tertium decimum agente natum volunt. Nos Caluisio, asserenti Ezechiam in hanc lucem editum, cum Achaz nondecem annorum: multoque minus credo, quod idem auctor illo subiungit: *ideo primigenus ipsius, vel frater, vel adoptiuus filius potius, quam*

tur. Non credo, inquam, nam filios habuit Achaz, vt colligitur 2. Paralip. 28. v. 3. necest, quod in regno consequendo eos adoptiuis postpositos opinemur, aut filij nomen à propria significatione hoc loco, contra vnanimem antiquorum intelligentiam detorquere velimus. Omnibus igitur, sine vllo partium studio, perpensis, existimo aut singulari Dei prouidentia factum, vt Ezechias patre vix decenni nasceretur; aut certè Achazum annos 20. natum aliquot annis cum parente, tum eo mortuo, quindecim & aliquanto amplius regnasse, vt iam num. 5. ex S. Hieronymo dicebam. *Conclusio.*

QVÆSTIO X.

De nexu Olympiadum cum annis regum Iuda.

1. COgnitionem Olympiadum ad Chronographiam etiam sacram non modo vtilem sed propè necessariam alibi annotaui. Per annos Patriarcharum ad Abrahæ promissionem, hinc per annos 430. ad legem, à lege per 480. ad templum à Salomone fundatum, hinc per regum Iudæ tempora ad Nabuchodonosorem, qui anno quarto Ioakim imperio Babylonico potitus est, temporum seriem ex sacris codicibus vtcumque deducimus. Ex profana verò historia constat Cyrũ apud Persas anno primo Olymp. quinquagesimæ quintæ regnum inijsse: nec dubium est, quin sacri profanique auctores, sine vlla sententiarum varietate, eò conspirent, vt Babylonicum imperium à Cyro euersum omnes fateantur. Sic Olympiadum adminiculo sacra historia cum profana vtcumque connectitur. Qui ante Olympiadas rerum ab Hebræis & Græcis gestarum Synchronismum inquirit, & ad Christum Olympiadibus valere iussis deducere conatur, funem ex arena nectit. Nã vt Africanus apud Eusebium lib. 10. Præp. Euang. c. 3. ait, *vsque ad Olympiadas nihil exploratum in historia Græcorum inuenitur, sed omnia confusis sunt conscripta temporibus. Post Olympiadas verò, quoniam quadriennio diligentissimè omnia renouabantur, nulla penitus est confusio.* Quod ipse Eusebius in Chronico confirmans: *ab hoc*, inquit, *tempore Græca de temporibus historia vera creditur. Nam ante hæc, vt cuique visum est, diuersas sententias protulerunt*, sine vt Salianus ex Græco vertit; *deinceps Græci tempora accuratius dispensarunt, omnibus antehac confusis, & nulla re sibi consonantibus.* Idem memorant Diodorus Siculus initio Bibliothecæ. Plutarchus in Theseo & Numa, Ptolemeus 3. Almagesti, & ex eis Salianus ad an. m. 3278. numer. 1. additque Græcis Romanos consentire. Censor. enim in libro de die Natali cap. 21. Varro, inquit, *Vtilitas Olympiadũ.*

tria discrimina temporum esse tradit. Primum ab hominum principio v
cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον, s
dum à cataclysmo priore ad Olympiadem primam, quod quia in eo
fabulosa referuntur μυθικὸν nominatur. Tertium à prima Olympiade
quod dicitur historicum, quia res in eo gestæ veris historijs contine
quos in Olympiadum commendationem allegaui Opusc. de annis mu
toris cap. 1. nu. 2. quibus adde Samerium in Tabulis, Torniellum & V
illo an. m. 3278. num. 1. 3. 7. Petauium lib. 9. cap. 41. His alij plerique
tur, dum ad sacrorum annorum supputationes certiùs instituendas,
aliquam de Olympiadibus adsciscunt.

Vna constat 4. annis.

2. Porro cum singulæ Olympiades quadriennio finiantur, nullus
locus relinquitur, ab exordio Olympiadum, vsque ad quinquagesimu
(cuius anno primo, omnes Cyri enthronismum adnotant) exclusiue,
annos 216. totenim continet, quinquaginta quatuor Olympiadibus
& ostendit Tabula identitatis annorum Iphiti & Olympiadum adhi
Neque vllus ambigere cũ ratione potest, quin illo temporis spatio qu

Initium Olympiadum.

ma Olympiade vlq; ad Cyri Monarchiã protenditur, captiuitas Babyl
aliquot regum Iuda eam captiuitatem præcedentium anni continen
que multis hic repetendum puto, quoto anno ante Christi Epocham
Olympicos Iphitus instauauerit: id factum anno 776. latè probatum

Ratio difficultatis triplex.

de Olympiadibus, qu. 2. & Introd. Chron. cap. 14. Verum ex multis
oritur inter Scriptores disceptatio, de rege Iuda & anno regis, q
piadum Epocha figenda sit. Ponitur enim in quæstione *primò*, quo
regni sui Persici, Cyrus Monarcha factus Babylonicam Iudæorum
tem laxauerit, primone, an 22. an 24. anno. *Secundò*. Verum a
Ioakim, an à transmigratione Iechoniæ, an à casu Sedeciæ,
anni 70. seruitutis, cui Cyrus finem attulit computandi sint. Tert
Amon filius Manassis duobus duntaxat annis regnauerit, an duode
fractiones annorum, quibus subinde occurrentibus Chronolog
runt diuerticula. Taceo quorundam errores, qui à primo Agone O
vsque ad vulgarem Christi Epocham plures pauciores ue annos, qu
curriss e hariolantur.

Variæ opiniones de hac q.

3. Pererius libr. 11. in Danielem, q. 2. & Paludanus tract. 4. cap.
Olympiadum ad tempora regis Achaz referendum censent. Ioachim
te ortas putant, Ado, Hermannus Contractus: Marianus Scotus a
eiusdem, quem sequuntur Torniellus & Salianus. Anno vero
Freculphus. Alij Oziæ tempore eas auspicantur, vt Eusebius,
apud illum & Lambertus Schafnaburgensis. Fasti Siculi anno

Petauius ann.34.quod & Capellus facit. Sethus anno 35.Bucholcerorum cura quarto 32.ego vel 35.vel potius 37.vt mox declarabo.

4. De Eusebij supputatione hæc mihi notanda occurrunt. 1. libro 10.de praep.Euang.sub finem insinuat quidem Olympiadas temporibus Achaz inijsse: verum id non tam ex propria, quam aliorum sententia protulit, vt eum interpretatur Torniellus, vel fortè nihil aliud voluit, quam illo æuo Ludos Olympicos ab Iphito restitutos, quo Achaz in Iudæa regnauit. Clarè enim Eusebius tum illo libro 10.tum in Chronico, ita primordia Olympiadum ad 50.Oziæ annum accommodat, vt prima Olympiade necdum finita, Ioatham rex parenti succederet. *Primam Olympiadem*, inquit, *Africanus temporibus Ioatham regis Hebræorum fuisse scribit. Nostra quoque supputatio ijsdem temporibus eam exhibuit. Ait autem Africanus, vt verba eius ponam ad hunc modum: AEschylus Agamnestoris filius apud Athenienses obtinuit principatum; annis 23. qua ætate Ioatham regnabat in Iesaidem. Porro nos in prima Olympiade Ioatham posuimus.* Sic ille: nempe anno illius Olymp.quarto, vt ostendit dispositio annorum in Chronico Eusebij. 2. Excidium Ierosolymitanum signat Eusebius ad annum 3. Olymp.47. idque ex sententia Clementis Alexandrini; annus autem iste tertius, est 187. ab initio Olympiadum, qui numerus ex sacræ paginæ ratiocinijs non reperitur, ab anno 50. Oziæ, vsque ad euersionem Ierosolymorum. Restant enim 3. anni Oziæ, Ioatham 16.Achaz totidem saltem inchoati, Ezechiæ 29. Manassis 55. Amon 2. Iosiæ 31.Ioachaz 3.menses, Ioakim vndecim anni, Iechoniæ 3. menses, Sedeciæ annis vndecim. Vnde exurgunt anni 174.sex menses, dies decem. Desunt ergo anni 12.& medius, vt colligatur annus Olympiadicus 187.qui facile habebitur, si ad annum 37.Oziæ caput Olympiadum affigatur. 3. Eusebius (& fortè Africanus) in vitiosos codices incidit, in quibus, regi Amon 12.anni, pro 2. inscribebantur. Si apud Eusebium vnius regis tempus decem annorum parachronismo laborat: facile alius biennij & semestris error aliunde potuit irrepere.

Calculus Eusebij examinatur.

5. Illorum ego placitis iam pridem manum dedi, qui captiuitatem Babylonicam anno 4.Ioakim ordiuntur, & Achazo regi 15.annos Chronologicos attribuunt: atque ita si septennio Monarchiam tenuit Cyrus, per me licebit, annum Oziæ 35.primordijs Olympiadum insignire. Sin autem nouennium illius Monarchia tenuit, commodè Olympiades ab anno Oziæ 37.accersantur, anno mundi, vt reor, 3265. à Templo fundato 243.regni Israel 206. ante vulgarem Christi æram 776.Periodi Iulianæ 3938.cyclo Solis 18.Lunæ 5.Epacta 18. Cõsentit Petauius dum hoc anno ante Chr.776.ait primum Agonem Olympicũ ab Iphito instauratum esse. Cui, inquit, quinque dies erant attributi. Hoc igitur anno primus ludorum dies incidit in 19.Iulij.Luna 11.vltimus in 13.

Initium captiuitatis Babylonicæ. Conclusio huius.

Obiectio 1. 6. Obijci mihi potest 1. auctoritas S. Cyrilli Alexand. apud eum contra Iulianum, manuscripto sic legimus: *Colliguntur ab euerso illo, vsque primam Olympiadem anni quinque & quadringenti, ob ortu vero Moysi vsque primam Olympiadem anni quindecim supra octingentos.* Hinc tamen à veritate

Soluitur. dimoueor, ratus aut errare Amanuensem, aut hæc dici ex eorum opinione annos 70. Babylonicæ seruitutis ab excidio Templi, vsque ad Cyrum cunt: mihi vero potiores sunt & rationes & auctoritas eorum, qui ab tutem anno 4. Ioakim incepram censent, quibus suffragantur alij, censo Templo, ad annum 2. Darij, 70. annos enumerant. A Troia ad instauratos Agones Olympicos, certum est annos 407. efflux de illam vel S. Cyrilli, vel exscriptoris supputationem non esse exa

Obiectio 2. 7. Obijciet etiam forte quispiam quæ S. Hieronymus sub Commentariorum in Osee monet. *Legamus*, inquit, *Regum & Paralipomenon libros, & inueniemus sub rege Phacea, qui regnabat 10. tribubus, venisse Thegla regem Assyriorum & magnam populi Samariæ partem in Assyrios transtulisse apud Græcos, secundus annus primæ Olympiadis fuit. & apud Latinos (secundum dita fuit) Albæ vigesimo anno Amulius imperabat: quem postea Romulus regni*

Responsio. ibi. Verum neque his moueor: siquidem ea *ab Eusebij Chronico* fatetur Salianus ann. m. 3279. ac proinde ex Eusebij potius libro, quam ronymi sensu deprompta, & pugnant cum ijs, quæ idem S. Doctor in 29. Ieremiæ posterius scripsit, nec non Zachariæ. 1. & Prologo in Agg constanter 70. annos ponit ab euerso Templo, vsque ad annum secun rij Histaspis. Quod confirmat Ezechielis 4. vbi etiam à fine regni Ieh deciæ & sanctæ Vrbis casum annos 135. supputat. His adde 70. hab Hieronymi doctrina ab anno sexto Ezechiæ ad secundum Darij 205. quibus adijce annos 5. Ezechiæ, Achaz 15. Ioatham 16. qui anno Phacee regnauit, ex quibus conflent circiter 221. At verò annus secun incidit in primum Olymp. 65. qui est ab initio Olympiadum 257. q stro computo reperiuntur ab anno 37. Oziæ ad secundum Darij. aptissimè S. Hieronymi rationibus congruit nostra Chronographia tem eorum qui sub Ioatham rege Iuda Olympiadum seriem ordinan

QVÆSTIO XI.

De nexu annorum Vrbis, & Nabonassari cum nis regum Iuda.

Variæ opiniones. 1. EVsebius, Marianus Scotus, Torniellus, Salianus, anno quinto A bem conditam scribunt: Fasti Siculi anno decimo eiusdem re

mannus Contractus & Schafnaburgenſis, ſub eodem rege, ſed annum regni non adnotant. Ego æram Vrbis ita ad annos Olympiadum alligandam arbitror, vt anno ante Chriſtum 752. ſub finem anni 3 Olymp. 6. auſpicandam putem, anno Ioatham vel ſexto, vel potius octauo. Vide quæ diſſero de annis Vrbis, Introd. Chron. cap. 15. & Tractatu de Olymp. cap. 4. Hic tantum ſuggero, meis ratiocinijs non aduerſari Eratoſthenis Chronographiam, quam Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. ſic conſignatam ad nos tranſmiſit, & refert præter alios Salianus an. m. 3278. numer. 6. Eratoſthenes tempora ſic deſcribit: *A capta quidem Troia ad Heraclidarum reditum, ſiue deſcenſum, anni* 80. *Hinc ad conditam Ioniam, Ionicam ſcilicet emigrationem, anni* 60. *quæ autem deinceps conſequuntur ad Lycurgi tutelam anni* 159. *ad annum autem qui prima præcedit Olympia anni* 108. intelligo terminis incluſis.

Annorum Vrbis Epocha.

2. Æra Nabonaſſari probata Mathematicorum ſententia, inijt anno ante vulgarem Chriſti æram 747. die 26. Februarij Iuliani: quo anno mihi aperitur ſecundus Olympiadis octauæ, Vrbis ſeptimus, Ioatham regis Iuda 14. Phacee regis Iſrael 15. Pleniorem de annis Nabonaſſari diſputationem inſtitui Opuſc. *de annis Domini, Iulianis* &c. à cap. 8. ad 13. incluſiuè.

Epocha Nabonaſſari.

IV. REGVM. XVIII. v. 9.

Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus ſeptimus Oſee filij Ela regis Iſrael, aſcendit Salmanaſar rex Aſſyriorum in Samariam & oppugnauit eam, & cepit. Nam poſtremis annis, anno ſexto Ezechiæ, id eſt, nono anno Oſee regis Iſrael capta eſt Samaria. Sunt qui captam Samariam autumant anno ſexto Ezechiæ ineunte, Oſee nono exeunte: alij nono huius ineunte, ſexto illius occumbente: alij vtroque anno pari ferè paſſu currente. Res incerta eſt: quiſque videat, quibus vijs ſuas rationes promoueat.

QVÆSTIO XII.

Quot annos ſteterit regnum Iſrael.

1. CErtum eſt hoc regnum cœpiſſe mox ab exceſſu Salomonis, quando decem tribus Iſrael à Roboamo Salomonis filio rege Iuda deſciuerunt & ſibi regem Ieroboamum elegerunt: deſijſſe verò anno ſexto Ezechiæ regis Iudæ. Sed quia non eſt idem omnium auctorum computus, de interuallo, quod ab initio regni Roboam, vſque ad annum ſextum Ezechiæ interceſſit; ideirco dubium remanet de annis, quibus in Iſraelitide regnatum eſt. Longum foret, ac tædioſum, de ſingulorum ſcriptorum ſupputationibus, diſputationes inſtituere; ac proinde paucorum hac de re placita referam, ex quibus, quidnam de aliorum opinionibus cenſendum ſit, facilè conijci poterit.

Initium huius regni.

2. Hoc

Variæ opiniones de hac quæstione.

2. Hoc regnum stetisse annos 262. tradunt Fasti Siculi: at Mar[illegible]tus in Chronico 250. Hermann. Contractus in Chronico, & Tostatus [illegible]gum 17. q. 6. 260. Freculphus 240. menses 7. dies 7. Torniellus & Sa[illegible] Petauius 253. Paludanus 262. menses 10. dies 7. Capellus 257. & eo te[illegible]ger, 259. Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 14. *Migrarunt*, inquit, *decem tribus* [illegible] *ex suis sedibus, post annos* [illegible]47. *ex quo maiores eorum Ægyptum egressi, ar*[illegible]*ditionis fecerunt: post principatum Iehu annis* 800. *post defectionem à Roboa*[illegible]

Contra Iosephum.

Nepote ad Ieroboamum annis 240. *mensibus* 7. *diebus* 7. Ita refert Tornie[illegible] Rufini paulo aliter habet. Quicquid sit, hæ supputationes nulla ratio[illegible]ri possunt: nam ab egressu de Ægypto, vsque ad Templi fundatio[illegible] 480. numerantur: tum ad initium regni Israel 36. aut 37. Si ergo h[illegible]tenuit annos 240. vt vult Iosephus; colligentur à migratione Ægypti[illegible] Tribuum captiuitatem anni ferè 757. è quibus si tollantur circiter [illegible] Exodo ad κληρουχίαν elapsi sunt, relinquentur à diuisione terræ ad ex[illegible]gni Israel, anni fere 711. Denique Iosephus interregnum 11. 12. au[illegible]rum, & nouem priores annos Osee prætermisit: quo fit, vt rationes e[illegible] nullis deficiant, in nonnullis falsa aliquot annorum adiectione redu[illegible]

Contra Eusebium.

3. Neque Eusebij Chronico fides, in omnibus habenda est: h[illegible] captiuitatem præcipitat ad annum vndecimum Achaz, quæ Scrip[illegible]monio ad annum sextum Ezechiæ differenda est, omittit 9. annos O[illegible]terregnum, quod præcessit enthronismum Zachariæ, annosque reg[illegible] in Scriptura notatos, accipit vt completos, cum subinde tantu[illegible] fuerint.

Conclusio.

4. Nulla huius negotij expediendi ratio mihi commodior occ[illegible] vt regibus singulis anni sui Chronologici accuratè tribuantur; (in[illegible] 12. circiter annorum regno Ieroboami II subnectatur) vsque ad ann[illegible]chiæ; ex quibus sua sponte resultabit annorum numerus, ad quem [illegible]rael peruenit. Si scripturæ computo sine vlla interpretatione stare[illegible]gerentur anni 250. menses 7. dies 7. vt dixi 3. Reg. q. 10. sed scrip[illegible] interregni mentionem facit, & annos non modo exhaustos, sed [illegible] exprimit. Vnde Chronologi tandem ad legitimam annorum reg[illegible] Israel connexionem recurrere student. Quæ cum varijs modis [illegible] consentaneis haberi posse videatur: æquo, ac beneuolo animo fe[illegible] diuersæ de regni huius duratione opiniones, cùm hic non tam [illegible]mentis, quam probabilibus indicijs & coniecturis res agatur. Alij [illegible] vtantur: ego singulorum regum annos, sacris literis expressos semp[illegible] Iuda ab excessu regis præcedentis computo, & integros Chronog[illegible] texo, nisi causa idonea subsit, cur vltimus tanquam inceptus præter[illegible]

duobus primis regibus Israel, plerique monuerunt. Quare ab eorum tabulis calculos abstineo, qui Ioramo filio Iosaphat, quatuor tantum aut quinque annos; Achazo quatuordecim accensent, cum sermo diuinus illi 8. huic 16. adiudicet. Si tibi licet duos tresue alicuius regis annos absorbere; alius pari licentia, sequatuor aut quinque cum vicini regis temporibus confundere poterit. Distributis igitur in singulos reges suis annis, & ritè inter se Scripturæ indicio connexis, à morte Salomonis ad annum sextum Ezechiæ, quo Sennacherib Assyrius regnum Israelis euertit, incluſiuè annos 258. supputandos opinor. Ioramı annum vltimum cum Ioachazi vnico; vltimum Achazi, cum primo Ezechiæ implico, ne nimium à modernis Chronologis dissentire videar. In cæteris regibus Iuda, quem annorum numerum mihi sacri codices exhibent, in tabulas Chronologicas refero. Fateor tamen vnum alterumue annum adijci posse, seruata ea annorum supputatione, qua ab Adamo ad Christum 4040. numerantur.

IV. REGVM. XIX. v. 29.

29. *Tibi autem, Ezechia hoc erit signum: comede hoc anno, quæ repererit, in secundo autem anno, quæ sponte nascuntur: porro in tertio anno seminate & metite, plantate vineas, & comedite fructus earum.* Hinc de annis Sabbaticis quædam nonnulli conantur elicere; quasi hæc dicta sint anno sexto Semitæ, vt scribit Serarius 4. Regum 24. vel annus 14. Ezechiæ Sabbaticus fuerit: sed non est cur hic ad annos Sabbaticos respiciamus. Omnia enim ad hostium incursiones, quibus sementis & messis impediebantur referri possunt, vt sensus sit: *hoc anno comede quod ex superioris anni prouentu*, (aut commeatu ad bellum comparato) *reconditum est. Secundo anno, quæ vltro terra fundit, tertio verò iam hostium sublato seminare & plantare tutò licebit.* Ita in hunc locum Sanctius, qui addit hanc explicationem admitti à Vatablo, insinuari à Forerio, nec displicere Hieronymo. Consentit quoad tempus Cornelius Isaiæ 37. vers. 30. Torniellus ad annum mundi 3322. numer. 3. Salianus numer. 59. qui monent, eum annum quo Propheta ait comedenda esse, quæ reperiebantur, fuisse decimum quartum Ezechiæ: anno verò secundo edendas esse fruges sponte natas, nempe decimoquinto Ezechiæ, anno denique tertio, id est, Ezechiæ decimosexto prædici fore copiam serendi & metendi *fugato Assyrio*, inquit S. Hieronymus, *& obsidione laxata*, & ijs recuperatis, quæ ad agrorum cultum erant necessaria. Hoc autem signo liberalis Deus indicabat, ante finem triennij siue intra biennium, vt habet S. Hieronymus, Isa. 38. plenam Iudæis libertatem & ingentem Assyrijs stragem diuinitus imminere, siue tunc annus Sabbaticus fuerit,

Vtrum annus 14. Ezechiæ fuerit Sabbaticus.

siue non. Quam interpretationem admittunt Sa, Mariana, Menochius, facta annorum Sabbaticorum mentione.

Annus 14. Ezechiæ Sabbaticus.

2. Equidem in annorum Sabbaticorum dispositione nullam posui de annis Ezechiæ curam suscepi: ita tamen mei calculi ceciderunt, vt Christum 717. mihi decimus tertius Ezechiæ aperiretur, & in autumn ticus iniret, sementemque prohiberet: currente hoc anno sabbatico S rib Iudæam inuaserit, eoque finito agrorum cultum impediuerit, D ominus extraordinaria liberalitate annonam ex agris incultis sup donec anno tandem tertio, hoste quâ cæso, quâ fugato solita re gricolatio. Cum igitur Ezechias populusque Iudaicus præter spem victum sibi diuinitus suppetere videret; intelligebat anno tertio, op ræ sationem & messem, parta pace redituram. Verum nullam in his tijs vim pono: alimonia enim insolito modo subministrata, nullo e tico interueniente, sat superque diuinum promissum confirmabat.

IV. REGVM. XIX. v. 35.

Factum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit ca riorum centum octoginta quinque millia. Ita textus Latinus & Hebraic cus autem: *Et factum est nocte, & exiuit Angelus Domini*, &c. At vero vers. 36. Latinè, Hebraicè, Græcè habetur: *Egressus est autem Angelus percussit* &c.

QVÆSTIO XIII.

Quando edita sit hæc Assyriorum strages.

Non ante annum 14. Ezechiæ.

1. CErtum est, id non contigisse, ante annum decimam quartum illo enim anno, *ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas da munitas & cepit eas.* 4. Regum 18. vers. 13. Neque accidisse mox Assyriorum in Iudæam: ad eos enim oppidum Lachis obsidentes Em mùm Legatos de pace, tum imperatam pecuniam Sennacheribo m gum 18. vers. 16. Qua Tyrannus minimè placatus partem copiarum Ierosolymorum ciuitatem destinauit. ib. vers. 17. Vnde, re infecta, re *sases inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam.* cap. 19. vers. 8. Cum (Sennacherib) *de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes: ecce egressus est, vt pu sum te, & iret contra eum, misit nuncios ad Ezechiam*, ibid. vers. 9. re blasphemis literis, quibus acceptis Ezechias ad opem diuinam e saiamque consulit, per quem bono animo esse iubetur, ciuitat nus Assyrij non venturam, hostem cum dedecore ad sua recessur addidit Propheta: tibi autem, Ezechia, hoc erit signum: comed quæ repereris &c. vers. 29.

2. Ex quibus liquidò comperimus, copias Sennacheribi, non prius ab Angelo cæsas, quam ille expeditionem contra Tharacam adornasset, & epistolas illis blasphemiæ plenas ad Ezechiam misisset. Sed quæstio est, vtrum edito per Isaiam oraculo, mox internecio in Assyrios incubuerit; an verò in tertium annum, aut saltem finem secundi dilata fuerit. *Post expeditionem inceptam contra Tharacā. Quæstio emergens.*

3. Prima opinio est eorum, qui obsidionem Ierosolymitanam, cladem Assyriacam, & post hanc morbum Ezechiæ sanitatemque ei redditam, in eundem annum conijciunt, nempe vel in decimum quartum regni Ezechiæ, vt Funccius, Bucholcerus, Capellus, vel in duodecimum vt Caluisius 3. edit. Rationem suæ opinationis ex sacra Scriptura se haurire putant, quæ stragem Assyriacam morbo Ezechiæ præponit, & hunc post morbum annos quindecim vixisse testatur. Quærenti, cur Isaias prædixerit sationem agrorum in annum tertium, ex quo blasphemas literas Sennacheribus miserat, differendam; huius opinionis Patroni ad annos sabbaticos & Iubilæos normam adhibendam respondent. *1. Opinio de hac q.*

4. Capellus anno ante Christum 717. ait cæsos ab Angelo Assyrios, ægrotasse, & conualuisse Ezechiam anno regni sui decimo quarto. Quod non caret omni difficultate: nam autumno illius anni cœpit Sabbaticus: ergo anno sequentiautumno lex agricolationem permittebat. Cur igitur dicebat Isaias: *in tertio anno seminate & metite*? cur non in secundo? Respondet Capellus, quando hæc vaticinabatur Isaias, superfuisse de annali hebdomade, *præcisè sesquiannum*. Quod si verum est, hoc vaticinium editum est initio mensis Nisan, qui illo anno 717. ante Christum inijt circa 20. diem Martij: quod Capelli doctrinam alia ex parte suspectam reddit. Sic enim Ezechias initio illius anni 717. ingressus esset annum regni sui quartum decimum, & ante vernum tempus ea gessisset, quæ ab eo, vsque ad pestilentes illas literas, anno regni eius decimo quarto gesta narrantur: quod vix credibile mihi videtur. Et eo admisso, parum temporis relinqueretur expeditioni, quam Sennacherib contra Tharacam in Ægyptum suscepit, vbi longas eum circa Pelusium moras traxisse scribit Iosephus libro 10. Antiq. cap. 1. Denique hæc explicatio non firmo fundamento nititur: nempe ordinem annorum sabbaticorum, qui Machabæorum tempore seruabatur, regnante Ezechia, in vsu fuisse: quod probatu non est procliue. Eadem fermè de Bucholcerorum supputatione dici possunt, nisi quod hi tribuant anno ante Christum 731. sexto Semitæ, quę Capellus anno 717. adscribit. *Capellus carpitur.*

5. Longius à scopo aberrat Caluisius, qui anno 720. ante æram Christi cyclo Solis 18. notat annum Ezechiæ nonum: anno ante eandem æram 717. cyclo Solis 21. scribit illa centum octoginta quinque Assyriorum millia ab *Caluisij error.*

Angelo cæsa, paulo post, Ezechiam lethaliter decumbentem precibus petrasse annorum quindecim vitæ accessionem, additque tunc annum [illegible] cum inijsse die 13. Septemb. fer. 3. Anno sequenti, hoc est, 716. ante [illegible] sti (quem ipse 714 ante Christum vocat) cyclo Solis 22. *Annus, inquit, [illegible] regis Iuda decimus tertius.* Et paulo inferius: *Merodachi Legati Ezechiæ de [illegible] perata gratulantur.* Rursus anno ante Christi Epocham 712. hæc differt: *Annus Ezechiæ regis Iuda decimus septimus.* Taceo quæ de Sennacheribo [illegible] no suo ante Christum 717. qui est ante vulgarem Christi Epocham [illegible] quibus patet, hunc auctorem in primis sibi non constare: quia capite [illegible] goges diserte asserit annum decimum quintum Ezechiæ fuisse Sabbaticum vero diuinis literis aduersari dum Assyriorum cædem ac Ezechiæ [illegible] bum, tribuit anno duodecimo eiusdem, & tertio decimo Chaldæorum [illegible] tionem. Siquidem anno demum quartodecimo Ezechiæ Assyrius in [illegible] irrupit. 4. Regum 18. vers. 13. & 2. Paralip. 32. vers. 1. Nec patitur sacra [illegible] ante hunc 14. annum, dicatur Angelus memorabilem illam stragem [illegible] Adhæc, si Ezechias anno regni sui duodecimo conualuit, vt vult Calvisius [illegible] dat annos 15. quos fatetur vitæ illius adiectos; consient 27. cum tamen [illegible] ueri annos 29. 4. Reg. 18. v. 2. Nec est, quod hosce errores Typographi [illegible] temus: cyclus enim Solis & Lunæ, numerusque annorum Ezechiæ [illegible] titus, ipsius auctoris oscitantiam arguit.

Stragem hac non fuit an. 16. Ezechiæ.

6. Alia opinio est eorum, qui nulla facta annorum sabbaticorum [illegible] tione, asserunt eorum ratiocinia, qui stragem Assyriorum in annum [illegible] sextum Ezechiæ reijciunt, neque Scripturæ, neque veterum auctoritati [illegible] tanea esse, & leuissimis argumentis, imò nullis excogitata temere, [illegible] probant 1. ex 4. Regum 19. 2. Paralip. 22. & Isaiæ 37. quibus in locis [illegible] describitur, & ægrotatio regis Ezechiæ, post Assyriorum stragem [illegible] Vnde concludunt Sennacheribi fugam in tertium annum post sanitatem [illegible] chiæ redditam differri non posse. Probant 2. auctoritate Iosephi, [illegible] mi, Sulpitij, Auctoris mirabilium sacræ Scripturæ, & aliorum, qui [illegible] chiam anno regni sui decimo quarto in morbum incidisse, post exitum [illegible] syriorum copias, & Sennacheribi fugam. Si quæsieris, cur Isaias [illegible] culturam in tertium annum differendam? Respondebit Petavius, [illegible] *vno tantum anno vastatam fuisse Iudæam; at anno secundo boues & aratra [illegible] defuisse: vnde non nisi tertio anno Iudæos serere potuisse.* Idem auctor putat, [illegible] bello Sennacheribus, vel in Iudæa, vel in diuerticulo contra Thamar [illegible] anno decimo quarto Ezechiæ finiri potuisse, antequam Ezechias in [illegible] incideret. Quod vero Deus Ezechiæ sospitatem per Isaiam pollicitus [illegible] *& de manu regis Assyriorum liberabo te*, ait referendum non ad Sennacherib[illegible]

Filium eius Asarhaddon regem Assur, qui forte putabatur cladem paternam vltus, ac idcirco rursus Iudæam inuasurus.

Paludani triplex assertum.

7. Paludanus Tract. 4. ab initio cap. 15. vsque ad finem decimi octaui prolixam de annorum Ezechiæ, rerumque ab ipso gestarum Chronologiam texit, Petauij doctrinam ex professo refutare nititur, & quod ad hanc quæstionem spectat, asserit *primò*, Ezechiam conualuisse ante stragem ab Angelo in castris Sennacheribi factam, eo quod Deus sanitatem promittens dixerit: *sed & de manu regis Assyriorum liberabo te*: vbi agi de periculo non remoto, sed proximo contra Petauium censet. Asserit *secundò* hanc expeditionem non nisi post annum Ezechiæ decimum quartum, finitam esse: *quia conualescentia ipsius*, inquit, *incidit in finem anni decimiquarti. Finis autem expeditionis est posterior dicta conualescentia. Ergo* &c. Asserit *tertiò* sibi quidem incertum esse quanto tempore, post annum Ezechiæ decimum quartum clades Assyriaca contigerit, se tamen non induci, vt credat eam plagam integro biennio dilatam, post illius prædictionem: *Ponam circulum in naribus tuis*. 4. Reg. 19. vers. 28. quia mox subiungitur. *Factum est igitur in nocte illa venit Angelus Domini, & percussit* &c. Quæ verba, inquit, nisi velimus ea torquere, significant ea nocte, quæ immediatè hanc prophetiam consecuta est, factæ stragem à Deo immissam. Capite autem 18. accuratius hæc pertractans, tradit Sennacheribum, sub finem anni decimi quarti Ezechiæ, appropinquante Vere irrupisse in Iudæam, Ezechiam sub initium anni decimiquinti à mense Nisan inchoati morbo correptum, mox restitutum sanitati, & diuina promissione erectum, posthac viriliter Assyrio restitisse: *æstate* vero *elapsa*. Sennacheribum de Tharacæ Æthiopis motu certiorem factum, ei cum exercitu obuiam processisse, missis interim ad Ezechiam literis, quibus eum rursus ad deditionem vrgebat, quas cum pius rex coram Domino expandisset, diuino oraculo prædicta est Assyriorum cædes & turpis fuga, vrbisq; Ierosolomytanæ liberatio atque datum *signum ex re ipsa natum*, nempe (vt hic auctor interpretatur) anno illo anno sabbatico, qui tunc inibat, & sequenti Iubilæo diuinitus suppeditatum iri. Tum proxima nocte, ait cæsa ab Angelo illa 185. armatorum millia.

Contra Paludanum.

8. Huius auctoris doctrina, incertis, imò falsis, meo iudicio, ex parte fundamentis nititur. Nam postulatum est, non probatum, Ezechiæ annos à primo mense inchoari, irruptionem Assyriorum in Iudæam appetente Vere factam. Difficile est ostendere regnum Israel tenuisse annos 263. Ioram in Iuda regnasse annos vndecim, cui Scriptura octo tantum numerat, ab initio Sabbaticorum vsq; ad mensem septimũ anni decimisexti Ezechiæ fluxisse annos 749. quæ tamen Paludano fundamenta sunt. Nec scio, quem in Sabbaticorum dispositione patronũ habeat, dum interuentu Iubilæi seriem sabbaticã interrumpi putat: cuius

cuius contrarium bene docent Torniellus, Salianus, Petauius, Bor[illegible]
dixi sub finem Leuitici q.4.num.4.

Contra eundem. 2. 9. Fateor equidem ex alijs principijs, annum ab initio legalis [illegible]
esse Sabbaticum, & 750. Iubilæum: sed hoc modo Paludanus perpet[illegible]
gum tempora annos Iubilæos & sabbaticos alligat. Adhæc, ex ei[illegible]
non relinquitur Sennacheribo tempus sufficiens ad occurrendum [illegible]
pum & Pelusium obsidendum. Nam cap. 18. §.7. ait æstate [illegible]
cheribum contra Tharacam mouisse, & interim literas minaces ad [illegible]
scripsisse, cum annus sabbaticus iniret, tunc etiam datum Isaiæ *signum* [illegible]
natum, puta oriente anno sabbatico, & mox sequenti nocte plagam [illegible]
flictam affirmat, ibid. §.8. & 9. Quæ si vera essent, Sennacherib [illegible]
tico expeditionem Ægyptiacam suscepisset, absoluisset, & copijs [illegible]
cæsis, versus Niniuen reuertisset. Difficile autem est creditu, ea omnia [illegible]
ui temporis interuallo expediri potuisse. Nec dicas peremptos circa [illegible]
ab Angelo Assyrios: id enim in Iudæa factum & communis fert senten[illegible]
citè fatetur Paludanus, §.XI. vbi putat, eorum spolijs ditatum Ezech[illegible]

Contra eundem 3. nique Paludanus docet hic *signum* propriè accipi, & quidem *futuræ* [illegible]
pro signo autem, *non esse datum instantem annum sabbaticum, sed admir*[illegible]
sustentationem, qua Deus in annis sabbaticis, absque agricultura, tot centena [illegible]
lia, inter Iudæos sustentabat. Atqui liberationem istam vult accidisse, in [illegible]
re anno sabbatico: admirabilem autem sustentationem, quam pro [illegible]
tam asserit, fluentibus duobus annis sabbaticis, (puta sabbatico pro[illegible]
& Iubilæo mox subsequenti) post hostium copias ab Angelo cæsas, [illegible]
que. Nescio igitur quomodo ex illius opinione mirabilis ista sustent[illegible]
sit pro signo futuræ liberationis, siquidem liberatio sustentationem [illegible]
sit.

Contra eundem 4. 10. Enimuerò Paludani rationes, quibus annos regum, cum sab[illegible]
historia profana coniungit, esse difficiles vel ex eo patet, quod ipse cap[illegible]
æram Vrbis conditæ paulo post fugam Sennacherib, circa annum [illegible]
sextum Ezechiæ incepisse velit. Cum certissimum sit Vrbem condit[illegible]
num ante Christi æram 753. Tot autem annos à decimo sexto Ezechi[illegible]
ad Christum, communis & vera supputatio non admittit, sicuti nec [illegible]
Iordanis circa annum ante Christi Epocham 1500. quo tamen eũ [illegible]
ludanus, dum annum decimum sextum Ezechiæ, ait fuisse, 750. ab [illegible]
terram, & initium Vrbis conditæ. Denique ex sensu huius auctoris [illegible]
nuncios cum muneribus ad Ezechiam misit, antiquior esset illo Nab[illegible]

Probabilis interpretatio. à Mathematicis tantopere celebrato: quod plerique omnes inficiam[illegible]

11. Alij non pauci existimant fusos ab Angelo Assyrios, anno [illegible]

Isaias vaticinans dixisset; *come de hoc anno quæ repereris*, &c. Lyranus 4. Reg. 19. lit. Hugo ibid. lit. l. m. Abulensis ib. q. 21. & 22. Sanctius ib. & cap. 20. initio. Cornelius Isa. 38. Ex professo autem id docent Torniellus & Salianus an. m. 3321. & seq. Quam opinionem esse Theodoreti & probabilem fatetur Petauius lib. 9. c. 15. vbi cum dixisset Scaligeri ad annum sabbaticum respicientis leuissimā plane esse rationem, & sola diuinatione constantem; subdit: *Est enim Theodoreti sanè probabilis interpretatio, qui Iudæos scribit toto biennio, quo Palæstinam vastarunt Assyrij, agros colere non potuisse, ideoque tertio demum anno serere iussos esse.* Fundamentū huius opinionis, quantum intelligo præcipuum est, quod certum sit agrorum sationem in annum tertium dilatam esse, & hoc non ob sabbaticum annum vt dictum est, neque ob solum defectum instrumentorum ad agriculturam necessariorum, cum non sit credibile, tantam eorum penuriam fuisse, quin anno sabbatico secundo, ea haberi potuerint, quæ vineis colendis, & parti agrorum sufficerent. Alia igitur causa huius opinionis auctoribus fuisse non videtur, quam quod bello Assyriaco opus agricolarum interciperetur.

Variæ opiniones examinātur.

12. Hasce opiones cum complector animo; eorum in primis coniectura valde imbecillis videtur, qui ad annum sabbaticum recurrunt: quod tamen faciunt Hebræi, in Seder Olam, Serarius in hunc locum. Scaliger. Serhus, Capellus, Paludani ratiocinia nullo modo probare possum. Petauij censuram de ijs qui eadem Assyriacam ad annum decimum sextum Ezechiæ differunt, grauem existimo: illius tamen opinionem de tempore cladis Assyriacæ, non improbabilem arbitror, cum non desint boni auctores, qui eam morbo Ezechiæ postponant, vt quæstione sequenti explicabo. Vltimam tamen supputationem nu. præced. explicatam, minimè contemnendam censeo.

Ad rationem Paludani.

13. Argumento Paludani bene occurrerat Salianus anno illo 3324. num. 5. vbi docet, *illam noctem*, qua in textu Latino & Hebræo vindex Angelus venisse & castra inimica strauisse dicitur, non esse rigidè accipiendam, cum neque vllius noctis mentio præcesserit, neque noctu Isaias oraculum illud fuderit, sed emphaticè, vt *in illa nocte*, idem sit, quod in celebri illa nocte, & miraculi tanti conscia. Quo sensu, dies apud Isaiam accipitur cap. 27. v. 1. & 2. *In illa die visitabit Dominus. In illa die vinea meri cantabit ei.* Et Zachariæ 13. v. 1. *In die illa, erit fons patens domui Dauid*: Adde exemplum magis aptum, Iud. 17. vers. 1. Fuit eo tempore, vir quidam de monte Ephraim. Sicut enim illa verba, *eo tempore*, ad proximè antecedentia facta Samsonis referri non debent; ita hic, *illa nocte*, ad tempus oraculi præcedentis non spectat. Et vtrobique similis locutio, vbi relatum sine antecedente ponitur. In Paralipomenis vbi de hac strage fit mentio, nulla editio habet particulam, *illa*, quam etiam in libris Regum septuaginta omiserunt.

14. Peta-

Ad rationes Petauij

14. Petauij rationibus triplici responsione satisfieri potest. 1. Si non solum Torniellum, & quibus ipse persuasit, sed alios etiam, vt Tir tum, Lyranum, Abulensem, Hugonem, (taceo S. Hieronymum) in c pinione, vt causam dilatæ in tertium annum, ad Sennacheribi exerc dum fugatum referendam putarent. 2. Sactum historicum per p Scriptura vsitatam priùs cladem Assyriorum retulisse, quàm ægritud chiæ, sicut acta plurium Iudicum præponuntur historiæ Michæ & D coloniæ. Iud. 13. descriptæ. 3. Esto Iosephus & alij nonnulli cont tiant, non idcirco tamen omnes alios suam in sententiam venire co alijs in locis eosdem Petauius sine nota deserat. Iosephi, Hieronym hoc de negotio placita, quæstione sequenti diligentius expendam.

IV. REGVM XX. v. 1. & 6.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem, &c. Ecce sanaui te, ascen des in templum: & addam diebus tuis quindecim annos, sed & de manu regis liberabo te.

QVÆSTIO XIV.

Vtrum Ezechias ante Sennacheribi fugam ægrotauerit.

Ezechias ager Anno 14. aut 15. regni sui.

1. CErtum est Ezechiam vel anno decimoquarto regni sui exeun eunte decimo quinto, morbo tentatum fuisse, & conualuisse tati redditus vixit annos quindecim. Hos tolle de 29. quos vniuers & remanebunt 14. anni ante morbum in regno transacti. Si mox ann tertio elapso hæc infirmitas accidisset, non nisi 28. annos regnasset, cimum quintum hoc morbo correptus fuisset Ezechias, annos vt ma imperasset, contra sacras tabulas, quæ 29. annorum spatio illius g definiunt. 4. Reg. 18. v. 2. & 2. Paral. 29. v. 1. vt bene notant Abulens in hunc locum. Torniellus, Salianus, Paludanus, l. c. sed quæstio est, n hunc morbum Sennacheribi exercitus ab Angelo percussus fuerit.

Status quæst. 1. Opinio morbum regi postponit cladi Assyriorum.

2. Id affirmat Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 1. vbi cùm dixisset Eze culo liberatum vota pro incolumitate Deo persoluisse, addit eum a post, in grauem morbum incidisse. Auctor mirabilium sacræ Scriptur strage & fuga Sennacheribi, paruo, ait, interiecto tempore, Ezechias ne de tanta victoria esset eleuatus, & forsitan etiam gratiarum actione in grauissimi languoris ægritudinem incidit. Idem tradunt Hebræ

S. Hieronymus Isaiæ 39. consentiunt Serarius & Menochius: Rabanus item, Procopius, Historia Scholastica, Antoninus, Carthusianus, Leo Castrius, vt ingenuè contra se fatentur Torniellus & Salianus illo anno 3322. & Abulensis hicq. 2. Fauet S. Hieronymus in caput 38. Isaiæ. *Neeleuetur cor Ezechiæ*, inquit, *post incredibiles triumphos, & de media captiuitate victoriam, infirmitate corporis sui visitatur, & audit se esse moriturum.* Et Sulpitius, qui sub finem lib. 1. sacræ hist. cum narrasset Sennacheribi contra Tharacam digressum, & literas ad Ezechiam missas, quibus non sine verborũ contumelia Tyrannus Iudææ excidiũ minabatur, addit: sed nihil his Ezechias motus, orasse Dominum traditur, ne hanc tantam hominis insolentiam inultam sineret. Ita eadem nocte Angelus castra Assyriorum aggressus multa hominum millia lethi dedit. Rex trepidus in Oppidum Niniuen confugit, ibique à filijs interfectus, dignum se exitum tulit. Per id tempus rex Ezechias æger corpore morbo incubuerat. Ratio huius sententiæ est, quod Scriptura prius Assyriorum interitum recenseat, quam aduersam Ezechiæ valetudinem.

3. Aliorum opinione priùs Ezechias morbo affectus & leuatus fuit, quàm ab Angelo sternerentur Assyrij. Ita Theodoretus, Lyranus, Hugo, Sanctius, Torniellus, Salianus, locis q. præc. nu. 9. indicatis. Mariana Isaiæ 37. v. 30. *propter obsidionem*, inquit, *duobus annis sementis non erit*. Paludanus Tract. 4. ca. 18. Hebræi in Sedet. 23. Fauet S. Hieronymus Isaiæ 37. lit. b. *In anno*, inquit, *tertio, fugato iam Assyrio & obsidione laxata seminate & metite*. Vbi non aliam remoram agricolis iniectam insinuat, quam bellum Assyriacum, vsque ad tertium annum duraturũ. probatur hæc opinio illis diuinæ Scripturæ verbis: *de manu regis Assyriorum eruam te & ciuitatem istam*. Non ergo, inquit Salianus num. 18. adhuc erutus erat Rex, neque ciuitas de manu Assyriorum. Confirmatur ex illo vaticinio: in tertio anno seminate & metite: quia nimirum tunc demum hoste post reditum ex Aegyptiaca expeditione, fugato serere licebit. *2. Opinio proponit.*

4. Hic idem fateor, quod q. præcedenti, nempe vtramque opinionem mihi probabilem videri: qui enim Ezechiæ morbum stragi Assyriorum postponunt, dicere possunt tres annos, quorum meminit Isaias fuisse ciuiles, non autẽ regni Ezechiæ & ab autumnali mense Tisri computandos, hoc modo. Initio anni decimiquarti Ezechiæ, Sennacheribus verno tempore in Iudæam irruperit, mox vtro citroque dum ciuitates Iuda capiebantur, obitæ fuerint inter Ezechiam & Sennacherib legationes, post nuncium de Tharaca allatum Sennacheribus literas in Dei contumeliam exaratas miserit, quibus circa mensem tertium anni sacri acceptis, Ezechias diuino oracolo iussus fuerit hoc anno, puta per tres circiter menses, vsque ad mensem Tisri comedere quæ collecta erant, isto autumno grassatio Assyriorum agrorum cultum impediuerit quidem, sed terra *Vtraque opinio probabilis.*

sponte suo tempore fuderit, quod populo alendo satis foret. Desinente decimoquarto Ezechiæ, reuersus ex Ægypto Sennacherib ab Angelo ca pijs in fugam actus ad sua redierit, ruricolis tamen, quo minus ad vem res redirent impeditis, confestim Ezechias ægro corpore decubuerit conualuerit, instante vel iam inchoato, anno regni sui decimoquinto dæi, cum æstas faciendæ sementi idonea non sit, vsque ad initium sequ ni, qui mense Tisri aperiebatur agris colendis abstinuerint.

Conclusio. 5. Alij plausibilius sese expediunt, dum censent, eo tempore, quo Sen rib contra Tharacam à Iudæa digressus erat. Ezechiam exspirante anno regni sui decimoquarto ægrotasse & conualuisse, Sennacherib dæam reuersum sationem impediuisse antequam in turpem fugam Angelo copijs ageretur: ita vt anno demum sequenti, rusticis ad fru undi copia daretur. Hac ratione tempus sufficiens relinquitur vastr dææ, expeditioni Aegyptiacæ & reditui Assyriorum, quos ab Angelo neci datos refert cum Beroso Chaldæo Iosephus illo lib. 10. Antiq. 4. Reg. 19. q. 24. *& hoc tenet* inquit, *Historia Scholastica & Nicolaus, & nostri.* Quibus assentitur Serarius sub finem lib. 4. Regum, in Ezechi nostri æui Scriptores contra Herodotum, qui circa Pelusium, id fecisse ma Assyriorum corrodentibus accidisse fabulatur.

Ordo temporis hic non seruatus. 6. Nec obstat, quod sacra historia, prius Assyriacam plagam refert Ezechiæ morbum: quia vt bene Sanctius per prolepsin claritatis gratia ma ante suum tempus commemorari solent. Et hic peculiaris est ratio stendatur impletum esse, quod à Deo fuerat prædictum. Nec est impr Sulpitium in harum rerum enarratione prolepsin adhibuisse: qui dum *ea dem nocte Angelus* &c. non videtur velle, eadem illa nocte, qua ora chias, eam cladem accidisse, sed quod *vna eademque* nocte, non plures aut noctibus illa 185. Assyriorum millia occubuerint. Qui nullam hic tionem agnoscit, cogitur asserere Sennacherib um non modò Nini nisse, sed ibidem habitasse, & prius à filijs peremptum, quam mo chiam corriperet.

Supputatio quorundam minus accurata. 7. Bene denique aduertit Salianus num. 66. quosdam auctores m curata supputatione temporum sollicitos, omnia quæ hic de Ezechia cheribo referuntur, in idem tempus coniecisse, in quibus Sulpitium ronymum recenset. Addo vnum eundemque auctorem aliquando, ad tropologiam digreditur modo hanc, modò illam interpretationem re. Hugo enim, 4. Reg. 19. lit. h. *Tertio*, inquit, *anno recedet Sennacherib non rediturus.* Cap. verò sequenti in explicatione mystica. *Fugato Sen tat Ezechiæ.* Constat etiam bonorum Scriptorum assertione S. Hier

bòinde, non suas tantùm sed aliorum etiam interpretationes, sine vlla refutatione in medium afferre.

IV. REGVM XX. v. 12.
QVÆSTIO XV.
Quando legati Merodach ad Ezechiam venerint.

1. *In tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum literas & munera ad Ezechiam, audierat enim quòd agrotasset Ezechias.* Eadem repetuntur Isaiæ 39. v. 1. additurque *& convaluisset.* Ex quibus clarè perspicimus post sublatũ Ezechiæ morbum & retroactam in horologio Achaz Solis vmbram, hos nuncios Ierosolymam aduenisse: imo 2. Paralip. 32. vers. 31. hi dicuntur missi ad Ezechiam, *vt interrogarent de portento*, quod scilicet in Sole contigerat. Nec dubium est, quin Ezechias annis quindecim ante suum obitum hoc morbo affectus fuerit, nempe anno regni sui 14. occidente, aut oriente decimoquinto. Sed quæritur hic quoto Ezechiæ anno obita fuerit ista legatio, quoto ante Christum. *Id post morbum Ezechiæ gestum.*

2. S. Hieronymus Isaiæ 39. sic scribit: supra legimus quartodecimo anno regis Ezechiæ ascendisse Sennacherib regem Assyriorum super omnes ciuitates Iudæ munitas & cepisse eas, & postea obsedisse Lachis, transisse Lobnam, misisse Ierusalem partem exercitus sui, cæsaque per Angelum centum octoginta quinque millia exercitus eius, & ipsum fugisse Niniuen, interfectum à filijs in fano Dei sui, & regnasse pro eo Asaraddon filium eius, ægrotasse Ezechiam, & recepisse Prophetæ nuncio sospitatem, factum signum incredibile, vt Sol decem horarum spatijs reuerteretur ad ortum suum, & penè duplex dies fieret. Nunc legimus, quod in tempore illo, hoc est, in eodem anno, quo hæc gesta sunt omnia, miserit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis libros & munera ad Ezechiam. Eadem verba aliquibus prætermissis cum Glossa transcribit Hugo hoc cap. lit. e. Quam temporis notationem non sic accipiendam arbitror, quasi hæc omnia quoad omnes suas partes vnius anni curriculo transacta sint, sed quod vltima pars expeditionis Iudaicæ, morbus Ezechiæ & Legatio Babylonica annuo spatio contineri potuerint. *Chronotaxis S. Hieronymi.* *Explicatur.*

3. Tostatus probabile putat, post fugam Sennacheribi hanc legationem instituta fuisse; probabilius tamen ante eam fugam: quia hanc in tertium annum à minacibus literis Sennacheribi reijcit. Non videtur autem tam diu ista gratulatio de sospitate recuperata, & de viso portento inquisitio vrbanè differri potuisse. Hæc tamen ratio non est efficax; quamdiu enim *Tostati opinio.*

Iudæa bello infestabatur, iustam gratulationis differendæ causam habuit dæus, commodè autem cædes & discessus Assyriorum in annum reijci potest. Fuga verò Babylonijs nunciata, tum primum Merodac Oratores ablegarit.

4. Petauius anno ante Christi Epocham 714. cladem Assyriorum, Legationem Babylonicam consignat. Sethus hæc tribuit anno ante Epocham 717. & 716. Capellus vult Sennacheribum labente anno æram 718. Iudæam inuasisse, anno 717. trucidatos ab Angelo Assyrios chiam ægritudine afflictum: anno demum 716. nuncios ad eum à Babyloniæ venisse.

Variæ opiniones aliæ.

5. Torniellus & Salianus hanc legationem anno 16. Ezechiæ, pocheribi cladem referunt. Tum quia flagrante bello Iudaico, non erat na nunciorum & munerum ad Ezechiam missio: huius enim hostis nacheribus, campoque, vt loquuntur, siue agro longe latequè circa potiebatur. Tum quia non apparet, quanam ratione Ezechias ante Syriorum, tantos thesauros habere potuerit, quantos eum, non mentis elatione legatis ostendisse Scriptura insinuat.

6. Ego ob hasce rationes legationem Babylonicam fugæ Assyrio pono. Anno ante Christum 716. currente sabbatico, ordior annum decimum quartum, sed dubius, quo mense annus iste 14. inierit. S

Conclusio.

fluente Sennacheribus ad veris initium Iudæum agrum vastare cœp potuit, vt anno sequenti, hoc est 715. ante Christum aufugeret, & finem, aut sequentis initium legati Babylone Ierosolymam perueniren tem æstate vel absoluta, vel adulta Sennacherib Iudæos aggressus est non nisi 714. anno ante Christum, quo decimus sextus Ezechiæ ap istam legationem obiri potuisse, ob res ab Assyrijs, quà in Iudæa, quà to patratas, & Babylonis à Iudæa distantiam.

IV. REGVM XXI. v. 1. & 19.

Manasses regnat annos 55.

1. *Duodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset, & quinquaginta annis regnauit in Ierusalem.* Quod totidem verbis inculcatur 2. Paralip. vers. 1. Hos 55. annos Chronologicos esse mihi persuadeo, vt plerique vel disertè vel tacitè docent, dum huic regi totidem annos inscribunt phus, Eusebius, Sulpitius, Hilarion, Iulianus, Fasti Siculi, Beda, Nic Const. Ado, Vincentius, Marianus, Abulensis, Torniellus &c. Auc Pauuel, sine ratione asserere annum vicesimum nonum Ezechiæ Manassis, & 55. huius, primum Amonis.

19. *Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset: duobus quoque annis regnauit in Ierusalem.* Idem habetur 2. Paralip. 33. v. 21. Eundem annorum numerum ei attribuo, cum Iosepho, Clemente Alex. Africano, Sulpitio, Schafnaburgensi aliisque iam laudatis. Paludanus tamen dat ei annum & 6. menses. Eusebius fatetur quidem Amon secundum Hebræos biennium regnasse: ea nihilominus 12. enumerat secundum interpretationem, vt ait, Septuaginta, quod facit Iulianus & Nicephorus. Sed hi vitiosis exemplaribus vsi sunt: Græca enim exemplaria Sixti V. & alia duos tantum annos exprimunt, quam lectionem iam olim, vt legitimam agnouerunt Fasti Siculi, Hilarion, Sulpitius, &c. Hinc non malè Capellus ann. m. 3354. carpit Lauretum, qui in tanta literatum luce, adeoque omnium in quauis lingua sacrorum codicum fidem, contendit Amonem annos esse computandos.

Amon regnat 2. annos.

IV. REGVM. XXII. v. 1.

1. *Octo annorum erat Iosias, cum regnare cœpisset: triginta & vno anno regnauit in Ierusalem.* Eadem leguntur 2. Paral. 34. v. 1. Sulpitius tribuit eius regno annos 21. Eusebius & Iulianus 32. Paludanus 31. & nouem menses. Numerum sacris monimentis consignatum omnino retinendum censeo, cum Francisco Suario, & alijs authoribus cap. præcedenti, num. 1. laudatis.

Iosias regnat an. 31.

2. Tradit Abulensis 4. Reg. 23. q. 21. Amonem 16. duntaxat annis filio suo Iosiæ seniorem fuisse, nec id mirum videri; cum annus decimus quartus in masculis censeatur esse pubertatis. Si cuipiam id minus placuerit, eum temeritatis arguere non ausim. Fieri enim potuit, vt Amon 22. annos natus regni gubernaculis admotus, annis aliquot cum parente regnaret: post obitum verò parentis biennio solus principatum teneret. Sic facilè octennem filium imperij hæredem reliquerit.

De initio regni Amõ.

IV. REGVM. XXIII. v. 31. & 36.

31. *Viginti trium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem.* Idem habetur 2. Paral. 36. ver. 2. Sacro textui omnes quotquot me legere memini Scriptores, vel expresse vel tacitè assentiuntur.

Ioachaz regnat 3. mensibus.

36. *Viginti quinque annorum erat Ioakim cum regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem.* Eadem inculcantur 2. Paralip. 36. v. 5.

QVÆSTIO XVI.

De annis regni Ioakim.

1. IOakimi regnum 12. annis definit Chronicon Alexandrinum: vndecim vel duodecim Nicephorus Constan. vndecim completis & aliquot mensibus Capel-

Ioakim regnat 11. an. Chronolog.

Capellus: & iam olim Theodoretus præf. in Dan. decem & aliquot ... Torniellus, Salianus, Paludanus. Ego ei vndecim annos adscribo, ... ptura, Eusebio, Sulpitio, Iuliano, Hilarione, Fastis Siculis, Beda, Ad... centio, Schafnaburgensi, Mariano Scoto, Tostato Suario, Gordono, ... la me ratio cogit ab isto numero recedere: etsi reuera vltimum ... omnino expletum fuisse putem. Idem docet Sanctius Ierem. 32. num. ... 2. num. 65. Pineda lib. 7. de rebus Salomonis, cap. 9.

Quæstio 1 Opinio cũ 2. arg.

2. De mense, quo Ioakim regnum inijt, non est vna omnium ... Torniellus & Salianus varijs in locis, vt anno m. 3425. & 3425. ... Ioachaz regnare cœpisse sub finem mensis noni desinente anno ... siæ: Ioakimum autem regem factum mense Nisan. Probant primo ... Ioakim non attigisset annum regni sui vndecimum, contra euidens ... testimonium, quæ eum annos vndecim regnasse tradit. Siquidem ab ... Iosiæ vsque ad quartum Ioakimi, primumque Nabuchodonosoris ... putatis vtrimque extremis, & inclusis tribus mensibus Ioachazi, ... anni viginti tres, nempe Iosiæ ferè nouemdecim, & quatuor regni Io... qui hic captus est, sub finem anni septimi Nabuchodonosor Ieremiæ ... Post Ioakimum verò regnauit Iechonias tres menses, quibus elapsis N... donosor ineunte anno octauo regni sui, eum Babylonem captiuum ... Probant 2. Quia alias non regnasset Sedecias annos vndecim comple... tamen tradere videtur Ieremias cap. 1. v. 3.

Aliorũ opiniones.

3. Paludanus Tract. 4. cap. 26. regnum Ioakimi mense septimo ap... dit mense Nisan desinente, anno septimo Nabuchodonosoris parit... & probat ex isto cap. 1. Ieremiæ. Caluisius anno suo 610. ante Chr... Ioakimum regem fratri suo circa æquinoctium autumnale substitu... pellus anno ante Christum 612. scribit æram Ioakimi inchoari ab ... Nisan, vel antecedente Tisri, *circa quem*, inquit, *obijt Iosias*.

Conclusio.

4. Ego Iosiæ annis 31. quos sacræ tabulæ exhibent, nihil prorsus ... eum circa mensem 6. aut septimum, currente anno ante Christi ... obijsse autumo, tum Ioachaz trimestrem gessisse principatum, ita ... dem anni ante Christum 612. finem, Ioakim fratri successerit, per ... vndecim, quibus anno ante Christi epocham 601. exspirantibus, ... tres menses & decem dies, rex audierit, nimirum vsque ad medium ... circiter, vel mensis Ab anni illius ante Chr. 601. Huic absque vllo ... expirante, vt reor, anno septimo Nabuchodonosoris, subrogatus est ... qui annis vndecim in regni administratione fermè euolutis, mense ... apud Iudæos sacri, ante Chr. 590. regno, libertate, oculis priuatus, ... dæorum tragædiam clausit.

5. Hac ratione annum tertium decimum Iosiæ ordior, anno ante Christum 631. annum quartum Ioakim, circa finem anni ante Christ. 609. regnum Nabuchodonosoris mense quinto anni sequentis, currente adhuc anno vigesimo tertio à 13. Iosiæ inclusiuè computato. Sic patet iure negari posse, quod primo argumento Torniellus & Salianus afferebant. Taceo non consta re verum ille vicesimus tertius inclusiuè an ciuiliter computandus sit, de quo Ieremiæ 25. vers. 3. sermo habetur. Dixerit fortè quispiam, contra Torniellum & Salianum, septimum Nabuchodonosoris annum de quo Ieremiæ 52. vers. 28. expletum fuisse, sicut ijdem auctores annos 16. Iosephi Latino & Hebræo textu signatos, completos interpretantur. Genes. 37. ver. 2. Sic Salianus alterum annum à diluuio, quo natus est Arphaxad expletum sumit, & Abulensis 4. Reg. 9. q. 27. annum vndecimum Iorami filij Achab, de quo ibid. vers. 29. absolutum intelligit. Imò Salianus ann. m. 3429 numer. 21. dixerit, illo Ierem. cap. 52. vers. 28. agi de transmigratione Ioachini siue Ieconiæ, quam liber 4. Regum vers. 12. asserit anno octauo Nabuchodonosoris factam, subaudi ineunte. Quod primus annus Nabuchodonosoris respondeat quarto & quinto Ioakimi, fateor equidem: potuit nihilominus Iechonias transportari, anno Ioakimi patris sui vndecimo necdum finito, ineunte Nabuchodonosoris octauo. *Ad 1. 1. opinionis*

6. Nec altera probatio Torniellj mulcum vrget. Verba Ieremiæ cap. 1. v. 3. hæc sunt: *Et factum est in diebus Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iudæ, vsque ad transmigrationem Ierusalem in mense quinto.* Quæ vt vera sint, non est opus, vt vndecimus annus Sedeciæ quoad omnes partes fuerit consummatus: imò S. Vates per epexegesin Scripturæ vsitatam addit eam consummationem vsque ad quintum mensem extendi, & 70. Seniores nulla facta consummationis mentione, hunc locum sic transtulerunt: *Et factum est, in diebus Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad vndecimum annum Sedeciæ filij Iosiæ regis Iudæ, vsque ad captiuitatem Ierusalem in mense quinto.* Hoc igitur Prophetæ oraculum, nisi quid aliud obster, ita explicari potest, sicut illud S. Stephani dictum: *expletis annis quadraginta* &c. Act. 7. v. 30. interpretatur Torniellus ad annum 1. ætatis 4. num. 4. & Salianus ad annum m. 2543. Et illud Ieremiæ 34. ver. 14. *cum completi fuerint septem anni.* Et Lucæ 2. vers. 22. *Postquam consummati sunt dies octo*, omnium iudicio intelligi debet. Vide, si placet notas ad cap. 3. Exodi. Si ergo huius vaticinij verba spectes, solum significant Ieremiam, non destitisse vaticinari ante annum vndecimum Sedeciæ, imò non ante quintum illum mensem, quo Iudæi Vrbe excisa Babylonem abducti sunt, siue annus ille vndecimus tunc inceptus fuerit tantum, siue finitus. *Ad 1.*

7. Ex

Anni 11. Ioakim nõ omnino completi.

7. Ex alio tamen capite arbitror sententiam de annis vndecim [illegible] non omnino ferè tamen completis, facilius applicari ad Scripturæ [illegible] nem, & probabiliores rationes, quæ Nabuchodonosori annos 43. Ch[illegible] gicos attribuunt. Hoc enim modo, ad annos transmigrationis Iechon[illegible] duntur 7. vt exurgant anni ab enthronismo Nabuchodonosoris: [illegible] annus 37. transmigrationis erat 44. Nabuchodonosoris, sed Euilm[illegible] tribuendus sic 43. remanent Nabuchodonosori. Huc spectant, quæ [illegible] cam de annis Iechoniæ & Sedeciæ, & cap. seq. v. 12. cap. 25. v. 1. & 2.

QVÆSTIO XVII.

De Canone Mathematico Ptolemæi.

Vtilitas huius Canonis.

1. VT ea quæ de Nabuchodonosore & sequentibus Babylonio[illegible] bus in sacris literis occurrunt, iuuatius disputentur, notandu[illegible] dæorum principibus repetenda altius videntur. In primis autem pe[illegible] nonem Mathematicum Ptolemæi, haud ita pridem in lucem edit[illegible] dere, quippe quem omnes fatentur magnum Chronologiæ lumen [illegible] quidam omni auro pretiosiorem esse affirmant. In eo Canone hi[illegible] recensentur Babylonij reges à Nabonassaro ad Cyrum, hunc Persa[illegible] ad Alexandrum Magnum, inde Ægyptiorum vsque ad Cleopatra[illegible] tum denique Romanorum Imperatores, ab Augusto ad Antoninum[illegible] principibus anni sui adscribuntur, ijque vnam in summam ab Epoch[illegible] nassari, vsque ad cuiuslibet regis excessum colliguntur, v. g. Nabon[illegible] buuntur anni 14. Nadio biennium, vnde 16. conficiuntur. Subijcitu[illegible] zirus siue Cozirus & Porus, quibus datur quinquennium, & 21. [illegible] bonassari supputantur, vt ex ipso, qui sequitur Canone videre licet, q[illegible] alios exhibet Petauius sed non integrum, de Doctrina Tempor[illegible] lib. 9. cap. 52. Eundem verò *integrum & incorruptum* Serhus Calvi[illegible] *exemplari Ptolemæi, quod habetur Londini in Anglia*, se accepisse testa[illegible] caput xi. Isagoges Chronologicæ Græcè transcripsit, nu[illegible] quod collectos annos notis apud nos vsi- tatis expresserit.

Ex P. Dionysio Petauio & Setho Caluisio transcriptus.

Ordo & nomina Regum.	Ex Petauio. Annis Regum	Ex Petauio. Anni collecti	Ex Caluisio. Annis Regum	Ex Caluisio. Anni collecti
1. Nabonassarius.	14	14		
2. Nadius.	2	16		
3. Chozirus & Porus.	5	21		
4. Iulæus.	5	26		
5. Mardokempadus.	12	38		
6. Arcianus.	5	43		
7. Interregnum.	2	45		
8. Belithus.	3	48		
9. Apronadius.	6	54		
10. Rigebelus.	1	55		
11. Messessimordacus.	4	59		
12. Interregnum.	8	67		
13. Iegiedinus.	3	80		
14. Saosducheus.	9	89	20	100
15. Chyniladanus.	14	103	12	122
16. Nabopolassarus.	21	124	21	143
17. Nabuchodonosor.	43	167	43	186
18. Iluarodamus.	3	170	2	188
19. Neregasolassarus.	5	175	4	192
20. Nabonadius.	32	209	17	209
21. Cyrus.	9	218		
22. Cambyses.	8	226		
23. Darius.	36	262		
24. Xerxes.	21	283		
25. Artax. prior.	41	324		
26. Darius Nothus.	19	343		
27. Artax. II.	46	389		
28. Ochus.	21	410		
29. Arses.	2	412		
30. Darius Arsami F.	6	418	4	416
31. Alexander M.	6	424	8	424

Ordo & nomina Regum Græcorum.	Anni Regum	A morte Alexandri.	A Nabonassare.
32. Philippus Aridei.	7	7	431
33. Alexander.	12	19	443
Græcorum Regum in Ægypto.			
34. Ptolem. Lagi.	20	39	463
35. Pt. Philadelphus.	38	77	501
36. Pt. Euergetes.	25	102	526
37. Pt. Philopator.	17	119	543
38. Pt. Epiphanes.	24	143	567
39. Pt. Philometor.	35	178	602
40. Pt. Euergetes II.	29	207	631
41. Pt. Soter.	36	243	667
42. Dionysius.	29	272	696
43. Cleopatra.	22	294	718
Romanorum Reges.			
44. Augustus.	43	337	761
45. Tiberius.	22	359	783
46. Caius.	4	363	787
47. Claudius	14	377	801
48. Nero.	14	391	815
49. Vespasianus.	10	401	825
50. Titus.	3	404	828
51. Domitianus.	15	419	843
52. Nerua.	1	420	844
53. Traianus.	19	439	863
54. Adrianus.	21	460	884
55. Antoninus.	23	483	907

2. Vt annorum hoc Canone contentorum & series aptè, cum nostris, hoc est Romanis siue Iulianis annis componantur, meminisse conuenit. 1. hos annos esse æquabiles Ægyptiacos, quorum singuli constant 365. diebus, absque vlla intercalatione, vt declaraui, in qq. Chron. *de annis Dom. Nabon.* &c. cap. 8. Quo fit, vt certis temporum interuallis duplex annus Nabonassareus, vno Iuliano aperiatur, v.g. anno Iuliano 521. inijt annus Nabonassari 227. prima Ianuarij, & 228. vltima Decembris, Anno Domin. 940. inijt annus Nabon. 1688. Calendis Ianuarijs, & 1689. die 31. Decembris, vt ostendi lib. cit. cap. 12. Ad quam annorum inæqualitatem respiciat, qui errare formidat. *Continet annos æquabiles.*

3. Aduertendum 2. annum primum Nabonassari cœpisse anno ante æram Christi 747. die 26. Februarij; annum vero Nabonass. inijsse anno ante eandem æram 529. die 3. Ianuarij, quo anno Cambyses Imperium adeptus est. Annus item Nabonassari 425. ortus est die 12. Nouemb. anno ante Christum 324. cùm mense Iulio Alexander M. obijsset. Vnde patet, legitimè in isto Canone finem Cyri ad annum 218. Nabonassari adscriptum; & obitum Alexandri ad annum 424. In quibusdam vero, hic Canon, vno, duobus, aut etiam pluribus annis ab historica & accurata annorum supputatione recedit, vt patet in Artaxerxe II. cui hîc 46. anni tribuuntur: sed non ex communi historicorum & Chronologorum placito. Iuxta hunc Canonem Ochus Monarchiam adijsset anno Nabonassari 390. ante Christ. 359. cùm tamen constet, id vt minimum biennio, si non quinquennio citius accidisse. Quare bene monet Petauius, lib. 10. cap. 7. in hoc Canone, *regum quorundam annos & epochas depravate conscriptas quod & Scaliger notauit lib. 3. Isag. Can. pag. 284.* inquit. Hic enim Canon Mathematicus est, non historicus: ad motus Solis, Lunæ, aliorumque astrorum deprehendendos, ex professo adhibetur, non autem ad stringendos vbique historiarum nexus. Quo fit, vt in Canone omittantur Magi, qui post Cambysen regnum septem menses occuparunt, sicut & Artabanus, Xerxes II. Sogdianus suis locis non sunt inserti, quia exiguo tempore imperarunt, nec Mathematici tunc ex siderum aspectibus quicquam ad posterorum memoriam notatum transmiserunt. *Latius explicantur.*

4. Aduertendum 3. non omnia exemplaria huius Canonis inter se vbiq; congruere, vt cernere est in Soasduchæo, & sex sequentibus regibus quibus non idem annorum numerus apud Petauium adscribitur, qui apud Caluisium. Deinde hic Dario Arsami dat 4. annos; Alexandro Magno 8. alias Dario 6. totidemque Alexandro computantur. Nabopolassaro, aliqui 25. aliqui 29. largiuntur. Est tamen hic Canon magno Chronologiæ adiumento, dum varias eclipses, aliaque phænomena certis mensibus & diebus repræsentat, conspirantibus in idem tempus Olympiadum rationibus. Valet etiam ad crassos *Discrepant eius exemplaria.*

quorundam errores palam faciendos, qui regum præsertim Persarum, contra venerandæ antiquitatis testimonia lectoribus obtruderentur. Hinc *error Funccianus facile refutatur*, inquit Sethus, *nec Berosi reus quosdam reges Persarum regno detrudere, aut quorundam imperium auctum fuisset, si cohærentiam huius Canonis, & vim eius perspexissent.* Sin autem semel circiter aut triennio lis moueretur; non putarem eam ex hoc Canone posse: esto verisimile non sit, decennij errorem interueniſſe, vbi ordinaria inter se consentiunt.

QVÆSTIO XVIII.

An Merodach sit idem cum Mardokempado, Baladan cum Nabonassaro.

Quæstio explicatur.

1. MErodach siue Berodach rex Babylonius, qui legatos cum muneribus ad Ezechiam misit, vocatur in Scriptura filius Baladan, 4. Regum 20. vers. 12. nec dubium est, quin Mardokempadus & Nabonassarus fuerint Babyloniæ Principes sicut & Merodach atque Baladan, ita tamen eadem tempora. Vnde quæstio oritur, an Merodach sit Mardokempadus, & Baladan Nabonassarus?

Opinio 1.

2. Paludanus Tractatu 4. cap. 18. scribit nuncios Babyloneos ad Ezechiam venisse circa annum regni ipsius decimum sextum; æram autem Nabonassari sub annum 22. cœpisse: vnde cogitur asserere Merodachum prius aliquando regnasse, quam Nabonassarum, & hunc à Baladan, sicut Mardokempadum à Merodacho distinguere.

Reijcitur. Mardokempad fuit Merodach.

3. Alij tamen plerique huius æui scriptores censent Mardokempadum eundem esse cum Merodach. Ita Genebrardus in Ezechia, Serarius 24. de Babyloniorum regibus, Torniellus & Salianus ad ann. m. 3334. lib. 9. cap. 53. quibus subscribo. Assentiuntur Scaliger, Funccius, Calvisius ex parte Capellus. De particulari tamen istorum regum Chronologia omnes hi auctores idem tradunt.

Baladan non fuit filius Nabonassari.

4. Capellus enim anno m. 3279. *Quidni*, inquit, *Baladan posset Nabonassari, patri duorum Merodacorum, quorum prior distinctionis causa Merodac-kempad, alter Merodac-bal-adan?* Verum incerta est, vt fatetur, hæc suspicio, & cum Canone Mathematico pugnat. Capellus enim tribuit modo, *breue fuisse prioris Merodaci regnum, puta trienny ad summum.* Canon vnum duntaxat Merodachum exhibet, eique annos 12. consignat, duodecim eius prædecessori quinquennium.

5. Caluisius in 3. edit. anno ante Chr. 745. & in Canone, dat Nabonassaro annos 14. anno tamen ante Christum 730. *Nabonassar*, ait, *Chaldæorum rex cum annos 15. regnasset, moritur.* Ilulæo tantũ 4. annos solidos concedit; & sic non nihil discrepat à Canone, qui Nabonassaro annos 14. Ilulæo 5. accenset. Cur tamen id faciat, non video. Perperam autem scribit anno decimotertio Ezechiæ, Legatos Merodachi ipsi de sanitate recuperata gratulatos, cum ex Scriptura constet id non ante annum Ezechiæ 14. contigisse. *Opinio Sethi ex parte falsa.*

6. Funccius ad an. m. 3243. vult Merodachum, siue Mardokempadum, cum 12. annos Babylone regnasset, omnem Assyriorum potentiam ad Chaldæos transtulisse, & regnasse post, quadraginta annis, vniuersè 52. Sed errare Funccium iam pridem monuit Caluisius, & ex optimis quibusque auctoribus patet. *Error Funccij.*

7. Serarius, Torniellus, Salianus, Merodachum autumant fuisse Nabonassari filium: id tamen non constat. Nam iste Canon inter Nabonassarum & Merodachum ternos principes per annos 12. interponit, quibus exactis Ptolemæus initium Mardokempadi signat anno æræ Nabonassari 27. Fieri quidem potuit, vt filius annis duodenis à regni paterni administratione arceretur: id tamen reapse factum, nec aio, nec inficior. *Opinio quorundã dubia.*

8. Ptolemæus lib. 4. Almag. cap. 6. Prima, inquit, antiquissimarum eclipsium apud Babylonios obseruatarum, primo anno Mardo-kempadi, Thoth 29. sequente 30. facta scribitur, cum Sol circa finem piscium esset, nempe anno Nabonassari 27. ante Christum 721. die 18. Martij. Notat duas alias eclipses Lunæ Ptolemæus anno 2. Mardokempadi ante Chr. 720. vt passim monent auctores, & memini Opusculo *de anno Domini Nabon.* & c. cap. 9. Ex quibus colligimus, anno circiter 721. ante Christum, regnare cœpisse, anno septimo Ezechiæ, vel sexto exeunte, vt putat Petauius. Ego illo anno ante Christum 721. annum nonum Ezechiæ aperio: sic Merodachus, qui 12. annos regnasse scribitur commodè Legatos Ierosolymam, ad annum 14, 15. aut 16. Ezechiæ destinarit. *Mardokempad Synchronos Ezechiæ.*

9. Torniellus & Salianus anno m. 3324. Ezechiæ decimosexto, ante vulgatam æram Christi 730. existimant Merodachum cum parente regnantem nuncios ad Ezechiam misisse; postea verò mortuo parente regnum pleno iure aggressum, puta anno Ezechiæ 24. vt notat Torniellus, vel 25. vt Serarius & Salianus. Verum hæc non omnimodè ad Ptolemæi canonem quadrant. Ilulæus enim Merodachum ab anno 22. Nabonassari proximè antecessit, & quinque duntaxat annos regnauit, totidemque ante eum Chozirus & Porus, ad quos Babylonium regnum anno Nabonassari 17. peruenerat, ad Merodacum autem 27. ante quem annum nõ arbitror legationem Babylone ad Ezechiam morbo *Explicatur Canon Mathem.*

leuatum fuisse adornatam. Neque verò idcirco Nabonassarus annos [illegible] senos regnasse putandus est, quod primus Merodachi in annum 27. [illegible] disse dicatur. Hic enim 27. annus ab Epocha Nabonassari, qui non [illegible] regnauit, deducitur, sicut & anni sequentium regum, v.g. Augusti [illegible] primus scribitur 719. Nabonassari, ad quem sine dubio Nabonassarus non peruenit. Quare ijs non assentior, qui censent Merodachum, [illegible] bonassaro regnasse, aut munera Ezechiæ missa, vsque ad huius annum [illegible] lisse: quorum posterius Serario magis arridet, esto non omnino ve- [illegible] rum, & addat: *qui scripserunt hunc Merodachum in Babylonia regnum suum [illegible] occupasse, ex Pseudo-Beroso, & Pseudo-Philone decepti sunt.*

QVÆSTIO XIX.

De annis Nabopolassari.

Doctrina Ptolemæi notanda.

1. PTolemæus libr. 5. Almg. cap. 14. tradit Lunam defeciss[e] [illegible] polassari, 127. Nabonassari, die Athyr secundum Ægyptios [illegible] 28. intellige anno ante Christi Epocham 621. die 22. Aprilis. De hac [illegible] no Nabonassari & die prædicto cõmissa, dubitare non sinit vnanimis [illegible] tabularum, quas vsurpant Mathematici consensus. In annis tamen [illegible] bopolassari ad sacram historiam applicandis auctorum, præsertim [illegible] tiorum desudat industria, ac plurima in medium producit: è [illegible] delibabo.

Opinio Torniselli.

2. Torniellus ad annum m. 3429. numer. 2. contendit hunc regem Ptolemæus Nabopolassarum vocat, fuisse Nabuchodonosorem Mas- Ierosolymam euertit: quia ex sententia contraria, ait *penitus destruitur Ptolemæi Epochen ab ipso Nabonassaro deductam, & consequenter omnem [illegible] nomicam, quam ex cœlorum motibus, per annos prædicta Epoches observatis [illegible] dit que Scaliger*, subaudi cum alijs, qui idem sentiũt. Nam Ptolemæus septimum Cambysis componit cum 225. æræ Nabonassari, annum Hystaspis cum 246. & tricesimum primum, cum 257. Hæc autem [illegible] posita, qua Nabopolassarus parens Nabuchodonosoris esse putatur, pereri nullo modo posse affirmat, sed irrito conatu.

Explicatur & refutatur.

3. Putat enim Torniellus annum illum 5. Nabopolassari lunæ [illegible] tatum fuisse quintum Nabuchodonosoris, & sic suam doctrinam [illegible] Ptolemæi confirmatam: quod longe à vero distat. Nam Ptolemæus [illegible] siue catalogo regum Babyloniorum Nabopolassaro proximè Nabu- [illegible] sorem subrogat, eique tribuit annos 43. tum subiungit Iluarodam, [illegible] rodach, ita vt si de Ptolemæi sententia agatur, nullus dubitandi locus

ter, quin iste Nabopolassar fuerit parens aut saltem ἄμισος prædecessor Magni Nabuchodonosoris, & 21. annos aut 29. regnauerit, quot patrem Nabuchodonosoris regnasse fatetur Torniellus, cum alijs iamiam numer. 5. laudandis. Necest quod quisquam dicat Nabuchodonosorem illum qui Iudæos in Babylonicam abduxit seruitutem habuisse filium eiusdem nominis illarum rerum gestorem, quas antiquissimi Scriptores, Berosus, Megasthenes, Diocles Nabuchodonosori adscribunt. Nã Torniellus an. m. 3408. n. 1. contra Historiã Scholasticam diserte assentitur Pererio in cap. 5. Danielis, neganti vllum fuisse Nabuchodonosorem eiusdem cum parente nominis, cui præclara illa gesta attribui possint. *Quantum ad hoc* inquit Torniellus, *verissimum est, quod sacra & prophana historia vnius tantum Nabuchodonosoris mentionem facit.* Plurium autem mentionem profani Scriptores facerent, si Nabopolassarus esset Magnus Nabuchodonosor: Ptolem. enim ei qui Nabopolassaro successit, 43. annos imperij deputat; quod nulli conuenit, præterquam illi qui ab antiquis scriptoribus celebratur. Si quæ fides igitur habenda est Ptolemæo, Nabopolassar non fuit Nabuchodonosor Magnus, sed parens illius, vt bene præter alios docet, contrariasque opiniones refutat Petauius lib. 9. cap. 58.

Nabopolassar parens Magni Nabuchodonosoru.

4. In eorum enim sententia, qui Nabopolassarum censent genitorem Magni Nabuchodonosoris fuisse, Epocha Nabonassari ad annum 747. ante Chr. affixa, notandis astrorum motibus constanter retinetur, & inde series annorum Nabonassari ita deriuatur, vt ne vnius quidem diei error deprehendatur. Cyrum anno 1. Olymp. 55. regnum apud Persas adijsse, & triginta annos non amplius administrasse, omnium antiquorum consensu, exploratum habetur. Vnde fit, vt Cambyses Cyro successerit anno ante Chr. 529. quo annus æræ Nabonassari 219. die 3. Ianuari, & 4. Olymp. 62. diebus æstiuis aperiebatur, suffragante Ptolemæo, dum in suo Canone Imperium Cyri claudit anno 218. Nabonassari; Cambysis & Magorum tempus ex Ptolemæi aliorumque sententia, octo annorum fuit. Sic anno ante Chr. 521. Darius Hystaspis rerum potitus est, quando inijt annus Nabonassari 227. prima Ianuarij, & 228. die 31. Decembris, æstate verò quartus Olymp. 64. Optimè igitur Ptolemæus annos Cyri, Cambysis, Darij ad æram Nabonassari accommodat, siue idem faciat de annis Nabopolassari, siue non.

Regnat annos 21.

5. Parens Nabuchodonosoris, annos 21. regnauit, vt tradit Berosus apud Iosephum lib. 10. Antiq. c. 11. Polyhistor apud Eusebiũ lib. 9. præp. Euang. Ptolemæus in Canone, quos sequuntur Torniellus, Salianus, Petauius, Funccius, Calmisius. Apud Iosephum tamen contra Appionem, 29. anni eius regno tribuuntur, quẽ numerũ in sua Chronologia retinet Bellarminus. Addit Petauius in qui-

quibusdam exemplaribus notari 25. apud Ptolemæum. Bene autem
monent, eum 21. annos solum regnasse, reliquos fuisse ei cum antece
munes. Hunc autem fuisse Nabopolassarum clarè Berosus & Ptolem
cant, quibus assentior, quod facere debent ij, qui annos 70 seruitut
cæ ab entronismo Magni Nabuchodonosoris vsque ad laxatam cap
& qui totidem à casu Templi ad annum 2. Darij. Hzstaspis enumer

Quæstio. 6. Remanet tamen difficultas, quam obijcit Torniellus, quo
annus quintus Nabopolassari in 127. Nabonassari incidere
Nabopolassari, esset 123. Nabonassari; huic numero si addantur 21.
nus 144. Nabonassari; idē primus Nabuchodonosoris. Hoc autē
7. Cambysis, vicesimus & tricesimus primus Darij non bene congr
annis Nabonassari. Verum similes difficultates nō effugit Torniellus
quidem Ptolemæus dat Cyro annos 9. Monarchiæ; Torniellus 7.
Notabile ex Ptolemæo. Mnemoni tribuit ille annos 46. Torniellus 40. Annus 1. Ochi est
390. Nabonassari; Torniello primus Olymp. 104. quo inijt annus N
385. die 22. Nouembris. Quare ad id tandem recurrendum e
q. 17. n. 4. adnotabam, nimirum, in aliquorum regum Epochis Ptole
historica & accurata supputatione paucorum annorum spatio recu
factum in Nabopolassaro, qui si 21. annos solidos imperauit, qua
citer citius ad principatum euectus est, quam à Ptolemæo notetur,
si annum 21. regni incepit tantum. Esto ad venandas eclipses Ptolem
ipsam Nabonassari ab ea Epoche, quam semel constituit, constanter
Calculos suos ex professo, vt Mathematicus accuratè digeret: rebus
regumque tempora spectantibus sua ratiocinia quandoque aspergat
actè, modo populari computo, crassaque Minerua, magis de vi
astrorum motibus, quam de triennio in rebus humi gestis, sollicitum
ctant quæ Opusc. *de annis Dom. Nabonassari* &c. annotabam cap. 13. n

Conclusio. 7. Existimo igitur Nabopolassarum annos 21. saltem inchoa
lunam defecisse anno præter propter regni illius quinto: rigida autem
tatione octauo labente. Sicut Artaxerxi Mnemoni succesit Ochus
Nabonassari 390. quem vulgari modo exprimit Ptolemæus, sed p
citius. Similem in Ptolemæo, puta moralem supputandi rationem, d
Nabopolassaro tacitè admittit Petauius, dum ei 21. annos tribuit, d
nus Nabuchodonosoris primordia anno Periodi Iulianæ 4107. quo
23. Ianuarij cœpit annus 141. Nabonassari. Hinc si 20. annos subtrahe
circa 121. annum Nabonassari, regni gubernaculis manum admouit
polassarum. Caluisius anno Nabonassari 140. æram Nabuchodon
picatur, & Capellus annum 18. Nabopolassari cum primo Nabuch

emponit, nempe ex Ptolemæi calculo minus accurato, quoad initium regni Nabopolassari. Forte quispiam suspicabitur eclipsin illam errore graphico notam anno 1. Nabopolassari, pro 7.

8. Quoto anno Nabonassari decesserit Nabopolassarus, ex Canone Mathematico definiri non potest: siquidem exemplaria inter se discrepant. Nullis credunt in hoc negotio, Torniellus, Salianus, Petauius; nec ego: ab omnibus discedunt Sethus & Capellus. Porro ex dictis habemus Nabopolassarum regnasse annos 21. saltem inchoatos, eundemq; fuisse parentem Nabuchodonosoris Magni, à nonnullis Nabulassarum, alias Nabuchodonosorem appellatum: quando autem obierit constabit ex quæstione sequenti, sub finem num. 3. Vide notas in Ierem. cap 32. v. 1. num. 2.

De obitu Nabopol. dubium.

QVÆSTIO XX.

De initio & duratione regni Nabuchodonosoris.

ANnum primum Nabuchodonosoris, quartum Ioakim regis Iuda, & vicesimum tertium a. 13. Iosiæ, inter se aliquo modo concurrere, fidē indubitatam facit Ieremias cap. 25. v. 1. *Verbum quod factum est ad Ieremiā omnem populo Iuda, in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda.* (*ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.*) Et v. 3. *A tertio decimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda, vsq; ad diem hanc, iste tertius & vigesimus annus.* Ita habent Latina, fons Hebræus, & quædam Græca: quædam verò, vt translatio Septuaginta Sixti V. mentionem Nabuchodonosoris non faciunt; sed neque negant, quod alij codices exprimunt. Vtrum autem iste primus Nabuchodonosoris annus partim cum tertio & quarto; an partim cū hoc & quinto Ioakimi cōueniat, in quæstione ponitur.

Annus 1. Nabuchodon. attigit 4. Ioakim.

2. Anno tertio Ioakim Nabuchodonosorem regnare cœpisse sentiunt nōnulli, vt Sanctius 4. Reg. 24. v. 1. Ribera Nahum 2. Pererius Præfat. in Danielem & cap. 1. Sa ibidem, vbi legimus: *anno tertio Ioakim regis Iuda venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem & obsedit eam.* Ex hoc tamen vnico Danielis oraculo non potest efficaciter probari, anno tertio Ioakim fluente Magnum Nabuchodonosorem iam regnandi initium dedisse, cum eiusmodi verborum complexio intelligi possit, de eo mox rege futuro, quippe qui viuente adhuc patre bellum in Iudæa gessit, tum accepto de obitu patris sui nuncio confestim Babylonem reuersus & tum primùm regni administrationem suscepit, anno tertio Ioakimi iam transacto, vt mox ex Beroso colligemus. Vt igitur solidiora huius quæstionis fundamenta palam fiant, quædam ex profana, quædam ex sacra historia proponam, vt suauius inde veritatis splendor affulgeat.

1. Opinio.

Reiicitur.

3. Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 11. ex Beroso lib. 3. rerum Chaldaicarum hæc refert. Pater Nabuchodonosorus (apud Eusebium est Nabopolassarus, vt

Notandū ex Iosepho.

bene Serarius & Petauius monent) audito quod Satrapa quem Aegy-
Cœlesyriæ Phœniciæq; præfecerat, à se defeciſſet, cum non posset am-
re labores militiæ tradita iuniori (ὅτι ἐτι ἐν ἡλικίᾳ) Nabuchodonoſo-
rum parte, iuſſit eum contra illum proficiſci, qui collatis signis cum
congreſſus & ipſum deuicit & regiones eius ad ſuum imperium tem-
terea pater Nabuchodonoſorus (Euſebio Nabopolaſſarus) apud Bab-
morbo abſumptus eſt, cùm regnaſſet annos viginti & vnum. Nabuch-
ſorus verò, non multo poſt, patris morte cognita, & conſtitutis Aegy-
liquarum regionum negotijs, demandataq; amicis cura captiuorum
rum, Syrorum, Phœnicum & Ægyptiorum traducendorum in Bab-
cum exercitu & impedimentis, ipſe cum paucis per deſertum Babylo-
perauit, & cum aſſumpſiſſet regni adminiſtrationem, quæ interim per
dæos fuerat, & ab eorum primo ſeruata erat, in eius reditum factae
paterni imperij Dominus. Vnde pater Nabuchodonoſorem aliquot
rum cepiſſe, eorumque curam amicis demandaſſe antequam regio
apud Babylonios inſigniretur, quo de negotio meminit Daniel ſuae P
initio, vt diſertè monent Faſti Siculi.

Nexus annorum Sedecie & Nabuchodon.

4. Eodem collimat Ieremias cap. 29. v. 1. & 2. *Anno nono Sedeciæ regis*
ſe decimo venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem
ſidebat eam. Vndecimo autem anno Sedeciæ menſe quarto, quinta menſis apud
Sicuti hic eſt ſermo de anno nono Sedeciæ currente, ita etiam de vn-
fluente, cum nulla ſit ratio, cùr S. Vates in tam exiguo verborum cont-
phibologia vti voluerit. Rurſus cap. 52. v. 12. ait: *in menſe quinto decima*
eſt annus nonus decimus Nabuchodonoſor regis Babylonis, venit Nabuzardan C-
28. ſcribit eundem regem *anno ſeptimo* tranſtuliſſe Iudæos 3023. anno
mo 832. animas. Quæ omnia, cum de annis adhuc currentibus acc-
non eſt, quod modò inchoatos, modò expletos intelligamus. *Anno*
ſui *ſeptimo* fluente, ſubacto Ioakimo, abduxit, aut abducendi initiu-
dæos 3023. poſt tres menſes transportauit Iechoniam *anno octauo* a. R-

Quando capta Ieruſalem.

12. ſubaudi fluente ſiue ineunte, non tranſacto. Anno decimo octa-
to ſed fluente, capta ciuitate, quarto menſe anni ſacri, tranſtulit, aut
menſem, obſeſſa ſed necdum capta ciuitate) transferre cœpit anima-
dem æſtate menſe quinto Nabuzardan Ciuitatem incendit, anno N-
donoſoris 9. fluente, non elapſo. Hæc autem ita ſe habere non poſſe-
rente adhuc anno tertio Ioakimi Nabuchodonoſor relictum ſibi a-
gnum adijſſet. Nam Ioakim & Sedecias regnarunt vt minimum an-
tolle tres annos ſolidos, quibus ante Nabuchodonoſorem Ioakimus
rat; & remanebunt 18. quos compleuerat Nabuchodonoſor, cùm

damma Ierosolymis subdita est, anno decimo nono regni ipsius iam fluente. Si anni qui hic notantur essent expleti; inter captam & incensam Ciuitatem annus integer & mensis interfluxisset. Anno igitur 18. non finito sed fluente, capta Ierosolyma; anno 19. non elapso sed fluente cremata sunt.

5. Hinc colligo annum primum Nabuchodonosoris inijsse anno quarto Ioachimi, ita vt nulla sui parte annum huius tertium attingeret, sed partim cum quarto, partim cum quinto concurreret. Est Iosephi lib. 10. Antiq. cap. 7. vbi tradit anno quarto Ioakim Nabuchodonosorem regnasse cœpisse. Maldonati Dan. 1. v. 1. Tornielli ad an. m. 3429. num. 4. Saliani num. 21. & sequentibus: consentit Serarius 4. Reg. 22. *in Nabuchodonosore*, Petauius lib. 9. cap. 61. Marianus Scotus an. m. 3586. etsi rationem minus idoneam afferat. His assentiri coguntur, qui annis vndecim Iechoniæ transmigrationem Vrbis excidio præponunt, vt Beda, Ado &c. eodem enim ferè tempore fuit Iechoniæ transmigratio & inauguratio Sedeciæ. Nabuchodonosor autem ante casum Vrbis annos 18. regnauit, è quibus si vndecim Sedeciæ tribuantur, non nisi septem vltimi Ioakim remanebunt, & sic tres primi anni eiusdem Ioakim, & pars quarti ab hoc numero excludentur. Nec abnuere possunt ij qui regnum Nabuchodonosoris 43. annorum spatio definiunt. Nam annus primus Euilmerodach concurrit cum mense Adar anni 37. transmigrationis Iechoniæ. His adde 7. quos tempore Ioakim regnauerat Nabuchodonosor; consurget annus 44. necdum absolutus, quo laxata sunt Iechoniæ vincula, anno primo Euilmerodach, vt scribitur ad calcem lib. 4. Regum, & 2. Paralipomenon, ostenduntque Tabulæ nostræ expansæ, ab anno 4. Ioakim vsque ad finem Nabuchodonosoris *qui quarto anno regis Ioakim cepit imperium*, inquit S. Hierony. Ierem. 32. lit. a. *Initium regni Nabuchodon.*

6. Ex dictis probabiliter colligimus Nabuchodonosorem regnare cœpisse inter diem quintam quarti mensis, & decimum mensis quinti: quia mense quarto die quinta anno 18. Nabuchodonosoris capta est Ciuitas; incensa verò eadem æstate decima die mensis quinti anno 19. eiusdem, vt late declarant Tornielius & Salianus. Dixi probabiliter: quia fortè ante quartum mensem quo Vrbem oppugnauit, transferre cœpit illas animas 8,2. & forte initio quarti mensis iam annum regni sui 19. inierat. *Quo mense ceperit?*

7. Nabuchodonosorem 43. annos regnasse habet Iosephus l. c. Berosus ab eodem lib. 1. contra Appionem relatus, quem sequitur Eusebius lib. 9. Præpar. Euang. cap. 4. sub finem, laudato in hanc sententiam Polyhistore Alexandro, S. Hier. in c. 9. Danielis, Ptolemæus in Canone Mathematico, Serarius 4. Reg. 22. in Nabuchodonosore, Petauius ad an. m. 3377. Beda de sex ætatibus, ait eũ ab euersa Ierusalem vixisse annos 25. non est autem dubium quin 18. antea regnauerit. Ergo vniuersè 43. Annos 44. ei adnumerant Castrius Ierem. 29. *Vtrum regnarit 43 annos?*

Maldonatus Danielis 9. Gordonus cap. 12. num. 6. Fauet Sulpitius, qui excisam Vrbem dat annos 26. Hebrei in suo Seder c. 28. aiunt eum regnis 45. vsq; ad finem anni 37. Transmigrationis Iechoniæ, exceptis Euilmerodachum primo die regni sui, die 25. mensis duodecimi è Iechoniam eduxisse. Verum, vt bene aduertit Salianus, hoc modo Nabuchodonosor annum 44. nõ finiuisset; quadragesimum quintum ne attigisset. Cæterum 45. annos ei tribuunt Ioannes Lucidus, Genebrardus, Cor. alij nonnulli, vt refert Azor tomo 1. lib. 6. cap. 56. Ego regnum eius annum ctum Iechoniam septennium; tum 36. annos tenuisse reor, in totum dos, & partem quadragesimi quarti: quo currente Euilmerodach adeptus est, vt docent Torniellus & Salianus; nec aliud censuisse videntur annos 43. vel 44. adscribunt, nisi quid aliud addant. Vtrum Euilmerodachus tio anni sui primi, medione, an in fine Iechoniam libertati reddiderit, les latet.

An 45? Conclusio.

Error Caluisii.

8. Hinc patet errare Caluisium, dum anno m. 3346. recensita Nabopolassari, *succedit*, inquit, *ipsi filius Nebucadnezar, qui hactenus quartum Syria regnauerat, & adhuc annos 39. imperat.* citatq; Berosum apud Iosephum Ptolomæum in Canone. Nam Berosus satis indicat annos 43. Nabuchodonosoris fuisse ab annis 21. Nabopolassari distinctos: Ptolemæus autem in finitis annis 21. Nabopolassari diserte 43. Nabuchodonosori inscribit. nere est apud ipsum Sethum cap. xi. Isagoges quod est *de Epocha Nabonassari*.

IV. REGVM XXIV. v. 1. & 8.

1. Explicatio.

1. IN *diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est Ioakim ... bus annis: & rursum rebellauit contra eum.* Salianus anno m. 3429. ... stimat Ioakimum anno regni sui tertio sub finem abductum Babylonem post plures menses, obsidibus ibi relictis, cum promissione tributi ... illudque cum fide persoluisse annis quinto, sexto, septimo: sed anno ... nono neglexisse, ac idcirco Nabuchodonosorem anno decimo ... tio vndecimi Ioakimum in suam potestatem redegisse. Idem ... Petauius lib. 9. c. 61. vbi ait Ioakimum cum triennio seruiuisset, anno octauo regni sui, iugum excussisse, donec anno vndecimo defectu confecto, à Babylonijs denuo victus & interfectus est. Alij vt Lyranus, hic. q. 2. Torniellus an. m. 3434. ex Iosepho lib. 10. Antiq. cap. 7. ... Nabuchodonosorem de rege Aegypti Nechao victoriam consecutum 4. regni Ioakimi: octauo autem tributum Ioakimo imperasse & ... cepisse. Hoc modo seruiuerit Ioakimus pendens tributum Chaldæo ... anni octaui, anno nono, & decimo: tum rebellare conatus, anno vndecimo ... gno & vita priuatus fuerit.

2. Explicatio melior.

v. 8. *Decem & octo annorum erat Ioachin, cum regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem.* Eadem lectio est in Hebræo, & Græcis exemplaribus. At vero 2. Paralip. 36. v. 9. dicitur: *octo annorum erat Ioachin, cum regnare cœpisset, & tribus mensibus ac decem diebus regnauit in Ierusalem.* Consentit ibidem fons Hebræus & translatio septuaginta: aliqui Græci codices habent, *octodecim*, vt in libris Regum. *Iechonias regnat 3. mensibus & 10. diebus.*

QVÆSTIO XXI.

De annis Ioachin siue Iechoniæ.

1. DE tempore regni Iechoniæ, nulla est difficultas: siquidem diuinæ literæ illud tribus mensibus circumscribunt, quibus diserte subscribunt Euseb. Hilarion, Beda, Fasti Siculi, Nicephorus Constant. Ado, Vincentius, Marianus, Lyranus, Tostatus &c. Nec est dubium, quin decem dies ad hoc tempus merito adijciendi sint, ex 2. Paralip. 36. vt etiam aduertit liber 3. Esdræ c. 1. v. 44. & alij pleriq; notãt. *Vnde* bene Abulens. in hoc caput. q. 8. docet eos non esse audiendos, qui forte dixerint Iechoniam regnare cœpisse ab anno ætatis suæ octauo, vsque ad 18. nempe annos 10. & 3. menses, decennium verò ei subtrahi, quod illo tempore malus fuerit, aut aliam ob causam: eiusmodi enim effugia sine efficaci ratione & sacris literis consona quæri non debent: quæ hic locum non habet, quandoquidem Nabuchodonosor regnum suum auspicatus est, anno 4 Ioakim, & anno suo 8. transtulit Iechoniam. Deinde constat Ioakim seruisse Nabuchodonosori tribus annis, quibus expletis sublato Ioakimo Iechonias ad regni solium euectus est, in quo si annos decem resedisset, eius transportatio annum decimum tertium Nabuchodonosoris non præcessisset contra euidens Scripturæ testimonium 4. Reg. 24. v. 12. *Non 10. annos solus.*

2. De annis ætatis illius difficilior est ratio temporum, eo quod libri Regum eum annos octodecim natum; Paralipomena autem octennem regio diademate exornent: quem nodum aliqui audacter scindunt, dum sine ambagibus asserunt corruptum esse eum locum in Paralipomenis, vbi Iechonias octennis dicitur principatum suscepisse, & pro 8. legendum 18. Sic opinatur Caietanus 2. Paralip. 36. Canus de locis Theologicis lib. 11. c. 5. ad 12. Sed tale quid in sacro textu admittere, præsertim vbi omnes codices inter se conueniunt, *valde periculosum esse*, monet Torniellus, Abulensis hic q. 2. ait, *istam positionem esse nimis erroneam, non verisimilem, nimis scandalosam: quia eodem modo*, inquit, *poterimus dicere de quolibet alio loco, cum sit eadem ratio, & cum non possit probari veritas sacræ Scripturæ per aliquam rationem priorem, manebit nobis dubium de tota sacra Scriptura, quia poterimus dicere eam in omnibus locis esse corruptam, vel saltem non erit nobis firmum aliquam partem eius esse veram*, idq; probat ex S. Augustino. *Quæstio de annis ætatis illius. 1. opinio falsa.*

Conclusio Iechonias cum patre regnauit 10. annos.

3. Nicolaus de Lyra 2.Paralip.36.lit.g.expeditam, aliàs vitare? hos textus conciliandi rationem habet, vt Iechonias octennis à rente in regni consortium assumptus fuerit, quod habent Paralip vero mortuo decem & octo annos natus, solus regnum moder quod libri Regum expresserunt. Idem sentiunt Tostatus hic.q.8 Sa in v.12.huius cap.Petauius lib.9.cap.55.Salianus an.m.3417.n eodem anno explicat Torniellus exemplo Ochoziæ regis Iuda, qu 8.v.25.legimus regnasse anno regni Ioram regis Israel duodecimo; Ochozias traditur regnasse anno dicti Ioram vndecimo, *vt scitur* inquit, *ipsum Ochoziam prius regnasse cum patre, postea sine ipso* ietanus. *Sed & de initio regni Ioram regis Iuda patris dicti Ochozie, adeo* Scriptura *loquitur, vt necessarium sit dicere, ipsum ter regnare cœpisse, nimirum tre suo Iosaphat, & tertio post eius obitum.* Vnde bene concludit, simil choniam duplex habuisse regnandi exordium, alterum regnante pa rum, mortuo. Priori erat octo; posteriori exordio octodecim anno addit Abulensis, sub finem istius quæstionis 8. scripturam non exp *tempus, quo Iechonias per se regnauit, eo quod anni istorum regum,* inquit, *di cti, vt vna summa addita super aliam, sciatur quanta est temporis extensio.* Q quadrant ad ea, quæ de annis octo Ioramí regis Iuda disputabam 1.num.4.& q.2.num.14.

IV. REGVM XXIV. v. 12.

Suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui. opinor ineunte, cum & Saliano. Neq; verò contradicit Ieremias cap.52. v.28. vbi scribit donosorem transtulisse Iudæos tria millia viginti tres anno septimo qui hunc annum expletum fuisse putant, ego cum auctoribus sum num septimum desinentem interpretor. Si enim Ieremias agit de Ioakimo abducti sunt, ea captiuitas ad annum Nabuchodonosor referri potest; sin autem de transmigratione Iechoniæ loquitur, ea mo expiranti, quo expeditio in Iudæos suscepta est, iure adscribitur exorienti nihilominus deputatur, quia tunc calamitosæ illi rei Simili interpretatione explicari solet Scriptura, quando rem v temporibus notat, vt de incendio Ierosolymitano, & laxato Iech suis locis exponam. Salua enim veritatis sinceritate, modo in diem, quo cœpit, modo in eum, quo finita est, rem quam conijcere potest, qui eam narrat.

IV. REGVM XXIV. v.18.
QVÆSTIO XXII.
De annis regni Sedeciæ.

Vigesimum & primum ætatis annum habebat Sedecias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. Idem repetitur 2. Paral. 36. v. 11. & Iere. 52. v. 1. quem annorum numerum integrum retinent auctores q. præced. num. 1. laudati, & plures alij. Nonnulli tamen è recentioribus vltimum Sedeciæ annum, non computant Chronologicum: ego verò illum aut expletum fuisse arbitror, cùm Nabuzardan ciuitatem incenderet, vt disertè tradunt Torniellus & Salianus, aut potius tam propè à fine abfuisse, vt moraliter pro absoluto haberi possit, quod autumat Paludan. tract. 4. c. vltimo: vbi conclusione 2. ait annos Sedeciæ inire mense quinto, conclusione verò quinta, eum putat vndecimo regni sui exacto captum à Chaldæis & abductum in Babylonem. Non laborem dubium quin Sedecias mense quarto, in manus Chaldæorum inciderit. Idem censent, qui annos seruitutis Babylonicæ auspicantur post annum vndecimum Sedeciæ vt Chronicum Alexand. vel Templum dirutum volunt: annus vndecim Chronologicis à transmigratione Iechoniæ, cum Beda, Adone, Strabone in cap. 6. Baruch, Pererio lib. 10. in Dan. q. 3. Cornelius idem supponit Baruch 6. v. 2. ante §. Aliter has. Et Castrius in Chronotaxi prophetiarum Ieremiæ, &c.

Sedecias regnat 11. annis Chronologicis.

2. Obijci possunt *primò*, hæc verba Ieremiæ cap. 32. v. 1. *Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda, ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor.* Respondent Paludanus, Sanctius, Torniellus, vltimos dies anni decimi Sedeciæ cõcurrisse cum primis diebus anni decimi octaui Nabuchodonosoris, quod ad oraculi Ieremiæ veritatem sufficit: esto totus ferè annus vndecimus Sedeciæ, cum 18. Nabuchodonosoris congruat. Quæ responsio valdè probabilis est, quamuis nec sit improbabile Propheram loqui de anno Sedeciæ completo, vel de anno vulgari Iudaico, ita vt verba illa, *ipse est annus 18. Nabuchodonosor*, significent annum Iudaicum vsitatum, quo Sedecias decimum annum complebat, & Nabuchodonosor decimum octauum auspicabatur, quemadmodum de anno 13. & 14. Neronis alibi dixi. Neque enim illo cap. 2. & præcedenti Ieremias ita accurate annos digerit, sicuti cap. 39. & 52. in quibus plurium annorum continua serie fluentium meminit.

Obiectio.

Resp. 1.

Resp. 2.

3. Obijci potest 2. illud 2. Paralip. 36. v. 10. *cumq; anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex, qui adduxerunt eum (Iechoniam) in Babylonem &c. Regem verò constituit Sedeciam.* Sunt enim, vt Sanctius & Mariana, qui hæc referunt ad annum communem exordium, quod est in mense Nisan, quando tepente Vere solent

Obiectio 2.

solent reges ad bella procedere, quod lib. 2. Reg. cap. 11. v. 1. de Dauid
Resp. 1. *Verum* hanc interpretationem non tenet Hugo Cardinalis, dum ad
cum, *clauso*, inquit, *anno, non à principio regni*, quibus verbis ostendit
num non communem, sed regni vel Iechoniæ, vel Nabuchodonosor
cere. Lyranus 2. Paralip. 36. lit. h. reuolutionem anni ait esse tempus
cedendi ad bellum, post tres menses & 10. dies coronationis Iechoniæ
Resp. 2. æquè referri potest, ad quintum mensem Iudaicum quam ad primum
nus putat occiso Ioakimo nouem circiter mensium interregnum
ei subrogatum Iechoniam per tres menses & decem dies, quibus an
cimus Ioakimi absolutus fuerit, antequam Sedecias rex constituere
meritò, vel expressè vel tacitè reijcitur à Sanctio, Torniello, Saliano,
Paludano & alijs, qui Sedeciam Iechoniæ, nullo fermè interposito
spatio substituunt, idque exigente annorum Nabuchodonosoris,
Sedeciæ connexione, quæ nullum inter Iechoniæ exilium & Sedeciæ
patum, patitur interuallum (nisi fortè aliquot hebdomadum) pr
anni vndecim Sedechiæ attribuantur.

Resp. 3. 4. Torniellus ad an. m. 3435. num. 8. ea verba accipit de reuolu
dum finita, & ad annos regni Ioakim applicat, ac si dictum esset, cu
dem anno Ioakimi vndecimo misit Nabuchodonosor &c. Nec pro
interpretatione discedit Petauius an. m. 4115. vbi simpliciter hoc ad
mi annum vertentem reijcit. Quod & Paludanus admittit eo sensu,
niellus: putat tamen etiam intelligi posse, de annorum Nabuch
principio, vt sensus sit, Nabuchodonosor cum iam euolutus esset
septimi regni eius, & adesset octauus, misit qui Iechoniam abducere
xeris hæc contigisse anno vndecimo Ioakimi ad finem vergente, m
bus non officies; malo tamen hunc anni circulum ad tempora N
nosoris, cuius illo versiculo meminit sacer historicus, accommodare
sens negotium inceptum fuerit exspirante anno septimo illius, na
uo perfectum, nempe in reuolutione annui circuli, quo ab anno
octauum fiebat progressus. Vtrum ex Ezechielis 33. v. 1. & cap. 40.
sit, euersam fuisse ciuitatem anno duodecimo transmigrationis Ie
locis expendam.

IV. REGVM XXV. v. 1. & 2.

Quando capta Ierusalem. 1. *Factum est autem anno nono regni eius mense decimo, decima die mensis, rex*
donosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circum
& extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est Ciuitas atq; vallata
num Sedeciæ, nona die mensis. Clarius quoad Chronographiam hæc

Ieremiæ 39. v. 1. & 2. *Anno nono Sedeciæ regis Iuda mense decimo venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem & obsidebat eam. Vndecimo autem anno Sedeciæ mense quarto, quinta mensis aperta est ciuitas.* Rursus eadem inculcantur Ier. 52. vers. 4. & seq. ijsdem ferè verbis, quibus lib. 4. Reg. v. 1. & 2.

Anno 9. Sedeciæ adhuc fluente.

2. Hic tecolendum 1. quod nuper monebam, annum hunc nonum Sedeciæ vnanimi Scriptorum sensu currentem intelligi, sicut hoc eodem cap. v. 8. decimus nonus Nabuchodonosoris, nõ absolutus sed fluens accipitur: nec est ratio cur putemus annum vndecimum Sedeciæ, cuius hic fit mentio, fuisse completum. Alias in eodẽ narrationis contextu admittẽda foret modò currentis anni, modo peracti amphibologia. Rursus cùm Ieremias cap. 52. anni septimi decimoctaui, vigesimitertij Nabuchodonosoris meminit, existimo pariter eum loqui de ijs annis qui necdum omnino effluxerant, sicut adhuc in fluxu erant nonus & vndecimus Sedeciæ, & decimus nonus Nabuchodonosoris, quos eodem capite recensет; esto non omnes isti anni pari passu decurrerent, cum fieri possit, vnus annus de initio, de medio alius, alius de fine sui cursus intelligatur, sicuti quippiam anno v. g. 1634. æræ Christi currente factum dicitur, siue in Ianuario, siue in Iulio, siue Decembri contigerit.

Mense 4. die 5. an. 8.

3. Notandum 2. Ciuitatem dici apertam fuisse die quinta mensis quarti. Ieremiæ 39. v. 2. editionis Latinæ; quia cœpit illa apertio fieri: at verò liber quartus Regum & cap. 52. Ieremiæ, eam nona die factam referunt, Hebraicè, Latinè, Græcè; quia fractura tunc demum completa fuit, ita vt Chaldæi Vrbem ingrederentur & totam caperent. Tostatus hic q. 5. censet Babylonios die quinta muro exteriore, die nona interiore potitos. Aliqui tamen suspicantur textum Latinum illo cap. 39. Ieremiæ esse corruptum, & pro *quinta die*, reponendam esse nonam, vt ibidem Hebræus, Græcus, Chaldæus, & nonnulli è Latinis Codicibus habent.

Quamdiu obsessa fuerit Ierusalem.

4. Notan. 3. ex Iosephi sententia obsidionem hanc tenuisse menses 18. vnum mensem addit Abulensis. Quod conuenit eorum supputationi, qui Vrbis excidium anno vndecimo Sedeciæ ineunti probabiliter inscribunt: malo tamen cum Torniello, Saliano, Paludano & antiquioribus, qui annum primum Vrbis euersæ, cum 12. transmigrationis Iechoniæ componunt, cladem hanc & finem anni illius vndecimi differre, & obsidionis totius tempus in duos annos & sex circiter menses extendere. Anno ante æram Christi 593. circa mensem quintum orchior annum nonum Sedeciæ, quo anno, decima die mensis decimi, ineunte hyeme Vrbs obsideri cœpta est: anno verò ante æram Christi 590. ad æstatis initium, quarto scilicet mense expugnata. Quod ex dicendis clarius apparebit. Iosephi computus de annis euersæ ciuitatis falsus est: de mensibus obsidionis omni ex parte verum esse, non affirmo.

IV. REGVM XXV. v. 8.

Quoto mense & die exusta.

MEnse quinto, septima die mensis, iste est annus nonus decimus regis Bab[illegible] Nabuzardan &c. & succendit domum Domini, & domum Regis, & [illegible] lem. Hoc eodem anno & mense, sed die decima patratum scribitur [illegible] v.12. Sed communis & commoda horum locorũ interpretatio est [illegible] facinori die *septimâ* initium, finem *decima* impositum. Siue quod N[illegible] die *septima* è Rablata, se in viam dederit, *decima* in Vrbem peruenerit [illegible] ctius & Salianus explicant: siue quod *septima* venerit, & *decima* inc[illegible] Mariana, Sa in hunc locum, Tostatus q.8 Pradus Ezech.4. Calend[illegible] bræum. Volunt nonnulli, vt Lyranus excitatum die 7. incendium [illegible] ctum: quod Abulensis non probat.

QVÆSTIO XXIII.

Quid nonnulli de tempore excidij Ierosolymitani senserint.

Iosephi ratiocinia.

1. IOsephus lib.10. Antiq. cap.8. sic scribit ex Rufini versione: F[illegible] pis Dauidicæ reges) viginti & vnus vsq; ad vltimum regem, reg[illegible] que omnes annis nongentis & quatuordecim, mensibus sex, diebus [illegible] quibus principatum tenuit, primus eorum Saul annis viginti, non [illegible] tribu existens. Et paucis interiectis: Templum quoque succendit men[illegible] in initio mensis anno vndecimo Sedeciæ regis, octauo decimo anno N[illegible] donosor. Et Templũ ita crematum est, post trecẽtos & septuaginta [illegible] ses 6. diesque 10. ex quo illud constat ædificatum. Ab egressu autem [illegible] Ægypto tunc erant anni mille sexaginta duo, menses 6. diesque 10. [illegible] verò vsque ad vastationem Templi, omne tempus fuit annorum mi[illegible] torum quinquaginta septem, mensium sex, dierum decem. Ex quo [illegible] est Adam, vsque ad ea, quæ prouenerunt Templo, anni sunt tria mi[illegible] genti tredecim, menses sex, dies decem. Hæc autem meliori stylo & [illegible] lit Gelenius, qui regibus reddidit annos quingentos quatuordecim [illegible] 470. à diluuio ad casum Templi reponit 1950. sic enim habet Græcus [illegible]

Refutãtur

2. De Iosephi ratiocinijs aduertendum 1. Templum non esse [illegible] Neomenia quinti mensis: sed die septima, siue potius decima. 2. A[illegible] mum octauum Nabuchodonosoris fuisse completum, quando [illegible] conflagrauit. 3. Particulam illam temporis, *sex mensium & decem dierum* [illegible] Iosepho inculcatam, vix fidem mereri: hac enim ratione mundi cre[illegible] uium, exodus, Templi fundatio in finem antepenultimi mensis [illegible] dium penultimi incidisset: inde enim sex menses & decem dies [illegible]

vsque ad diem decimam quinti mensis Templi incendio nobilem. Scimus autem ex Genesi 7. vers. 11. die septimadecima mensis secundi cœpisse diluuium; anno sequenti mense secundo die vigesimaseptima finitum. ibid. cap. 8. vers. 14. ex Ægypto migratum die decima quinta primi mensis. Num. 33. vers. 3. Templum fundatum mense secundo. 3. Reg. 6. vers. 1. Quonam pacto ex hisce terminis vsque ad diem 10. quinti mensis, sex menses, dies decem reperiri possint, non video, nec vllum esse arbitror, qui nostro hoc æuo numeros annorum à Iosepho positos seruet, vt bene monet Salianus ad an. m. 3447. num. 3. Quamuis enim omnes annos regum Iuda, quos à Templi fundatione vsque ad eius ruinam Scriptura enumerat integros putaremus, eo tamen interuallo non vltra 430. & menses aliquot colligeremus. Sed & secum pugnat Iosephus dum asserit tempus regum Hebræorum fuisse 514. annorum: hinc enim tolle 20. annos Saulis, 40. Dauidis; non remanebunt nisi 451. quibus Templum durauerit; Iosephus autem 470. proponit.

Eusebius ex parte errat.

3. Eusebius ait Templum ab initio ædificationis suæ donec incenderetur mansisse annis 442. quod ex iam dictis falsum esse dignoscitur. Admitto tamen, quod cum Clemente Alexandrino docet, ἅλωσιν Ierosolymitanam accidisse Olympiade 47.

Apud Hilarionem numeri corrupti.

4. Quintus Iulius Hilarion, *sunt*, inquit, *omnes anni à fabrica mundi vsque ad Samuelem qui vnxit Saul regem III. M. CCC. successerunt deinde tempora regum per annos 514. à Saul.* (cui dat annos 40.) *vsque ad Sedeciam.* Et paulo post ab origine mundi, vsque ad finem Sedeciæ annos colligit 4314. Vnde apparet numeros apud eum corruptos esse, & Chronologis parum vtiles.

Et apud Iulianum.

5. Iulianus Toletanus post 70. annorum seruitutem, Dario Hystaspis 34. annos admetitur, & sic à captis Ierosolymis vsque ad annum 2. Darij numerat annos 70. Chronicon Alexandrinum ait Templum stetisse annos modò 425. modò 452. reges è tribu Iuda regnasse annis 479. seruitutem Babylonicã post annum vndecimum Sedeciæ cœpisse, anno 2. Darij Hystaspis desijsse. At vero ante fundatum Templum Dauid 40. Salomon 3. annos regnauerat: hosce 43. annos tolle de 479. remanebunt anni Templi 436. quod nec veritas, nec auctor Chronici probat. Est igitur in istis numeris error.

Et apud Niceph. Constant.

6. Nicephorus Constinop. asserit Templum stetisse annos 424. vel vt vertit Anastasius 434. & addit: Vniuersi ab initio regni Salomonis sunt anni 445. quæ sunt ἀσύςατα, quia non nisi triennio regnum Salomonis Templi fabricam præcessit. Quod si à templo iam perfecto & dedicato vsque ad eiusdem ruinam 434. anni effluxissent, non procul à legitima Salomonis æra hic auctor deflecteret: verum tot annos Templi perfecti duratio sibi vendicare nequit.

Hebræorũ traditio non inepta

7. Hebræi in Chronico & Talmud primi Templi desolationem
giſſe volunt exeunte hebdomada dierum, exeunte anno ſabbatico
turgiam finiente die nono Ab, veſperi. Imo ſingulis annis ex
quoſdam verſus in Synagogis vlulare ſolent, quibus lamentantur
Ab, ſub veſperam Sabbati, Ioaribo miniſtrante, hoſtem iniuſſu
Templi adyta penetraſſe. Quam temporis notationem puto magis
tione maiorum, quam ex Iudaica temporum ſupputatione oriun
iſti characteres euerſi Templi, non tam Iudæorum æras confirmant,

Rationes Hebræorũ falſæ.

uertunt. Aſſerunt enim primum Templum non niſi 410. annos ſtet
dum autem 420. In priori, ſummos Sacerdotes octodecim ſua mun
in poſteriore plures trecentis. Quæ à veritate penitus abhorrent:
merus annorum, quibus ab hoc anno quarto Salomonis vſque ad
Sedeciæ, ſinguli reges Scripturæ teſtimonio regnaſſe memorantur
420. excurrit. Ab anno ſexto Darij, quo ſecunda Domus abſol
vſque ad euerſa à Tito Ieroſolyma anni plures 580. elapſi ſunt. Pr
tur ſupputationes annorum Iudaicæ refelli ab eo, qui præcip
cteribus vſus, dixerit Templum euerti cœptum anno ſabbatico,
bati veſperi, vulgari Luna nona menſis ab Ioaribo miniſtrante
equidem quoſdam Neotericorum multum operæ in eo ponere,
nes Hieraticos eo modo à Salomone vel Ezechia, vſque ad Te
ſum deducant, quo præfectura Ioiarib die nona ab anno decimo
buchodonoſoris Liturgiam claudat: ſed in hoc negotio, non abunda
ratus ordines illos ſub Manaſſe rurſus turbatos, neque vlli mortal
ſtare, quando & quomodo vices illæ ſacrorum miniſtrorum ceſſa
rint, & vſque ad Templi excidium prorogatæ. Nec tamen eorum
pernor, qui hæc latius tractare, & exactius ad calculos reuoca
rint.

Templum ſteris non ſolum annis 410.

8. Hiſce præmiſſis, adea tandem venio, quæ potiſſimum hoc
ſolent: nempe quot annos reuera Templum duraverit; quoto
Chriſtum conciderit. De priori conſtans eſt Chriſtianorum
Iudæos errare, qui Templo non niſi 410. annos attribuunt.
annis, quos Scriptura ſingulis regibus Iuda inſcribit colligunt
Roboam, ad Sedeciæ finem anni 393. menſes 6. dies decem,
temporis particula, quam Athalia ex anno ſuæ tyrannidis ſeptim
fit. His adde 37. à fundato Templo ad Roboam ſiue Ieroboam
Iſraelitidis regem elapſos, conficies annos Templi 430. menſes 6.
vtoſtendi 3. Reg. 14. quæſt. 9. Hinc fit, vt quidam non ſolum
guant, quod de hac ſumma 20. ſurripiant, ſed à iactis Templi

sque ad subiectas ei flammas numerum istum 430. annorum retineant, vt Beda de 6. ætatibus, Ado, Marianus Scotus, Adrichomius in suis Chronicis, Barradius tomo 1. Concord. Euang. lib. 5. cap. 21. Gordonus cap. 11. num. 4. Azor 1. parte Inst. Moral. lib. 6. cap. 55. Sanctius Ezech. 4. Cui probabili sententiæ subscribebamus in Synopsi, nempe ex eorum doctrina, qui Cyro annos 7. duntaxat in Monarchia tribuunt.

9. Cum tamen anni regum Iuda & Israël, sine aliquantula temporis subductione non facile inter se componantur, idcirco nonnulli sine temeritate Templo annos 425. tantum adnumerant vt Freculphus: alij 424. solidos, vt Torniellus & Salianus, nec procul abest Petauius, qui lib. 9. cap. 55. ab anno 5. Salomonis ad Sedeciæ calamitatem computat annos 423. menses 6. à quorum sententia idcirco recedo, quod Ioramo filio Iosaphat & Ochoziæ huius nepoti octo annos sacris tabulis expressos, deberi existimem: illi verò auctores, non nisi quinquennium annumerent. Ratio, qua moueor, est, quia modus quo ipsi hoc quinquennium computant, cogit eos à sacro textu, qui 42. annos Ochoziæ repræsentat, 2. Par. 22. ver. 2. tanquam corrupto discedere, vt suo loco dixi. Deinde modus ille viam Iudæis aperit, qua vim argumentorum effugiant, quos redarguimus, quod non nisi 410. annos durationis Templi agnoscere velint. Si enim tibi licet tres annos Iorami, temporibus Iosaphati inuoluere: videbitur Iudæus idem sibi in alijs regibus licere. Huc spectant quæ ex Abulensi referebam de annis Iechoniæ hoc lib. q. 21. num. 3. extremo.

Forte annis 423. aut 424. aut 425.

10. Quare cum post editam meam Synopsin, & quæstiones de annis Nabonassarij in Canonem Mathematicum Ptolemæi incidissem & quædam recentium Doctorum scripta accuratius expendissem, visa est mihi ea computatio probabilior, quæ Cyri Monarchiam nouem annos tenuisse refert: idcirco duos annos ab illis 430. suo loco commodè subtraxi, ac Templi durationem 428. annis expletis definiui, vt sic communiori Neotericorum via, inter extrema annorum, qui Templo assignantur spatia, meas rationes deducerem. Idem fecit Geratdus Mercator.

Statim vero annus 423.

11. Vrbis sanctæ excidium Torniellus & Salianus referunt ad annum m. 3447. ante æram Christi 607. Petauius ad annum m. 3396. Periodi Iul. 4125. ante Christ. 589. 20. Iul. fer. 3. labente anno primo Semitæ. Ego id anno mundi 3541. factum opinor. Periodi Iulianæ 4124. ante Chr. 590. cyclo Solis VIII. lit. Dom. E. Aureo numero 1. Epacta 5. sub finem anni Sabbatici. Hoc modo eorum computum sequor, qui ab enthronismo Nahuchodonosoris M. ad expugnatam à Cyro Babylonem annos 70. completos, totidemque à primi Templi ruina, ad secundi sub Dario Hystaspis restaurationem ducunt. Fauet cum Clemente Alexan. Eusebius dum Vrbis sanctæ ἅλωσιν Olympiade 47. notant:

neque cum meis rationibus pugnat, ea Hebræorum traditio, qua Templ ingressis Chaldæis, desinente anno Sabbatico, die Sabbati vesperi mensis Ab profanatum credunt, & quotannis vociferantur. Etsi enim thodo, quam Clauius tradit, iuxta motus communes Nouilunium a Christi æram 590. die 22. Iulij, hora 5. deprehendatur: probabile tempestate initia mensium biduo circiter à motibus cœlestibus abfuisse, & sic die 2. Augusti sub vesperam Chaldæos in Templum sequenti, Luna vulgari 10. mensis quinti, Templum conflagrasse, si nus placuerint, liberè explodat. Mea supputatio aliunde quàm ab ill ca traditione pendet.

Supputationes sectariorum.

12. Varias de annis Templi Sectariorum opiniones recenser Pauuel. Consilij Chron. Scopulo 6. his verbis. Ad hunc scopulum hact experti & passi sunt hi infrascripti Nautæ. Dauid Pareus, qui Templi vsq; ad excidium eiusdem definit annis 419. & dimidio. Mart terus, qui id determinat annis 422. Reinholdus auctor Tabularum Pr rum habet annos 423. Ioannes Funccius id definit annis 424. Mart roaldus id extendit ad annos 426. Schubertus Iosephus Scaliger, Scul uisius & Hugo Bruchtonius quam proximè ad scopum accedunt & stet pus stantis Templi annis 427. definiunt. Dauid Chytræus, & Abraham cerus limitem plane transcendunt, & tempus illud extendunt ad Bibliander ad annos peruenit 432. Henricus Pantaleon ad annos 45 nus Lutherus ad annos vsque 460. processit. Scopulum hunc cauti Gerhardus Mercator, qui nobiscum id tempus definit 428. annis. Ioannes Temporarius &c. Hæc ille. De annis Templi equidem ab putatione non abnuo: ei verò minime assentior, dum Ezechiæ non nos regni, & Manassi 54. tantum impertit, nec idoneam causam affer cur in hisce regibus numerum sacris consignatum tabulis integrum piat. Idem in Iosia & alijs nonnullis quilibet ob priuatas rationes set. Deinde ab annis 428. Templo attributis vndecimum Sedeciæ dit, quem ego includo. Vt autem vno quasi aspectu, lector, differat auctorum de annis regum Iuda stante Templo sententias intueri tibi Synopsin exhibeo.

Hic esto Synopsis annorum, quos varij auctores, regibus Iuda, stante Templo, diserte attribuunt.

Castigatur Nicephor. Beda &c.

13. Nicephorus Constantinopol. præter annos hîc expressos interregnum 30. annorum ponit, Chronicon, quod Hermanno Contr



Ordo & nomina Regum Iuda.	Scripturæ.	Eusebij.	Sulpitij.	Q. Iulij Hilar.	Iuliani Tol.	Bedæ.	Chron. Alex.	Mariani Scoti.
1. Salomon.	37	37	37	37	37	37	37	37
2. Roboam.	17	17	16	17	17	17	17	17
3. Abiam.	3	3	6	3	3	3	3	3
4. Asa.	41	41	41	41	41	41	44	41
5. Iosaphat.	25	25	25	25	25	25	25	25
6. Ioram.	8	8	18	8	8	8	10	8
7. Ochozias.	1	1	1	1	1	1	1	1
8. Athalia.	6	7	8. ferè	6	7	6	6	6
9. Ioas.	40	40	40	40	40	40	40	40
10. Amasias.	29	29	29	29	29	29	29	29
11. Ozias.	52	52	52	52	52	52	52	52
12. Ioatham.	16	16	16	17	6	16	16	16
13. Achaz.	16	16	16	15	29	16	16	16
14. Ezechias	29	29	29	29	29	29	29	29
15. Manasses.	55	55	55	55	55	55	55	55
16. Amon.	2	12	2	2	12	2	2	2
17. Iosias.	31	32	21	31	32	31	31	31
18. Ioachaz.	m. 3.	m. 3.	3. m.	m. 3.		m. 6.	m. 3.	3. m.
19. Ioakim.	11	11	11	11	11	11	11	6
20. Iechonias	m. 3. d. 10	m. 3.		m. 3. d. 10		m. 3. d. 10	m. 3.	m. 4.
21. Sedecias.	11	11	11	11	11	11	11	11

...us Judaïcus ... adscribunt, ab anno 4. Salomonis inclusiuè. 4. Reg. q. 23. num. 12.

Chron. Alex.	Martini Scott.	Schafnaburg.	Vincentij.	Honorij Aug.	Gordoni.	Tornielli.	Saliani.	Petauij.	Paladani.	Auctoris.
37	37	37	37	37	37	37	37	37	37	37
17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17
3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3
44	41	41	41	41	41	41	41	41	41	41
25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25
10	8	8	8	8	8	5	5	4	11.m.6.	8
1	1	1	1	1	1	0	0	1	1	0
6	6	7	6	7	6	6	6	6	6.m.4.	6
40	40	40	40	40	40	40	40	40	40	40
29	29	28	29	29	29	29	29	29	29	29
52	52	52	52	52	52	52	52	52	52	52
16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16
16	16	16	16	16	16	15	15	14	15	15
29	29	29	29	28	29	29	29	29	29	29
55	55	55	55	55	55	55	55	55	55	55
2	2	2	2	2	2	2	2	2	1.m.6.	2
31	31	31	31	31	31	31	31	31	30.m.9	31
m.3.	3.m.		m.3.	m.3.	m.3.	0	0	m.3.	m.3.	
6	6	11	11	11	11	21	21	11	10.m.7	11
m.4.	m.4.		m.3.	m.3.	m.3.			m.3.d.10	m.3.d.10	
11	11	11	11	11	11			11	11	11

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordo & nomina Regum Iuda.	Scripturæ.	Eusebij.	Sulpitij.	Q. Iulij Hilar.	Iuliani Tol.	Bedæ.	Chron. Alex.	Mariani Scoti.	Schasnaburg.	Vincentij.	Honorij Aug.	Gordoni.	Tornielli.	Saliani.	Petauij.	Paladani.	Auctoris.
1. Salomon.	37	37	37	37	37	37	37	37	37	37	37	37	37	37	37	37	37
2. Roboam.	17	17	16	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17	17
3. Abiam.	3	3	6	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3
4. Asa.	41	41	41	41	41	41	44	41	41	41	41	41	41	41	41	41	41
5. Iosaphat.	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25	25
6. Ioram.	8	8	18	8	8	8	10	8	8	8	8	8	5	5	4	11. m. 6.	8
7. Ochozias.	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	0	0	1	1	0
8. Athalia.	6	7	8. ferè	6	7	6	6	6	7	6	7	6	6	6	6	6. m. 4.	6
9. Ioas.	40	40	40	40	40	40	40	40	40	40	40	40	40	40	40	40	40
10. Amasias.	29	29	29	29	29	29	29	29	28	29	29	29	29	29	29	29	29
11. Ozias.	52	52	52	52	52	52	52	52	52	52	52	52	52	52	52	52	52
12. Ioatham.	16	16	16	17	6	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16	16
13. Achaz.	16	16	16	15	29	16	16	16	16	16	16	16	15	15	14	15	15
14. Ezechias	29	29	29	29	29	29	29	29	29	29	28	29	29	29	29	29	29
15. Manasses.	55	55	55	55	55	55	55	55	55	55	55	55	55	55	55	55	55
16. Amon.	2	12	2	2	12	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	1. m. 6.	2
17. Iosias.	31	32	21	31	32	31	31	31	31	31	31	31	31	31	31	30. m. 9	31
18. Ioachaz.	m. 3.	m. 3.	3. m.	m. 3.		m. 6.	m. 3.	3. m.		m. 3.	m. 3.	m. 3.	0	0	m. 3.	m. 3.	
19. Ioakim.	11	11	11	11	11	11	11	6	11	11	11	11	} 21	} 21	11	10. m. 7	} 11
20. Iechonias	m. 3. d. 10	m. 3.		m. 3. d. 10		m. 3. d. 10	m. 3.	m. 4.		m. 3.	m. 3.	m. 3.			m. 3. d. 10	m. 3. d. 10	
21. Sedecias.	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11	11			11	11	11

Parte 2. pag 208.



uitur est Opusculum Bedæ de 6. ætatibus, proinde Hermannum hoc loco præterео. Mirum est, quod Marianus Scotus sex tantum annos deputet Ioakimo: cum alias annos regum in Scriptura notatos fideliter referat, & Templo 430 annos attribuat. Hinc Mariani Codex mutilus esse videtur. Abulensis 4. Reg. q. 6. numeros sacra pagina contentos seruat, vsque ad Ezechiam, nec satis dare aduerto, vtrum postea paululum imminuat. Achazo, annos quindecim tantum Chronologicos accensui, quot ei deputant Hilarion, Torniellus, Iulianus, Paludanus: possunt tamen ei sedecim contribui, si dicamus Ezechiam anno 3. Osee, cum parente in regni consortium venisse; mortuo deinde Achazo, sub finem anni quarti Osee solum regno potiri cœpisse, illudque deinceps annos 29. administrasse. Sic expugnata fuerit Samaria anno Osee nono desinente, Ezechiæ sexto ineunte. Hæc addo, ne quis fortè existimet mihi legitimam defuisse causam plures quam 427. annos stanti Templo tribuendi. Ad tot enim modum recurrere possem, si forte Ioachazo, Ioakimo, Iechoniæ decem anni solummodo Chronologici deberentur.

14. *Ierosolymis flammas subiecit Nabuzardan.*

Quando euersa Ierosolyma.

Anno æræ mundi Constantinopolitanæ quater millesimo ducentesimo decimo nono desinente.

Periodi Iulianæ quater millesimo centesimo vigesimo quarto labente.

Ab Orbe condito, vt reor, ter millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo currente.

Æra mundi Iudaicæ ter millesimo centesimo septuagesimo primo desinēte.

Anno Sabbatico necdum finito, die decima mensis Ab.

A diluuio, millesimo septingentesimo nonagesimo quinto currente.

Æra Babylonicæ millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto.

Nati Abrahæ millesimo quadringentesimo decimo tertio.

A promissione millesimo trecentesimo trigesimo octauo.

A descensu in Ægyptum millesimo centesimo vigesimo tertio.

Ab exitu de Ægypto, nongentesimo octauo currente.

Ab ingressu in Terram, octingentesimo sexagesimo octauo currente.

Ab agrorum legali cultura octingentesimo sexagesimo primo desinente.

A Troia capta quingentesimo nonagesimo quinto incepto.

Ab exorto cornu Dauid, quadringentesimo septuagesimo primo elapso.

A Templi fundatione quadringentesimo vicesimo octauo expleto.

Ab initio regni Israel trecentesimo nonagesimo primo, absoluto, aut saltem ineunte.

Anno tertio Olympiadis quadragesimæ septimæ, inchoato.

Anno Iphiti centesimo octuagesimo septimo oriente.

Vrbis

Vrbis conditæ centesimo sexagesimo quarto fluente.

Nabonassari centesimo quinquagesimo octauo die decima octa menoth.

Ab anno sexto Ezechiæ inclusiuè, quo regnum Israel exciſum est, trigesimo quinto, vel inchoato vel instante.

Ante Christi æram quingentesimo nonagesimo labente, S. Augustin.

IV. REGVM XXV. v. 27.

Quando carcer laxatus Iechonia ex Hebræorũ computo.

1. *Factum est verò in anno trigesimo septimo transmigrationis Ioachin regis duodecimo vigesima septima die mensis, sublevauit Euilmerodach rex Babylonis regnare cœperat, caput Ioachin* &c. Hoc vigesima quinta die factum cap. 52. v. 31. Quam apparentem dierum antilogiam, vt explicent Hebr Seder cap. 28. dicunt 25. die mensis duodecimi Nabuchodonosorem cessisse, ac sepulturę datum, die 26. cadauer illius iussu Euilmerodachi eructum & cum dedecore huc illuc raptatum, die 27. libertatem Iechoniæ tutam. Mariana in hunc locum, ex Dauid Kimhi ait, Nabuchodonosorem 25. mortuum, sequenti sepultum, 27. Iechoniam de carcere eductum, anno m. 3472. num. 31. opinatur Iechoniam die 25. vinculis & carcere, die 26. funeri Nabuchodonosoris vacatum, vigesima autem septima insigniter honoratum. Quæ & Sanctij interpretatio videtur esse, quæ neraliorem horum dierum conciliationem insinuat, dum subiungit *ci potuit, die 25. Iechonias, quia tunc eleuari cœpit, cum emersit è vinculis* 27. *quia tunc honores illos consecutus est, quos prius animo designarat Euilmero* pe hoc negotium vigesima quinta die mensis Adar cœptum fuerit, ma septima ad finem perductum, vt in simili dixi hoc cap. v. 8.

Verior supputatio.

2. Equidem vix capio, quî exiguo bidui aut tridui spatio parent & apparari & celebrari potuerint: crediderim potius anno vigesimo Transmigrationis Nabuchodonosorem aliquanto tempore prius co mense duodecimo Iechonias die 25. in libertatem assereretur, & 27. præ alijs exteris regibus honorem Babylone adipisceretur, anno pr rantis Euilmerodach currente, vt bene insinuat Gordonus in suis

3. Rectè hoc loco monent nonnulli interpretes, istum mensem mum non referri ad finem annorum Transmigrationis accuratè co zum, sed ad exitum anni sacri, vt idem sit mensis duodecimus, cum dar nuncupatur. Pari modo reliqui menses ad annum sacrum accom dandi sunt. Mensis quartus est quem Tamutz appellant, quintus Ab, septimus Tisri.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN LIBRVM I. PARALIPOMENON.

Nihil ferè in hoc & sequenti libro occurrit de ratione temporum, quod in notis & quæstionibus librorum Regum explicatum non fuerit: quare loca solum indicabo, ad quæ recurrere poterit, qui explicationem desiderabit.

VI. cap. ver. 4. Sex ergo nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit septem annis & sex mensibus: triginta autem & tribus annis regnauit in Ierusalem. *Vide* 2. *Reg.* 5. *ver.* 4.

XIII. v. 3. Reducamus arcam Dei nostri ad nos. 2. *Reg.* 6. *quæst.* 2.

XXIII. v. 1. Igitur Dauid senex & plenus dierum, regem constituit Salomonem filium suum super Israel. *Iam ante Dauid ei regnum promiserat, vt dixi* 3. *Reg.* 11. *q.* 7. *num.* 3. *&* 8.

XXIX. v. 22. *Et vnxerunt secundò Salomonem.* Hinc non temerè suspicari possumus Salomonem triplex regnandi exordium habuisse: primum, quando promissum est ipsi regnum, fortè adhuc puero annos circiter 12. nato, tum quando solemniter semel ac iterum, inunctus est. Regem etiam Saulem bis inauguratum fuisse constat ex 1. Reg. 10. v. 24. & cap. 11. ver. 14. ac 15. præter priuatam illam vnctionem, de qua illo cap. 10. v. 1.

XXIX. v. 27. Et dies quibus regnauit super Israel fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnauit septem annis, & in Ierusalem annis triginta tribus. Vide 2. Reg. 5. v. 4.

IN LIB. II. PARALIPOMENON.

I. CAp. v. 4. Arcam autē Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim. 2. *Reg.* 6. *q.* 2.

III. Cap. v. 2. Cœpit autem ædificare mense secundo anno quarto regni sui. *Vide* 3. *Reg.* 6. *v.* 1.

VII. v. 1. Cumque complesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, & deuorauit holocausta & victimas. *Rursus* v. 8. Fecit ergo Salomon solemnitatem, in tempore illo septem diebus &c. *Hæc omnia explicata sunt.* 3. *Reg.* 8. *q.* 4. *&* 5.

IX. v.30. Regnauit autem Salomon in Ierusalem super omnem Is draginta annis. *De quibus* 3. *Reg.* 11. *q.* 6.

XI. ver.17. *Corroborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboam fi monis per tres annos : ambulauerunt enim in vijs Dauid & Salomonis annos bus*: ij scilicet Israelitæ, qui cum nec Sacerdotes nec Leuitæ essent, ven retento Ierosolymam sacrificiorum offerendorum causa veniebant, no quarto Roboami, etiam isti à vera fide extorres & regnum Israel auitæ expers fuerit, per triennium verò nonnulli ex legis præscripto suas Ierosolymis offerebant, *qui* nempe *cor suum dederant, vt quærent Deum Israel*, v.16. Alia est ratio Sacerdotum & Leuitarum, qui sedib tis ad Iudam transijsse dicuntur, v.14. hoc enim non ad istud solum ennium, sed ad sequentia etiam tempora referendum videtur. Id bant, *eo quod abiecisset eos*, non tantum *Ieroboam*, sed *& posteritatem, ne sacerdotio mini fungerentur*.

XII. v.13. Quadraginta & vnius anni erat (*Roboam*) cum regnare decem & septem annis regnauit in Ierusalem. *Vide* 3 *Reg.* 14. *q.* 8.

XIII. ver.1. Anno octauodecimo regis Ieroboam regnauit Abi dam, tribus annis regnauit in Ierusalem. 3. *Reg.* 15. *v.* 1.

XIV. Regnauit Asa filius eius (*Abiæ*) pro eo, in cuius diebus qui annis decem, *de quibus disputatum est* 3. *Reg.* 15. *q.* 12.

XV. v.10. Cumque venissent in Ierusalem mense tertio anno decim to regni Asa immolauerunt Domino in die illa, de manubijs & præ adduxerant boues septingentos, & arietes septem millia. *q.* 12. *citata* nu

*Ibid. v.*19. Bellum non fuit vsque ad trigesimum quintum annum A q. 12. citata, num. 6. & 10.

XVI. v.1. Anno autem trigesimo sexto regni eius ascendit Baasa in Iudam. q. illa 12. num. 6. & 13.

*Ibidem v.*15. Mortuus est anno quadragesimo primo regni sui 3. Reg

XX. ver.31. Regnauit igitur Iosaphat super Judam, & erat 35. annor regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnauit in Ierusalem 3. *Reg. q.* 22.

XXI. ver.5. Triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare octo annis regnauit in Ierusalem. *Idem hic repetitur, v.*20. 4. Reg. 8. *v.*

XXII. v.2. Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cum pis set, & vno anno regnauit in Ierusalem. 4. *Reg.* 8. *q.* 2.

*Ibidem v.*12. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, gnauit Athalia super terram. 4. *Reg.* 21. *v.* 3. *num.* 2.

XXIII. Anno autem septimo, confortatus Ioiada &c. 4. Reg. 11.

XXIV.v.1.Septem annorum erat Joas cùm regnare cœpisset,& quadraginta annis regnauit in Jerusalem. 4.*Reg.*12.*v.*1.

XXV.ver.1. Viginti quinque annorum erat Amasias cum regnare cœpisset, & viginti nouem annis regnauit in Jerusalem. 4.*Reg.*14.*v.*1.*&q.*3.

XXVI.vers.3. Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpisset,& quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem. 4.*Reg.*15.*v.*1.*q.*4.

XXVII.v.1. Viginti quinque annorum erat Joatham cùm regnare cœpisset,& sedecim annis regnauit in Jerusalem. *Idem repetitur v.*8.*Vide* 4.*Reg.*15.*q.*6.

XXVIII.v.1.Viginti annorum erat Achaz,cum regnare cœpisset,& sedecim annis regnauit in Ierusalem.4.*Reg.*16.*q.*7.

XXIX. Igitur Ezechias regnare cœpit,cùm viginti quinque esset annorum, & viginti nouem annis regnauit in Jerusalem. 4.*Reg.*18 *q.*9.

XXXII.vers.24. In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem.4.*Reg.*20 *q.*14.

XXXIII.Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset,& quinquaginta quinque annis regnauit in Jerusalem. 4.*Reg.*21.*v.*1.

*Ibid.*vers.21. Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset,& duobus annis regnauit in Jerusalem. 4.*Reg.*21.*v.*19.

XXXIV. Octo annorum erat Josias cum regnare cœpisset, & triginta & vno anno regnauit in Jerusalem. 4.*Reg.*22.*v.*1.*num.*1.*&* 2.

XXXVI.v.2. Viginti trium annorum erat Joachaz, cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Jerusalem. 4.*Reg.*23.*v.*31.

*Ibidem v.*5. Viginti quinque annorum erat Joakim,cùm regnare cœpisset,& vndecim annis regnauit in Jerusalem. 4.*Reg.*23.*q.*16.

*Ibid.v.*9. Octo annorum erat Joachin cùm regnare cœpisset & tribus mensibus,ac decem diebus regnauit in Jerusalem. 4.*Reg.*24.*v.*8.*q.*21.

*Ibidem v.*11.Viginti & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Jerusalem.4.*Reg.*24.*v.*18.*q.*22.

QVÆSTIO I.

Vtrum Judæ regnum steterit annos 396.

1. HAnc quæstionem in Tironum gratiam hîc pono, contra Paludanum, qui id asserit, Tract 3. de concordantia temporum regum Iuda & Israel,cap.5. variisque rationibus ex Iosepho desumptis, quas demonstrationes vocat,probare nititur. *Primam* ex libro 10.Antiq. cap.11. depromit,vbi disertè Templum incensum dicitur,annis ex quo constructũ fuerat 470.elapsis,mensibus sex,diebus decem.Salomon autem Templi fundamenta iecit anno 4.regni sui, & ex Iosephi sententia regnauit annos 80. Sic à fundatione Templi,

Id asserit Paludan; probatq; ex Iosepho 1.

vsque ad initium regni Iuda Paludanus annos 76. enumerat, qui si tollan-
470. annis, mensibus sex, diebus decem; *remanebunt*, inquit, *circiter prop-*
anni 395.

Confirm. 2. Confirmat hanc rationem alio Iosephi testimonio, qui lib. 20
cap. penultimo tempus à Templo condito, vsque ad captiuitatem Bab-
cam, ait fuisse annorum 466. mensium sex, dierum decem: quos annos
danus à Templo consummato, anno vndecimo Salomonis deduxit, &
que ad initium regni Iudæ 69. annos inserit, qui si ex 466. detrahantur,
nebunt 396.

Arg. 1. 3. *Secundam*, quam vocat demonstrationem format ex illo lib. 20
cap. 11. vbi Templum deflagrasse scribitur transactis à migrata Ægypto
1062. mensibus sex, diebus decem. Atqui idem auctor docet, iacta Tem-
damenta annis ab Exodo 592. euolutis. Ergo Templum stetit annos
gnum vero Iuda 395. *vti in demonstratione superiore*, inquit.

Arg. 2. 4. *Tertiam* demonstrationem ait formari ex eodem libro & capite
totum tempus, quo Dauid & successores eius vsque ad Sedeciæ cala-
runt definit annis quingentis quindecim, mensibus sex, diebus decem.
auferantur 40. Dauidis, 80. Salomonis, hoc est, 120. remanebunt anni
ses 6. dies 10.

Arg. 3. 5. *Quartam* formare contendit, ex lib. 7. de bello Iudaico cap. 18.
Rufini versione ab initio regni Dauidis, vsque ad euersionem Iero-
nam sub Tito, colliguntur anni 1174. Hoc autem verum non esset, nisi
Iudæ tribuerentur anni 395. Ergo &c. Minorem latè deducit hoc modo:

A Dauide vsque ad Salomonem sunt anni 40.
A Salomone vsque ad initium regni Iuda 40.
A fine regni Iuda vsque ad Cyrum 70.
A Cyro vsque ad euersam à Tito Ierosolymam sunt Olympiades
nus annus qui faciunt annos 629.

Si ergo his addideris annos regni Iudæ 395. colliges à Dauide rege
excidium Vrbis sanctæ sub Tito Duce annos 1174.

Arg. 4. 6. *Quinta* demonstratio sic formatur ex sententia Iosephi Lib.
ma à Chaldæis euersa sunt anno 465. ex quo Dauid pulsis inde Iebu-
lum Hebræum ibi collocarat anno scilicet regni sui decimo. Hinc vsque
gnum Iuda fuerunt anni Dauidis 30. Salomonis 40. simul 70. quos
sustuleris, relinques 395. annos regni Iuda.

Arg. 5. 7. Iosephus lib. 6. de bello cap. 10. tradit à prima Templi fundatione
quead excidium eiusdem sub Tito fluxisse annos 1130. menses 7. dies
autem non essent, nisi regnum Iudæ durasset annos 396. vt demon-

quarta dictum est. *Restant ergò*, inquit, *à prima fundatione Templi, vsque ad Sedeciæ casum anni 431. menses 7. cum medio. Tolle ab hac summa 36. annos, qui superfuerunt regno Salomonis, à fundatione Templi, vsque ad initium regni Iuda; restabunt ab initio regni Iuda, vsque ad finem eius anni 395. menses 7. cum medio.* Fatetur autem Paludanus in tribus posterioribus demonstrationibus Iosephum suam de annis 80. regni Salomonis sententiam reuocasse.

Arg. 6.

8. Ex Ezechielis 4. v. 4. ait se probabilem hanc argumentationem conficere: Tot diebus Ezechiel super latus sinistrum dormire iussus est, quot annos Israelitæ vsque ad illam iussionem Deum offenderant, per idololatriam publico edicto promulgatam, quam ait factam statim initio regni Ieroboam: ergo inde vsque ad finem anni quinti Sedeciæ fluxerunt anni 390. Sedecias autem regnauit integris vndecim annis: atque ita regnum Iuda annos tenuit 396. Quæ argumentatio vt sit efficax ait hæc tria esse supponenda.

1. Hoc imperatum Eezchieli, in fine anni quinti Sedeciæ regis Iuda.
2. Sedeciam annos vndecim regnasse.
3. Ieroboam fuisse primum, qui publico edicto apostasiam à Dei cultu promulgarit.

Paludanus in genere refutatur.

9. Verum hæ rationes in examen iure vocari possunt, tum in genere, tum in specie singulæ. In genere quidem, quia si Iosephus reuera opinabatur Salomonem 80. annos regnasse à veritate aberrabat, & tres posteriores, quas Paludanus demonstrationes vocat, cum Iosephi opinione pugnant. Si Salomonis Imperium fuit quadraginta annorum, vt disertè ex Scripturæ testimonio communis auctorum sententia pronunciat, tres priores argumentationes falso niruntur fundamento. Deinde mirum est demonstrationes, ex illius auctoritate confici, qui eadem de re sibi non constat.

In specie. Ad 1.

10. In specie verò *primum argumentum* falsa inuoluit: tantum abest, vt sit demonstratiuum: quia nec Salomon 80. annos regnauit, vt dixi 3. Reg. 6. q. 6. Nec templum 470. annos stetit, vt probaui 4. Reg. 25. q. 23. fateturque Paludanus. Confirmatio illius argumenti etiam cum veritate pugnat. Nam illi 466. anni à fundato Templo non computantur assentiente Paludano. Quod verò nec à perfecta anno vndecimo Salomonis fabrica numerari possint, vel inde colligimus, quod hoc modo Templum stetisset 473. annis: totidem enim exurgunt, si ad 466. anni 7. addantur in structuram impensi. Id autem nec admittit Paludanus, qui Templi durationem 470. annis definit, nec veritas patitur. Siquidem regnum Iuda 37. annis à Templo fundato decursis ortum est, quibus à 473. subductis, 436. anni remanebunt stanti Templo tribuendi: hic autem numerus neque cum annis singulorum Iuda, neque cum Iosephi doctrina, neque cum Paludani rationibus congruit.

Ad 2. 11. *Secunda* quæ dicitur *demonstratio* in primis res falsas pro veris dum ab exodo ad Templum 592. annos supputat; ad calum vero Sedec Adhæc præcedenti testimonio Iosephi contradicit, quo anni 466. absoluto vsque ad eius incendium numerabantur: his adde 7. conse omnes Templi 473. Hic autem tantum 470. ponuntur. Denique si dationem & ruinam Templi annos 470. inseruerís; hinc 7. eximan Templum ædificatum est, atque ita remanebunt à Templi perfectio dem excidium anni 463. non 466. vt volebat Paludanus.

Ad 3. 12. Ad tertiam dici potest 1, ex ea nihil colligi, nisi admissis 80. anni monis, quorum dimidiam tantum partem, & veritas ipsa agnoscit, & quentes argumentationes admittunt, dum ab enthronismo Dauidis, primordia regni Iudæ octoginta annos computant, nempe 40. Dau demque Salomonis. Ergo si veritati & tribus Iosephi testimonijs de sumptis credimus, non 120. sed octoginta dun taxat anni subducend ijs quos Dauid & posteri eius regnarunt, vt seligantur anni quos regn tenuit. Si autem 80. de 515. tollantur, regni duratio 435. annorum re nou 395. Dici potest 2. Ex illis 515. annis, Iosephus Sauli tribuit vicesi enim dixisset eos regnasse 515. annos, menses 6. dies 10. protinus ὧν εἴκοσιν τὴν ἀρχὴ κατέσχεν ὁ πρῶτος αὐτῶν βασιλεὺς σαοῦλος ὢν ἐκ τῆς αὐτῆς λῆς ὑπάρχων. *Ex his, viginti* (annos) *principatum obtinuit primus eorum rex exeadem tribu existens.* Vnde hunc locum sic bene vertit Gelenius: *tium quingentos & quindecim annos continet, & sex insuper menses, cum decim numeratis 20. annis primi regis Saul.* Replicat Paludanus & ait texturæ rium, hoc est, Græcum loqui ambiguè, eo quod particula ἐξ, aliquando cet *extra* siue *præter*, & hoc loco ita accipi, vt Iosephus dicat: *extra* (supple 515. annos) *viginti principatum obtinuit Saul*: alias falso Iosephus Dauidis progeniem regnasse 515. annos. Verum hæc effugia demonstr non conficiunt. In ambiguis ordinaria significatio retinenda est, quæ co retinuit non vnus Gelenius, sed & ante eum Rufinus. Neque vero phus falso illos 515. annos Dauidicæ familiæ, tanquam potiori attribu doquidem disertè monet, partem exiguam illorum annorum, puta 2 lis principatum referendam esse.

Ad 4. 13. *Quartum argumentum* longè à demonstratiuo distat. Infra dam annos 70. seruitutis Babylonicæ non esse numerandos à fine regni sed ab initio regni Nabuchodonosoris. Deinde Cyrum apud Persas dem primo Olymp. 55. regni habenas capessiuisse; sed annos 70. captiui dæorum non prius expletos, quam Cyrus post annum vigesimum Persici, Babylonicum imperium adipisceretur. Minor igitur illius

merito neganda est: sed neque Maior propositio certa est. Antiqua enim Rufini editio Parisiensis an. Dom. 1513. non habet anno 1174. sed 1177. Græca verò Basil. an. Dom. 1544. exhibet annos 1179.

14. Nec quicquam roboris habet *quinta ratio*: nam Græcus textus habet eversa à Chaldæis Ierosolyma annis 477. & mensibus sex, postquam inde rex Dauid Chananæos expulerat. Id quidem fatetur Paludanus, & ait *se in hac demonstratione quinta secutum esse textum Latinum Iosephi, qui in diuersis editionibus translationibusque diuersorum interpretum, illum ipsum inquit, à me positum numerum vbique retinet.* Verum id de omnibus Latinis translationibus dici nequit: certè non retinet antiqua illa editio Parisiensis: aliquæ habent annum quadringentesimum sexagesimum quartum. *Ad 5.*

15. Falsa est supputatio, quæ à Templo fundato, vsque ad euersam à Tito Ierosolymam annos 1130. enumerat: hanc enim Titus excidit anno æræ Christi septuagesimo: primi verò templi fundamenta iecit Salomon circa annum ante eandem æram 1020. ex quibus non nisi 1090. anni colliguntur. Sic nihil promouet *ratio sexta.* *Ad 6.*

16. Vim *septimi argumenti* suo loco expendam: hic tantum dico non constare, vtrum iste annorum 390. numerus ab initio regni Ieroboam emergat. Siquidem 2. Paralip. 11. v. 16. & 17. legimus aliquos saltem, ex Israelis regno veri Dei cultum triennio retinuisse. Deinde anni qui ab initio Roboami vsque ad finem quinti Sedeciæ effluxerunt sunt pauciores quam 390. Nec est ratio, quæ suadeat hos annos anno 5. Sedeciæ finiri potius, quam Vrbis obsidione vel excidio: esto Sedecias annos vndecim regnarit, & Ieroboam primus edicto publico apostasiam à fide & vera religione promulgarit. Hoc enim fortasse non ante annum secundum regni sui patrauit. Denique valde probabilis est doctrina Saliani qui ad annum m. 3061. num. 11. solemnem dedicationem vel templorum vel vitulorum à Ieroboamo mense octauo, die decima quinta sceleratè factam, ad annum secundum illius refert: vnde fortè nonnemo istos 390. annos computabit. *Ad 7.*

Vide quæ in cap. 4. Ezechielis de illis 390. annis latè disputo.

II. PARALIP. XXXVI. v. 20.

Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex Persarum, & compleretur sermo Domini, ex ore Ieremiæ, & celebraret terra sabbata sua, cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum vsque dum complerentur septuaginta anni. Hæc sequentibus quæstionibus explicanda sunt.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

Quot sint anni à casu Templi, vsque ad instaurationem.

Quando Templum euersum quando instauratum.

1. CErtum est, 1. captam Ierusalem anno vndecimo Sedeciæ Regis mense quarto; exustam cum Templo, eadem æstate, mense Regum 25. Ieiem. 52. Templum autem instauratum est, anno secundo Hystaspis, vt omnes fatentur, & sacri codices dubitare vetant. 1. Esdræ 6. & cap. 5. v. 2. Aggæi 2. Zachariæ 1.

De Cyro & Dario Hystaspis.

2. Constat 2. ex profana historia Darium istum apud Persas regnasse *circa annum 4. Olymp. 64.* siue, ante Chr. 521. Siquidem omnium annorum recentiorũ consensu, Cyrus apud Persas regnare cœpit anno 1. Olymp. numque tenuit 30. annos, cum Cambyses 7. & menses aliquot imperauit vt Magi successores eius annum octauum clauserint: quibus sublatis narchiæ fastigium euectus est Darius Hystaspis, cum ab initio regni C 38. præterijssent. Quod adeo certum puto, vt id sine temeritate non mihi non videatur, & ex ijs, quæ suis locis de Cyro & Dario in medium clarissimum euadet. Dixi *circa annum 4. Olymp. 64. ante Chr. 521.* quod sentem enim quæstionem spectat, de vno alterove anno, non sum solic 10. aut 18. pluriumve annorum spatia, huius controuersiæ funis trah num autem primum Darij cum 3. Olymp. 64. Nabonassareo 227. Torniellus in Tabulis & ad an. m. 3532. num. 1. nec ab eo computo lianus. Ego regni illius primordia refero ad annum illum 521. ante sti, quo tertius Olymp. 64. occubuit; quartus illuxit, currente à die p rij anno Nabonassari 227. Quod & Petauius accuratè facit.

De Nabuchodonosore.

3. Exploratum 3. habemus Nabuchodonosorem, ante Templi regnasse annos 18. quorum primus cum quarto Ioakimi concurr si inuentus fuerit annorum numerus, qui à Templi casu, ad annum Darij effluxerunt; historiæ sacræ cum profana nexus habebitur, ita Darij ad tempora Nabuchodonosoris, hinc ad regnum Ioakim & tium regum Iuda, vsque ad Templum, anno 480. ab exitu de Aegy tum regredi probabiliter possimus, tum à Templo ad Exodum, ab fuit annis 215. post descensum in Ægyptum, ad annos Iacobi, Isaac, ceat ascendere. Vnde huius quæstionis vtilitas & iucunditas elucet.

Antonio Paludani.

4. Paludanus tract. 3. cap. 5. à fine regni Iuda vsque ad annum annos 70. putat: inde Cyro 30. Cambysi cum Magis 8. & vnus Dar tur. Sic ab euerso Templo, ad annum 2. Darij colliguntur anni 109

hos calculos digerere possunt, qui inter excidium Ierosolymitanum, & Cyri apud Persas regnantis primordia annorum 70. spatium interponunt.

Tornielli &c.

5. Quidam seruitutem Babylonicam 70. annorum à destructione Ierusalem aperiunt; anno Cyri regis 23. claudunt: sequuntur inde 7. anni Monarchiæ Cyri, Cambysis & Magorum 8. Darij vnus, summa omnium 86. Ita Torniellus & Salianus, qui Templi desolationem notant anno mundi 3745. initium regni Darij Hystaspis 3532. Omitto iam eorum computum, qui septuagenariam seruitutem, in Iechoniæ transportatione inchoant. De quo infrà.

Eusebij & aliorum.

6. Eusebius in Chronico, assentitur Clementi Alexandrino, quē lib. 1. Stromatum ita scripsisse refert. *Perseuerauit captiuitas annis septuaginta ad annum secundum Darij filij Hystaspis, qui Persis, Assyrijs, Aegypto regnauit.* Subiungit deinde Eusebius: quod autem septuagesimus annus desolationis Templi, altero anno Darij fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias Propheta, anno secundo Darij dicens: *Domine omnipotens quousque non misereberis Ierusalem & ciuitatibus Iuda, quas aspexisti? iste septuagesimus annus est.* Consentit Beda: anno, inquit, secundo Darij septuagesimus captiuitatis Ierusalem annus impletur, idque auctoritate Eusebij & oraculo Zachariæ confirmat. Ado & Hermannus Contractus verba Bedæ transcribunt, nec ijs contradicunt. Idem tradit Nicephorus Constant. Schafnaburgensis, Freculphus, & ante eos Iulianus Toletanus initio *quintæ ætatis*, quam post annum vndecimum Sedeciæ inchoat, & primo loco Hebræorum captiuitatem 70. annorum ponit, eamque finitam ait tempore Darij, anno nempe secundo: inde vsque ad Xerxem 34. annos Darij residuos computat. Clarissimè autem Chronicon Alexandrinum, Babylonicæ inquit, seruitutis anni septuaginta, à Ieremia Propheta prædicti, post vndecimum Sedeciæ regis annum cœpere; desiere anno secundo Darij Hystaspis. Et infra ad annum 2. Darij: *hoc*, ait, *anno, septuaginta anni Templi euersi fuerunt expleti*, additque ea quæ iam ex Eusebio & Clemente retulimus. Quod & Marianus Scotus præstat, addens etiam ijs, quæ habet Beda. Assentitur Vincentius Spec. hist. lib. 2. cap. 117. Theodoretus Ezechielis 1. & Zachariæ 1. apertissimè verò super cap. 9. Danielis. S. Hieronymus Ezechielis 4. cum dixisset Sedeciam regnasse annis vndecim subnectit: *sub quo capta Vrbs templumque destructum, cuius solitudo vsque ad secundum Darij annum permansit annis septuaginta.* Rursus in Prologo Aggæi & in cap. 1. Zachariæ, disertè asserit, secundo anno Darij regis Persarum filij Hystaspis septuagesimum annum desolationis Templi fuisse completum, idque Zachariæ teste. Eandem doctrinam tradit Isidorus lib. 5. Etymologiarum cap. vltimo. S. Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei cap. 26. & multi è recentioribus, vt Ribera Zachariæ 1. Chrystophorus à Castro Ierem. 25. Vide infra, quæst. 8. num. 1.

Contra Paludanũ. 7. Opinio Paludani à vero aberrat, tum quia Cyrus annos aliquot Persarum administrauit, priusquam, Babylone capta, Iudæos in libertatem sereret, vt infrà ostendam, tum quia inde sequeretur, ab initio regni Nabuchodonosoris vsque ad annum Darij secundum, interuenisse annos 127. ante Vrbis excidium, inde 109. Tolle igitur 127. de anno ducentesimo octauo Nabonassari, qui erat secundus Darij, remanebit annus 101. Nabonassari initium regni Nabuchodonosoris elapsus. Quod nullatenus admittitur.

Contra Torniellũ. 8. Opinionem Tornielli & asseclarum eius non probo: si namque 86. quos à fine Sedeciæ ad annum 2. Darij enumerat, adijciantur 18. Nabuchodonosoris ante Templi euersionem transacti; confient 104 qui ex 228 relinquent annum 124. Nabonassari, pro origine principatus Nabuchodonosoris, qui tamen non ante annum 140. suo parenti Nabopolassaro successit.

Pro Eusebio & alijs. 9. Apprimè verò congruunt meę rationes cum eorum supputatione annorum spatium à Sedeciæ calamitate ad annum secundum Darij, cui supputationi fidé abundè conciliat, veneranda antiquitatis auctorum numerus eorum scriptorum, quos paulo ante laudabam. Anno ante æram 590. mihi Vrbs cum Templo cecidit, currente anno Nabonassari 158. ante eandem æram 520. aperitur annus 2. Darij, cum in cursu esset Nabonassareus 228. Sic terminos ab antiquis positos minimè conuello, & annum captis Ierosolymis, currente anno 2. Darij Hystaspis completum puto.

Obiectio. 10. Obijciunt aduersarij, annos 70. seruitutis Babylonicæ finitos anno Cyri imperantis, ac proinde non esse vsque ad regnum Darij prorogatos.

Responsio. Verum facilis & antiqua Theodoreti responsio, qui circa annum 430. floruit, & in cap. 9. Danielis ita scripsit: Tempus captiuitatis omnes nihil discrepantes posuere, & Diuus Ieremias, & diuinus Zacharias, & Esdras, in septuagesimo numero omnes consensere, sed non ab eisdem ... ribus omnes numerare exorsi hoc tempus: alij in Cyrum, alij in Darium ipsum numerum desinere dixerunt. Beatus enim Ieremias & Esdras captiuitatis initio numerantes, iure vsque ad Cyrum Persarum regem ... ginta definiunt annos. Sed sanctissimus Zacharias, à nouissima ... funditus interiere numerans septuaginta annorum numerum Dario Persarum rege expleri asseruit. Nam quia ter populus captiuus fuit, tempore Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, iterum Iechoniæ filij Ioakim, ... deciæ fratris Ioakim patrui Iechoniæ: necessario ter etiam in patriam consequuntur. Primo enim dimisit eos Cyrus Persa: Deinde Darius filius, tum Artaxerxes Xerxis. Eorum igitur, qui primo capti fuere, ... annorum numerus Cyro Persa regnante expletur: & Templi desolatio ... dem tempore finitur, anno 2. Darij Hystaspis. Ita vt vtraque Prop...

Ieremiæ & Zachariæ, & itidem Esdræ scriptura mendacio careat, & vera sit. Hæc ante annos mille ducentos Theodoretus. *Vnde* breuiter patet, duplicem esse apud SS. Patres annorum septuaginta computationem, alteram anno primo Cyri; alteram secundo Darij expletam. Nec obstat, quod nonnulli spatium temporis anno 2. Darij finitum, captiuitatis, aut seruitutis annos vocent, aliquid à Ieremia prædictum asserant. Non est enim nodus in verbis quærendus, vbi sensus auctorum non cernitur intricatus. Reuera aliquod seruitutis vinculum Iudæos postliminio reuersos adstringebat, quo minus ante Darij principatum iteratam Templi fabricam erigerent. Neque hi anni qui vsque ad Darium tendebant, si propriè loquamur, erant illi, quibus Ieremias varias gentes Imperatori Babylonio seruiturus prædixerat: sunt tamen hæ duæ annorum septuagenæ inter se ita connexæ, vt anni 52. sint vtrique communes, & prior altera 18. annis præcedat, altera totidem tardius absoluatur, & appareat veritas illius, quod idem Ieremias Vates cap. 30. v. 18. cecinerat: *Ecce ego conuertam auersionem tabernaculorum Iacob, & tecta eius miserebor, & ædificabitur ciuitas in excelso, & Templum iuxta ordinem suum fundabitur.* In dictis auctorum, quæ inter se quadantenus pugnare videntur, non est admittenda sensus antilogia, quando per tolerabilem aliquam interpretationem veritati locus aperitur, aut aliunde constat, quænam de rebus ipsis eorum sit sententia. Vide infra quæst. 8. num. 13.

Duplex supputatio An. 70.

QVÆSTIO III.

De annis Cyri Persarum Regis & Chaldæorum Monarchæ.

HAnc quæstionem præmitto ijs, quæ de annis 70. captiuitatis Babylonicæ disputanda sunt, quippe quam Cyrus relaxauit, ac proinde vt principium & finis istorum annorum certius explorari possit, quædam de annis ipsis præmittenda sunt, quæ sacræ Chronologiæ hoc loco obscurissimæ facem aliquam præferre posse videantur. Hoc autem certum inprimis ac indubitatũ habetur, Cyrum apud Persas regnare cœpisse anno 1. Olymp. 55. vt tradit Eusebius in Chronico & lib. 10. de Præpar. Euang. cap. vltimo, vbi hoc antiquissimum iuxta ac luculentissimum profert Africani testimonium. *Post septuaginta verò captiuitatis annos Cyrus Persis regnare cœpit, quo anno celebrata est Olympias quinquagesima quinta, vt in Bibliothecis Diodori, Thalli atque Castorii historijs, nec non Polybij & Phlegontis, scriptum reperies: sed & apud alios auctores, qui Olympiadas descripserunt. De tempore enim inter omnes conuenit. Cyrus itaque anno regni primo, qui & Olympiadis quinquagesimæ quintæ primus fuit &c.*

Cyrus Persis regnat anno 1. Olymp. 55.

Ita fideliter Græcum Petauius reddit lib. 10. cap. 14. monetque nihil Chronologorum omnium veterum perinde ac recentiorum conferri matum ac stabilitum esse, atq; Epocham Cyri priorem, quod ad Olym spectat, cum nullus ex antiquis sit, qui primordia Cyri regis alio refe ad Olympiadem 55. & quidem ineuntem. Consentiunt antiquis recent Gordonus ad an. m. 3445. Torniellus an. 3494. vbi laudat Petrium in Danielem, q. 2. id pluribus argumentis, ex Clemente Alex. S. Cyri ronymo, Iustino, & Iosepho desumptis adstruit. Salianus, Sanctius, C phorus Castrius, Cornelius, Samerius, Petauius, &c.

An. ante Chr. 559.

2. Hic autem aduertendum est, actam Olympiadem illam 55. ab Periodi Iulianæ 4154. ante Christi Epocham 560. quo fit, vt annum mus ad sequentem æstatem vsque sese porrigat, & nonnulli ench Cyri notent priore parte anni isti primi Olympiadis quinquagesimæ æramque Cyri anno illo 560. ante Chr. auspicentur. Eam tamen sent re malui in annum sequentem, nimirum Periodi Iul. 4155. ante Chr cham 559. prout in *Synopsi sacrorum temporum* tradidi, & postea plurib rauit Petauius l. c.

3. Ex Scriptoribus etiam palàm est, Cyrum 30. ferè annos, non plen num administrasse, Cambysen & Magos 8. inde Darium regem fu fecto à primordijs Cyri apud Persas regnantis 38. annorum curricul stronomicis autem obseruationibus in confesso est, defectionem Lu Ptolemæus, ad annum septimum Cambysis retulit, incidisse in ann Christum 523. die 16. Iulij; quia anno Nabonassari 225. die 15. Phamen fuit. Alia similis eclipsis commissa est anno 20. Darij, Nabonassari 24 Ephiphi. ante Chr. 502. Nouemb. 19. Tertia fuit anno 31. Darij, Nab 257. die 3. Tybi, ante Chr. 491. Aprilis 25. Vnde probabilissime Darium Hystaspis regnare cœpisse anno ante Chr. 521. quo annus Ol quartus emersit. Inde remenso ad superiora tempora 28. annorum p rem Cyri Epocham, anno ante Chr. 559. deprehendemus. Cyclo Sola næ XVIII.

Regnat vniuersa annos 30.

4. Annos porro regni Persici 30. Cyro tribuunt, antiquus Chro apud Clementem Alexandrinum, Dionysius historiæ Persarum scrip Ciceronem lib. 2. de diuin. Iustinus lib. 1. Eusebius in Chronico, S. Hier in cap. 7. Danielis & 1. Zachariæ, Orosius lib. 2. cap. 7. Beda de 6. Ado, Nicephorus Const. Marianus Scotus, Freculphus in suis Chron bera Zachariæ 1. num. 28. Bellarminus & Gordonus in suis Chronol bellicus Enneadis 2. lib. 6. Castrius, Sanctius, Cornelius, Torni ctius Petauius. Nec obstat, quod Herodotus sub finem lib. 1. annos

asscribat, quia vt ipsemet explicat, tricesimum non omnino expleuit. Neq; cunctandi sunt, qui cum Scaligero, principatum Cyri ad annum 31. vel 32. inchoatum extendere conantur: hi enim & ab auctoritate veterum sine causa recedunt, & à Petauio bene redarguuntur.

Prius in Perside quam Babylone regnauit.

5. Cyrus non ante Iudæos in libertatem asseruit, quam Babylone potitus, aliquot iam annos regnum Persarum administrasset, variasque regiones suo subiecisset imperio. Ita plerique recentiores, in quibus Ribera, Gordonus, Torniellus, Salianus, Sanctius, Castrius, Cornelius, Petauius, idque efficaciter probant, ex ijs quæ de Cyro Herodotus & Ctesias historiarum monimentis consignarunt, tum ex Beroso apud Iosephum lib. 1. contra Appionem anno 17. Naboniti Chaldæorum regis vltimi, Cyrum reliqua Asia in suam potestatem redacta Babylonem aggressum, eamque victo Nabonito cepisse. Quibus adstipulatur Iustinus lib. 1. Domitis, inquit, demum plerisque cùm aduersus Babylonios bellum gereret &c. Fidem etiam huius rei faciunt Xenophon, & Ptolemæus in Canone Mathematico, vt mox patebit.

Duplex initium regnandi habuit.

6. Quæ cum ita sint, errare censendi sunt illi, qui vnum solummodo regnandi initium Cyro assignant; & anno primo regni illius Persici Babylonicam Iudæorum captiuitatem solutam putant. Nam 1. Esdræ 3. & 4. legimus Iudæos anno 2. sui reditus noui templi fundamenta iecisse quidem, sed ab hostibus vicinis opus impeditum fuisse, *omnibus diebus Cyri regis Persarum.* Hic autem is capta Babylone 30. fermè annos regnasset, Iudæorum sine dubio querelas audiuisset, adnitentibus Daniele, Aggæo, Zacharia Prophetis, & pio principe Zorobabele, edictumque suum de Templi instauratione, in executionem venire curasset. Deinde ille annus quo Cyrus libertatis Iudaicæ decretum edidit dicitur primus regni ipsius, & fatebatur, iam sibi omnia regna terræ à Deo data: quod non conuenit regni Persici initio; optimè vero imperij Babylonici. Duplex igitur principium regnandi Cyro constituendum: altero Persis, altero Chaldæis imperare cœpit. Addit Petauius cap. 13. tertium totius Asiatici imperij principium, quod Scaliger excogitauit, tanquam fictum & commentitium, respuendum esse.

Quæstio. 1. Opinio. Dat ei 7. annos.

7. Restat quæstio, *quot annos Cyrus Babylonijs imperauerit?* Xenophon lib. 8. de Cyri pædia eum anno imperij sui septimo extinctum tradit, Xenophontem secuti sunt Ribera Zachariæ 1. numer. 33. Torniellus & Salianus in Annalibus, Christophorus Castrius in cap. 29. Ieremiæ. Hac ratione, annus 24. regni Persici, fuerit ei primus Monarchiæ Babylonicæ. Quæ opinio non est improbabilis eamque in Synopsi 1. edit. sequebar.

2. Opinio probabilior amp;

8. Expenso tamen postea diligentius Canone Mathematico, & annis regum Iuda, cum regum Israel temporibus accuratius adstrictis, malui Cyri Monarchiæ

narchiæ nouennium attribuere, cum Petauio lib. 10. cap. 15. & Harm[illegible]
nologia. Sic annus 22. regni Cyri, est primus Monarchiæ Xenophon[illegible]
pædia narratio parum apud plerosque habet fidei historicæ, eam in h[illegible]
tio præter alios facessere iubet Cornelius Zachariæ 1. vers. 12. Plus [illegible]
habet Ptolemæus, qui Cyrum Babylonijs regibus adnumerat, eisq[illegible]
annos disertè inscribit. Cui numero consentiunt rationes annorum N[illegible]
sari, ad tempora Nabonadij, Cyri, Cambysis, Darij applicatæ. Nam [illegible]
triplicem Lunæ defectionem nuper explicatam, quæ huic opinioni [illegible]
non minus quam alteri; Ptolemæus anno Nabonassari ducentes[illegible]
principatum Nabonadij notis impressis concludit; Imperium Cyri [illegible]
bon. 218. Cambysis 226. finitum tradit. Itaque annus primus Darij [illegible]
annum 227. Nabonassari, & primus Cyri in 210. qui aperitur anno an[illegible]
Epocham 538. die 5. Ianuarij: æstate verò eiusdem anni cœpit terti[illegible]
60. *vnde incipiunt numerari anni imperij siue monarchiæ Cyri*, inquit C[illegible]
Proinde hic auctor fateri debet, Cyrum plusquam septem annos im[illegible]
siquidem interijt anno ante Christum 529. Nabonassari 219. qui fu[illegible]
Cambysis: sicut annus 2. Darij erat primus Olymp. 65. vt idem [illegible]
affirmat. Fauent huic supputationi magis quam alijs, quidam ap[illegible]
bium in Chronico, qui tempus captiuitatis 70. annorum vsque ad an[illegible]
ri 20. computarunt.

3. anno tres sed falsò.

9. Ex dictis eorum computus refellitur, qui ad triennij angustias C[illegible]
narchiam reuocant; sic enim duplex vt minimum error Ptolemæo im[illegible]
tur, dum annos Cyri sine ambiguitate, aut exemplarium varietate im[illegible]
vltimum Nabonadij eundem facit cum 209. Nabonassari.

Iosephus explicatur.

10. Fauere tamen eis videtur Iosephus lib. 11. Antiquit. cap. 2. [illegible]
opus templi instaurandi *dilatum per annos nouem, vsque in 2 annum Dar[illegible]*
Cambysem regnasse sexcennio. At forte Iosephus, de ijs solum anni[illegible]
qui ab interitu Cyri effluxerunt. Cum enim Iosephus cap. 1. narrasset, [illegible]
tanorum improbitate, templi restaurationem impeditam fuisse, Cyr[illegible]
superstite, sed ad alia negotia distracto, cap. sequēti recitat Cambysis [illegible]
quo Vrbis & Templi instauratio prohibebatur, ac tandem subdit, [illegible]
se id opus per nouennium, vsque ad annum secundum Darij. Quod [illegible]
nouem anni, distincti sint ab ijs, quibus Cyrus agebat in viuis, patet [illegible]
narrationis filo, tum ex Græco contextu, quo expressè dicitur *opus* [illegible]
ἄλλα ἔνει 8. *in alios annos* 9. Quod vero ait Cambysem regnasse sex an[illegible]
ita accipi potest, vt excluso primo imperij sui anno, quò Templi stru[illegible]
dicto vetuit, sex alios annos integros vixerit, tum alius annus Magi[illegible]
dus sit vsque ad Darium.

11. Aliàs Herodotus libro 3. clarè habet, Cambysem regnasse annos 7. & menses 5. inde Magos regnum occupasse 7. mensibus, *quibus*, inquit, *annus octauus Cambysis expletur*. Herodoto suffragantur Eusebius, Beda, Freculphus, Ado, Marianus Scotus, Nicephorus Const. Bellarminus, Gordonus, Castrius, Ribera, Sanctius, Torniellus, Salianus, Petauius, nisi quod non omnes isti clarè 7. menses Magi, ab annis Cambysis distinguant. Causam verò adæquatam, cur Cyro viuente Templi restructio intercepta fuerit, fuisse arbitror, quod Cyro a negotijs distento, Cambyses interim rerum quæ ad Iudæos spectabant administrationem haberet, eiusque malitia factum, quo minus Templi fabrica Cyri decreto concessa promoueretur: vt insinuat Ribera Zachar. 1. numer. 33. Illum concedit Cambysem sex annis viuo adhuc Cyro regnasse, tum alijs octo, septem Magorum mensibus in complementum anni octaui adscitis. Quod si verum est, dicemus eum vniuersè 14. annos regem fuisse: omne vero tempus, quo Cyrus, Cambyses, Magi imperarunt fuit 17. annorum, ab exordio vero Cyri vsque ad Darij principatum 38. anni computandi sunt. *De annis Cambysis.*

12. Antequam ad librum Esdræ gradum faciamus, & Iudæos in patriam reducamus, operæ precium me facturum putaui, si disputationem de annis 70. captiuitatis Babylonicæ instituerem, quam claritatis causa in quæstiunculas aliquot distribuam.

QVÆSTIO IV.

Desine annorum 70. Babylonicæ captiuitatis.

1. DE his oraculum habemus Ierem. 25. v. 11. & 12. *Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem & in stuporem: & seruient omnes gentes iste regi Babylonis septuaginta annis. Cumq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum &c.* Et cap. 21. v. 6. *Et nunc itaque dedi omnes terras istas, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi, & seruient ei omnes gentes, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius & ipsius:* Rursus cap 29. v. 10. *Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, & reducam vos ad locum istum.* Huc etiam alluditur 2. Paralip. 36. verbis quæstioni 2 præpositis, & repetuntur initio lib. 1. Esdræ, quorum etiam meminit Daniel cap. 9. v. 2. *Finis fuit anno 1. Cyri.*

2. Hosannos in tempora Cyri desituros iam olim prædixerat Isaias cap. 44. extremo: *qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem: Aedificaberis. Et templo: Fundaberis.* Et mox initio cap sequent. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram &c.* & v. 13. *Ipse ædificabit* *Explicatur Isaiæ.*

cabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet. Hanc Isaiæ Prophe-
phus lib. 11. Antiq. cap. 1. à Cyro lectam tradit, eaque lecta, eum Va-
tatem admiratum, excitatum desiderio, quæ legerat, exequendi, ac
patriam redeundi, Vrbisque ac templi denuo erigendi potestatem fe-
no nimirum primo Monarchiæ suæ Babylonicæ) vt legimus 2. Par.
Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini,
fuerat per os Ieremiæ suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, qui in-
in vniuerso regno suo, etiam per Scripturam dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persa-
regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem
in Ierusalem, quæ est in Iudæa: quis ex vobis est, in omni populo eius? sit Domin-
cum eo, & ascendat. Idem auctores vnanimi consensu docent. Iosep-
Antiq. cap. 1. Iulius Africanus apud Eusebium lib. 8. de demonst. Eua-
& S. Hieronymum in cap. 9. Danielis. Clemens Alexandrinus lib. 1.
tum. Eusebius l. c. & lib. 10. de Præp. Euang. extremo. Lactantius lib. 4.
Sapientia cap. 5. Sulpitius lib. 2. sacræ histor. Cyrillus lib. 8. contra
Theodoretus Ezechielis 1. Danielis 9. Zachariæ 1. Beda in cap. 1. lib. 2.
in opusculo de sex ætatibus mundi, Q. Iul. Hilarion de mundi dura-
ranus Ierem. 25. & 29. & Danielis 9. & recentiores interpretes ibidem.
nulli tamen, vt Eusebius, etsi huic captiuitati finem sub Cyro imp-
cant; primi tamen anni non semper meminerunt, rati sine dubio id ex
ra constare. S. Hieronymus Prooemio in Aggæum anno 2. Darij
asserit annum 70. desolationis Templi, *quem*, inquit, *Ieremias vaticinatus*
autem verba satis declarauit, Ierem. 25. & 29. in ijs commentarijs,
explanationem 12. Prophetarum, Isaiæ, Danielis, & Ezechielis se co-
affirmat. Itaq; à Templo euerso, ad idem restauratum anno 2. Darij
enumerat, totidemque ab anno 1. Nabuchodonosoris ad imperium
autem annus primus Cyri quo laxata est captiuitas non fuit regni
sed Babylonici imperij, vt q. præcedenti vidimus.

Refutatur Caluisius. 3. Sethus Caluisius anno suo ante Chr. 538. notat annum capti-
bylonicæ sexagesimum primum. Anno 536. expugnata Babylone D-
dum, à Dario captum, vita donatum, & Carmaniæ præfectum fu-
in hanc sententiam Canone Mathematico. Anno ante Chr. 350.
Babylonicæ 69. ait à Cyro datum Iudaicæ libertatis edictum. An-
ante Christum 527. fatetur Cyro trucidato Cambysem imperasse.
nonnulla sunt, quæ minimè admittenda censeo. Primò, quia hoc mo-
circa annum sextum captæ Babylonis reditum Iudæis necdum ca-
70. captiuitatis, indulsisset, cum tamen annum illum Scriptura pri-
appellet. Itaque Sethus hoc tertium principatus Cyri initium ex Sc-

cto fingit, spreta omni antiquitate, quæ hoc commentum ignorauit. *Secundò*, Ieremias cap. 25. *seruient*, inquit, *omnes istæ gentes, regi Babylonis septuaginta annis*. Et cap. 29. vers. 10. prædicit expletis illis 70. annis laxatum iri Iudæorum captiuitatem, ita vt antiqui in idem tempus, finem & Iudaicæ captiuitatis & Babylonici imperij conijcerent, percurso annorum 70. interuallo: Sethus autem edictum Cyri anno 69. obtrudit, & ab euerso Chaldæorum imperio in sexum circiter annum prorogat seruitutem. Fateor, ad initium anni 210. Nabonassari translatum à Chaldæis ad Persas imperium, quod notat Caluisius, sed eodem anno, currente iugum septuagenariæ seruitutis à Iudæorum ceruicibus edicto Cyri depulsum asserо, cum Ribera, Torniello Saliano, Petauio, Haræo, q. præcedenti laudatis. numer. 6. qui anno eodem debellatos à Persis Chaldæos, & Iudæos in libertatem assertos, docent, assentientibus Funccio, Bucholcero, Capello &c. nec aliud prisci Chronologi & sacri interpretes sentiunt. De initio horum 70. annorum maior est difficultas sequentibus quæstionibus explicanda.

QVÆSTIO V.

Vtrum anni 70. captiuitatis Babylonicæ à decimo tertio Iosiæ computentur.

1. QVatuor de principio horum annorum sententiæ potissimùm reperiuntur, quas probabiles esse ait Cornelius, Ieremiæ 29. vers. 10. *Prima* eos ab anno 13. Iosiæ deducit. *Secunda*, à quarto Ioakimi, siue primo Nabuchodonosoris. *Tertia* à transmigratione Iechoniæ. *Quarta* à fine Sedeciæ. Primam opinionem proponit, vt quidam putant, S. Hieronymus Ezechielis 4. *A primo*, inquit, *anno Iechoniæ, quando magna pars Ierusalem translata est in Babylonem, vsque ad primum Cyri regis Persarum annum, qui desolationis templi erat triceſimus supputantur anni quadraginta, sub quo Iudæorum laxata captiuitas est, & libertas populo reddita.* His addit 23. qui à 13. Iosiæ, vsq; ad annum 4. Ioakim transierant, & 7. vltimos Ioakim reperies ab anno 13. Iosiæ, vsque ad annum primum Cyri 70. Iulius Africanus apud Eusebium lib. 8. de demonstr. Euang. cap. 2. & S. Hieronymum Danielis 9. tradit annum primum Cyri incidisse in annum 1. Olymp. 55 annumq; 20. Artaxerxis Longimani in 4. Olymp. 83. ita vt iste annus 20. Longimani, sit 70. ab initio regni Cyri. Quæ tria cum meis rationibus congruunt. Annos vero 70. captiuitatis regno Cyri præponit, putatque centesimum octuagesimum quintum captiuitatis, fuisse vicesimum Longimani. Vnde Castrius Ieremiæ 29. colligit ex suppuratione Africani annos 70. captiuitatis, à decimo sexto Iosiæ deduci: ego verò Africanum de 13. anno Iosiæ interpretor: siquidem annus 4. Olymp.

1. Opinio hos annos putat à 15. Iosiæ.

Olymp. 83. & 20. Longimani oritur mihi anno ante Chr. 445. cui sin[illegible] 185. exurget annus 630. ante Chr. quo mihi finitur annus 13. Iosiæ. Ha[illegible] Theodoretum, qui Ezechielis 4. hosce 70. annos à 18. Iosiæ accersere [illegible] quo legis liber inuentus est, vnde si stante Templo 35. & inde totidem [illegible] rum putentur, confient 70.

Probatio. 2. Probari potest saltem specie tenus hæc opinio. 1. Quia euersa fu[illegible] ue anno 13. Iosiæ, atque idcirco translatum ab Assyrijs, ad seniorem Na[illegible] donosorem, qui erat Babylonius, imperium. 2. S. Augustinus, Hiero[illegible] sidorus, Theodoretus, Eusebius, Clemens Alexandrin. & alij apud P[illegible] in cap. 9. Danielis, v. 2. ab anno 11. Sedeciæ ad primum Cyri non nisi [illegible] numerant: ergo reliqui anni 40. ante Sedeciæ calamitatem à 13. Iosiæ [illegible] rant. 3. Danielis 5. Baltassaris vltimi Babyloniorum regis patens d[illegible] quoties Nabuchodonosor, qui regnauit 45. annis, & Baltassar tribus [illegible] polassaro dentur 22. colligetur tempus Monarchiæ Chaldæorum 7[illegible] rum, à 13. Iosiæ ad initium Cyri. 4. Anno 13. Iosiæ cœpit Ieremias [illegible] & vidit potentiam Assyriorum contritam per virgam siue sceptrum C[illegible] rum, vt constat ex Ieremiæ cap. 1.

Conclusio negatiua. 3. Verum communis Neotericorum & multorum antiquorum [illegible] tatio negat hosce captiuitatis annos, à 13. Iosiæ reuera deriuari: cùm [illegible] tempore nulla fuerit Iudæorum captiuitas, imò ne eam videret collectæ [illegible] *suos* dicitur, 4. Reg. 22. v. 20. vt docet Castrius Ierem. 29. Cornelius [illegible] nus ad an. m. 3429. num. 5. & ex dicendis palam fiet.

Ad probationem. 4. Neque rationes allatæ quicquam concludunt: siue enim anno [illegible] Iosiæ fuerit expugnata Niniue siue non; inde tamen anni 70. cap[illegible] duci nequeunt. Nam ante Nabuchodonosorem isti anni non inuen[illegible] pe cui & posteris eius, gentes in Scriptura expressæ, annos 70. seruie[illegible] remiæ 25. vers. 11. iuncto cap. 27. v. 7. Anno autem 13. Iosue necdum [illegible] Nabopolassarus, quem Nabuchodonosorem seniorem vocant: [illegible] Magnus Nabuchodonosor, anno 4. Ioakim, qui erat vigesimus terti[illegible] rio decimo Iosiæ: Nabopolassarus verò non nisi annos 21. regna[illegible] ctores pro secundo argumento laudati bene 30. annos numerant, [illegible] excidio, vsque ad Olympiadem 55. cuius anno primo labente, reg[illegible] sidis thronum Cyrus conscendit, at non continuo tunc Iudæos [illegible] bertati, sed anno demum regni sui vel 21. desinente, vel 22. [illegible] adde annos Nabuchodonosoris 18. ante Vrbis destructionem [illegible] primumque illius Olympiadis, quo ad finem vergente Cyrus reg[illegible] dis adeptus est, & reperies ab anno 4. Ioakim, ad vicesimum secund[illegible] 70. annorum decursum.

5. Nabuchodonosor dicitur parens Baltassaris lato nominis significatu, quo comprehenditur quilibet pregenitor: qua notione Abraham dicitur pater Iudæorum, quos Christus alloquebatur Ioan. 8. vers. 53. & 56. Dauid pater Abiæ, 3. Reg. 15. v. 3. & Amasiæ 4. Reg. 14. v. 3. Cuiusmodi exempla in Scripturis passim occurrunt. *Quomodo Nabuchodonosor dicitur parēs Baltassaris.*

6. Nabuchodonosor 44. annos regni non impleuit, eius parenti 21. anni tribuuntur, ad quos si triennium Baltassaris accesserit, collectus numerus ad 70. non perueniet. Vbi vero sunt anni Euilmerodach? Denique Ieremias illo anno 13. Iosiæ, spiritu Prophetico vidit de potentia Chaldæorum, ea quæ sub Nabuchodonosore post aliquos annos erant futura. Auctoritas Africani, S. Hieronymi, & Theodoreti, (qui suam hac de re sententiam Dan. 9. clarè explicat) quoad Chronologiam fauent ijs, qui ab anno 4. Ioakim, vsque ad 22. Cyri 70. septuaginta ponunt. *Nabuchodonosor quot annos regnauit.*

7. Hic aduertendum 1. Annum primum Cyri respondere, partim anno primo, partim secundo Olymp. 55. sicut pars Consulatus Capitonis & Rufi ad annum 13. Neronis, pars ad 14. extenditur, iuxta supputationem generalem, quam retuli in Synopsi, cap. 18. Aduertendum 2. triplicem annorum septuagenam à priscis auctoribus proferri: *primam* à 13. anno Iosiæ vsque ad Olymp. 55. *Secundam* ab anno 4. Ioakim, vsque ad annum 22. Cyri. *Tertiam* à Templi excidio, ad annum 2. Darij Hystaspis. *Tres annorum septuagenæ.*

QVÆSTIO VI.

Vtrùm ann. 70. à trāsmigratione Iechoniæ profluāt.

1. A Iechoniæ deportatione, aut à clade & morte Ioakim, quæ anno regni eius vndecimo contigit, nonnulli hosce annos accersunt, vt Rab. Salomon apud Lyranum 1. Esdr. 1. Caietanus 2. Paral. 36. Genebrard. in sua Chron. Azor tom. 1. Moral. Inst. lib. 6. cap. 56. Cornelius Ierem. 29. v. 18. Probatur hæc sententia 1. Quia tunc fuit notabilis vastitas & communis captiuitas, vt palam facit liber 4. Regum c. 24. ver. 12. Captiuitas enim quæ fuerat anno 4. Ioakim, fuit Danielis, & paucorum aliorum, qui cum Ioakimo mox reducti videntur. 2. Quia Ieremias cap. 29. vers. 10. post transmigrationem Iechoniæ ait: *cum impleti fuerint in Babylone 70. anni* &c. Ergo ab ea transmigratione inchoantur. 3. Quia ab hac captiuitate tanquam epocha communi Ezechiel aram ac annos suarum prophetiarum deducit. 4. Sanctus Matthæus cap. 1. vers. 11. hanc captiuitatem vocat transmigrationem Babylonis, quia scilicet Iechonias non vi abductus est, sed vltro se dedidit, & Babylonem commigrauit. 5. Non propriè & directè imperio Babylonico, sed captiuitati Iudaicæ hi 70. anni constituti videntur, ex cap. 25. Ierem. vers. 8. & 11. cap. 29. vers. 10. *Quidā affirmant.* *Prob. 1.* 2. 3. 4. 5.

Confirmatur ex Daniele.

Confirmatur ex Danielis 9. ver. 2. vbi hi anni vocantur desolationis Ier[illegible] idque in pœnam peccatorum eius, quia neque ab ijs desistere, neque [illegible] prophetarum monita, præsertim Ieremiæ ab anno 13. Iosiæ data, au[illegible] runt. Cornelius Nabuchodonosori vniuersè dat annos 44. quorum [illegible] hanc transmigrationem elapsi fuerant: Euilmerodacho & Baltassari [illegible] bus ὁμὰς 70. annorum consurgit.

Conclusio negatiua.

2. Huic supputationi quo minus subscribam obsistit auctori[illegible] rum nuperrimè q. 2. laudatorum, nempe Clementis Alexand. Euse[illegible] gustini, S. Hieronymi, Theodoreti, Isidori, Bedæ, Iuliani, Nicepho[illegible] Adonis, Chronici Alexand. Freculphi, Mariani Scoti &c. qui cen[illegible] plum anno 2. Darij Hystaspis instauratum, annis 70. quàm euersum [illegible] Nam, vt probatum est, Cyrus Iudæorum captiuitatem soluit anno [illegible] sui Babylonici, quod gessit annos 9. aut septem, hos annos excepit [illegible] Cambysis & Magorum, tum annus primus Darij secutus est. Sic ab [illegible] narchiæ Cyri, ad annum secundum Darij exclusum, interuenerunt [illegible] aut 16. Ex hac autem opinione, à casu Templi ad annum secundum [illegible] anni non plures 60. computandi essent, & ex consequenti eorum [illegible] ctoritas sperneretur, qui cum Clemente Alexandrino & Eusebio [illegible] Ierosolymitanum ad 47. Olympiadem referunt, quique annos 70. [illegible] tertio Iosiæ ad primum Olymp. 55. & qui à fine Sedeciæ ad primum [illegible] thronismum 30. annos putant.

Ad 1.

3. Neque ardua sunt, quæ obijciuntur. *Primò* enim ad seruitutem [illegible] genariam inchoandam, sufficiebat quod Nabuchodonosor, initio re[illegible] ptiuum habuerit Ioakimum, *partemq; vasorum Domus Dei*, quæ anno [illegible] asportauerat, sibi vendicarit, nec regem in Iudæa, nisi obsidibus Bab[illegible] tentis, esse permiserit. Deinde, si notabilis captiuitas, hisce 70. ann[illegible] daret, à casu Sedeciæ, potius quam transmigratione Iechoniæ orit[illegible]

Ad 2.

cundi vero argumenti sequelam, iure quis inficiabitur. Nam ibi S. V[illegible] ad eos solos scribit, qui cum Iechonia solum coacti verterant, sed [illegible] los, qui cum Daniele sub initium regni Nabuchodonosoris Baby[illegible] ducti fuerant. Adhæc loquitur Propheta de ijsdem annis quorum [illegible] meminerat, & iam ante aliquot annos prænunciati erant, inque [illegible] perij Babylonici eos desituros prænunciat Ieremias: de eorum [illegible]

Ad 3.

cet. Quid etiam ex 3. argumento ad hanc litem decidendam colligi [illegible] video. Abductio Iechoniæ inter res magnas, raras, admirandas iure [illegible] bet, & idonea fuit, vt inde Vates suorum oraculorum annos ac [illegible] ret, siue ea æra communis esset, siue non; esto aliunde 70. anni à [illegible] cti ortum ducant.

4. Ad quartum argumentum dico: aliud est transmigratio, aliud est horum annorum origo. Transmigratio dici potest, non ea solum, quę fuit Iechoniæ, sed etiam quæ fuit Sedeciæ, imò & illa qua Daniel abductus est, & sic plures sunt transmigrationes; non tamen plura vnius captiuitatis septuagenariæ, qua de agimus, principia. Bene etiam monet Torniellus ad an. m. 3429. num. 12. Euangelistam, cum Christi genealogiam texere vellet, feciſſe mentionem Iechoniæ, quia per hunc, non autem per Sedeciam genus Saluatoris deducitur, nec vlla prorsus est causa cur S. Matthæus ad istos 70. annos respexisse putetur. *Ad 4.*

5. Ad quintum respondeo: ista vaticinia non quidem in totam regni Babylonici durationem feruntur; æquè tamen directè imperij Chaldæorum finem, & terminum seruitutis, qua variæ gentes Babylonijs subijciebantur, indicant. Nec refert, quid directè, quid indirectè tangatur, cùm certum sit, in idem tempus incidere & regni Babylonis euersionem, aut si mauis ad Cyrum Persam, translationem, & finem seruitutis, qua Nabuchodonosor & eius successores, tum alios, tum maximè Iudæos opprimebant. Non sunt adæquatè ijdem anni, desolationis terræ, & captiuitatis Babylonicæ: sic enim à fine Sedeciæ captiuitas ortum sumeret, quod hæc opinio non patitur. Sublato enim Sedecia, terra desolata fuit, donec soluta captiuitate sub Cyro Iudæi postliminio in terram suam vererentque coloni reuerterentur, exactis septuaginta annis ex quo gentes Nabuchodonosoris iugum subire inceperant. Denique Iudæi ab anno 13. Iosiæ, vsque ad quartum Ioakimi, per annos 23. Prophetis recta monentibus non acquieuerant, ac proinde digni erant, vt post tot annos, mox retentis Babylone, qui cum Daniele capti fuerant, regia stirpe oriundis, inciperent regi Babylonis seruire septuaginta annorum seruitutem. *Ad 5.*

QVÆSTIO VII.

Vtrum hi anni ab excidio Ierosolymitano inchoentur.

1. TOrniellus ad an. m. 3447. num. 2. *Luce*, inquit, *meridiana clarius est, 70. Babylonicæ captiuitatis annos à Ieremia pronunciatos, sine dubio fluxisse à capto Sedecia, totaque Ierosolymorum regione desolata.* Quam sententiam latè propugnat Sanctus an. m. 3429. à num. 9. cum Neotericis non paucis, vt Pererio lib. 10. in Danielem, Villalpando to. 3. p. 1. lib. 3. cap. 1. Serario 4. Reg. sub finem, Sigonio in Sulpitium, Tursellino in sua Chronologia. Huc etiam accersitur Verronius, Adrichomius, Mercator, Funccius Phrygio, alijque sectarij. Probant hi auctores suam sententiam ex varijs Scripturæ locis 1. Ierem. c. 25. initio. *Verbum, quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iuda.* Vbi in rem suam duo animaduertenda monent. *Alterum*, hac prophetiâ denunciatam captiuitatem esse, *de omni populo*, *Quidam affirmant.* *Probant.*

non de parte populi; qualis fuit an. 4. Ioakimi, & in transmigratione
Alterum hanc prophetiam editam anno 4 Ioakimi, & de re futura
non esse intelligendam de ea captiuitate, qua primum Daniel & socij
anno 3. Ioakimi transmigrarunt. Vrgent deinde, quæ eodem capite
v. 9. & seqq. *Erit vniuersa terra hæc in solitudinem & stuporē.* Quæ solitudo
Ioakim non fuit. Rursus: *seruient omnes gentes istæ regi Babylonis 70. annis*
ciuitatis denunciatio videtur Saliano tam perspicuam reddere huius
veritatem, vt nulla tergiuersatione cælari possit. Ita ipse num. 13. & con
Iosepho lib. 10. Antiq. cap. 11. & 1. contra Appionem. *Tertius* Scrip
vnde argumentantur, est Dan. 9. v. 2. *Ego Daniel intellexi in libris numerum*
de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam Prophetam, vt complerentur desolationes
salem septuaginta anni. Sic in Hebræo, Græco, Chaldæo legimus. Vbi S.
mus: *Prædixerat Ieremias 70. annos desolationis Templi, post quos rursus*
in Iudæam, vt ædificaretur Templum & Ierusalem: primo scilicet anno Cyri
locum adducunt. 2. Paralip. cap. 36. v. 20. quem supra ante q. 2. descrip
firmant ex Isaiæ 23. v. 15. *In obliuione eris ô Tyre septuaginta annis, sicut dies*
Post septuaginta autem annos, erit Tyro quasi canticum meretricis. Et vers. 17.
septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces suas.

2. Ex Iosepho.

2. Probatur hæc sententia *secundò* varijs antiquorum testimonijs,
primum est Iosephi, lib. 10. Antiq. cap. 11. Rex verò Babylonis, pro ab
bus tribubus, nullam gentem in ea regione reposuit, vt Iudæa cum
ac Templo, per 70. annos deserta maneret. Et lib. 1. contra Appionem
buchodonosore ait: cunctū generis nostri populum auferens migra
lonem, vnde ciuiuitatem contigit desolari annis 70. vsque ad Cyrum
Persarum. Et rursus eodem libro: Nabuchodonosor decimo octauo
anno, templum nostrum ad desolationem vsque perduxit, & fuit
tum annis 70. Secundo vero anno Cyri fundamentis depositis, rursus
anno Darij perfectum est. Item lib. 11. Antiq. cap. 1. ait Isaiam de Cyro
tasse 210. annis antequam solueret captiuitatem, annis vero 140.
templum vastaretur. Vnde patet eum ab euerso templo vsque ad Cyrum
70. numerare.

Ex Clemente. Hieronymo, Irenæo, Leontio.

3. *Secundum testimonium* est Clementis Alexandrini lib. 1. Strom
agens de captiuitate Sedeciæ. *Durauit*, inquit, *hæc captiuitas 70. annis.*
S. Hieronymi hac quæst. num. 1. relatum. Quartum Irenæi & Euseb
storiæ cap. 8. vbi numerantur 70. anni ab ea captiuitate Iudæorum
ruptæ sunt à Nabuchodonosore, vna cum Templo sacræ Scripturæ
tempus, quo in patriam rediere. *Quintum* Leontij Bizantini lib. de
qui cum dixisset Nabuchodonosorem regnante Sedecia Iudæos

em abduxisse : *post annos*, 70. inquit, *regnante Cyro* rursum Ierosolyma pro-
fecti sunt. Similia tradunt Eusebius lib. 10. Præpar. Euang. cap. vltimo. Ni-
cephorus Calixt. lib. 1. cap. 6. Freculphus lib. 3. cap. 17. Hæc prolixiùs retuli, vt
qui hanc sententiam amplecti voluerit, fundamenta, quibus ea nititur, in
promptu habeat.

4. Ab hac tamen sententia meum calculum abstineo: sic enim colligeren- *Conclusio. Negat. Prob. 1.*
tur à Templo vastato, ad annum secundum Darij, quo instauratum est inclusi-
ue anni 89. aut 87. nimirum 70. captiuitatis, Monarchiæ Cyri 9. aut 7. Camby-
sis 8. Darij 2. Hoc autem pugnat cum grauissima & clarissima auctoritate eo-
rum Scriptorum, qui ab euersione vsque ad annum Darij 70. duntaxat annos
agnoscunt, quos retuli præced. q. num. 2 & latius q. 2. Deinde *plurimi*, qui prius
templum viderant, cum anno 2. sui reditus, templi secundi fundamenta cerne-
rent collacrymasse dicũtur. 1. Esdræ 3. v. 12. Hi sine dubio ante prioris templi ca-
lum, id iam ætatis attigerant, vt fabricæ amplitudinem perciperent, & post
eum reditum illius recordatione, vtriusque ædificij magnitudinem inter se
comparare possent. Si igitur annos 70. in exilio egerunt, erant plurimi circiter
octogenarij, cum posterioris domus fundamenta ponerentur. Quod etsi non
est incredibile: sequentis tamen opinionis patroni plausibilius vltimam capti-
uitatem 52. annis definiunt. Illi ergo Hebræi flentes, qui annum ætatis suæ 18.
non excesserant, cùm ciuitas vastaretur; potuerunt vtrumque templum vidis-
se, licet septuagenarijs maiores non essent.

5. Præterea ex hac opinione, ab initio regni Nabuchodonosoris ad Vrbis *Prob. 2.*
ac Templi destructionem sunt anni 18. inde ad primordia Monarchiæ Cyri
70. in totum 88. Primus autem Monarchiæ Cyri, fuit Nabonassari 210. De his
tolle 88. remanebit annus Nabonassari 122. qui deberet esse vltimus Nabopo-
lassari: sed Ptolemæo est... Chyniladami postremus: nam eclipsin Lunæ fa-
ctam anno Nabonass. 127. die 18. Athyr, ad annum quintum Nabopolassari re-
trocat, post Nabopolassarum, constituit Nabuchodonosorem eique annos 43.
imputat. Discrepat igitur hæc opinio, à Ptolemæi rationibus, annis circiter vi-
cenis, & Nabopolassarum, aut Chyniladanum ex Canone siue Catalogo re-
gum Babyloniorum expungit. Denique hæc opinio sicut & præcedens eorum
auctoritati resistit, qui Vrbem vastatam censent Olymp. 47. & eorum qui à
capto Sedecia ad initium Olympiadis 55. (quorum testimonia q. seq. produ-
cam) annos 50. supputant.

6. Illa verba, *de omni populo*, quæ ex Scriptura primo loco afferunt, non refe- *Ad 1.*
runtur ad solam vltimam captiuitatem, sed ad *verbum*, siue oraculum, *quod fa-
ctum ad Ieremiam*, vt sensus sit, eam prophetiam dirigi non ad eos tantùm qui vel
cum Ioakimo vel cum Sedecia migraturi erant, sed ad populum vniuersum, vt
cla-

clarissimè ex ipso textu intelligitur. Hinc statim adnectitur: *quod locutus est Hieremias Propheta ad omnem populum Iuda.* Hoc vaticinium anno 4. Ioakim fuit in tempus futurum, editum est: Deus enim ore Ieremiæ denunciat totis Iudæi & gentes circumiacentes seruiant Nabuchodonosori (cuius tunc primus annus agebatur) & sequentibus Babylonijs regibus 70. annis: non omnes simul, sed successiuis temporibus iugum Babylonicæ seruitutis subirent, nec ante annum 70. excuterēt. Sic illi qui anno 3. Ioakim vel iugati, vel abducti fuerant facile poterant coniicere, se iugum istius longo 70. annorum tractu laturos.

7. Ex v. 9. & seq. q. duo tantum, quæ ad rem præsentem faciunt, colligo. 1. terram Iuda in solitudinem fuisse redigendam. 2. hanc seruituti annos 70. Solitudo verò terræ Iudæ, non dicitur suppar futura seruitutis tos 70. annos æquatura: hoc enim iure merito negant præcedentes fautores q. 6. num. 1. & alij num. 2. ibid. relati. Enimuerò terram non nimodè ante annum 23. Nabuchodonosoris desértam omnes fatentur quidem anno, *transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Iudæorum quadraginta quinque.*

Obiectio. 8. Replicant quidem nonnulli, & aiunt, pauculos illos agricolas pediuisse, quo minus terra desolata esset, cum mox fugitiui in Ægypto

Resp. Iudæa morarentur. Verum hæc interpretatio, non arridet Cornelio inquit, *Nabuchodonosor non ante annum circiter 35. regni sui perdomuit: eum subegit Ammonitas & Moabitas, ac deinde rursus vicinos Iudæos raptauit, remanentes, quam profugos ad Ammon & Moab.* Ita ille cum Lyrano, Quicquid sit, omnes fatentur, quatuor vt minimum annos ab Vrbe transactos prius fuisse, quam isti 745. Iudæi Babylonem ducerentur gentes iugo Babylonico colla subderent: tametsi generalis illa seruitus partem aliquam populorum seruientium totos 70. annos tenuerit, tandem anno desierit, quo & Babylonicum imperium, iuxta illud v. 21. *cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis.* bidem notat Sanctius, ijdem, qui Babylonicam fregere potentiam, transtulere ad Persas, eodem anno liberam Iudæis potestatem fecerunt triam redeundi.

Explicatur locus Ieremiæ. 9. Quis igitur sensus est horum verborum? & seruient omnes regi Babylonis septuaginta annis? Respondeo cum Cornelio, et tentia, qui vel anno 1. Nabuchodonosoris, vel migrante Iechonia cam captiuitatem ordiuntur, nihil aliud velle Propheram, quam lam multarum gentium seruitutem ad annum septuagesimum cet quædam regiones citiùs, quædam tardiùs in illam subiectas

gellendi forent. Illi nihilominus, in quos hoc flagellum tardius incubuit, fecunt 70. annos seruiuisse, hoc est, vsque ad ad annum communis seruitutis no 1. Nabuchodonosoris inceptæ septuagesimum. Similem loquendi formelm esse Exodi 12. v. 40. bene aduertit idem auctor, vbi Hebræi dicũtur habitasse in Ægypto 430. annis, non quod omnibus illis annis ibi habitauerint, sed quod ibi habitauerint vsque ad annum 430 computandum scilicet à vocatione & egressu Abrahæ ex Chaldæa in terram Chanaan. Gen. 12. v. 1. Simile quoque ait esse Iudith 16. v. 28. vbi ipsa dicitur mansisse in domo viri sui annos cxv. Cuiusmodi interpretationem admittit Torniellus ad annum m. 2929. nu. 1. ex S. Augustino & Naclanto. Pluribus exemplis hunc loquendi modum declarat Gen. 11. v. 32. & cap 15. v. 13. Iudicum 6. v. 1. & cap. 18. v. 31. num. 3.

10. Simili interpretatione intelligi debet, quod de septuaginta annis desolationis Ierusalem legimus Dan. 9. & de sabbatis terræ 2. Paralip. 36. vers. 20. In his enim locis tantùm agitur de completione 70. annorum de quibus Ieremias vaticinatus fuerat; & sic inde nihil aliud inferri potest, nisi eodem tempore, hæc mala finita esse, desolationem Ierusalem, terræ sabbatismum, & septuagenariam seruitutem. Idem de Tyro dicendum videtur, si mox ab initio imperij Cyri, ea illius merces remissa est: nam aliquot annis post cladem Ierosolymitanam expugnata est Tyrus, vt notat Cornelius Isaiæ 23. Eam annos 13. à Nabuchodonosore obsessam fuisse plerique omnes fatentur; obsideri cœptam anno 16. debuere, aut ineunte 17. Nabuchodonosoris regis latè docet Petauius lib. 9. cap. 53. Qua ratione capta fuerit, circa annum Nabuchodonosoris tricesimũ, anno fermè 12. post excidium Ierosolymorum. Vnde apparet non eodem anno, omnibus & singulis illis gentibus iugum seruitutis iniectum, quas regi Babyloniæ seruituras prædixerat Ieremias, sed de Tyro latius suo loco. Veterum testimonia in huius sententiæ fauorem allata quæst. seq. commodius expendentur.

Et Danielis.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum hi 70. anni ab enthronismo Nabuchodonosoris ducantur.

1. IDcensent nonnulli antiqui apud Eusebium in Chronico, ad Olymp. 58. 3. anno Ioakim cœpit, *Colligitur*, inquit, *omne tempus captiuitatis Iudæorum an. 70. qui secundum quosdam vsque ad vicesimum annum Cyri regis Persarum computantur.* Sulpitius lib. 2. sacræ hist. qui tempus septuagenariæ captiuitatis expletum tradit anno primo Cyri, cum Baltassar regnasset annos 14. Euilmerodach. 12. Nabuchodonosor à capta Sedecia, 26. non autẽ est dubium, quin antea regnauerit

Multi affirmant.

annos 18. Theodoretus apud Ghislerum Ierem. 25. *primum*, inquit, ... *Nabuchodonosor Scripturæ vocat eum, qui erat quartus Ioakim, à quo & captiuitatem ... rãtur anni.* Quod pluribus explicat in c. 9. Danielis, cuius verba trans... num. 10. Isidorus Dan. 9. Auctor historiæ Schol. Esdræ 18. Rab. Salom... Iosue, Dauid kimhi apud Lyranum & Castrium, Hebræi in suo Sec... Ribera Zachariæ 1. Barradius lib. 5. Concord. Euang. c. 17. Christoph... strius Ieremiæ 29. Sanctius Ezechielis 29. nu. 23. & Zachar. 1. Vatabl... Aggæi & Zachariæ 1. Montanus ibid. Petauius ad an. m. 3377. Huc... strius Clementem Alex. citat, qui lib. 1. Stromatum ex Beroso refert ... ante Principatum Persarum, Nabuchodonosorem aduersus Phœni... dæos, bellum gessisse.

Conclusio affirmat.

2. Hanc sententiam cæteris præpono, quia melius mihi congruere ... cum profanis literis, cum placitis veterum patrum, nec minus cum ... cibus, quam aliæ, præcedentibus quæstionibus examinatæ. Explora... est, hanc seruitutem anno 1. Cyri Babylone regnantis expirasse, nec ... chodonosorem Magnum inijsse, cum Ieremias toties inculcet Iudæ... mas gentes Nabuchodonosori & posteris eius annos 70. seruituras ... buchodonosori seniori, siue Nabopolassaro minimè conuenit, vt te... phus lib. 10. Antiq. c. 10. dum hoc ei Nabuchodonosori tribuit, qui ... cœpit. Et consentiunt auctores, trium posteriorum opinionum q. ... rum patroni, cum pauculis, qui hanc captiuitatem à Iosiæ tempori... velle videbantur. Quo minus hæc ara, vel à transportatione Iechoniæ ... deciæ casu aperiatur; obstant ea, quæ q. 6. n. 2. & q. 7. n. 4. cum seq. ...

3. Hæc verò sententia *in primis* à Ptolemæi rationibus non discre... tenus Nabopolassaro annos 21. attribuit, tum Nabuchodonosori ... deinde regibus interiectis, nouennium Cyri anno Nabonassari 218. ... ita vt annus 5. Nabopolassari in 127. Nabonassari incurrat, aut saltem ... triennio circiter inde distet: à quibus terminis Antagonistæ haud mo... cedunt. Secundo huius computationis assertores, ad eorum patrum ... accedunt, qui ab exusto templo, ad eius sub Dario reparationem, 70. ... diastema agnoscunt, quorum multitudinem, & auctoritatem ex q. 2. ... 6. num. 2. cernere licet. *Tertiò*, hæc chronographia, societatis dexteram ... git, qui cum Eusebio Cyri apud Persas regnum, à Sedeciæ calamitate ... annorum spatio dirimunt, vel cum Clemente Alex. eodemque Eu... dium Ierosolymitanum in Olympiadem 47. conferunt. At vero, ... choniæ transmigratione, vel Vrbis euersione istam annorum septuag... hunt; hos auctores facessere iubent: quod mihi duriusculum videtur ... quidem & Scripturæ consensus illis fauet, vt declaraui q. 5. num. 4. ...

7. num. 6. & 7. Supereſt ſolum, vt veterum teſtimonia, nullo partium ſtudio occupati audiamus, de quibus, hoc in confeſſo eſt, eos qui anno primo Cyri Perſico, Iudæorum captiuitatem ſoluunt, præproperè rem accelerare; venia tamen dignos, quod in loco haud mediocriter obſcuro, punctum non attigerint. Cæterum ſingulos qui producuntur, examinemus.

Errat Ioſephus.

4. *Primo loco* prodit Ioſephus, quem Caſtrius aliqua interpretatione, haud multum ad veritatis ſemitam reuocati poſſe autumat, ſi dicamus eum nihil aliud voluiſſe, quam ſolitudinem terræ, non quidem ab initio captiuitatis inductam fuiſſe; cum tamen inducta fuiſſet; vſque ad finem ſeptuagenariæ ſeruitutis perduraſſe, vt dictum q. præced. nu. 9. & 10. Ego verò non video, quanam ratione Ioſephi teſtimonia hanc interpretationem pati poſſint, vt cum lib. 11. Antiq. cap. 1. à Prophetia Iſaiæ de Cyro, vſque ad Templi ruinam annos 140. vſque adipſum verò Cyrum 20. conſtituit: malo ad eorum me iudicium aggregare, qui fatentur Ioſephum, alterius partis cauſæ patrocinari; ſed quia ſæpe à quouis alius in annorum ſupputatione hallucinatur, contra eum hoc loco excipiant, eique fidem adhibendam negant.

De Clemente.

5. Clemens Alex. apertè noſtras partes tuetur: ſiquidem à capto Sedecia vſque ad annum 2. Darij, ſeptuaginta duntaxat annos computat, & Sedeciã captum aſſerit Olympiade 47. quorum neutrum admittit contraria opinio. Duobus autem modis captiuitas à Clemente & alijs accipi ſolet. 1. vt reſpondet generali ſeruituti 70. annorum 2. vt Templi iacentis ruinam ac impeditum religionis exercitiũ ſpectat. Vtrouis modo, annos 70. cõplectitur: priori ab initio regni Nabuchodonoſoris ad Cyri Monarchiam; poſteriori modo, à caſu Tẽpli ad an. 2. Darij protẽditur. Captiuitas Babylonica, quę generali ſeruituti ſuppar fuit, plures continet particulares captiuitates, vt Iechoniæ, Sedeciæ, Ammonitarum, &c. & totos an. 70. tenuit: particularis autem quęlibet ad plures paucioreſue annos ſeſe porrigit, prout eã tardius aut citiùs, Nabuchodonoſor induxit.

S. Hieron.

6. *Tertius teſtis* S. Hieronymus Dan. 9. tantum ait, prædictos à Ieremia 70. *annos deſolationis Ieruſalem, poſt quos*, vt erant generali ſeruituti communes, *rurſus reuerteretur populus in Ieruſalem*, anno 1. Cyri, *& ædificaretur Templum* primum ſub Cyro, deinde ſub Dario, *& Ieruſalem*, quæ tandem ſub Artaxerxe perfecta eſt. Si quis ea, quæ S. Hieronymus habet, proœmio in Aggæum, & Ezechielis 4. conferat cum ijs, quæ ſcripſit in cap. 25. & 29. Ieremiæ; clarè perſpiciet, eum computare annos 70. ſeruitutis vſque ad Cyrum, & totidem deſolationis Templi, vſque ad annum 2. Darij, ac proinde ab eo noſtram ſententiam declarari & confirmari.

Irenæus.

7. Quartum teſtimonium afferebatur Irenæi, cuius hæc verba tranſcribit Euſebius illo lib. 5. ad calcem cap. 8. Et nihil mirum, ſi diuina prouidentia

hoc ita fieri procurauit, cum & in ea captiuitate, quæ populo accidit
buchodonosore rege, corruptis scripturis, cum post 70. annos
triam suam redirent, in temporibus Artaxerxis Persarum regis
Esdram &c. Vnde nihil elici potest quod ad præsens negotiũ
Iudæi post annos 70. in patriam redierint: quod verum est, quamvis
ista anno 1. Nabuchodonosoris inierit. Eusebius de horum annorum
terrogatus, iam pridem respondit, vrbem excisam Olymp. 47. in
Olympiadem 55 cuius anno 1. Cyrus regno apud Persas potitus est,
se 30. annos, & sic viam nobis aperuit, qua post annos 70. ab exitu
buchodonosoris Iudæos in patriam postliminio reduceremus.

Leontio. 8. Leontius Byzantinus de sectis actione 2. Sciendum, inquit,
riorum Nabuchodonosorem cùm regnante Sedecia cum copijs
dæos in captiuitatem abduxisse atque in Persidem transtulisse, quo
mero Ananias, Azarias, Misaëlus, Iezechielus & Esdras, post annos
te Cyro rursus Ierosolyma profecti sunt. Ex cuius testimonio solum
est, Sedeciam à Nabuchodonosore captum, illa generali seruitute
etiam Danielem & socios adstrinxit, atque ab anno 1. Nabuchodo
cepit. Etsi enim Daniel cum socijs sub finẽ regni Nabopolassari anno
capti sint: seruitus tamen à Ieremia vate consignata, ante Nabu
rem Magnum non cœpit. Sic bene Leontius annos illos 70. ita dig
niæ & sodalium captiuitatem illo temporis spatio comprehenderet,
18. ante Sedeciæ tragœdiam sumpsit exordium.

Eusebio. 9. Eusebius rursum illo lib. 10. Præpar. cum Ioakimi & Sedeciæ
ista subiungit: Vrbe deinde ab Assyrijs euersa, Temploque cremato
nẽ populus abducitur, vbi Daniel & Ezechiel prophetarunt, & post
Cyrus Persarum rex regnauit, qui Iudæos libertate donauit. Hæc ille
paucis multa complectatur, non docet vndenã isti 70. anni compu
docuit, idq; in fauorem causæ quã propugnamus, vt dictum iam
10. Nicephorus Callistus. *Vna*, inquit, *cum Vrbe Templum est eversum*
Babylonem captiuus ductus ad annos 70. subaudi ab anno 1. Nabu
computatos, vt arbitror. Aliqui à transportatione Iechoniæ, non
mitate Sedeciæ deducendos putant. Sic ad præsentem litem dirimen
lius momenti est testimonium Callisti.

Freculpho. 11. Freculphus verbis fermè Iosephi ait: Babyloniorum rex cum
captiuas duxisset, neque gentem aliam in eorum habitare fecit
propterea desolata omnis Iudæa, & Ierosolyma & Templum annis
mansit. Verùm cum hic auctor ad calcem libri tertij, differe
istam anno 2. Darij finitam asserat, & Zachariam huius

dit, clarè indicat se cum exilij tempore, iacentis Templi annos coniungere, à Templi exterminio, ad eius instaurationem 70. annorum intercapedinem putare, nobisque suffragari.

11. Denique Lactantius lib. 4. de vera Sapientia cap. 5. de Hebræis sic ait: *Lactantio.* Exinde sub iudicibus fuerunt per annos 370. tum mutato statu reges habere cœperunt, quibus imperium tenentibus per annos 460. vsque ad Sedeciæ regnum, oppugnati à rege Babylonico captique Judæi diuturnum seruitium perpessi sunt, donec septuagesimo pòst anno Cyrus Maior captiuos Iudæos terris ac sedibus suis redderet. Hic author sicut Rhetoricè magis quam Mathematicè, iudicum & regum annos recenset: ita subobscurè 70. annorum meminit, nec docet eos à fine Sedeciæ numerandos, sed liberam nobis faciultatem relinquit, vel inde, vel à migratione Iechoniæ, vel ab anno 4. Ioakim, prout cuique visum fuerit septuagenarium illud seruitium auspicandi.

12. Hanc vltimam opinionem vel eo nomine promptius amplector, quod *Opinio authoris.* ea facilius quædam hac de re patrum dicta interpretetur quam aliæ. Exempli causa S. Augustinus lib. 18. de ciuit. cap. 26. sic ait: Per idem tempus Cyrus rex Persarum, qui etiam Chaldæis & Assyrijs imperauit relaxata aliquantũ captiuitate Judæorum, quinquaginta millia hominum exeis ad instaurandum templum regredi fecit &c. Sub Dario ergo rege Persarum impletis septuaginta annis, quos Jeremias Propheta prædixerat reddita est Judæis soluta captiuitate libertas. Hæc S. Doctor: quæ non facile explicant ij, qui in hac materia vnam duntaxat annorum septuagenam numerant. Certum est enim eam anno primo Darij expletam fuisse. Qui verò Babylonicam seruitutem, vnà cum regno Nabuchodonosoris ordiuntur, imperioq; Cyri nouennium impendunt; ijdem asserunt 70. annos à Jeremia disertè prædictos, in primordia Cyri desijsse: sed & alios 70. annos desolationis templi agnoscunt anno 2. Darij finitos, & hos à Jeremia tacitè præmunciatos concedunt. Siquidem Propheta Vrbis atq; adeo templi desolationem vaticinatus est, quæ annis duodeviginti post inchoatam seruitutem euolutis accidit, nec tacuit S. Vates Templi instaurationem, cap. 30. vers. 18. *Templum iuxta ordinem suum fundabitur*, subaudi anno 2 Darij, trãsactis 70. annis, quibus euerso Templo quasi captiua religio, & statæ legis in Templo cæremoniæ tenebantur. Rem ipsam verbis expressit; annos 70. reapse insertos, tacitus insinuauit. Vnde Beda an. m. 3468. cùm dixisset: *secundo anno Darij septuagesimus captiuitatis Ierusalem impletur annus*; paulo post, eam captiuitatem ad Templi desolationem accommodat & concludit, *annos 70. à destructione illius, vsque ad perfectam restaurandi licentiam esse computandos*, quam sine dubio indulsit Darius; imperfectam vero Cyrus antea dederat, vt eodem loco explicat Beda, & indicat S. Augustinus.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN LIBRVM I. ESDRÆ CAPVT I. V. I.

Initium Monarchiæ Persarum.

IN *anno primo Cyri regis Persarum* &c. Non regni Persici, sed Monarchiæ Babylonicæ, vt probatum lib. præcedenti, q. 3. cum ibidem num. 5. relatis. Monarchiam hanc ordior anno æræ 538. Periodi Iulianæ 4176. cyclo Solis 4. Lunæ 15. 5. Ianuarij aperiebatur annus Nabon. 210. vt habet Ptolemæus in Canone thematico, quem merito Petauius sequitur. Capellus anno præcedente laxatam captiuitatem, & monet Scaligerum in suis Isagogicis imperium inchoasse, à cyclo Solis 4. Lunæ 15. & nouennio definiuisse: *melius, quàm quod antea contendebat, in libris de emendatione, atque in Isagogicis tantum imperasse.* Sethus Caluisius isto anno ante vulgarem Christi æram 538. Cyrum quidem Babylone potitum fatetur, sed vult in sexcennium Iudæis in patriam reuertendi potestatem, contra communem bonorum Chronologiam.

QVÆSTIO I.

An Monarchia Persarum cœperit annis 205. ante pugnam Arbelianam.

Pauuel affirmat.

1. CONradus Pauuel in consilio Chronologico ad nonum Scopum veram magnetis directionem, vt hoc Saxum Persicum euertat: si periodus Monarchiæ Persicæ, à capta per Cyrum Babylone, ad Alexandri victoriam Arbelianam, non vltra annos 205. extendatur, sed restringatur. Quam Periodum ait se demonstrare *primò* ex Catalogo Persidis à se in medium allato, vbi primo loco annum vnum Cyro Medo communem notat, eiusque rei testem in margine Danielem citat, tum sexcennium solius Cyri adnumerat, & ait eum antea in Perside regnasse: addit deinceps Perfidis Monarchas Cyrum ordine sibi succedentes, singulorum annos vsque ad pugnam illam fatalem apponit.

1. Arg.

2. Arg.

2. Idem *secundò* demonstrare nititur ex tribus Lunæ eclipsibus, quæ sunt anno 5. Nabopolassari, 7. Cambysis, & 2. Olympiadis 111. diuersis annis ante pugnam qua Darium vicit Alexander. *Tota antiquitas, inquit,*

rus Siculus, Thallus, Phlegon, Castor, (quos omnes allegat Eusebius, Præparationis Euangelicæ lib. 10. cap. 3.) assignant primum Cyri annum in regno Persico, anno 1. Olymp. 55. inde usque ad expugnationem Babylonis per Cyrum, quo anno Monarchia Persica initium habuit, eadem scriptores numerant an. 23. Adhæc monet plerosq; nautas maris Chronologici in hunc Scopulum impegisse, & quorundam nomina subnectit hoc modo: *Funccius eam desinit annis 208. Mercator & Bucholcerus habent annos 207. Henricus Buntingus determinat eandem annis 206. Matthæus Beroaldus habet annos 123. Scaliger Amanuensis ann. 201. Iosephus Scaliger 200. Hugo Bruchtonius annos 120. Daniel Paraus 125. Quis igitur crederet his nautis veram temporis dispositionem?* Deniq; in suam sententiam laudat, Temporum dispositionem Tabulis Prutenicis subiectam, Ioannem Temporarium, & Auctorem appendicis Bibliorum Herbornensium, ac tandem concludit hunc Scopulum nonum Persicum detectum & cum Christiano manifestatum esse.

Eclipsis Luna notabilis.

3. Vt cautius hîc procedamus, consideranda est eclipsis illa famosa Lunæ, quæ fuit 11. diebus ante pugnam ad Arbela. Hanc Tabulæ Astronomicæ, sine vlla controuersia, anno 2. Olymp. 112. ante æram Christi 331. die 20. Sept. repræsentant: vnde, si ad annos 205. superiorum temporum vestigia relegantur, initium Monarchiæ Persicæ ad annum 536. ante Christi epocham reperiemus, ex eorum supputatione, qui cum Xenophonte Cyrum Babylone septennium imperasse arbitrantur. Probabiliores verò existimo rationes eorum, qui Cyro vitæ Chaldæis nouennium in Monarchia cum Ptolemæo imputant, & periodũ imperij Persici 208. annorum fuisse censent. Anno itaque ante Chr. 538. hoc imperium auspicor, & per 208. annos vsq; ad captam ab Alexandro Babylonẽ deduco, præeunte Ptolemæo, qui sideribus accuratè inspectis annum Nabonassari 209. cum vltimo Nabonadij componit, & nouem proximè sequentes annos tribuit Cyro Babylone imperanti. Ad hunc annum 209. adijcio 207. & colligo annum Nabonassereum 416. quo exacto, & labente 417. Lunæ illa defectio & prælium ad Arbela commissum est. Neque proinde legitimum esse illorum annorum numerum, quẽ Catalogo regum Persarum inscribit Pauuel: nego ex Daniele colligi posse, Cyrum cum Dario vnum annum, & sex deinde solum regnasse. Ptolemæo magis assentior, de annis 9. Cyro tribuendis, quàm de septennio, Xenophonti. Sequentiũ regũ tempora suis locis inuestigabimus.

Contra Pauuel 2.

Contra eundem 2.

11. Dices: annus primus Nabuchodonosoris in quartum Ioakim … quomodo igitur sub Iosia dici potest, Nabuchodonosor cum Cyaxa… uon expugnasse? Respondet Petauius Ninum à Cyaxare captam … stratam, viuente & inaudiente Tobia iuniore; eo mortuo postea … ditus à Nabuchodonosore, vt paulo ante referebam. *Respondeo* … commilitonem Cyaxaris, & in expugnanda Niniues socium fuisse N… donosorem, seniorem siue Nabopolassarum, qui annos viginti vnam … ab antiquis traditur. Verum id non conuenit illi calamitati, quam Cya… tulit Nino, post annos 28. quibus Asiam Scythæ sibi subiectam habue… forte deerit qui dicat, Nabuchodonosorem Magnum à parente missu… auxilijs Cyaxari præsto fuisse, annis aliquot prius quam mortuo pa… regnũ anno 4. Ioakim adiret, & sic fieri potuisse, vt iunior Tobias … tionis nuncium acciperet. Sed hæc etiam suspicio imbecillis est: … prius Cyaxares Scythis debellatis, Ninum destruxit, quam Nabopo… ta functo Chaldæis Magnus Nabuchodonosor imperaret.

Resp. 1.

Resp. 2.

12. Iosephus illo lib.10.cap.3.cum de morbo & curatione regis Ezechiæ ageret,*circa*,inquit,*eadem fermè tempora imperium Assyriorum per Medos dissolui contigit, de quo dicemus alibi*. Capite autem sexto,acturus de pugna, qua Iosias vulneratus occubuit,*Nechaos*, ait, *AEgypti rex, magnis delectibus habitis, copias ad Euphratem duxit, contra Medos & Babylonios, qui Assyriorum imperium euerterant*. Quibus verbis nonnulli existimant, Iosephum ad Diodori historiam respexisse,qui Niniuen ab Arbace,& Belosо Babylonio expugnatam tradit,ante annos ferè 150. quam Ezechias regnaret, vt vult Petauius,& simul ad Cyaxarem alluisse, qui cum Nabuchodonosore,eandem Niniuen vtcumque restauratam simili calamitate attriuit:sed Iosephum vnam è duabus cladem conflasse, ac magnum proinde parachronismum admisisse. Quicquid sit, non videtur Ezechiæ tempore Assyriorum imperium à Medis & Babylonijs euersum: fieri tamen potuit, vt regnante Iosia prius à Cyaxare & Babylonijs vincerentur Assyrij, quam postea ab Nabuchodonosore extremam cladem sentirent Niniuitæ. Sicut enim Strabo sub initium lib.16.narrat,*post euersos* (ab Arbace) *Syros, Ninum extemplo deletam*; ita tempore Cyaxaris, citius ijdem Assyrij iursus de principatus fastigio deturbati potuerunt,quam rediuiua Ninus penitus deleretur.

Castigatur Iosephus.

13. Si Nabuchodonosor circa annum 24. regni sui Niniuen euertit; id inuidere nō potuit iunior Tobias,siue 99.tantum,siue 127.annos inter mortales fuerit:neque enim tunc Cyaxares,sed filius eius Astyages Medis imperitabat, Cyaxare iam pridem mortuo.

Anno 24. Nabuchodonosor in obierat Tobiæ Iunior.

14. Quæ omnia vt clarius pateſcant,aliquid lucis ex Herodoto, de Medorum regibus petendum est. Is autem libro 1. tradit Phraortem, cùm Niniuen obsideret,ibi cum magna copiarum parte obrutum interijsse, Cyaxarem paternam cladem vltorum bello Assyrios petijsse, ijque ingenti prælio superatis, iterum Ninum obsidione cinxisse,sed à Scythis longè lateque effusis,oppressum ac detrectum fuisse, tum post annos duodetriginta, quibus Scythæ Asiam imperio præsserant, pristinum recuperasse principatum, Niniuen vastasse, Asiamque vniuersam præter Babylonem,in suam potestatem redegisse.

15. Vnde patet bis cæsos à Cyaxare Assyrios.1.quando ab illo necem paterno vlciscente, superati sunt,eo ferè tempore, quo Scythæ Asiam inuaserunt, regnante apud Babylonios Nabuchodonosore seniore.2. quādo post 28.annos postquam ex Asia Scythis, Cyaxares Niniuen vastauit, cum Magnus Nabuchodonosor Nabopolassaro successisset, & fortè Astyages à parente suo in imperij consortium adscitus esset. Quo respexisse videtur S.Hieronymus præfatione in Ionam, dum ait: Et reuera,quantum ad historias tam Hebræas, quam Græcas pertinet,& maximè Herodotum, legimus Niniuen regnante apud Hebræos Iosia,& Astyage rege Medorum fuisse subuersam. Ex quo intelligimus primo

Assyrij à Cyaxare bis cæsi.

„ *Quomodo ab*
„ *Astyage*
„ *Ninus*
„ *capta dicatur.*

tempore ad Ionæ prædicationem, acta pœnitentia, Niniuitas veniam ... tos: postea verò in pristinis vitijs perseuerantes, Dei in se prouocasse ... tiam. Hæc ille. Quæ sic accipi possunt, vt Iosia regnante subuerti cœpe... niuitæ à Cyaxare, adeo vt licet Cyaxares cum Scythis per annos 28 ... tur: Assyrij tamen vires suas non restaurauerint, sed tandem elapsis ... Astyage vel pro, vel cum parente rem gerente, Magnoque Nabuchodo... re, auxiliante, Ninus euerteretur.

Eclipsis solis notabilis.

16. Nec abs re fuerit, oculum ad eam Solis eclipsin conuertere, quæ ... lete prænunciata, sub Cyaxare visa est, anno 6. belli inter ipsum & ... Lydium Cræsi parentem gesti. Dicitur ea Solis defectio repentina ... ductione, tantum terrorem copijs dimicantibus iniecisse, vt à pugna ... rent, pacem inirent, fœdusque noua regiarum nuptiarum affinitate ... Ariene Aliattis filia, Astyagi Cyaxaris filio nuptui data, idque opere ... Cilicis, & Labiniti Babylonij, siue Nabuchodonosoris, vt puto ... Magni, sed necdum imperantis. Hanc eclipsin magna solertia ... stri temporis Mathematici, vt præter alios latè explicat Petauius lib. ... Vbi bene notat *primo*, hoc (aut simile) Solis deliquium à Plinio lib. ... ferri quidem ad annum 4. Olymp. 48. Vrbis verò 170. eos tamen ... nisi ex parte inter se congruere: siquidem desinente isto anno 4. Olymp. ... inijt annus Vrbis 170. vt nostræ tabulæ ostendunt. Quo tempore ... tuo Cyaxare regnabat Astyages. Notat *secundò*, vitium irrepsisse ... Chronicon ad Olymp. 48. & 49. vbi prius Solis defectio, deinde ... Aliatten & Cyaxarem diuerso anno signantur, cum tamen eclipsis ... nam diremerit.

Quoto anno ante Christum acciderit.

17. Omissis autem cæteris, quæ accuratè ex varijs authoribus ... minat ibidem Petauius, probabilis mihi videtur ipsius calculatio, qua ... larem defectum reuocat ad annum ante æram Christi 597. Iulij 9. ... anni 4. Olymp. 45. Tunc enim & Cyaxares Medis, & Aliattes Lydijs ... Cyaxari successit Astyages post triennium, anno ante Chr. 594. ... 35. ante primordia Cyri.

Caluisius refutatur.

18. Caluisius in prima editione hanc eclipsin notat, sub initium ... lymp. 43. die 30 Iulij, feria 4. fluente anno ante Christi epocham 607. ... editione deterius calculos reposuit, dum eodem anno, quo vilatius ... defectio, ait actam Olympiadem 43. Iulij 26. feria 7. Nam in Isagoge ... quamlibet Olympiadem semper incidere in cyclum Solis, vel 2 vel 6. ... 14. vel 18. vel 22. vel 26. Ista vero eclipsis facta est currente cyclo Solis ... itaque præcedenti Olympias 43. celebrata est cyclo Solis 18. quo ... in feriam 6. incurrit, anno ante Christum 608.

19. Ex hac porrò eclipsi solum colligimus circa hæc tempora, Cyaxarem fortisse, & cladem, quam teste Herodoto idem Cyaxares ante Scytharum in Asiam irruptionem Assyrijs intulit, potuisse à iuniore Tobia inaudiri, quamuis vitæ illius Periodus 99. annis circumscripta fuerit. *Quando Cyaxares floruerit.*

20. Quod autem nostra hac tempestate, annus quo Sardanapalus interierit non habeatur compertus; mirum non est, cum ante tot sæcula visus fuerit Aristoteles dubitare, num reuera casus ille, qui de Sardanapalo memoratur, vnquam contigerit. Sic enim de eo scripsit 5. Polit. 10. *Videns quidem Sardanapalum inter mulieres pensa diuidentem: si modo hæc fabula vera fuit. Et si non in illo; attamen alio verum esset.* *De Sardanapalo dubitauit Aristoteles.*

21. Denique, vt quæ hactenus late disputata sunt, in pauca conferam; debuit *primò*, fieri potuisse vt Tobias iunior ante suum obitum audiret eam victoriam, quam Cyaxares de Assyrijs retulit sub Iosia ante irruptionem Scytharum in Asiam, quamuis ipse Tobias non nisi annos 99. vixerit, & hanc victoriam dici posse interitum Niniues inchoatè, vt aduertit Cornelius Nibum 2. & iam dicebam num. 15. Itaque probabile est, quod Serarius, Salianus, Petauius docent, videri Tobiam istum, biennio ante captiuitatem 10. tribuum siue anno 4. Ezechiæ natum: obijsse circa annum Iosiæ 16. aut 17. putant Serarius & Salianus. Sic natalis huius Tobiæ mihi incideret circa annum 726. ante eram Christi, obitus circa 627. Petauius eum natum arbitratur anno Periodi Iulianæ 3991. qui fuit ante Christum 723. mortuum anno Periodi 4092. tempe ante Christum 622. Opinor *secundò* etiam probabile esse 99. annos textu Latino collectos supputari, à nuptijs Tobiæ, quas celebrauerit annos 28. natus, & audire potuisse interitum Niniues, non tantum inceptum, sed etiam completum ante annum octauum Sedeciæ. Qua ratione textus Latinus cum Græco, salua vtriusque veritate conciliatur. Sed tunc ortum Tobiæ referem ad annum circiter 730. mortem ad 603. Vtra harum opinionum alteri præferenda sit, Lectoris iudicio relinquo. *Chronotaxis vitæ Iunioris Tobiæ.*

Vide quæstiones in Prophetiam Ionæ.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOLOG.

IN LIBRVM IVDITH.

CAPVT I. v. 1.

Arphaxad it aque rex Medorum subiugauerat multas gentes imperio suo.

QVÆSTIO I.

De ordine & annis regum Medorum.

Varia opiniones.

1. IAnc quæstionem præmitto, vt cautius inquiram, quisnam sit Arphaxad, de quo hic est sermo. De regibus autem Medorum annis quibus regnasse dicuntur, quadruplex habetur catalogus. Herodotus ex Herodoto quatuor tantum reges continet, secundum Assyria, assentiente Diodoro nouem principes repræsentat; tertius octo eius Chronico: quartus totidem è Græcis excerptis Gregorij Monachi, vt recet apud Salianum ad an. m. 3345. & Petauium. l. 9. c. 34. hoc modo.

Ex Herodoto.

1.	Deioces regnauit annos	53
2.	Phraortes	22
3.	Cyaxares	40
4.	Astyages	35
Hinc exurgunt anni		150

Ex Ctesia & Diodoro.

1.	Arbaces	28
2.	Mandauces	50
3.	Sosarmus, siue Sesormenes	30
4.	Artycas siue Artycarmin.	50
5	Arbianes, qui & Cardiceas	22
6.	Arsæes, siue Arcæus qui & Deioces	40
7.	Artynes, qui & Phraortes	22
8.	Artabanus qui & Astibaras, Cyaxares	40
9.	Apandas, qui & Astyages.	35
Huic si tribuantur ex Herodoto annni		317
consient in totum		

Ex Eusebij Chronico.

1.	Arbaces	28	3. Medidus	40
2.	Sosarmus	30	4. Cardiceas	13
			5. Deioces	54

6.	Phraortes	24	3.	Sosarmus	30
7.	Cyaxares	32	4.	Artycas	30
8.	Astyages	38	5.	Deioces	32
Summa		259	6.	Aphradartes	51
E Græcis excerptis.			7.	Cyaxares	32
1.	Arbaces	28	8.	Astyages. Si ei dentur	35
2.	Mandauces	20	*consurget summa an.* 258.		

2. Cum autem suo loco probatum sit, Cyrum euerso Astyage regnare cœpisse anno 1. Olymp. 55. hoc est, ante Christi epocham 560. vel iuxta eam, quam probabiliorem existimo sententiam anno 559. facilè est deducere ex Herodoti historia, Deiocem apud Medos regnum adijsse anno ante Chr. circiter 209. Phraortem 656. Cyaxarem 634. Astyagem 594. Ex sententia verò Ctesiæ & Diodori, regnare cœperit Deioces anno ante Chr. ferè 696. Phraortes 656. Cyaxares 634. Astyages 594. Ex Eusebij Chronico, initium principatus Deiocis inscribendum esset anno ante Chr. propè 707. Phraortis 653. Astyagis 597. E Græcis excerptis Deioces regnum inijsset anno ante Chr. 709. Phraortes 677. Cyaxares 626. Astyages 594. *Quando singuli regnare cœperint.*

QVÆSTIO II.

Quis fuerit iste Arphaxad.

1. NOn fuit Arbaces Medorum princeps, quicquid velit Cation. Nam vt Diodorus lib. 2. & alij tradunt, Arbaces vicit Sardanapalum, & Niniuen expugnauit: hic autem Arphaxad à Nabuchodonosore rege Assyriorum qui habitabat in Niniue, superatus est, Iudith 1. v. 5. Arbaces ante Cyrum adeptus est principatum annis fere 317. ex Diodori & Ctesiæ ratiocinijs, ex Eusebij & Gregorij Monachi circiter 258. multo autem tardius floruit Iuditha, & ipsi coæuus Eliacim summus sacerdos. *Non fuit Arbaces.*

2. Hugo in hunc locum, & Bellarminus, tum in Chronologia, tum lib. 1. de verbo Dei, cap. 12. hunc Arphaxad Dioclem nominant, alij Deiocem Medorum regem, vt Petauius lib. 12. cap. 26. Salianus ad annum m. 3345. num 4. Hoc difficile est cum prophana historia conciliare: Deioces etenim si Herodoti & Excerptorum Græcorum rationibus credimus, principatum inijt anno ante Chr. 709. si Diodori & Ctesiæ computum accipimus anno ante Christi epocham 696. Hoc autē modo Hugonis doctrina sibi non constat, dum hoc cap. 1. ait Nabuchodonosorem illum, qui hunc Arphaxadum vicit, fuisse Cambysen, cum dubium non sit, quin Deioci, ordine successerint, Phraortes, Cyaxares, Astyages, Cyrus, Cambyses. *Non Deioces.*

3. Ex eorum autem sensu, qui sub Manasse Holofernem à Iuditha peremptū *Prob. 1.*

adstruunt, vix apparet, quomodo hic Arphaxad idem fuerit, cum Deio-
do, cuius res gestæ, à priscis auctoribus celebrantur. Nam in primis
num. 6. ait, Arphaxad ex sacra Scriptura videri illo anno, hoc est, ante
æram 709. occisum, quo Deioces ex Herodoti, & Gregorij Monar-
tatione, regni gubernacula suscepit: ex Eusebij verò, Ctesiæ, Diodori
graphia necdum regnabat. Hoc autem inde prouenit, quod Salianus
dio Ierosolymitano, vsque ad annum primum Monarchiæ Cyri, an-
computet, quo interuallo non nisi 52. contineri, alibi probatum est.

Prob. 3. 4. Iuxta Bellarmini & Petauij opinionem, Manasses iam aliquo
regnauerat, quando Deioces apud Medos regnum adijt, & hunc 53. an-
nasse fatentur. Hoc autem modo, vsque ad Iosiam regnasset Deioces,
men noster Arphaxad à Nabuchodonosore occisus videatur prius
lofernem sustulisset Iuditha, vt habet textus Græcus hic cap. 1. v. vltimo
dit Serarius in hunc locum, q. 5. & concludit 1. *Si Deiocæ, inquit, tempus*
nassen inchoaretur, itemque Phraortæ; vel certè pauciores ipsi Deiocæ anni tribuen-
inter hos, vltimumque Cyaxarem plures cum Ctesia collocarentur; eorum
fore Arphaxadum. 2. Vterlibet fuerit, eum vocatum Arbacem.
rò non assequor, quanam ratione Deioces ita Manassæ pæpo
sit, vt longæ paci, quæ mortem Holofernis secuta est, locu
nem Iosiæ relinquatur, aut aliqui de annis qui Deiocæ a
quis tribuuntur, spreta omnium priscorum auctoritate p
ferri.

Conclusio. 5. Probabilius esse puto sub Xerxe hanc historiam contigisse, ac
hunc Arphaxadum fuisse tyrannum aliquem, aut regem, qui Ecbatana
ruta instaurauerit, & suum dilatauerit principatum. Est Suidæ V. Iu
hanc sententiam Iulio Africano refert acceptam, Riberæ in cap. 2.
Tornielli ad an. m. 3353. & 3572. Quæ opinio hisce coniecturis pro
suaderi potest. *Primò.* Regnante Xerxe, Pontifex Ierosolymis erat Io
filius Iesu teste Iosepho, lib. 11. Antiq. capit. 5. qui etsi taceret, id tamen
temerè ex libris Esdræ colligi potest. Nam Eliasib Ioachimi successit
Sacerdos Magnus Nehem. 3. v. 1. nempe sub Artaxerxe Longimano
tem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib. Nehem. 12. vers. 10. Nec di
quin Iosue summo sacerdotio functus sit, sub Dario Hystaspis. Ita
pore intermedio, nimirum Xerxe imperante, Summus Pontifex erat
filius Iosue, pater Eliasib, vt bene declarat Torniellus ad annum m.
2. mer. 3. nec video, quo iure id negari possit. 2. Stabili & diuturno
dæi sub Xerxe, & post Xerxem fruiti sunt, vt inter omnes pro concessi
3. tur. 3. Xerxis temporibus apprimè conueniunt, quæ narrat Ach

uers. 22. *Et ante hos annos &c. exterminati sunt prælijs, à multis nationibus, & plurimis eorum abducti sunt in terram non suam: nuper autem conuersi sunt ad Dominum Deum suum, ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt Sancta eorum.* Græcus habet, *& habitarunt in montana, quoniam erant deserta.* Quæ si ad tempora Manassæ accommodentur, dicendum erit, eos qui tum in montanis, tum Ierosolymis habitabant, cum Manasse abductos fuisse, & postliminio reuersos *iterum Vrbem possedisse*, & ad montana, quæ deseruerant, redijsse, antequam Holofernes Bethuliam obsideret. Mirum autem foret; huius tam notabilis Iudæorum dispersionis, nullum in libris Regum, aut Paralipomenis extare vestigium. In Græco Achior ait, eos non solum captiuitatis incommoda subiuisse, sed & templum Dei ipsorum, inquit, factum est in pauimentum, & ciuitates eorum captæ sunt ab aduersarijs.

Quando Iudith floruerit.

6. Exquibus, sine temeritate in eam opinionem induci possumus, vt hunc Arphaxad, atque adeo ipsam Iudithæ historiam, non nisi post Iudæorum è captiuitate Babylonicâ reditum fuisse arbitremur. Quod autem hæc, non Cyri, non Cambysis, non vllius alterius regum Persarum temporibus conuenerit, præterquam Xerxis, infra disputabitur, q. 5. num. 5. & 6. Xerxe autem imperante, tanta Iudæam incolebat populi multitudo, vt spe bona in Deum concepta, Holoferni sese opponere potuerit. Nam Cyrus initio sui imperij, in patriam remisit Iudæorum, *quadraginta duo millia trecentos sexaginta, exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem.* 1. Esdræ 2. v. 65. ex quibus sine dubio numerosa creuit soboles, per 50. & amplius annos, qui à reditu sub Cyro, vsque ad 6. circiter annum Xerxis effluxerunt. Anno deinde 2. Darij Hystaspis, teste Iosepho illo lib. 11. cap. 4. redierunt pubertatem egressorum, quater mille millia & sexcenta viginti octo millia, ex tribu Iuda duntaxat & Beniamin, præter alia aliquot millia promiscuæ multitudinis puerorum, mulierum &c. quæ ibi numerat Iosephus. Et hi spatio 40. circiter annorum prolem suscepérant: quod Deus promiserat per Isaiam cap. 43. vers. 2. *Seminabo domum Israel, & domum Iuda.* Et Baruch 2. vers. 34. *Reuocabo eos in terram, quam iuraui patribus eorum Abraham, Isaac, & Iacob, & dominabuntur eis, & multiplicabo eos, & non minorabuntur.* Nec improbabile est, quod monet Ribera, Xerxe cum Græcis occupato, aliquarum nationum reges siue gubernatores, de imperio inter se dimicasse, cùm tradat Iustinus lib. 3. Xerxem cum sæpe à Græcis victus esset, cœpisse suis esse contemptui. Potuit igitur fieri, vt Arphaxad in Media, Nabuchodonosor

in

in Assyria iugum absentis Imperatoris excutere, & vterque regni sui [illegible] tare præsumeret, donec occiso Holoferne, eiusque copijs dissipatis [illegible] Medos & Assyrios rursus ad officium compelleret, & longæ apud [illegible] cis fundamenta locaret.

IN CAP. I. v. 5.

Græcus latino conciliatur.

ANno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui [illegible] niue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum. Græc[illegible] v. 1. huius belli initium refert ad annum 12. Nabuchodonosoris; [illegible] tem anno 17. commissam tradit. Verum hæc ita accipi possunt, vt [illegible] regnandi initijs cōputentur anni, vel Latina editio Græcæ antepon[illegible] doquidem Latina singularem habet ab Ecclesiæ auctoritate præreg[illegible]

QVÆSTIO III.

Quis iste Nabuchodonosor.

Non fuit euersor Ierosolymæ.

1. NOn fuit Magnus ille, qui capto Sedecia, Ierusalem euertit. Q[illegible] Nabuchodonosoris annus 13. ferè in 6. Sedeciæ omnium [illegible] dit: anno autem 13. huius Nabuchodonosoris, occisus est Holofernes [illegible] multorum annorum pace frui cœperunt. Quod Sedeciæ tempo[illegible] conuenit.

Neque Nabopolassar.

2. Neque Nabopolassar, siue Nabuchodonosor senior, est iste, [illegible] disputamus, ob eandem rationē: quia Nabopolassar, Iosiæ tempore [illegible] vnde oriri non potuit pax illa diuturna, quæ à cæde Holofernis [illegible]

Non Merodach.

3. *Supponimus*, inquit Salianus an. m. 3344. n. 9. *cum Bellarmino & [illegible] Iuditham ad Manassem referunt, hunc Nabuchodonosorem esse eundem cum [illegible] Babylonis.* Huic dat ann. regni 52. cum Genebrardo, Gordono, T[illegible] merio, Mercatore. Funccio item & Buntingo, & addit hunc esse M[illegible] padum, eumque debellato Assarhaddone, Vrbe Nino, & Assyriorum [illegible] potitum. Quod latius explicat ad an. m. 3333. num. 3. & 4. Probatque [illegible] bylonium, quia nomen ipsum Nabuchodonosor, id præ se ferre vide[illegible] de, quia eius principes dicuntur cepisse Manassen, & vinctum ca[illegible] compedibus duxisse Babylonem. 2. Paralip. 33. v. 11.

Non fuit Merodach prob. latius

4. Contra hanc opinionem occurrit mihi 1. annum primum M[illegible] padi esse 27. Nabonassari, & inijsse anno ante Christi epocham 7[illegible] omnes fatentur Chronographi, testibus etiam Astronomorum [illegible] Lunæ defectionem à Ptolemæo relatam, ac anno primo Mardoke[illegible] scriptam, anno illo 721. repræsentant. Annus autem 12. Mardoke[illegible] ritur anno ante Christum 710. nec pluribus annis regnauit, vt [illegible]

larium varietate indicat Canon Mathematicus apud Ptolemæum, quem transcripsi 4. Reg. q. 17. Occurrit 2. quod non omnes qui Iuditham ad Manassen reducunt, adstipulentur dicentibus hunc Nabuchodonosorem fuisse Merodachum: illud enim aiunt Serarius & Petauius; hoc negant, arbitrantes probabilius esse, Nabuchodonosorem istum, vnum fuisse ex posteris Assarhaddonis, cuius iussu, aut saltem dissimulatione rex Babylonius Assyrio adhuc subiectus Manassen in potestatem redactum Babylonem abduxerit. Neque verò nomen Nabuchodonosor ita Babylonijs proprium fuit, quin cum alterius etiam ditionis principibus communicari potuerit.

5. Merodachus siue Mardokempadus regnum inijt, vt reor, circa annum Ezechiæ 9. eique successit Arcianus anno Nabonassari 29. Ezechiæ 21. ante Chr. 709. Arciano Canon Mathematicus annos 5. impertit, tum interiecto Anarchiæ biennio, subrogat Belithum, per tres annos, Belitho Apronadium &c. vt non sit facile vllum è Babylonijs regibus inuenire, cuius duodecimus annus in 7. 8. 9. aut decimum Manassæ incurrerit. Si hæc de Holoferne tragœdia sub Manasse peracta est; bene de hoc Nabuchodonosore, meo iudicio philosophantur Serarius & Petauius, dum contendunt eum non Babylonium, sed Assyrium fuisse.

6. Atverò iuxta dicta q. præcedente num. 5. Darius Hystaspis circa annum imperij sui 30. huic Nabuchodonosori administrationem in Assyria indulserit, ipsiste sensim abusus circa annum 6. Xerxis, suæ verò gubernationis anno 13. ipsi Holoferne copias amiserit, nec multo post in ordinem redactus fuerit. Hoc licuit veteres in prophanis historijs non memorant: ita nec inficiantur. *Conclusio.*

IN CAP. II. v. 1.

Anno tertiodecimo Nabuchodonosoris regis, vigesima & secunda die mensis primi. In Græco notatur annus decimus octauus, eo sensu, quo supra de anno 12. Nonnii, cap. 1. v. 5. Hunc autem primum mensem, Nisan interpretor, cum Serario, Mariana, Sa, &c. *Græcus cū Latino cōciliatur.*

IN CAPVT IV. v. 2. & 5.

Vers. 2. *Tremor & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus, & templis earum.* Hinc bene colligunt sacri interpretes, & Chronologi, hæc gesta, quando templum stabat Ierosolymis: tempore autem Cyri & Cambysis nullum erat. *Stante templo fuit Iudith.*

Vers. 5. *Sacerdos Eliacim etiam scripsit ad vniuersos, qui erant contra Esdrelon.*

QVÆSTIO IV.

Quis hic Eliacim.

Fuit Summus Pontifex.

1. VOcatur *Sacerdos Domini* hoc cap. v. 7. *Sacerdos Domini magnus* v. 11. *Pontifex.* cap. 15. v. 9. In Græco constanter audit ἱερεὺς ὁ μέγας. Eliacim idem censeatur, qui Ioakim summo Pontificatu insignis.

2. Post captiuitatem Babylonicam tempore Xerxis Ioacimus Ieteſolymis ſummum gerebat Pontificatum, vt q. 2. num. 5. dictum.

An filius Helciæ.

3. Fuit & alius virtute clarus Eliacim, de quo 4. Reg. 18. v. 18. filius Helciæ ibidem v. 37. & Iſaiæ 22. v. 20. Non fuit tamen filius Helciæ, qui in Catalogo Pontificum proximè Saraiam antecedit. Hic enim regnante Ioſia Pontifex erat; ille autem Eliacim ſub Ezechia clarus præpoſitus Domus, ſiue vt habent 70. œconomus.

Quidnam aiunt.

4. De hoc Eliacimo œconomo ſermonem eſſe in libro Iudith graues auctores cenſent, voluntque Manaſſæ temporibus, ſediſſe paulo iſtum, cuius mentio fit Iſa. 22. v. 15. & ante Helciam illum, qui ſolo nomine miniſtrauit Pontificatum. Ita Bellarminus, Serarius, Salianus, cuius contra V. Vvittakerum bene probant Sobnam, & qui ei ſucceſſit Eliacim fuiſſe Scribam ſolum, aut Cancellarium regium, ſed reuera ſacerdotem ex D. Cyrillo in illum Iſaiæ locum, cui aſſentitur Cornelius à lapide, ex ipſo Iſaiæ vaticinio, quo Propheta Sobnam alloquens: *vocabo ſeruum meum Eliacim filium Helciæ, & induam eum tunicâ tuâ, & cingulo tuo roborabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu eius, & erit quaſi pater habitantibus in Ieruſalem, & domui Iuda.* In Græco, ſtola & corona Sobnæ dicitur ad Eliacim tranſire, quæ ſine dubio, ſacerdotum inſignia ſunt. Etſi verò, cum iſta prædiceret, Sobna necdum eſſet Pontifex, ij tamen qui Iuditham ad Manaſſen referunt, hunc Sobnam poſtea, ac deinde Eliacim, ſupremi Sacerdotij gradum aſcendentes aſſerunt, probantque auctoritate Nicephori Conſt. qui in Chronologiâ inter Pontifices connumerat illos. His patrocinari videtur Sanctus Iſa. 22. vbi de Sobna locutus: *transferet*, inquit, *Dominus ſacerdotium eius*, & paulo poſt: *qui quondam habebas coronam Pontificis, & ſanctificationem domine, in qua ſcriptum erat nomen Dei, coronaberis tribulatione & angustia.*

Ordo Pontificum ex Ioſepho.

5. Vt hic tutius procedamus, hæc præmitto. Ioſephus Iudæus inter Summos Pontifices, qui in templo Salomonis ſuas functiones obiere, hos vltimo loco recenſet: Neream, Odeam, Saldunum, Helciam, Ioſadochum, qui Babylonem captiuus pertractus eſt. *Hi omnes per manus traditum Sacerdotium, filij parentum ſucceſſores habuerunt, vnus*

sæ. Alij vt Serarius ad calcem lib. 4. Regum, hos Pontifices, ordine proponit: Seream, Odeam, Sellum, Helciam, Saraiam, Iosedech. At verò Nicephorus Const. trip. Chron. p. 2. cap. 16. sic recenset Pontifices. 10. Azarias, qui prohibuit Oziam ingressu in loca sacra, 11. Vrias fidelis Isaiæ: 12. Somnas prauus & libidinosus tempore Ezechiæ regis, 13. Eliazim, Sellum F. 14. Chelcias sub Iosia rege optimo. 15. Sareas &c. Hic etiam consideranda est genealogiam Pontificum, quæ texitur 1. Paralip. 6. v. 12. Achitob genuit Sadoc, Sadoc genuit Sellum, Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam, Azarias genuit Sariam & Saraiam genuit Iosedech.

Nicephorum explicatur.

6. Hæc animo complexus existimo in primis Catalogum illum Pontificum quem nobis exhibet Nicephorus, non esse magni momenti, cum sit valde mutilus, & præter alios omittat Sellum, siue Saldunum, qui Helciam præcessit. Deinde Nicephorus suum Eliazim vocat Sallumi filium: Eliaccim autem, de quo ait Isaias fuit Helciæ filius. S. Hieronymus sensu literali, Sobnam vocat quæstorem & dispensatorem thesaurorum domus Dei: allegoricè per Sobnam intelligit Synagogam incredulam; per Eliacim, Ecclesiam, cuius caput Christus est, ad quem gloria Sacerdotij transferenda erat. Sic S. Hieronymus neque Sobnæ, neque Eliacimo summum arrogat Sacerdotium. *Quare* antore via mihi incedere videntur, qui Eliacimum summum Sacerdotem Iosuæ, tempore Xerxis ad Iuditham deducunt, quàm alij, qui hisce tenebris deprehensi, probabili quidem, sed non illustri coniectura, Sobnam & Eliacim sub Manasse casu extraordinario factos Pontifices putarunt, horumque posteriorem ad nostram Heroinam venisse suspicantur.

Conclusio.

QVÆSTIO V.

Quo tempore claruerit Iuditha.

Quidam putãt ante captiuitatem Babylonicam.

1. ETsi ex dictis ferè pateat huius quæstionis resolutio: perspicuitatis nihilominus gratia, diserte ponitur: de qua plerique omnes nostri duas esse generales sententias, dum aliqui Iudithæ historiam Babylonicæ captiuitati præponunt; postponunt alij. Præponunt, & Manassæ temporibus imputant Salmeron sub finem tomi 16. Pererius lib. 1. in Danielem, Bellarminus in Chronologia, & lib. 1. de Verbo Dei, cap. 12. Gretserus in defensione eiusdem loci, Serarius Iudith 1. q. 2. Gordon. cap. 10. Chron. num. 33. Petauius lib. 12. cap. 26. Sallianus ad an. m. 3344. num. 7. laudatque in hanc sententiam Tursellinum, & monet ex opinione Genebrardi Iuditham floruisse regnante Sedecia: Ioannis verò Benedicti, Codomanni, Verronij, Ziegleri, sub Iosia.

Quidam post eam.

2. Hanc historiam, eo tempore, quo Cyri successores in Persi… bant accidisse censent S. Augustinus, lib. 18. de ciuit. cap. 26. Eusebius… nico, Beda de 6. ætatib. Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ, Hugo, Histor… stica, Carthusianus Iudith 1. Lyranus ibidem & Tobiæ vltimo. D… Eccl. Scrip. lib. 1. cap. 2. p. 2. lib. 3. cap. 5. p. 3. Mercator in sua Chron. Cem… Compendio, quos fideliter citat, & sequitur Torniellus ad an. m. … His in communi assentiuntur Glycas 2. p. Annal. Otho Frisingensis … 15. Suidas cum Africano V. Iudith. Ribera in cap. 2. Nahum. Tametsi … est, non omnes auctores iam recensitos inter se conuenire, de parti… sarum rege, sub quo Iuditha heroicum suum facinus in Holoferne…

Non sub Iosia aut Sedecia.

3. Temporibus vel Sedeciæ vel Iosiæ, Holofernem à Iuditha cæs… non arbitror: erat enim ista Heroina tunc ætate adhuc vigente, viro… 105. *In omni autem spatio vitæ eius, non fuit, qui perturbaret Israel, & post mor… nis multis*, Iudith 16. v. 30, Iosias non nisi 31. annos regnauit: tum gra… bra calamitas in Iudæos incubuit, vt sacræ pandunt historiæ. Multo… nus sub Sedecia Iudæis pace longa gaudere licuit, secuto mox Ierosol… excidio, & Babylonica transmigratione.

4. Etsi verò Iuditha dicatur puella, cap. 12. v. 12. ac sæpius à pulch… laudetur; non inde tamen colligo eam tunc 20. aut 30. solum annos… se, cum non tam natura, quam singulari Dei munere, eum splendor… ciem consecuta videatur. cap. 10. v. 4. Nihilominus credibile est, cum … summum quinquagenariam aut circiter quando sustulit Holofern… vixisse, annis prope 55. Si inde addantur *multi anni* quibus post mor… Iudæi hostiles incursus non senserunt, colligentur à cæso Holoferne … finem Iudaicæ pacis, anni fermè 60. vt quod minimum est, in dubio …

Non sub Cyro, aut Cambyse.

5. Ad Cambysen istam historiam trahunt nonnulli, vt Lyranus … Glycas, Frisingensis, Driedo, Mariana: Sedenim neque ad Cyrum, … Cambysen reuocari potest. Siquidé istis imperantibus, nec tempus … liacim Pontifex Ierosolymis; Holoferne autem in Iudæam irruente … plũ stabat, & Eliacim munere Pontificio fungebatur. Quorum … dubio latebat S. Augustinum, Eusebium, Bedam, ac proinde mihi … nõ possum, eos Iuditham ad Cyrum vel Cambysen retulisse. Euseb… ad Olymp. 62. sic de Cambyse scribit: *istum aiunt ab Hebræis secundum … nosorem vocari, sub quo Iudith historia conscribitur.* Eadem transcribit Bed… 3431. S. Augustinus loco citato: *per idem tempus*, inquit, *etiam illa sunt … scripta sunt in libro Iudith.* Vbi τὸ *illud tempus*, latè accipit, pro eo … Iudæorum captiuitate regnabat apud Persas Cyrus & Darius, … meminit. Itaque probabile est, hos auctores nihil aliud voluisse, …

sub regibus Persarum floruisse, & Hebræos errare, si (quod nonnulli asserunt) Cambysen putant eundem fuisse cum eo Nabuchodonosore, cuius Ducem Holofernem Iuditha peremit.

Neque sub Dario Hystaspis.

6. Neque gesta hoc libro contenta ad Darium Hystaspis remittuntur: quia regiones illas, quæ hic inuasæ dicuntur, pacificè regebat, vt ex primo Esdræ, & Herodoti lib. 3. colligere licet, & eo imperante Pontifex erat Iosue. Nec est, quod Sulpitio assentiamur, arbitranti, hæc sub Ocho contigisse: hoc enim imperante, neque Eliacim Pontifex erat, neque Iudæis tanta pax esse potuit, quantam historia Iudith fuisse declarat.

Sub Xerxe floruisse videtur Iuditha.

7. Duæ sunt residuæ opiniones meo iudicio probabiles, quarum altera sub Manasse, altera sub Xerxe, hæc contigisse putat. In hanc posteriorem pronior sum, auctores & rationes, q. 2. num. 6. secutus. Certum est enim per id tempus, & Pontificem fuisse Eliacim, & pacem diuturnam Iudæis concessam. Solum in hac parte mirum cuipiam videri posset, quod Arphaxad & Nabuchodonosor tantos motus ciere, tantas vires colligere potuerint, quantæ hoc libro narrantur Xerxe ad imperij clauum residente, priscis auctoribus altùm hac de re silentibus. Verum incredibile non est, tum Xerxem ad alia distractum, aut non potuisse, aut certis de causis noluisse, duorum istorum principum dissidia impedire. Auctores profani, vt præclarum Iudithæ factum, aliaque multa; ita & hæc sine mendacio prætermiserunt.

Vix sub Manasse.

8. Sed nec minores difficultates occurrunt ijs, qui hæc Manassis temporibus inscribunt: aut enim Deioces, quem isti Arphaxadum fuisse putant occisus est à Nabuchodonosore; aut non: si prius dixeris, falsæ erunt omnes omnino antiquorum de annis Deiocæ supputationes, vt patet ex q. 1. & 2. si posterius; textus 70. hic falsus erit, aut ita obscurus, vt interpretatione minimè consueta indigeat. Idem est de Templo, quod Græcus ante hanc tragœdiam euersum fuisse commemorat. Duodecim argumentis, quæ nobis obijciuntur, commodè satisfacit Torniellus ad an. m. 3372. & ex dictis haud difficile respondeti potest.

IN CAP. V. v. 7. & 9.

Iacob 20. annis habitauit in Mesopotamia.

VErs. 7. *Hic primum in Mesopotamia habitauit.* Græcus habet: *& fugerunt in Mesopotamiam, & incoluerunt ibi dies multos.* Hinc aliqui colligere volunt, Abrahamum quinquennio Charris habitasse: sed malo hos *dies multos* ad illos 20. annos applicare, quibus Iacob cum vxoribus, & paulatim succrescente familia apud Labanum mansit, vt suo loco annotaui.

Habitatio Hebræorũ in Ægypto.

Vers. 9. *Descenderunt in Aegyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, &c.* Ista habitatio fuit 430. annorum, qui completi (non inchoati) fuerunt

in Ægypto, vbi à descensu Iacobi, vsque ad Exodum Hebræi non vltra nos morati sunt, iuxta notas in Exodi cap. 12. ver. 40. Vtitur autem Ar mero rotundo 400. neglectis 30. annis, quia hi parum ad rem præsen ferebant. Simili phrasi vsus est Iephthe Iudicum 11. v. 26. si trecentos nos, à possessione terræ Amorrhæorum ad sua tempora numerauit: summæ deerant circiter 34. anni.

IN CAP. XVI. v. 8.

Iuditha annis fuit 105. ann.

Mansit autem in domo viri sui annos 105. In Græco: *& senuit in domo nos centum quinque.* Non est sensus, quod hos omnes annos post obitum in eius domo transegerit; sed quod ibi vsque ad annum vitæ mum quintum permanserit. Ita hunc locum explicat Serarius q. 8. lib. 12. cap. 26. beneque addit, hanc loquendi rationem in sacris liter frequentem esse. Simili modo S. Augustinus lib. 16. de ciu. cap. 14. phil tur de annis 205. quos Thare patrem Abrahami in Haran vixisse l. ptuaginta Gen. 11. v. 32. *Non sic*, inquit S. Doctor, accipiendum est, qu mnes dies ibi egerit: sed quia omnes dies vitæ suæ, qui fuerunt ann quinque ibi compleuerit. Eandem doctrinam repetit eodem lib. cap. sequuntur Menochius & Bonfrerius Gen. 15. vers. 13. Cornelius ibidem rem. 25. v. 11. Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei cap. 12. Salianus ad ann num. 3. Quam interpretationem approbant, qui Iudithæ vitam annis niunt, Sulpitius lib. 2. hist. Athanasius in Synopsi, Zonaras lib. 1. Ann bene colligit Serarius hallucinari in primis Wittakerum, dum scribi pite vltimo, legimus Iuditham vixisse supra annos 105. deinde apud S gi quidem hanc vixisse annos 150. sed Scriptoris errore, qui p. prop.

IN CAP. XVI. v. 30.

Quomodo hæc sint intelligenda.

In omni autem spatio vitæ eius, non fuit, qui perturbaret Israel, & post multis annis. Fieri quidem potuit, vt quoad Iuditha vixit, tranquillitas Persarum regibus duraverit: non existimo tamen hanc sententiam rigido accipiendam esse. Qui enim sub Manasse Holofernis interna tuunt, haud facilè id concesserint, cum anno 14. Ezechiæ, Sennacherib rum Iudæos exercuerit: inde regnauit Ezechias annos 15. Manasses 2. Iosias 31. quo occiso, sublata est Iudæorum tranquillitas, anno scil in Iudæam Sennacheribus irruperat. Taceo regem Manassen inter ris, non sine regni turbatione Babylonem abductum fuisse. Pau omnis apud Iudæos vexationis expers, toto illo tempore viguit, qua ctoriam, Iuditha in viuis fuit, & diu post obitum illius, eo sensu, quo apud Danitas idolum Michæ dicitur, *omni tempore, quo fi*

Id.18.v.31.vti ibidem explicaui, ita vt, qui post Iudithæ triumphum 80. circiter annos pacis computauerit, is eam non ampliori temporis spatio, quam ferat horum verborum complexio, definire videatur.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN LIBRVM ESTHER

CAPVT I. v.1.

In diebus Assueri, qui regnauit ab India vsque AEthiopiam.

QVÆSTIO

Quisnam hic Assuerus.

1. QVO hac de re opiniones circumferuntur, quarum duæ priores istum Assuerum atque adeo totam Estheris historiam liberationi Babylonicæ præponunt; reliquæ postponunt. 1. Assuerum hunc Astyagem fuisse autumat. 2. Darium Medum. 3. Cambysen. 4. Darium Hystaspis. 5. Xerxem. 6. Artaxerxem Mnemonem. 7. Ochum. 8. Longimanum. *Varia opiniones.*

2. Primæ opinioni adhærens Mercator, istum Assuerum eundem cum Astyage fuisse asserit, sed sine ratione: nam Astyages Medus fuit. Assuerus autem cap. 16. vet. 10. ait: *Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est.* Quibus verbis se Persam ostendit, vt bene Bellarminus & Petauius, idque ex tota huius libri serie constare asserunt. Hinc idem Assuerus cap. vltimo, v. 14. suum *regnum* absolutè *Persarum*, & suos subditos vocat eos, *qui fideliter Persis obediunt*, ver. 23. Quibus loquendi formulis, Medi cùm rerum potirentur, vti commodè non poterant. Deinde Astyages imperium suum ab India vsque Æthiopiam non extendit, quod fecit Assuerus Estheris, qui & Artaxerxes dicitur, initio cap. 12. 13. 16. Hoc autem nomen Persarum esse proprium, nonnulli asserunt, ac monent eos minimè audiendos, qui dicunt regem Medorum Græcè Artaxerxem vocari, Tob. 1. v. 15. ibi enim expressè nomen Assueri retinetur, in editione Sixtina ἀσύηρος, in alijs quibusdam ἀσσουῆρος. *Non fuit Astyages.*

3. Hæ

Neque Darius Medus.

3. Hæ rationes æquè probant, Dario Medo non nupsisse Esthere: tamen putauit Zonaras, cui ex parte subscribit Canus de locis Theol. cap. 6. Argum. 9. dum ait, Darium Medum, aut Astyagem Esthere gem fuisse.

Mardochæus vel auus eius transportatus.

4. Dices: Mardochæus cum Iechonia transportatus fuit, Esther si post Astyagis & Darij Medi tempora vixisset, ob senium ea negotia non potuisset, quæ sub Assuero expediuisse legitur. Resp. illo cap. 2. fol. *Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini, qui translatus fuerat Hierusalem, eo tempore, quo Iechoniam regem Iuda, Nabuchodonosor rex Babylonis* Consentientibus inter se Latino, Hebræo, Græco. Quæ duobus modis gi possunt. 1. vt non Mardochæus ipse, sed eius proauus Cis, cum Iechonia portatus dicatur. Ita Petauius lib. 12. cap. 30. Gordonus cap. 14. fol. vt Mardochæus translatus dicatur, non in se, sed in auo, aut proauo, in captiuitate genitus est, vt habet Bellarminus lib. 1. de verbo Dei cap. lianus an. m. 3591. n. 3. Torniellus an. m. 3650. n. 5. cum Caietano, Cano, Rabbi Paulo, quos sequitur Menochius, Esther. 2. v. 6. Hoc modo Zorobabel & Iosue dicuntur in Ierusalem è captiuitate reuersi, cum Hierosolymis ipsi nunquam antè fuissent, nisi in progenitoribus suis. Solent plerumque nobis imputantur, quæ à maioribus nostris patrata sunt.

Hebræi putant fuisse Cambysen.

5. Tertia opinione imbuti Hebræi, in suo Seder, assentiente Genebrardo Estherem Cambysi dant in manum, rati in primis, non nisi tres Persarum reges fuisse, Cyrum, Assuerum siue Cambysen, & Darium: quod probatur *primò*, ex Dan. 11. v. 2. vbi post Darium Medum tres in Persarum regno ri prædicuntur, & mox v. 3. vaticinium de Alexandro Magno subsequitur. *verò Rex fortis &c. Secundò* ex Nehemiæ 12. v. 10. *Iosue autem genuit Ioiacim, genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada, & Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Iaddua.* Horum primus *Iosue*, sub Cyro; vltimus *Iaddus*, sub Alexandro Persarum gessit. Vnde colligunt, Nehemiam haud multis annis ante Alexandrum vixisse, totamque Estheris historiam non ad Cyrum vel Darium, sed Assuerum reuocant.

Sed eos errare prob. 1

6. Enimverò id nulla ratione admittendum est. Plures reges Persarum fuisse, palam faciunt historici non solum Græci & Latini, sed eorum ipse natione & religione Hebræus. Imò Daniel & Esdras suis confirmant monijs: nam illo cap. 11. Danielis, post ea verba: *ecce adhuc tres reges stabunt in Perside*, continuo additur, *& quartus ditabitur opibus nimijs super omnes, & cum diuitijs suis, concitabit omnes aduersus regnum Græcorum.* Vbi graphicè describitur Xerxes, qui cum innumeris propè copijs in Græciam traiecit. Quare tres reges post Cyrum Persis imperasse, Cambysen, Smerdim, Darium, &

cum antiquis diserte monet in eum locum S. Hieronymus, his verbis: *& notandum, quod quatuor post Cyrum regibus Persarum enumeratis, nouem præterierit, & transierit, ad Alexandrum: non enim cura fuit spiritui prophetali historiæ ordinem sequi, sed præcipua quaque perstringere.* Nouem porro, quos Daniel præterijt fuere, Artabanus, Longimanus, Xerxes II. Sogdianus, Darius Nothus, Mnemon, Ochus, Arses, Darius vltimus.

7. Cambysen denique Estheris maritum non fuisse, probant Bellarminus, Serarius, Salianus, quia Assuerus Estheris, 12. vt minimum annos regnauit, cap. 3. n. 7. Cambyses octauum non attigit. Nec Iudæi possunt ad plures annos Cyri & Cambysi communes recurrere, cum non nisi triennium Cyri imperio concedant. Assuerus iste cap. 16. v. 16 fatetur Iudæos esse filios Dei semper viuentis eiusque beneficio patribus suis, & sibi regnum esse traditum, atque ad sua tempora conseruatum, quod Cambysi non satis conuenit: cauit enim ne templum repararetur Ierosolymis, id sine dubio concessurus, si Estherem thori consortem habuisset, in cuius gratiam Iudæis tam amplam hostes suos vlciscendi potestatem indulsit. *Prob. 1.*

8. Quarta opinio est Ioannis Benedicti in annot. Feuardentij in Commentario huius libri, Samerij in Chronologia, Carionis, Funccij, Buntingi, qui Estherem Dario Hystaspis tribuunt: quia in Iudæos benignus fuit, Susis habituit, duas vxores habuit. Verum hoc matrimonium non probant aliarum nuptiarum fautores. Quod Darius Hystaspis bene in Iudæos affectus fuerit, regnum Susis, & alteram vxorem habuerit, non est satis vt Estheris maritus credatur. Hæc ei, cum pluribus alijs Persarum regibus communia fuere. Argumentum verò quod ab vxoribus Darij sumitur, Estherem ab eius connubio penitus excludit. Scribit enim Herodotus lib. 3. Darium istum quatuor vxores habuisse, quarum Atossa, & Artystona erat Cyri filia, tertia Parmis, eiusdem ex filio neptis, quarta Phœdina, filia Othanis, vnius è septem, qui Smerdim regni inuasorem sustulerant. His quintam Darij coniugem idem Herodotus lib. 7. nomine Phratagunam: nec vllam repudiauit, cui succederet Esther. *Maritus Estheris non fuit Darius Hystaspis.*

9. Veniunt quinto loco nonnulli, qui Xerxi Estherem attribuunt, ita vt Scaliger audacter pronunciet, *neque de eo dubitare posse, nisi qui nullo ingenio sit, neque negare, nisi malignum.* Quod duplici argumento ex ipsis nominum visceribus deprompto, suadere nititur. *Primò* quia Assuerus dicitur Hebraicè Ahasueros; quam vocem in Ozyarem siue Xerxem vertendam asserit adeo confidenter, vt sacros interpretes hanc translationem non secutos redarguat, imò *plumbeos, asinos, accerritos*, esse dicat, *qui alium regem, quam Xerxem, sub hoc nomine ariolantur.* *Secundo*, quia Xerxis vxor Herodoto vocatur Ami- *Verum Xerxes.* *1. Argum.* *2. Argum.*

Amiſtris, ſiue Ameſtris, quaſi Cham Eſther Hebraicè diceretur. Vnde ... Xerxem anno tertio imperij ſui, cum de expeditione in Græciam ad ... retuliſſet, eos ſplendidiſſimo epulo 180. dierum excepiſſe, reuerſum ... Eſtherem duxiſſe, menſe decimo, ſub finem anni 7. denique anno ... menſis Adar, ſupplicium de Amano ſumpſiſſe. Hoc latius referunt ... ex Cteſia & Herodoto refutant Petauius lib. 12. cap. 26. Salianus l. c.

Non fuit Xerxes. Ad 1. Ad 2.

10. Vtraque ratio Scaligeri ludit in euanido literarum ſono, cum ... longe inter ſe diſtent, ac proinde modeſta & ſimplici negatione ... Eſther Artaxerxis ab Ameſtri Xerxis, origine, religione, moribus ... quantum diſtinguitur. Ameſtris Perſis fuit, filia Othanis, vel vt habet ... Onophæ, qui in belli apparatu, inter duces Perſarum ab Herodoto ... cenſetur, vbi etiam eadem Ameſtris dicitur cum iam prouectæ eſſet ... *bis ſeptem illuſtrium Perſarum liberos defodiſſe, ad referendam pro ſe gratiam ... ſub terra eſſe fertur.* Ameſtris longè ante annum ſeptimum Xerxis ... rerat ei Darium, cui Dario nupſit Maſiſtæ filia, idque agente Xerxe, ... ctus è Græcia Sardeis ſe recepiſſet, antequam Suſas reuerteretur. Ameſtris ... delis erat, quippe quæ innocentem Maſiſtæ vxorem accitis ſatellitibus ... prehendit, mammillas ei præcidit, canibuſq; obiecit, naribus, auribus ... labijs truncatam ad maritum remiſit. Vtrumque narrat Herodotus ... lib. 9. Cteſias etiam impudicam mulierem fuiſſe tradit. Quare non ... nam ratione hæc cum Eſthere noſtra confundi poſſit nec facilè ... det aut Scaliger, aut alius quiuis, cur ea flagitia in Eſtherem conferri ... cemur.

Contra Scaligerũ.

11. Habet quidem Scaliger de Eſtheris marito ſuffragatores, ... lum è ſectarijs Caluiſium, Alſtedium, Iunium, Behmium, ſed etiam ... licis nonnullos, vt Genebrardum, qui putat Longimanum Xerxe ... nitum: at contra eidem Scaligero aduerſantur tum plerique ... rum, tum Buntingus, Funccius, Carion, maximè verò Cap... mun. 3512. vbi cum Scaligeri de Salaminia pugna anachronis... darguiſſet; *vt vel hinc colligas*, inquit, *quam fallaces ſint illius Pe... que procul à veri regione erret, cùm contendit Xerxem eſſe Aſſuerum ... ritum.*

Quidam putant fuiſſe Artaxerxẽ Mnemonem.

12. Sexta claſſis eſt eorum, qui Eſtherem Artaxerxi Mnemoni nup... arbitrantur. Ita cenſent Euſebius in Chronico, ad Olymp. 94 Beda ... bus: *ſub hoc rege*, ait, *videtur Eſther hiſtoria completa: ipſe quippe eſt, qui ab He... rus, à 70. interpretibus Axtaxerxes vocatur.* Conſentit Iſidorus, fauet S. ... mus in cap. 4. Ezechielis, dum ſcribit: *Artaxerxes cognomento ... riſatidis filius regnat annos 40. qui ab Hebræis Aſſuerus appellatur, ſub quo ...*

Hoster narratur historia. Idem sentit Pererius lib. 13. in Danielem cap. 11. Sigonius in Sulpitium, & Sulpitius ipse, vt mox ostendam. Torniellus ad annum m. 3611. numero 1. ait sibi videri hanc historiam sub nullo alio rege conuenientius poni posse, quam Longimano, vel Mnemone: deinde malle se Mnemonis temporibus adscribere, quam Longimani. Quia Longimanus initio sui principatus, non videtur 127. prouincias sub potestate habuisse, præsertim cùm Iudithæ historiam ad Xerxem reducamus, quando multæ prouinciæ, ab imperio Persarum desciuerunt, Media ab Arphaxad, Assyria à Nabuchodonosore occupata fuit. Adhæc mortuo Xerxe, inter filios eius, grauis orta est de regno contentio, neque cum Artabano difficultas. Quare, ait, non esse credendum, quod potuerit intra duos primos regni sui annos recuperare tot & tantas prouincias, quæ tum à patre, tum à se defecerant, & regnare ab Indis vsque ad Æthiopiam, quemadmodum de marito Esther disserè traditur huius libri exordio, præsertim cum Aegyptij à Persis defecissent, contra quos & Græcos, qui suppetias ijs ferebant, Longimanus bellum gerere coactus sit. Denique tempore Longimani Esdras & Nehemias claruerunt: mirum autem esset, eos Estheris tam illustris feminæ, nullam suis actis mentionem inseruisse, si eiusdem regis conjux fuisset. Ergo verisimile est, Estherem post Longimanum reginam fuisse.

13. Huius opinionis assertorem, quicquid aliqui dicant, existimo fuisse Sulpitium: hic enim lib. 2. sacræ hist. sic scribit: *Artaxerxes regnauit annos vnum & quadraginta, Xerxes duobus mensibus, postque eum Sucdianus septem mensibus fuit. Darius deinde, sub quo templum est restitutum, regnum adeptus est, cui Ochus tunc nomen erat.* (Alij hunc Nothum indigitant.) Et paucis interiectis: *Per idem tempus Esdras scriba legis, post 20. fere annos, quam templum fuerat consummatum, defuncto iam Dario, qui vnum de viginti annis rerum fuerat potitus, permissu Artaxerxis secundi, non illius, qui inter duos Xerxes fuit, sed eius qui Dario Ocho (Notho) successerat, Babylonia profectus, multique eum secuti Ierosolymam peruenere.* Tum res gestas Esdræ ac Nehemiæ. Verbisque Ierosolomytanæ instaurationem prosecutus, quæstionem de tempore Estheris ponit, & tandem ait, sibi videri historiam hanc adscribendam ei *Artaxerxi, sub quo Ierosolyma est restituta.* Atqui hanc restitutam putat, sub illo Artaxerxe, qui Darium Nothum annos 19. regno potitum excepit, qui omnium iudicio fuit Artaxerxes Mnemon. Ille verò Artaxerxes, quem inter duos Xerxes medium constituit, Sulpitius, & sub quo negat Esdram venisse Ierosolymam, fuit Longimanus, filius Xerxis I. parens secundi. Rursus ex opinione Sulpitij

Idem fere fit Sulpitius.

marito Estheris successit Artaxerxes Ochus, per annos 23. cuius ... bus Iudithæ historiam applicat. Ochum autem Mnemoni succes... nes fatentur. Itaque meritò Serarius & Petauius Sulpitium ijs ... qui Mnemoni Estherem connubio iungunt, quicquid aliqui in contr... tantur.

Sed duplici ratione confutantur.

14. Duo tamen obstant, quo minus ijs assistam, qui Mnemoni ... Estherem despondere volunt, quæ bene ponderant Bellarminus, ... Salianus. 1. Quod hoc modo liber Esther apud Hebræos non esset C... 2. Quod ea, quæ Plutarchus de Mnemone tradit, Estheris coniugi ... ueniant. Scribit enim Iosephus lib. 1. contra Appionem, Hebræis ... authenticos, eorum quinque à Moyse conscriptos. *A morte vero Mo... vsque ad Artaxerxem Persarum regem, qui fuit post Xerxem, Prophetæ ... res gestas conscripserunt, in tredecim libris. Reliqui verò quatuor, hymnos in ... humanæ præcepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe verò, vsque ad nostra ... gula quidem conscripta, non tamen priori fide simili sunt habita, eo quod ... certa successio Prophetarum.* In illis autem 22. libris recenserur liber ... tum ab Hebræis, tum à sancto Hieronymo, in Prologo Galeato, ... dem Torniellus Iosephum, tum in hoc, tum in eo errasse, quod ... Longimano tribuat: ego verò causam idoneam non reperio, cur hic ... tus error Iosepho impingatur. Præterea Mnemon, teste ... vxorem primùm habuit Statiram Idermis Persæ filiam, ... sibi iunctam, vt etiam ex Ctesia teste oculato monet Serarius, ... Statira vixit, nunquam ab Aula, aut regio thoro exclusa fuit, ... ficio tandem extincta est, cum adhuc regina esset, rege ... admodum ægrè ferente. Duæ reliquæ Mnemonis vxores, erant ... liæ, ac proinde apud eum nec Vasthi reginæ, nec Estheri Iudæ... peritur.

Ad rationes eorum. Resp. 1.

15. Argumentis pro hac opinione allatis satisfaciet, qui dixerit ... Græcis occupato, Nabuchodonosorem victo Arphaxado Medos ... qua saltē ex parte sibi subiecisse; occiso verò à Iuditha Holoferne, ... dissipatis, facile in ordinem ab ipso Xerxe redactum fuisse, tum ... quasque prouincias, qua vi, qua terrore prius à Nabuchodonosore ... tas, sine magno molimine ad supremi sui principis obsequium re... vero, suscitata ab Ægyptijs rebellio obstabat, quo minus Artaxerxes ... eos imperium, ius, ac pristinos titulos retineret. Idem est, de alijs ... quæ tunc iugum Persicum excutere moliebantur. *Quis enim ... Salianus, Reges etiam amissorum regnorum titulos retinere, in quo ... bere contendunt? Sic Rex Angliæ se Regem Franciæ appellat, & ...*

regem Nauarræ, Dux Lotharingiæ regem Ierosolymorum. Sed neque Scriptura tradit. Assuerum mox ab initio sui imperij pacificè omnes eas prouincias obtinuisse *In diebus Assueri*, inquit, *qui regnauit ab India, vsque AEthiopiam super centum viginti septem prouincias: quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit.* Quæ vera esse possunt, licet Assuerus, non ad sui principatus initium, sed postea regiones istas sibi habuerit obsequentes. *Resp. 2.*

16. Esdras denique & Nehemias iure merito de Esthere & Mardochæo in suis libris siluerunt, quia abundè ad perpetuam vtriusque memoriam posteris tradendam, satis erat, quod singulari volumine virtus eorum celebraretur. Sic in libro Judicum nulla habetur mentio Ruthæ, nec in libris Regum Tobiæ, licet hic Ezechiæ; illa temporibus Judicum vixerit, quia proprijs voluminibus vtriusque historia continetur. *Resp. 3.*

17. Septimo loco occurrunt, qui Artaxerxi Ocho, pro Vasthi, Estherem reginam offerunt. Serarius cap. 1. q. 3. Gordonus ann. m. 3643. & sub finem cap. 14. Adrichomius ann. m. 3544. Quod probat Serarius 1. ex ipso nomine Assuerus, quod à Græcis interpretibus Artaxerxes verti solet; quod etsi fateatur Longimano & Mnemoni aptè conuenire, ad neutrum tamen res ipsas, quæ hic narrantur, quadrare, & eam ob rem ad Ochum tandem recurrendum existimat. Probat 2. ex huius lib. cap. 16. v. 14. vbi Assuerus ait, Amanem cogitasse, *vt regnum Persarum transferret ad Macedonas.* Vnde conijcit Serarius Estheris historiam, Macedonum Monarchiæ, siue Alexandri temporibus fuisse proximam, quando Macedonum vires Persarum regibus iam erant suspectæ. Confirmat ex Iosepho, qui post narrationem de Esthere, vsque ad Alexandri tempora vix quicquam tradit, quod ad Iudæorum rempublicam pertineat. Idem videmus in Gorionidis editione tam Basileensi, quam Cracouiensi. Mirum autem foret, in gente Iudæorum, tot annis nihil memoratu dignum accidisse. *Quidã putant Ochũ fuisse.* *Arg. 1.* *Arg. 2.* *Confirmãt*

18. Hæc Chronographia non videtur congruere, cum ea doctrina, quam tradit S. Augustinus lib. 18. ciuit. cap. 36. vbi, *post hos tres Prophetas*, ait, *Aggæum, Zachariam, Malachiam, per idem tempus liberationis populi ex Babylonica seruitute, scripsit etiam Esdras, qui magis rerum gestarum scriptor est habitus, quàm Propheta, sicuti est liber, qui appellatur Hester, cuius res gesta in laudem Dei, non longè ab his temporibus inuenitur.* Nam Esdras Ierosolymam venit, anno 7. Artaxerxis Longimani, vnde vsque ad annum 12. Ochi, quo huius opinionis Assertores Amanem extremo supplicio affectum volunt, anni plures 100. abierunt: ab anno autem secundo Darij, quo Zacharia & Aggæo vaticinantibus templum restauratum est, vsque ad eundem annum Ochi 12. sunt anni ferè 170. Ex eo etiam capite minus placet hæc opinio, quod paucorum recentiorum placito nixa, antiquorum patrocinio destituta sit. *Non fuit Ochus.*

Ad 1. *Ad 2.* 19. *Primam rationem* Serarij, non esse efficacem paulo post ca[illegible] resoluentur ea, quibus Estherem à Longimano abstrahere conat[illegible] *dam* respondet Salianus num. 7. Assuerum illo cap. 16. non indicare [illegible] fuisse Macedonum potentiam, vt cum Persis de imperio contendere [illegible] trâ potiùs, voluisse Amanem, gentem suam tam obscuram, & ignob[illegible] lato imperio nobilitare, sicut Cyrus translata à Medis ad se Mona[illegible] illustrarat. Petauius autem censet hîc nomen Macedonum latè sum[illegible] grinis & occidentalibus, sicut vulgo apud Indos nomen Hispanorum [illegible] libet Christianos, & apud nos Indi vocabulum, ad eos populos, qui [illegible] sunt de Indorum numero transfundi solet. Denique mirum quidem [illegible] temporis spatio, nihil singulare de Iudæis antiquos in scripta refert[illegible] idcirco falsa sunt, quæ à pluribus, tum priscis, tum huius æui scrip[illegible] Estheris & Longimani connubio celebrantur.

Conclusio. Fuit Longimanus. 20. Vltima opinio, quam vt probabiliorem cæteris antepon[illegible] Longimano adiudicat. Est quorundam antiquorum apud Euseb. in C[illegible] sephi lib. 11. Antiq. cap. 6. Nicephori Const. in Chron. Bellarmini de [illegible] lib. 1. cap. 7. Sabellici Enn. 3. lib. 3. Ludouici Viues in lib. 18. de ciuit. [illegible] dæ, & vt Serarius sibi videri fatetur Ruperti de Victoria verbi De[illegible] quibus subscribunt Petauius l. c. Menochius hîc, Salianus ann. m. [illegible] & 8. *Nam & nomen*, inquit, *conuenit, & beneuolentia in Iudæos, & vero* [illegible] *regni amplitudo, & commoratio in Perside, & regni diuturnitas, & similitudo* [illegible] *si quæ sunt alia, quæ vt singula singulis ferè conueniunt, huic conueniunt omnia*

Corollaria 2. 21. Hinc ratio facile redditur 1. cur Nehemias pincerna reg[illegible] rit, ope nimirum Estheris reginæ atque Mardochæi, qui & Hebræ[illegible] præfectus erat. 2. quomodo liber Esther inter Canonicos ab He[illegible] tur: quia Esdræ, & Nehemiæ tempore conscriptus est, iuxta ea quæ [illegible] 14. notabam. Non est enim quod Iosephum vtroque loco hallucin[illegible] mus, vbi de authenticis Iudæorum libris contra Appionem & de E[illegible] pore in Antiquitatibus egit.

Obiectio 1. 22. Obijciunt nonnulli 1. Si Longimano imperante, Esther [illegible] quînam fieri potuit, vt hostes Iudæorum Esdræ & Nehemiæ co[illegible] sterent, Vrbisque restaurationē impedirent? non ignari quanta in [illegible] quanta in auctoritate apud regem esset Mardochæus, quorum [illegible] ginta millia hominum de Iudæorum inimicis occisa fuerant, Esther [illegible]

Obiect. 2. *Obiect. 3.* 2. Cur non Regina potius, vel Mardochæus quàm Nehemias V[illegible] dæ facultatem à Longimano petijt? 3. Longimanus mitis ad[illegible] mens erat, adeo vt legum quarundam de principum noxis aspe[illegible] ma castigatione leniret. Ex. ca. cuius corpus verberandum esset, [illegible]

gellari, cuius radendus capillus, huic tiaram solum deponi iubebat. Assuerus rem Estheris quam facile in totius Hebrææ gentis internecionem consensit? iam prompte Amanum principem sibi familiarissimum patibulo addixit? iam tubitò *in Persarum suorum sanguinem & fortunas potestatem Iudæis concessit?*

argumentatur Setarius. 4. Eusebius in Chronico agens de Artaxerxe Longi- *Obiect. 4.*
manu: *ea*, inquit, *quæ de Esther, & Mardochæo scripta sunt, quidam affirmant, sub hoc rege gesta, quod ego non puto. Nunquam enim Esdræ de Esther siluisset, qui scribit hoc tempore Esdram, & Nehemiam reuersos ex Babylone.*

23. Hæc & alia id genus argumenta bene soluit Salianus. Sicuti neque *Ad 1.*
iam Estheris, neque Mardochæi auctoritatem ignorabant hostes vicini Iudæorum, ita nec eos latebat Esdram edictum, Nehemiam *epistolas ad Duces regionum trans flumen*, ab rege obtinuisse, quibus non solum Vrbis reparandæ potestas fiebat, sed etiam opportunum ad id subsidium præbebatur. 2. Esdræ 2. v. 7. Nihilominus remoram iniiciebant operi, ita tamen, vt ex præsumpta regis voluntate, id facere viderentur, causam sui facti prætendentes, famam, qua Iudæi rebellionem cudere ferebantur, & Nehemias regiam affectare dignitatem. Esdræ 6. v. 6. Sic neque regis mandato, neque reginæ aut Mardochæi votis, eam specie tenus resistere se profitebantur.

24. At neque causæ deerant, cur Nehemias de Vrbe reparanda Regi sup- *Ad 2.*
plicaret, vna esse poterat, vt Esther & Mardochæus prius per Nehemiam regis animum pertentarent, deinde vero idoneas rationes inirent, quibus tanti momenti negotium ritè conficeretur. Certè reginam huius rei conscium fuisse, indicat Nehemias cap. 2. v. 6. dum hæc refert: *dixitq; mihi rex & regina quæ sedebat iuxta eum: vsque ad quod tempus erit iter tuum?*

25. Ad tertiam obiectionem respondet Salianus, omnes Persarum prin- *Ad 3.*
cipes ferè austeriores fuisse natura, etiam vsque ad mulieres; nec tamen decesse Artaxerxe seueritatis exempla, nec in Assuero mansuetudinis. Longimanus, inquit, in istam gentis Hebrææ necem consensit quidem, sed circumuentus Amani technis, quibus persuaserat gentem illam sceleratam & imperio noxiã esse. Fraude detecta iustas in Amanum iras concepit, & pœnas decreuit, etsi forte præter fas & morem suum, eas in filios eius extenderit. Credibile autem est Mardochæum & Estherem dedisse operam, vt Iudæi ita in suos hostes arma conuerterent, vt nullum innocentem peterent, sicut ab omnium fortunis manum abstinuerunt, idque regi futurum persuasisse, aliàs tantam cladem non permissuro. Denique Eusebium alia opinione imbutum fuisse non inficior: *Ad 4.*
quanti verò ponderis sit ratio, quam adducit, ex iam dictis num. 16. colligi potest.

* * *

ESTHER

ESTHER I. v.3.

Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium.

SEthus Caluisius in sua Chronologia 1.edit. anno 3.Xerxis, ante Chr[illegible] pocham 483 cyclo Solis 3.Lunæ 13.hoc conuiuium celebratum [illegible] tertia verò editione anno vno citiùs. Cuius doctrinæ non assentiret [illegible] Estherem ad Xerxis imperium referrem. Hunc enim existimo parentem [illegible] sisse anno ante Christi æram 485.anno verò 483. aperiri tertium Xerxis [illegible] 271.& 2.Olymp.74.Errat ergo in 3.editione, *primò* quod initium Xerxis [illegible] num ante Christi æram 486.reuocet, *secundò*, quod anno ante Chr[illegible] cham 484.cyclo Solis 2.Xerxis tertium, Vrbis 269.auspicetur. Ego [illegible] no hoc conuiuium habitum arbitror, anno ante Christ.462.Olymp.[illegible] Petauius anno præcedenti, idque probabile est.

Error Caluisii.

Quando exhibitum hoc conuiuium.

ESTHER II. v.16.

Quando id gestum.

1. D*Vcta est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui vocatur Te[illegible] septimo regni eius.* Hoc incidit in annum ante Christi epocham [illegible] notat Petauius lib.12.cap.39.& Salianus ann.m.3596.num.42.intelligens [illegible] mensis Tebeth initium, qui inijt, vt puto, circa diem 28.nostri Decembris [illegible] fortè acciderit, vt annus iste Iudæis esset Embolymæus.

2. Caluisius in 1.editione hoc inscribit anno suo ante Christum [illegible] tertia vero, anno 480.Esther, inquit, in thalamum regis Xerxis recipi[illegible] se 10.siue mense Tebeth, qui incipit die 24.Decembris feria 6. [illegible] 7.regni Xerxis. Hi sunt characteres anni ante Christi æram 482. [illegible] cyclus Lunæ 14.Solis 4.Ex quibus apparet huius auctoris inconstantia [illegible] eandē diuersis annis adscribit. Nec est, quod dicat saniora esse posteriora [illegible] lia: annus enim ille quem in tertia editione septimum vocat, non est [illegible] tus, vt ex serie Chronologiæ ipsius apparet, nec rationem vllam affert [illegible] ferre potest, cur annum tertium, quo celebratum est conuiuium, & [illegible] mum quo decreta fuit Iudæorum cædes à morte Darij; septimum [illegible] gijs nuptijs festiuum ab altiori principio deducat. Taceo eum differre [illegible] gistro suo Scaligero, qui hoc coniugium differt ad finem anni septimi [illegible]

Græcus textus cū Latino cōciliatur.

3. Habent hoc loco Græca exemplaria Estherem adductam [illegible] mense 12.septimi anni: quia nimirum ad regem mense decimo tanquam [illegible] cubina venerat, vt habent Latina & Hebræa: mense autem 12.tanquam [illegible] vt est in Græco. Quod bene aduertit Serarius hic q.4. & indicat [illegible] lib.11.Antiq.cap.6. dum scribit: perducta vero Esthere, delectatur [illegible] suetudine, & amore correptus legitimam coniugem sibi adiunxit, [illegible]

celebrauit, anno regni sui septimo, mense duodecimo, qui Adar dicitur. Huius autem mensis Neomenia non procul à 24. Februarij abfuit, ann. ante Chr. 457.

ESTHER III. v. 7. 12. 13.

VErs. 7. *Mense primo, (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri missa est sors in vrnam, quæ Hebraicè dicitur phur, coram Aman, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici, & exiuit mensis duodecimus, qui vocatur Adar.* Anno ante Chr. 453. labente aperitur mihi annus duodecimus Longimani, quo brevi ad eundem annum duodecimum spectet mensis Nisan, qui inijt anno sequenti, nempe ante Chr. 452. iuxta ea, quæ ad cap. 1. & 2. Nehemiæ notavi. Itaque primus iste mensis cœpit anno ante Christi æram 452. sub finem Martij, aut Aprilis initium, cyclo Solis ac Lunæ 6. mensis autem duodecimus cum hic fit mentio, incidit in annum ante Chr. 451. circa 18. Febr. *Quoto anno ante Chr.*

Vers. 12. *Vocatiq; sunt scribæ regis mense primo Nisan, tertia decima die eiusdem mensis & scriptum est, vt dixerat Aman.* Ita habent Latina, Hebraica, Græca: dies autem 13. Nisan haud longe aberat, à 12. Aprilis ann. ante Chr. 452. *Ann. ante Chr. 452.*

Vers. 13. *Vno die, hoc est, tertio decimo mensis duodecimi.* Hebræus cum Latino congruit: Græcus autem nullam diei 13. mentionem facit. Mensis iste 12. illuxit circa diem 18. Februarij, anno ante Chr. 451. sic tertiadecima eiusdem accedebat ad secundam Martij Iuliani illis temporibus accommodati. *Ann. ante Chr. 451.*

ESTHER VIII. v. 9. & 12.

VErs. 9. *Accitiq; scribis & librarijs regis, (erat autem tempus tertij mensis, qui appellatur Siban) vigesima & tertia die illius, scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochæus voluerat.* Ita habent cum Latinis, Hebræa, & Chaldaica, anno nempe ante Chr. 452. quando tertius mensis Iudaicus oriebatur circa diem 29. Maij, & vicesima tertia Siuan. parum aut nihil à 20. Iunij remota erat. Græca hic pro tertio mense primum exhibent: an quia mense primo primi cursores, in prouincias remotiores, vltimi vero in viciniores tertio tandem mense expediti fuerunt? Hoc nempe negotium primo mense inchoatum tertio expeditum est, vt insinuat Seranus Esther 9. q. 29. Salianus an. m. 3601. num. 48. *Hoc mense 1. inceptũ 3 finitum.*

Vers. 12. *Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est, tertia decima mensis duodecimi Adar.* Consentiunt Hebræa & Græca. Vltio hæc iuxta mea ratiocinia, destinabatur in annum ante Chr. 451. quo 1. dies Adar præter propter in 18. Februarij incurrebat.

ESTHER XI. v.1.&2.

Philometore.

VErs.1. *Anno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra.* Cùm non lemęo Philometori & Euergetę, sed etiam Epiphani, vxori patra fuerit, merito quispiam dubitauerit, quisnam istorum trium telligendus sit? Philometorem regem Ægypti ab Alexandro M interpretatur Pererius lib.13 in Dan. quem laudat & sequitur Sal 3602.numer.13. idque probabiliter ex Iosepho colligunt, quibus pionem, *Philometor*, ait, *Ptolemæus, & eius vxor Cleopatra, anno regni Iudæis, & duces totius ferè militiæ Onias & Dositheus Iudæi* &c. Annus Philometoris Saliano incidit in annum ante Christi æram 176. anno 177.

Vers.2. *Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, prima die Nisan, Mardochæus.* Idem habent Græca cap.1.v.1. Hæc autem contigerunt bitror ante Christ.462.circa diem 22.Martij quæ tunc in festum Solis 24.lit.Dom.F.cyclo Lunæ 15.Epacta 9.

ESTHER XIII. v.6.

Quia in diem 13. cades erat destinata.

NVllusque eorum misereatur quarta decima die duodecimi mensis *tis.* Hanc 14. diem exprimunt Græca, dum hanc Regis epi runt cap.3. at alibi passim in hoc libro, dies 13. Iudæorum nec in Latinis, Hebraicis, Græcis, Chaldaicis, & apud Iosephum. Artaxerxis edictum recensetur. Quod ita explicat Seratius cap.3.§.7 tur: *nullus misereatur eorum 14. die*, hoc est, ita pridie cæsi fundi vt cuius misereri liceat, nullus die 14. supersit, quam explicationem Salianus ann.m.3601.num.9.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN PROPHETIAM ISAI

CAPVT I. v.1.

Visio Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam & Ierusalem, in diebus Ozæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.

QVÆSTIO I.

Quamdiu vaticinatus sit Isaias.

OZias, qui & Azarias, regnare cœpit, vt teor, anno ante æram Christi 812. regnauitque annos Chronologicos 52. Ioatham 16. Achaz 15. Ezechias 29. ex quibus colliguntur anni 112. qui si tollantur de 812. relinquent annum ante Christi Epocham 700. quando ex meis rationibus, Manasses Ezechiæ successit. Non toto tamen annorum 112. interuallo vaticinatus est Isaias: siquidem ab enthronismo Oziæ, suas prophetias non est auspicatus, vt inter omnes constat. sed queri solet, quoto anno regni Oziæ id fecerit. *Status q. explicandus*

2. Bellarmin. de Script. Eccl. in Isaia ex S. Hieronymo in cap. 1. Oseæ, & Eusebio in Chronico, in communi notat, Oseæ ante Isaiam prophetasse, sub Ozia, ac proinde Isaiam non cepisse ab initio regni Oziæ prophetæ munus exercere: Cornelius verò in Harmonia Chronologica, quam commentarijs in Isaiam præfixit, in specie hæc notat. *Isaias, si credimus Eusebio, præcisè cœpit prophetare ann. 17. Oziæ.* Quod tamen in dubium reuocat Caspar Sanctius, negatque id apertè ex Eusebio, vel aliunde constare. Eusebius enim, dum Oseæ, & Isaiam in illum annum 17. conjcit, nihil aliud forte intendit, quàm illos tempore Oziæ claruisse, aut vnum ex illis aliquem prophetiæ initium dedisse: id autem omnium primo Oseæ tribuitur, & initio suæ prophetiæ indicasse videtur, cum cecinit: *Principium loquendi Domino in Osee.* Neque occurrit ratio, cur Oseæ ante illum annum 17. Vatis functiones obiisse, aut eodem anno plures prophetas vaticinari cœpisse dicamus. Imo cum Oseas se vaticinatum sub Ieroboam rege Israel moneat; huius autem regis nulla apud Isaiam fiat mentio: suspicari possumus, Oseam eo tempore oracula edidisse, quo Ozias Iudæis, Ieroboam Israelitis imperabat, Isaiam vero regnante quidem Ozia, sed Ieroboamo iam vita functo ad prophetandum accessisse, vt insinuat Bellarminus, disertèque asserit Torniellus ad ann. m. 3253. num. 2. Salianus an. 3255. num. 1. ad annum Oziæ trigesimum. *Quando cœperit Isaias prophetare varia opiniones.*

3. Imò Gordonus ad annum vltimum Oziæ, prima Isaiæ vaticinia differre videtur, vbi: *Isaias*, ait, *prophetat hinc, vsque ad Manassen, à quo serra dissectus est*, & clarius Caspar Sanctius Isaiæ 6. numer. 29. & 30. tradit Isaiam primum prophetasse, non quidem Ozia mortuo, sed eo anno, quo Ozias excessit, adeo, vt si temporis ordinem spectes, initium prophetiarum Isaiæ, ab ea visione, quæ cap 6 describitur sumendum sit: ea verò, quæ primis quinque capitulis continentur, post illustrem illam visionem prædicta fuerint. Cuius interpretationis patronos laudat S. Hieron. & Carthusianũ, affertq; rationem, quia Isaias cap. 1. Optimates Hebræorũ, vocat Sodomorũ principes. Deinde alia quæ ante c. 6.

notata sunt, prophetiæ libertatis plena, ab alijs quam inflammati[illegible] videntur oriri potuisse.

Pulchra supputatio S. Hieron.

4. Verum, vt ab vltimo incipiam, si auctoritate S. Hieronymi [illegible] oracula quinque primis capitibus consignata ad Oziæ tempora [illegible] sio autem Dei excelso in solio residentis, ad Ioatham: sic enim S. Do[illegible] lib. 3. in Isaiam scribit: *Sub quatuor regibus prophetasse Isaiam super Iudam [illegible] lem, primæ visionis titulo demonstratum est, id est, sub Oziæ, Ioatham, Achaz, [illegible] Mortuo ergo Ozia. sub quo dicta sunt vniuersa, quæ supra exposuimus, [illegible] Ioatham, qui regnauit annis 16. & fecit rectum in conspectu Domini, & [illegible] ædificauit excelsam. Quo imperante vidit Isaias sedentem Dominum super [illegible] sum & eleuatum vt habitum regnantis ostenderet.* Eadem inculcat ad [illegible] quem sequitur Hector Pintus Isaiæ 7. & Torniellus ad ann. m. [illegible] tradunt Isaiam regnante Ozia, ea prophetasse, quæ primis quinque [illegible] prophetiæ eius conscripta sunt: quæ vero sexto capite traduntur, [illegible] Ioatham: quæ cap. 7. ac etiam fortè octauo, in diebus Achaz: [illegible] finem prophetiæ, temporibus Ezechiæ prænunciata esse.

Vnde tãtus feruor in Isaia.

5. Libertas & verborum energia, quæ primo capite se prodit, [illegible] spiritus feruore procedere potuit, antequam ignito calculo Isaiæ [illegible] rentur. Neque verò calculus iste ori illius admouebatur, quod tunc [illegible] prophetiæ infunderetur; vt expiaretur id, quod tacendo admiserat, [illegible] cant illa verba: *Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, [illegible] tuum mundabitur.* Isa. 6. v. 7. id est, mundaberis à peccato, vt ibidem S. [illegible] terpretatur.

Non cœpit à cap. 6.

6. Existimo itaque *primò*, visionem cap. 7. descriptam, non [illegible] omnia illa, quæ præcedentibus capitibus habentur. Huius assem[illegible] habeo non solum paulo ante laudatos S. Hieronymum, Bellarmin[illegible] tum, Gordonum, Torniellum, Salianum, & Cornelium in Harmon[illegible] nologica: sed etiam S. Gregorium hom. 14. in Ezechielem vbi [illegible] *Ozias rex superbus moritur, Dominus videtur: quia cum mundi huius [illegible] rio mentis occiditur, tunc ipsa mens Dei gloriam contemplatur.* Vide notas [illegible] v. 1. num. 3.

Neq; ante 17. Oziæ.

7. Existimo 2. Isaiam ante annum 17. Oziæ non edidisse [illegible] non sit ratio, quæ id suadeat; imo hoc concesso, vita longior [illegible] signanda foret. Siquidem ab anno 17. Oziæ, vsque ad primordia [illegible] anni circiter 96. numerantur. Quoto autem Oziæ anno cœperit [illegible] ri, ambigo; etsi valde probabile mihi videatur, eum non nisi [illegible] boamo cœpisse. Vltimum autem annum regni & vitæ Ieroboami, [illegible] ziæ compono.

8. Dices: quomodo temporibus Oziæ, quando Iudæi nihil aduersi patiebantur, conuenire possunt obiurgationes quibus in eos primis capitibus Vates inuehitur? qualis est ista cap. 1. vers. 5. 6. 7. *Super quo* percutiam vos vltra addentes prauaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & liuor, & plaga tumens non est circumligata nec curata medicamine, nec fota oleo. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, &c. Resp. his propheram alludere ad Ioas & Amasiæ tempora, quorum ille auus; hic Iosiæ parens fuit, vterque impius, & idololatriæ vitio infamis, & à suis interfectus. Sub Ioaso, per Syros populo Iudaico plagæ graues inflictæ sunt, 4 Reg. 12. v. 17. & 20. Sub Amasia vulneribus nondum sanatis noua vulnera addiderunt Israelitæ, vt latè describitur 4. Reg. 14. vers. 12. *Percussusque est Iuda coram Israel, & fugerunt vnusquisque in tabernacula sua, Amasiam vero regem Iuda filium Ioas filij Ochoziæ cepit Ioas rex Israel in Bethsames ciuitate Iuda, & adduxit eum in Ierusalem, & interrupit murum Ierusalem, à porta Ephraim, vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis. Tulitque omne aurum & argentum, & vniuersa vasa, quæ inuenta sunt in domo Domini, & in thesauris regis, & obsides, & reuersus est in Samariam.* Et infra de Amasia rege Iuda, v. 19. *Factaque est contra eum coniuratio in Ierusalem, at ille fugit in Lachis. Miseruntque in Lachis, & interfecerunt ibi.*

Obiectio.

Resp. ad Ioas & Amasiam alludit. cap. 1.

Calamitates regni Iuda.

9. Regnante Ozia, cum mortuus esset Ieroboam rex Israel, non nisi intercedo annorum circiter 12. interuallo, successit Ieroboamo parenti suo Zacharias, quem sex menses regno potitum interfecit Sellum filius Iabes. Hunc regni inuasorem, post mensem dierum trucidat Manahem, qui inter cætera regum parricidijs annecti solita *tunc percussit Thapsam & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa: noluerunt enim aperire ei. & interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas.* 4 Reg. 15. v. 16. Idem ad regnum sibi stabiliendum aduocauit Phul Assyrium, ingenti totius Israelitidis damno. ibid. v. 19. & 20. Exacto regni decennio, filiũ quidem hæredem principatus reliquit, sed hunc post biennium regno & vita spoliauit Phacee, anno 52. Oziæ. Quæ tempestas vicinum Iudæ regnum afflauit, cuius vulnera si curata fuissent, Ozias tot occasiones decem tribus ad sceptrum Dauidicum reducendi minimè neglexisset. Vide si placet alias illius loci interpretationes apud Cornelium Isa. 1. v. 5. & alios ibidem: ex quibus intelligi facile est, ea quæ Iudæis à Propheta obijciuntur, vltimis Oziæ annis non incommodè occini potuisse.

Miser status Israel & Iudæ sub Ozia.

10. Solet quidem Scriptura diuina maximè in Prophetis temporis ordinem negligere, ita vt Prophetia, quæ prius contigit, posterius describatur, & è contrario; vt monet S. Hieronymus ad cap. 25. Ieremiæ, initio: *non enim*, inquit, *curat Prophetia tempora conseruare, quæ historiæ leges desiderant, sed scribere vtcumque audi-*

Notandæ de ordine temporis.

audientibus, atque lecturis vtile nouerant. Vnde & in Psalterio malè quidam [illegible] *historiæ psalmorum requirunt ordinem*. Hanc regulam disertè approbat [illegible] retus in cap. 21. Ieremiæ, cuius verba ibidem referam. Et in Ezechiele [illegible] ad illa verba: *Et factum est, in vndecimo anno*. Hoc loquendi genus, ait, [illegible] miam quoque Prophetam reperitur: etenim ille sparsim apponit [illegible] priore loco positis, quæ regnante Sedecia gesta sunt, qui postremus [illegible] rursum quæ ad Ioakim pertinēt recenset. Consentiūt Hugo & Lyra [illegible] 25. Castrius Isagoge in Ierem. cap. 3. Dionysius Ierem. 25. Cornelius [illegible] nus ad annum m. 3540. num. 27. & alij passim. Prolepses tamen, [illegible] arbitrio, non sunt excogitandæ, neque absque efficaci probatione [illegible] dum audiui) concesserim prima quinque Isaiæ capita, cum omnibus [illegible] bus, ordine temporis sexto capiti postponenda. Esto nonnullæ partic[illegible] tan inserantur, quæ ad Achaz vel Ezechiæ tempora spectent. Solum [illegible] planiorem videri eorum interpretationem, qui hunc Euangelicum [illegible] tam, annis saltem pauculis sub Ozia prophetasse autumant.

Isaias sub Manasse serra dissectus.

11. Isaiam vsque ad Manassæ regnum vitam produxisse, illiusque [illegible] emptum, constans est auctorum sententia, quam adstruit Marty[illegible] Rom. quo pridie Nonas Iulij hæc pronunciantur: *In Iudæa S. Isaiæ Prop[illegible] sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit*. S. Hieronymus tum alibi, [illegible] cem lib. 15. in Isaiam asserit, hanc esse certissimam apud Hebræos [illegible] atque à plurimis Christianorum receptam. Idem tradit Tertullianus [illegible] tra Marcionem, S. Epiphanius tomo 2. de vita & morte Prophetarum [illegible] rus de vita & morte Sanctorum, cap. 37. S. Augustinus lib. 18. ciuit. [illegible] sti Siculi & alij veteres, quibus magno consensu subscribunt rece[illegible] Bellarminus, Gordonus, Torniellus, Sanctius, Cornelius, &c.

12. Cur igitur huius prophetiæ exordium Manassæ nomen reticet [illegible] rex sceleratus exprimi non meruit? An quia exiguo, & quasi nullo [illegible] illo prophetauit Isaias? Hæ causæ graues mihi non videntur, nam & [illegible] hic nominatur, fuit robustæ improbitatis, & nonnulli auctores Isaiam [illegible] tantum Oziæ anno vaticinatum putant. Quamobrem, crediderim [illegible] suppressum Manassæ nomen, quod nullum eorum, quæ in volumine [illegible] ta sunt, oraculum sub Manasse Vates ediderit: licet nec populi mo[illegible] guere, nec regem ipsum officij commonefacere destiterit.

Liber eius vltra 96. annos non excurrit.

13. Ex dictis colligo 1. Prophetias hoc Isaiæ libro contentas, [illegible] vltra 96. annos: plures enim à decimoseptimo Oziæ, vsque ad Manassæ [illegible] parum non effluxerunt. 2. Ex eorum ratiocinijs, qui has prophetias [illegible] postremo Azariæ deducunt, non produci vltra annos 61. quorum [illegible] rit, partim Oziæ, partim Ioatham. 3. Si rationes ad calculos exacti [illegible]

tur, non constare, quot annorum vaticinia hic liber complectatur: cum dubium sit, quoto anno regni Oziæ primum, quoto Ezechiæ vltimum fuerit pronunciatum. Illud certum atque indubitatum est Isaiam diu vixisse, eiusque tempore, admiranda quædam in Orbe contigisse, quæ ad annos expansos Oziæ breuiter annotaui. *Non constat quamdiu prophetarit.*

ISAIÆ VI. v. 1.

In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum &c. & clamabant alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum.

QVÆSTIO II.

Vtrum viuo Ozia hoc vaticinium editum fuerit.

1. ETsi Chaldæus hic insinuet, & Rabbi Salomon apud Lyranum asserat hæc accidisse eo anno, quo Ozias quasi ciuiliter mortuus, ob lepram à communi hominum consortio separatus est: communis tamen & vera interpretatio hunc locum exponit de morte naturali, quam obijt Ozias anno regni sui 52. ante æram Christi, vt supputo 760. ab Orbe creato 3281. à diluuio 1625. Nati Abrahæ 1243. ab Exodo 738. Templi fundati 259. Regni Israel 222. Olymp. 5. anno 1. instante vel ineunte Vrbe necdum condita. Cornelius verò ex tabula, quam vt probabilem Genesi præfixit, inscribit hoc vaticinium anno m. 3256 ante Chr. 814. Torniellus anno m. 3278. à diluuio 1622. à Templo fundato 256. Regni Israelis 219. Olymp. 1 anno 1. Salianus vnico anno Torniellum præuertit, additque hunc annum fuisse ante æram Christi 777. *Non quãdo in leprã incidit.*

2. Superstite adhuc Ozia, hanc visionem S. Vati obtigisse putat Sanctius vt q. præced. monebam, cuius sententiam approbare videtur Salianus an. m. 3277. num. 3. incertum esse ait Cornelius hic v. 1. Quod verum esto. Si Scripturæ verba pensemus, quibus Latinè, Hebraicè, Græcè, simpliciter hæc visio tribuitur *anno quo mortuus est rex Ozias*. *An sub Ozia.*

3. Malo tamen eorum sententiæ subscribere, qui post Oziæ mortem hoc vaticinium differunt: quod apertè docet S. Hieronymus q. præc. num. 4. relatus, & epist. 142. ad Damasum. *Leproso rege*, ait, *& quantum in se est, sacerdotium diffamante, Isaias visionem videre non potuit.* In eandem interpretationem conspirant S. Chrysostomus, Procopius, Glossa Ordinaria in hunc locum. Origenes hom. 1. in cap. 2. Iudicum, Pintus, Torniellus locis paulo antè indicatis. Accedit Salianus, an. m. 3290. n. 1. qui disertè affirmat totum caput sextum Isaiæ ad Ioathamū pertinere, nec posse omnia, quæ primis quinq; capitibus Isaias conscripsit, ad *Conclusio sub Ioatham.*

ad vltimum Oziæ annum referri: Siquidem anno Oziæ 30. num. 1. ... de pace, quâ tunc Iudæi fruebantur hæc subnectit: *Sed eam pacem, ... dantiam, vt assolet, multa magnaque pe... a comitabantur. Itaque suscitauit ... tempore, mortuo iam Ieroboamo, Isaiam Prophetam omnibus nominibus ... peccata populi grauissima oratione castigaret. Audite cœli, & auribus percipe ...* si hæc Visio sub Ozia accidit; nescio quid in hoc libro assignari po... te Ioathamo ab Isaia prædictum.

Quamdiu fluerit Isaias.

4. At neque antiqui patres docent, toto tempore regni Oziæ ... tacuisse; sed solum ex quo Sacerdotij munus sibi arrogans in lepram ... ciderat, vt exprimit S. Hieronymus: non enim ignorabant cæteri, qu... bri exordio tradit Isaias. Neque dicendum est, nihil in regno Ioath... natum fuisse Isaiam: hoc enim, *non bene consentit, cum primus verbis ... prophetasse scribitur sub Ozia, Ioatham, Achaz, Ezechia*, vt ait Sanctius Is...

ISAIAE VII. v. 1.

Initiũ regni Achaz.

1. *ET factum est in diebus Achaz, filij Ioatham, filij Oziæ regis Iuda, ascen... Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel in Ierusalem ad præliandum ... non potuerunt debellare eam.* Achaz Ioathamo parenti successit, cum Ph... iam decimo septimo in Israelitide imperaret, 4. Reg. 16. v. 1. anno ... Christi æram 744. quo inijt primus Olymp. 9 & 18. Phacee, qui ab O... datus est, anno 20. quàm Ioatham regnare cœperat, 4. Reg. 15. v. 30. ... no 4. Achaz, vt suis locis indicaui.

Quando Rasin & Phacee cõspirarũt

2. Videtur hæc conspiratio Rasin & Phacee contra Iudæam sub ... Ioatham coaluisse, sub Achaz verò inualuisse. Dicitur enim 4. Reg. ... *diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudam Rasin Regem Syriæ & Phacee ...* Mox subijcitur obitus Ioatham, & statim initio cap. 16. enthronis... ac deinceps eiusdem improbitas: tum v. 5. *Tunc ascendit Rasin rex Syriæ ... filius Romeliæ rex Israel in Ierusalem ad præliandum: cumque obsiderent Achaz ... runt superare eum.*

Corollarium 1.

3. Hinc colligo *primo* ab ea visione, quæ cap. 6. refertur, vsque ad ... describuntur, præterijsse annos vt minimum 16. quibus inter Oziam ... regnauit Ioathamus; vt summum autem 20. computari posse: qui ... simo ab enthronismo Ioathami Phacee interijt. *Secundò*, hæc gest... 2. aut 3. aut denique 4. Achaz non absoluto: tunc enim Phacee occ...

Corollar. 2 Quando euersum Israelis regnum.

ISAIAE VII. v. 8.

Et adhuc sexaginta & quinque anni & desinet Ephraim esse populus.

QVAESTIO III.

Vnde hi 65. anni computandi sint.

NOmine Ephraim intelligitur regnum Israel, siue 10. tribus, quæ relicto Roboamo Salomonis filio, primum regem sibi elegerunt Ieroboam de tribu Ephraim. Euersum est autem hoc regnum anno 6. Ezechiæ, quo *capta est Samaria, & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitque eos in Hala & Habor &c.* 4. Reg. 18. v. 10. & 11. Tunc Ephraim desijt esse populus, vt fert communis sententia. Quod longè ante Isaiam prædixerat Amos cap. 5. vers. 27. *Migrare vos faciam trans Damascum.* Et cap. 7. v. 11. Hæc dicit Amos: *In gladio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua.*

2. Iacto hoc fundamento, erigi nequit istorum 65. annorum Epocha eo tempore, quo hæc loquebatur Isaias, regnante in Iudæa Achazo: hic enim non nisi ad annum regni 16. peruenit: adde sexcennium Ezechiæ, mox ab Achazi obitu consecutum & confient 22. Itaque licet hoc Isaiæ vaticinium, ad annum, 1. Achaz referatur; inde tamen vsque ad excidium regni Israelis non vltra 22. annos colligemus. *Non ab hoc vaticinio.*

3. S. Hieronymus in hunc Isaiæ locum, ex Hebræorum traditione hos annos accersit à vaticinio Amos, quo regni Israelis euersionem denunciauit, q.d. ab eo tempore, quo Amos 10. tribuum abductionem prædixit, vsque ad rei denunciatæ euentũ, sunt 65. anni, quibus euolutis *desinet Ephraim esse populus*, hoc est, euertetur Israelis regnum, ab Ieroboamo Ephraimita quondam erectum. *Volumus autem* inquit S. Hieronymus *fuisse vigesimum quintum Oziæ, quando hæc acciderunt,* (nempe quoad prædictionem Amos) *cuius reliqui anni sunt 27. Ozias enim regnauit annos quinquaginta duos, post eũ regnauit Ioathã filius eius annis 16. & huius filius Achaz annis aliis 16. post quem regnauit Ezechias, cuius sexto imperij anno capta Samaria est, atque ita effici simul annos sexaginta quinque.* Quam computationem cùm non refutet S. Doctor nec aliam afferat; approbare videtur, sicut approbant, Haymo, S. Thomas, Procopius, Hugo, Cornelius: quibus assentior. Siquidem anno ante Christum 724. aperio sextum Ezechiæ. Adde 64. exurget annus ante Christum 788. in quem incidit annus 2. Ozię. Si regnum Israel expirante anno 6. Ezechiæ interijt, hi 65. anni à vigesimo quinto Oziæ excluſiuè cõputabuntur: si ineunte; inclusiuè. Sic ab hac supputatione non recedit Lyranus hic, dũ hunc annorum numerum à 26. Oziæ deducit, nempe terminis vtrimque inclusis. *Sed ab anno 25. Oziæ, quo hoc Amos prædixit.*

4. Qui Achazo pauciores annos, quam 16. Chronologicos attribuunt, vel interregnum post Oziam non nisi vndecim annis definiunt, difficile ad communes rationes suos calculos reuocant, sicut & Torniellus, qui ad an. m. 3248. horum 65. annorum Epocham ad calcem anni 23. Oziæ constituit. Salianus *Quorundam ratiocinia intricata.*

vero ad an.m.3250.num.13. ait, non constare quidem ad quam prop[...] saias hisce 65.annis deducendis respexerit, nec traditionem Hebræ[...] re fidem: nostram nihilominus sententiam esse communem.

Interpretatio Sanctij.

5. Sanctius in cap. 7. Isaiæ num. 18. censet Vatem non tam num[...] qui à prophetia Amos vsque ad Samariæ excidium decurrerunt, qua[...] ab eadem prophetia, ad illum vsque articulum transacti sunt, quo h[...] nebat, quasi diceret: *cadet Samaria, sicut 65. abhinc annis prædictum fuerat*[...] nempe vt ipse putat cap. 4. *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in mo[...] riæ, &c. Ecce dies venient super vos, & leuabunt in contis, & reliquias vestras in [...] tibus.* Summam autem 65. annorum hac ratione colligit: de annis Oz[...] dos ait 38. aut etiam 40. & complures, tum 16. regni Ioatham, et qu[...] fiunt 54. reliquos ex Achazi, & Ezechiæ temporibus decerpit.

Interpretatio Cornelij aptior

6. Hæc supputatio duriuscula mihi videtur: aptior autem est qu[...] muni sententia profert Cornelius, dum huius oraculi eum sensum e[...] d. *Ego Isaias repeto, & confirmo prophetiam Amos, quæ vulgo nota ac trita est, [...] ab eius vaticinio inchoando, post 65. annos vastabitur Samaria.* Deinde si de [...] Oziæ sumantur 38. oportebit post mortem Ozię alios 27. adscisce[...] quod dici nequit. Nam à morte Oziæ, vsque ad occisum Phacee, [...] rantur nisi 20. anni, 4. Reg. 15. v. 30. Cùm autem hæc denunciabat [...] bat Phacee, & cum Rasin in Iudæam sæuiebat. Adhæc de annis Ac[...] 4. anni vt summum, (vel vt puto biennium) sumi possunt: his adde [...] exurgent 20. & vt habeatur summa 65. annorum, accipiendi erunt [...] Ozię: quibus à 52. detractis remanebit annus Ozię septimus, quo [...] acto Amos prophetauerit, quod est contra communem auctorum [...] negant aut Amos aut Osee, ante annum 17. Oziæ prophetasse.

Computus quorundã falsus.

7. Vatablus & Forerius ab anno 17. Ieroboam, vsque ad Samar[...] hos 65. annos producunt, hoc modo. Manahem regnauit 10. annos [...] Osee 9. vniuersè 41. quibus adijciunt ex annis Ieroboam 24. vt colli[...] remaneat annus 17. Ieroboami, qui annos 41. regnauit. Sed & h[...] tum alij merito facessere iubent. Nam vt in libros Regum notatu[...] Israeliti de regnum adijt, anno 15. Amasiæ: huic successit Ozias, [...] 27. ex quo Ieroboam cum patre regnare cœperat: sed circiter 16. [...] boam post patris sui obitum imperarat. Sic rex iste cùm annos 41. [...] tinctus est anno 27. Oziæ, vt clarè indicant tabulæ nostræ expu[...] num ante Christum 786. quibus inspectis, sine mora, sine labore [...] cula remouentur, quæ horum temporum Chronographiæ à quibus[...] ciuntur.

Obiectio 1.

8. Obijcies 1. cum Saliano an. m. 3250. numer. 13. Amos non [...]

mus contra Israelem: sed multo ante eum Ahias Silonites sub Ieroboamo I. 3. Reg. 14. v. 15, Dominus *euellet Israel de terra bona, quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans flumen*. Verum id non officit communi sententiæ, quæ 65. annos non à prima omnium de casu Israelis prophetia, sed à magis celebri, *vulgo nota & trita*, vt loquitur Cornelius. *Resp.*

9. Obijcies 2. Hebræi tradunt Oziam lepra aspersum, anno 27. regni sui, quando terræ motus fuit, biennio post vaticinium Amos: hoc autem secundum communem sententiam admitti posse non videtur. Nam Ioathamus annos 25. natus regnare cœpit, 2. Paralip. 27. v. 1. antea vero idem *rexerat domum regis & iudicabat populum terræ*. Ibid. cap. 26. vers. 21. quando scilicet Oziam lepra tenebat. Tolle 25. annos Ioathami regnum defuncto patre adeuntis, de 25. remanebunt 27. anni regni Oziæ ante natum Ioathamum: quomodo ergo tunc loco parentis leprosi Aulam ipsius regere, & populum iudicare potuerit? *Obiectio 2.*

10. Vt commoda responsio detur; aduertendum *primò*, quatuor ab Hebræis tradi. 1. Amos Israelis ruinam prædixisse anno 25. Oziæ, 2. inde numerari istos 65. annos, quorum hic meminit Isaias, 3. terræ motum contigisse anno 27. Oziæ, 4. tunc Oziam lepra infectum. *Secundò*. Amos reuera prophetasse, *ante duos annos terræ motus*, Amos 1. v. 1. *Quædam notanda.*

11. His animaduersis responderi potest 1. licet Hebræi in quarto puncto fortasse hallucinentur; id tamen non obstare, quo minus de tribus alijs traditionibus fides eis adhibeatur, accedente eorum Christianorum testimonio, quos num. 3. recensui: præsertim cum nulla idonea ratio sese offerat, qua refutentur. *Vtile* enim *per inutile vitiari non debet*. Hinc Salianus numer. 3. traditionem de terræ motu recipit; de lepra falsam putat. *Ad 2. obiect. resp. 1.*

12. Responderi potest 2. Ioathamum duplex habuisse regnandi initium, 1. parente lepram contrahente, & tunc fuisse 25. annorum. 2. Ozia mortuo, & hinc annos 16. imperasse. Ozias enim 16. *annorum erat cum regnare cœpisset*. 4. Reg. 15. v. 2. potuit ergo anno 27. regni sui habere filium 25 annos natum. Sic Ioatham viuo adhuc parente, 25. circiter annos, mortuo 16 principatum administrasset; in viuis 66. egisset. *2.*

13. Respondet Cornelius 3. aliquos fortè dicturos; Optimates pro Ozia & Ioathamo puero administrasse regnum, donec Ioathamus ad ætatem rebus gerendis idoneam perueniret. Torniellus & Salianus terræ motum anno 25. Oziæ inscribunt: quod si ita est; Amos anno 23. de 10. tribubus trans flumen abducendis, prophetauerit. Mea verò opinione commoda ea prophetia anno 25. Oziæ tribuitur, indeque æra istorum 65. annorum deriuatur. *3.* *Opinio quorundã.*

ISAIAE VII. v. 14.

Quando edita hæc prophetia.

Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. D[illegible] hoc oraculum vno è quatuor primis annis Achaz fusum est: anno [illegible] circiter 743. ante Christi Epocham, quo mihi exoritur annus 2. Achaz [illegible] lius hoc vaticinium tribuit anno 4. Achaz ante Christum 742. id est [illegible] garem Christi æram 744. tabula enim qua ille vtitur, biennio hanc [illegible] uertit. Torniellus anno 2. Achaz. Olymp. 5. pariter 2. cui suffragatur [illegible] & hunc annum vocat ante Christum 758. hoc est, ante æram eiusdem [illegible] tauius annum 2. Achaz cum anno ante Christi Epocham 740. comp[illegible]

ISAIAE XIV. v. 28.

Ad gestum mortuo Achaz sub Ezechia.

1. IN *anno, quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud: ne lætetis Phi[illegible] tu.* S. Hieronymus hanc prophetiam anno 1. Ezechiæ editam [illegible] Propheta insinuat Palæstinos Achazo mortuo lætatos, dum [illegible] *Philistæa.* Idem tradit Lyranus, & Cornelius in hunc locum. Qua[illegible] confirmare voluit Deus Hebræorum animos, *& excitare ad bene [illegible] noui regis auspicatissimo regno,* inquit Sanctius.

Quoto anno ante Chr.

2. Hoc vaticinium, atque adeo annum primum Ezechiæ Corne[illegible] anno ante Christum 742. hoc est, ante æram eiusdem 744. Salianus [illegible] tauius 727. enthronismum Ezechiæ notat: ego 728. aut 729.

Præclara ex S. Hieronymo.

3. S. Hieronymus in hunc locum sic scribit: Quatuor reges Iud[illegible] Prophetæ legimus esse præpositos Oziam, Ioatham Achaz & Ezech[illegible] gulis sibi ordine & sobole succedentes: quorum Oziam mortuum [illegible] mus, referente Isaia: *anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem [illegible] lium excelsum & eleuatum.* Ex quo intelligimus & visionem sedentis D[illegible] ea quæ præcipiuntur Prophetæ, vsque ad eum locum vbi scriptum [illegible] *binthus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos, semen sanctum erit germen* [illegible] nem 6. capitis) sub Ioatham rege prophetata. Tertius successit Achaz [illegible] tham filij Oziæ regis Iuda, sub quo ascendit Rasin rex Syriæ, & [illegible] Romeliæ rex Israel in Ierusalem ad præliandum contra eam, & [illegible] scriptura commemorat. Igitur sub Achaz, vsque ad præsentem [illegible] nunc exponere nitimur, omnia quæ in medio posita sunt, [illegible] cognoscimus: quo mortuo, quartus, id est, vltimus successit Ez[illegible] chias, sub quo omnis vsque ad finem texitur liber.

ISAIÆ XVI. v.14.

1. IN *tribus annis, quasi anni mercenarij, auferetur gloria Moab.* Huius loci adeo incerta & obscura est intelligentia, vt vix quicquam lucis à Chronologia possit accipere. Rabbi Salomon apud Lyranum, putat Moabitas vastatos, partim quod contra filios Israel in deserto Balaam mercede conduxerint, partim quod Assyrio tres annos Samariam obsidenti auxiliares copias submiserint. At verò hoc posterius incertum est: nec verisimile videtur, Deum pœnas Ezechiæ temporibus à Moabitis exegisse, ob culpam ab eorum progenitoribus admissam. *Varia huius loci interpretationes.* 1. *Expositio*

2. Secunda interpretatio esse potest, vt sicut operarius labore finito mox tantam mercedem accipere solet, ita post tres annos, ab exactis 10. tribubus, Moabitas ad exiguum numerum redegerint Assyrij. Hanc & alias duas explicationes breuiter affert S. Hieronymus, & subnectit: Potest & de Babylonica captiuitate prædici, quod post captam Ierusalem & transitis annorum trium curriculis, Moab à Chaldæis vastanda sit: siue quod in trium annorum spatio, nulla eis danda sit requies. Similia habet Lyranus, quibus subscribit Cornelius, Hugone, Prato, Leone Castrio, in hanc sententiam laudatis, ita vt inter Ierosolymorum excidium, & vastationem Moab triennium intercesserit teste Iosepho: aut certè vt triennij spatio Nabuchodonosor Moabitidem vexauerit. Hanc vltimam interpretationem maximè probat Sanctius hic num. 34. addit Menochius, vel positum esse numerum definitum pro indefinito; q.d. non ita multo post. Torniellus ann. m. 3451. num. 6. ait nihil certi hac de re affirmari posse, cum fieri potuerit, vt prius ab Assyriorum, tum à Babyloniorum rege, Moabitæ subuersi fuerint. Ex omnibus allatam S. Hieronymi expositionem de captiuitate Babylonica maximè probo. *2. Exposit.* *3. Expositio* *4. Exposit.* *Conclusio.*

ISAIÆ XX. v.1.

IN *anno, quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum.*

QVÆSTIO IV.

Quando hæc contigerint.

1. SAnctio non valde verisimile videtur, hunc Sargon fuisse Sennacherib, qui anno 14. Ezechiæ Iudæam inuasit: quia ipsi non apparet, quando hic Azotum oppugnare potuerit. Post suum ex Ægypto reditum id fecisse non videtur. Tum quia cæsis ab Angelo 185000. ex suis mox trepidus in patriam *Quidã putant sub Salmanasare.*

cum reliquijs exercitus refugit, tum quia hoc loco S. Vates non tam [illegible] de clade Ægyptijs illata, quã vaticinium de inferenda pronunciat. [illegible] gnatam verò AEgyptum, Sennacherib rectà in Iudæam venit, [illegible] ad mare mediterraneum relicta. Quare putat verisimilius esse hæc [illegible] nasare gesta ante annum sextum Ezechię, quando Assyrius Israelis [illegible] mam calamitatem inuexit.

Alij melius sub Sennacherib.

2. Communis aliorum sententia est, sub Sennacheribo, [illegible] Tharthan in Assyriorum potestatem venisse. S. Hieronymi, Lyrani, [illegible] Mariauæ, Sa, Menochij in hunc textum, Tornielli ad annum m. [illegible] an. 3322. num. 4. Saliani an. 3323. num. 6. quibus assentior. Nam certum [illegible] than fuisse è Ducibus Sennacherib aliquem 4. Reg. 18. v. 17. signum [illegible] habemus, quo eundem, aut eiusdem nominis alium sub Salmanasare [illegible] ficium obiuisse conijciamus. Fieri quidem potuit, vt Tharthan [illegible] diuerso tempore seruiret. Nam Abner Dux fuit primum Saulis, [illegible] filij eius. Rursus Abner sub Dauide & Salomone ductauit ordines [illegible] Tharthan asserit, viderit quo argumento ducatur.

Non post inuasam Aegyptum

3. Post inuasam AEgyptum, hæc gesta non arbitror: quia Isaias [illegible] discalceatus hîc prędicit, futuram AEgyptiorum & AEthiopum [illegible] *sic minabit rex Assyriorum captiuitatem AEgypti*, v. 4. Sennacheribus [illegible] gypto remeans iam captiuorum greges agebat. Deinde v. 3. dicitur [illegible] *rum signum & portentum erit super AEgyptum & AEthiopiam.* Hoc [illegible] gebat, cum Sennacherib ex AEgypto rediret.

Sed [illegible] aduentu Sennacherib in Iudæam.

4. Itaque hæc ad primum Sennacheribi in Iudæam aduentum [illegible] puto, anno 14. Ezechiæ vel instante, vel ineunte. Non enim ignorabat [illegible] rius Ezechiam ab AEgypto sperare subsidium, ac proinde mox [illegible] ca vicina in suam redegit potestatem, quo facilius hosti occurrere, [illegible] dæam aditum intercipere posset. Tunc Isaias nudus & discalceatus [illegible] cladem AEgyptijs ac AEthiopibus imminentem, vt Ezechias [illegible] daicus intelligerent, nulla iam suppetere ab hominibus auxilia, [illegible] exposcendam.

ISAIAE XX. v. 3.

Varia opiniones.

1. T*Rium annorum signum & portentum erit super AEgyptum & AEthiopiam* [illegible] dam hæc putant referri posse ad Assarhaddon filium Sennacherib [illegible] potius ad Nabuchodonosorem, qui post triennium ab euersione [illegible] morum AEgyptum & AEthiopiam, vt quidam autumant, vastauit [illegible] bio proponit Torniel. an. m. 3322. num. 4. Sed obstant ea, quæ iam [illegible] cebam. Alij putant, his verbis prædici post tres annos ab hoc vaticinio [illegible] turam calamitatem, quam ista Prophetæ nuditas portendebat. Quod [illegible] non improbabile videtur.

2. Alij denique melius censent, genuinum horum verborum sensum esse, hanc calamitatem AEgyptiorum & AEthiopum tres annos duraturam. Ita Sanctius, Menochius & Cornelius laudato S. Hieronymo, qui ait prænunciari AEthiopas trium annorum mala passuros. Quæ expositio apprimè congruit cum ijs, quæ annotabam 4. Reg. 19. ver. 29. de tribus annis, quibus messis ad Iudæos impedita fuit: Hi enim anni, ab eo tempore numerandi sunt, quo Tharaca rex AEthiopiæ, vires Assyrias à Iudæa diuertit. 4. Reg. 19. vers. 9. vt docent auctores iam relati. Non quod putem hoc triennium fuisse integrum, cùm anno tertio serere & metere licuerit, sed quod Angelus stragem illam Assyriorum ediderit, eosq; in patriam repulerit, anno tertio ciuiliter computato, ex quo regi AEthiopum occurrerant, & crudeli bello AEgyptios finitimosque AEthiopes cœperant infestare, ex probabili saltem quorundam opinione. Vide aliam explicationem Isa. 37. v. 30.

Conclusio

3. Hinc sequitur Isaiam nudum & discalceatum, non tribus annis, sed forte triduo incessisse: siquidem anno 14. Ezechiæ cœperunt impleri quæ paulo ante minaci hoc vaticinio denunciata fuerant, vt docent auctores q. præced. num. 2. laudati.

Isaias non incessit nudus 3. annis.

ISAIAE XXI. v. 16.

ADhuc *in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar.* Quidam hæc referunt ad Assyrios, quasi hi post vnum annum vastationis Iudææ sub Ezechia, Saracenos persecuti fuerint, vt monet S. Hieronymus & Sanctius hîc. At communior, & vt puto, probabilior interpretatio hæc ad Chaldæos accommodat, quibus Arabes anno vno post euersa à Nabuchodonosore Ierosolyma, in prædam dati sunt, iuxta vaticinium Ieremiæ cap 49. ver. 28. Ita S. Hieronymus, Lyranus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Menochius. Addunt aliqui fortè hîc tempus definitum, pro breui indefinito positum. Sic huius loci idem sensus esse videtur, qui supra cap. 16. v. 14.

Hæc referuntur nõ ad Assyrios sed ad Chaldæos.

ISAIAE XXIII. v. 15.

In obliuione eris ô Tyre, septuaginta annis.

QVÆSTIO V.

De initio & fine horum annorum.

1. CErtum est Tyrum fuisse aliquando à Chaldæis oppugnatam, vt hoc cap. Isaias, & clariùs Ezechiel cap. 26. palam faciunt. Id autem non conti-

Tyrus vastata à Chal-

dais nõ ante 11. annũ transmig. Iechoniæ, sed neque post 27.

contigit ante annum 11. transmigrationis Iechoniæ: siquidem eam iri, prædicit eodem capite & anno Ezechiel. Neque vltra annum septimum eiusdem transmigrationis differri potest Tyri expugnatio anno 27. idem Ezechiel cap. 29. v. 18 hæc à Deo accepit: *Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est reddita ei, neque exercitui eius, de Tyro pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam &c.* Iam ergo erat oppugnata.

Conclusio in genere.

2. Si ab eo tempore isti 70. anni originem ducerent; vsque ad D... staspis propagarentur: sed affirmare non ausim, hanc esse loci huius... tiam. Eam in opinionem magis propendeo, vt suspicer, ab Isaia illum... rum seruitutem, obscurè denunciari, quam postea Ieremias aperu... est, cap. 25. Qua ratione Tyrus dicitur in obliuione futura annis 70. ... postea totos illos annos obliuio tenuerit; sed terminarit. Vide Gen... cum notis ibi appositis.

Obiectio ex Ioseph.

3. Dices: Iosephus lib. 1. contra Appionem circa medium, ex... historijs refert, Ithobalo Tyri regnante, eam à Nabuchodonoso... fuisse, per annos 13. post hunc regnasse Baal annos 10. tum Iudices ... Eenibalum menses duos, Chelbin menses 10. Albarum Pontificem ... nos, Mittonum & Gerastum Iudices sexcennium, Balatum regem ... num, Merbalum Babylone accitum, quatuor annos, denique Iromum, annos 20. Vnde colligit annos 54. & tres menses, monenque ... donosorem anno regni sui septimo cepisse Tyrum obsidere, Cyrum ... no 14. Iromi Persarum tenuisse principatum. Ergo Tyrus non fuit ... ne nisi 53. annis, qui ab initio obsidionis illius, vsque ad Cyrum elap... toto illo tempore videtur eius memoria viguisse, quippe, quæ ... partim Iudices habuerit.

Resp. 1.

4. Respondetur 1. si annos istos 54. ab initio obsidionis Ty... annum decimumquartum Iromi completum, & decimumquint... rentem supputemus, includendi erunt termini, quibus si addas 6. ... Nabuchodonosoris obsidionem præcedentes; exurgent ab exordio ... buchodonosoris, vsque ad Cyrum, anni solum 60. aut 61. qui ... qua ratione possit approbari. Quamobrem iure posset quispiam ... cem ex hoc numero excidisse (sicut alibi apud Iosephum 7. pro ... tur) & Nabuchodonosorem anno regni sui 17. expleto, obsidionem ... spicatum, eaque Vrbe tandem circa annum regni 31. potitum: ... citer elapso, Ægyptum Chaldæis in mercedem fuisse datam Sic... buchodonosoris, vsque ad initium Monarchiæ Cyri exclusiue.

anni 70. quibus in obliuione Tyrus futura prædicitur, eo sensu, quem iam
rum.2.afferebam. Vide infra Ezechielis 25.26.29. de annis 70. Babylonicæ ser-
uitutis notata & disputata.

5. Respondetur 2. Etsi Tyrus tunc iudices & reges habebat, seruitutem Resp.2.
nihilominus sub iugo Babylonico seruiebat, ita depressa, vt nullum pristinæ
gloriæ signum appareret, nihil esset, quod antiqui splendoris memoriam foue-
ret, ac proinde quoad magnificentiam qua antea præcellebat, obliuione sepul-
ta videbatur, vt notant S. Hieronymus, Sa, Mariana &c.

6. Respondent aliqui 3. vt videre est, apud Cornelium Ezech.29.v.17. qui Resp.3.
Iosephum & Berosum interpretantes, aiunt, *Nabuchodonosorem, Tyrum eiusq; re-*
gem Ithobalum cœpisse obsidere anno regni sui 7. (inchoante) computando annos regni eius
ad expugnatæ Ierusalem. Quod responsum non probo: Etenim Chaldæus sub fi-
nem anni regni sui 18. Ierosolymam cepit, decimo nono ineunte flammis dedit.
Licet igitur pauculas septimanas anni 18. finientis pro anno integro sumpseris;
nontamen ante 24. regni illius ad septimum Vrbis expugnatæ peruenies. Hoc
itaque computo, annus 24. Nabuchodonosoris esset primus Tyriæ obsidio-
nis, & 36. illius regis, esset decimus tertius huius obsidionis: eam autem anno-
rum connexionem neque alius vllus, neque Cornelius facilè admiserit, cum hic
silentè velit Tyrum anno 35. Nabuchodonosoris expugnatam. Adhæc confe-
cto hoc bello Tyrio, subacta est AEgyptus, & alia à Nabuchodonosore gesta
sunt, quæ plus temporis requirunt, quam, quod ab anno regni eius 35. absolu-
to, vsque ad eius obitum interfluit: præsertim, cum ex probabiliori sententia
integros 41. annos non regnauerit, vt suo loco dictum.

7. Dices iterum: quomodo hîc Tyri calamitas 70. annis definitur, cùm ei Obiect.2.
dicatur: *non adificaberis vltrà*? Ezech.26.v.14. præsertim cùm constet, eam post
Nabuchodonosorem restauratam fuisse, & rursus ab Alexandro Magno ex-
pugnatam? Imo tempore Nehemiæ Tyrij Ierosolymis nonnulla domicilia ha-
bebant, & sabbatis pisces aliaque venum exponebant. 2. Esdræ 13. v. 16. Cor-
nelius triplici responso istius loci sensum aperit. 1. ex Leone Castrio, qui Ezechielis Resp.
oraculum idcirco verum esse censet, quod post annos 70. non eadem, sed alia
alio loco Tyrus ædificata sit. Vnde priorem Palætyrum idem antiquam Ty-
rum appellatam esse indicat. Id tamen iure suspectum est Cornelio, quia tam
Tyrus, quam Palætyrus ante Nabuchodonosorem sub Salmanasare traditur
extitisse, libro 9. Antiq. extremo. 2. quia Tyrus instaurata, non fuit in ea gloria
& splendore, quo antea fulgebat, cum esset *regina populorum*, vt exponit S. Hie-
ronymus, Ezech.26. Sa & Mariana ibid. Sanctius hic num.29. *Tertiò* vt *vltra* sit
idem, quod ad longum tempus, quale est 70. aut etiam 40. annorum. Ita Cor-
nelius, Menochius. Quem in sensum Philistæi *non vltra* in terminos Israel ve-

nisse dicuntur 1. Reg. 7. v. 13. & Deus ait, se non daturum vltrà Hebraeorum *brium in gentibus*, Ioel 2. v. 19.

Notabile dogma S. Hieron.

8. Addit S. Hieronymus in illud cap. 26. Ezechielis, eos non esse pere curandos qui *Græcas & Phœnicum, maximeq; Nicolai Damasceni barorum, aiunt se, quæ huic historiæ contradicunt, legisse historias, & nihil super tione à Chaldæis inuenisse Tyriæ ciuitatis: cùm probare possimus, multa docta, quæ in Græcis voluminibus non inueniantur.*

Quando Tyrus obsessa à Nabuch.

9. Fateor equidem, nec finem, nec initium obsidionis Tyriæ compertum esse: opinor tamen Nabuchodonosorem circa annum vel 17. parte aliqua suarum copiarum, vel potius circa annum 13 gere cœpisse: post annos 13. in suam potestatem redegisse, eamque portionem eius non exiguam, ita solo æquasse, vt vbi nuper magnifi bant palatia, siccarentur retia piscatorum. Exinde Tyriorum glor ta obliuionis fouea obrutam latuisse, donec completa multarum gen muni seruitute, imperium Babylonicum, & sensim pressis iugo Babylo annos 70. prouincijs sua redderetur libertas, initio à Iudaicæ captiuit xatione facto, ac denique successu temporis rediuiuam Tyrum cum floreret. Porro de obsidione & posterioribus Tyri regibus etudite p disputat Petauius, lib. 9. cap. 65.

Errat hic Hebræi.

10. Ex dictis sequitur 1. erroneam esse Chronologiam Hebræorum Tyrum captam tradit anno 13. Nabuchodonosoris: siquidem Ezechiel anno 18. Nabuchodonosoris de futura eius expugnatione vaticinatus ronymum Pradum in cap. 26. Ezech. vitiosis Iosephi codicibus vsum,

Quamdiu Tyrus obsessa.

apud Iosephum scribit Philostratus Nabuchodonosorem obsedisse Tyrum anno bus 10. Nam sicut lib. 1. contra Appionem habentur anni 13. ita lib. 10. calcem cap. 11. eundem numerum ex Philostrato, tam in Phœnicum Indorum historijs retinet Græcus textus & interpretatio Gelenij. Ad fini versio Pradum fortè circumuenit.

ISAIAE XXXII. v. 10.

Variæ interpretationes.

Post dies enim & annum vos conturbabimini confidentes: consummata est demia. In Hebræo est, iamim al schana, *dies super annum*: in Græc ἐνιαυτὸν dies anni; quibus verbis quidam annos aliquot interpretan vt Sa. Alij annum & aliquot dies, vt Foreira & Pagninus, alij modo pus, vt Hugo, Adamus. Alij longum tempus intelligunt. At verò Sa anno 5. Ezechiæ dicta purat. q. d. post dies, quibus impleri potest annus satis sint, ad annum complendum conturbabimini, quando nimirum

Conclusio.

Ezechiæ Samaria euerteretur. Ego verò nihil aliud significari arbitror

venturum aliquando tempus, quo conturbentur, & duram vindemiam experiantur sui excidij, quod spectata notione verborum, modo ad breue, modo ad longum tempus applicari potest. Præsens vaticinium S. Hieronymus, de captiuitate, quam Iudæi post Christum subierunt intelligit. Dicit, inquit, vindemiam consummatam, & post vltimam vastitatem, quæ sub Vespasiano & Tito, Hadrianoque accidit, nequaquam aliam captiuitatem esse venturam, nec remansuros botros in populis, qui deinceps colligendi sint. S. Hieronymo subscribunt Cornelius, Menochius.

ISAIÆ XXXVI. v. 1.

Quota anno m. vel ante Chr.

ET *factum est in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas & cepit eas.* Id Cornelius inscribit anno m. 3322. ante Christum 717. hoc est, ante vulgatem Christi Epocham 719. Torniellus & Salianus anno m. 3322. Olymp. 12. primo, ante Christum, vt computat Salianus 731. id est, ante Christi æram 732. Ego anno m. 3325. ante æram Christi 716. quo acta est Olympias decima sexta.

ISAIÆ XXXVII. v. 30.

Tibi autem hoc erit signum: comede hoc anno, quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis vescere, in anno autem tertio, seminate & metite. Valde probabile est hos tres annos ab autumnali mense Tisri accersendos esse, quia ad sementem & messem spectant, sicut anni Sabbatici & Iubilæi, vt alibi latius expono. Annos verò illos tres, de quibus Isaiæ 20. ver. 3. egimus, arbitror aliquanto post cladem Chaldæis ab Angelo illatam protendi: Sennacherib enim sine dubio præsidia in debellatis prouincijs reliquerat, quibus, victi AEthiopes & AEgyptij, tanquam victoribus & heris parere cogebantur, donec post tres annos iugum excuterent, cum putandum non sit, percussis ab Angelo Assyrijs, eorum potentiam quasi momento penitus euanuisse, siquidem Asarhaddon successor Sennacheribi in agros Iudææ vicinos colonias deduxit.

ISAIÆ XXXVIII.

Morbus Ezechiæ.

VERS. 1. *In diebus illis ægrotauit Ezechias.* Anno 14. regni sui desinente, aut iam transacto, quo fere tempore Sennacherib vel per Iudæam grassabatur, vel contra Tharacam arma verterat, vt docet hic Sanctius cum Abulensi, Cornelio &c. Huc spectant, miraculosa morbi illius depulsio, carmen illud Eucharisticum: *Ego dixi in dimidio dierum meorum.* admirabilis regressus vmbræ per decem lineas, in horologio Achaz, denique liberalis illa

Dei promissio facta ipsi Ezechiæ, de vita eius in 15. annos prorogata, necdum natus esset Manasses illius hæres. *Audiui orationem tuam, & lacrymas tuas: ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos: & de manu regis Assyriæ liberabo te, & ciuitatem istam, & protegam eam.*

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL. IN PROPHETIAM IEREMIÆ

QVÆSTIO I.

Quot annos vaticinatus fuerit Ieremias.

In Iudæa prophetauit an. 41. in Aegypto aliquādiu.

1. IEremias cùm adhuc esset puer, prophetare cœpit, anno decimo Iosiæ filij Amon regis Iudæ, prophetauitque in eo annis decem & nouem, & postea sub Ioakim filio eius, annis decem, & sub Sedecia, qui vltimus fuit regum Iuda annis vsque ad quintum mensem, quando à Babylonijs capta est Ierusalem. verò & Iechoniæ terni menses, (quorum alter in AEgyptum, alter ductus est Babylonem) in supradictis annis computantur: ac per hoc dio prophetiæ, vsque ad captiuitatem Ierusalem, in qua, & ipse cap phetauit annis quadraginta & vno, præter illud tempus, quando AEgyptum, ibique prophetauit in Taphnis, vt hoc ipso volumine Ita S. Hieronymus, in cap. 1. Ieremiæ.

Vniuerse fere annis 42. vt minimum.

2. Theodoretus initio huius prophetiæ, non meminit AEgyp tum ait, Ieremiam sub quinque regibus Iuda, vniuersim 42. annos, paucis mensibus, quibus nempe Ioachaz & Iechonias reges fuerunt men menses, aliorum regum annis absorbentur, vt monet S. Hieron suffragantur Sanctius & Ghislerus Ierem. 1. v. 3. Cornelius hic in Prol nis, qui disertè docent, eum annos 41. in Iudæa prophetasse, quam putationem rationes meæ examussim quadrant. Nec procul ab hoc recedunt Salianus & Torniellus, dum anno m. 3407. Ieremiæ vaticin cantur, & anno 3447. notant Nabuzardanis incendium.

Cœpit an. 13. Iosiæ.

3. Quod Ieremias anno 13. Iosiæ prophetandi initium fecerit cap. 1. v. 2. Quodetiam in AEgypto, post Sedeciæ casum, propheta

obierit, certissimè indicant, quæ cap. 43. v. 8. & toto cap. 44. huius libri consignata sunt: quot autem annos in Aegypto vixerit, incertum est. Baruch suum libellum legit anno quinto ab Vrbis & Templi euersione: vnde plerique colligunt, Ieremiam iam tunc lapidibus fuisse obrutum, sic quadriennio vt summũ egerit in Aegypto, & in totum 45. annis prophetauerit. Creditur functionem propheticam auspicatus, circa annum ætatis decimum quintum: quod si ita est, martyrij palmam ferè sexagenarius consecutus fuerit, vt bene aduertit Cornelius. Alij tamen, vt Torniellus & Salianus anno m. 3448. probabilius esse putant, Ieremiam occubuisse, anno primo, necdum exacto, quàm cum Iudaici populi reliquijs in Aegyptum descenderat. Itaque Ieremiæ vaticinia hoc volumine comprehensa, ad annum vt minimum 42. vt summum ad 45. extenduntur. *Conclusio.*

IEREMIÆ I. v. 2. & 3.

VErs. 2. *Quod factum est verbum Domini ad eum, in diebus Iosiæ, filij Amon, regis Iudæ, in tertio decimo anno regni eius.* Hunc annum 13. Iosiæ Cornelius in Harm. Chronol. putat incidisse in annum ante æram Christi 634. Salianus in 647. ego in 631. quoad priorem sui partem. Tunc Ieremias sua vaticinia exorsus est, aut anno 630. ante æram Christi, cum necdum decimus tertius Iosiæ effluxisset: nisi forte id anno præcedente contigerit. *Quoto anno ante Chr.*

Vers. 3. *Et factum est in diebus Ioakim filij Iosiæ regis Iudæ, vsque ad consummationem undecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iudæ, vsque ad transmigrationem Ierusalem in mense quinto.* His verbis indicat Propheta, se constanter in Iudæa Vatis officio functum, vsque ad eum annum, quo Sedeciæ vndecimus complebatur; imò vsque ad illũ quintum mensem, quo templum & ciuitas conflagrauit. Non negat autem quin idem postea in Aegypto præstiterit. Vide 4. Reg. c. 22. Tres autem reges exprimit, quorum temporibus prophetauit: omisso Ioachaz & Iechonia, propter breuitatem regni vtriusque, vt notat Sanctius hic, & Salianus an. m. 3407. *Hac intelige de oraculis in Iudæa fasis.*

QVÆSTIO II.

De Chronotaxi eorum, quæ hoc libro continentur.

CErtum est, in hoc libro, non eodem semper ordine vaticinia Ieremiæ & res gestas oraculis admixtas describi, quo acciderunt. Nam ex. gr. quæ cap. 21. habentur, perspicuè ad Sedeciæ tempora referuntur: *Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiæ.* vers. 1. *Hic non seruatur ordo temporis.*

Quæ verò cap.22.v.18.subnectuntur, ad Ioakimi principatum spec[illegible] *cit Dominus ad Ioakim filium Iosiæ regem Iuda, non plangent eum* &c. Rursum [illegible] 44. ea legimus, quæ post excidium Ierusalem dicta & facta sunt [illegible] 52. quæ excidium istud partim præcesserũt, partim comitata sunt. Q[illegible] non exiguam pariat difficultatem, prudenter Abulensis sub fine [illegible] gum, Chronotaxin harum prophetiarum, quasi Pharum aliquam [illegible] lucem hisce vaticinijs præferret. Abulensem imitati Christophorus [illegible] & Cornelius à Lapide, ordine temporis Ieremiæ prophetias dige[illegible] commentarijs præfixere; eo qui sequitur modo.

CHRONOTAXIS,

Siue coordinatio prophetiarum Ieremiæ, secundum tempus, quo sunt edita [illegible] phoro Castrio breuibus subinde notis illustrata.

SVB IOSIA REGE.

Sub Iosia anno 13. regni illius

CAp.1. Anno 13. exorditur suas prophetias, de suo munere [illegible] dens, & totius operis argumentum præmittens, sub virgæ vig[illegible] læ succensæ similitudine. Ex cap.1. Vulgati & Septuaginta.

Cap. 2. contendit iudicio cum plebe Iudaica, ingrati animi [illegible] guens, quod plurimis, vti sponsa, deuincta beneficijs, spem in D[illegible] collocasset; idcirco non mirum videri debet, si plurimis malis [illegible] Ex cap.2. Vulg. & Septuag.

Cap.3. Arguit Iudam Idololatriæ, & ad reconciliationem [illegible] que per Christum docet. Ex cap.3. Vulg. & Sept.

Cap.4. Hortatur populum ad resipiscentiam, nisi velit [illegible] excidium, per Nabuchodonosorem. Ex cap.4. Vulg. & Sept.

Cap. 5. Ostendit merito extremè puniendum populum, [illegible] inueniatur vir probus, cuius respectu Deus parceret multitudini. [illegible] & Septuag.

Cap.6. Declarata Chaldæorum feritate, varijs modis ad [illegible] hortatur: sed nihil obtinet à Iudæis, quod reprobi sunt. Ex cap. [illegible] Septuag.

Cap.7. Perstat in recensenda imminente calamitate, nequaquam [illegible] da, neque ob templi sanctitatem, neque ob sacrificiorum frequen[illegible] 7. Vulg. & Septuag.

Cap.8. Exaggerat stragem futuram, quo odium excitet in pec[illegible] lam induxêre. Ex cap.8. Vulg. & Sept.

Cap.9. Lamentatur populi flagitia, & extremam pœnam, qua propter illa afficiendus est. Ex cap. 9. Vulg. & Sept. *Castrio & Cornelio assentior, dum ea quæ nouem primis capitibus habet S. Ieremias, ad Iosiæ tempora spectare censent.*

Cap.10. Ostendit ijsdem pœnis obnoxios filios, quibus olim patres, ob irritum legis fœdus, & minatur ciuibus Anathoth extremam cladem, quod veneno voluissent enecare Ieremiam. Ex cap.11. Vulg. & Sept.

Cap.11. Litem mouet Deo, de sorte diuersa proborum & improborum, cui locis fit, ac excidium comminatur Iudæis, & vicinis gentibus, salute promissa, si Deo parerent, cap.12. Vulg. & Sept.

Cap.12. Sterilitatem & famem obsidionis tempore futuram denunciat: causam malorum reijcit in Pseudoprophetas, idcirco perituros. Rogat Deum, vt populi resipiscentis misereatur. Ex cap.14. Vulg. & Sept.

Cap.13. Dolet sortem suam, quod non audiatur, imò natus videatur ad malà nuncianda, & odium omnium concitandum. Ex cap.15. Vulg. & Sept.

Cap.14. Ostendit stragem futuram Iudæis & gentibus, ob idololatriam, postquam reditum pollicetur è Babylone fœliciorem, quam olim ex Aegypto. Ex cap.16. Vulg. & Sept.

SVB IOAKIM REGE.

Cap.15. Anno 1. mortuo Iosia, & amoto Ioachaz filio eius, fletu durãte mittitur Ieremias ad domum regis Ioakim, hortaturus eum ne fleret Iosiam, sed potius Ioachaz, non rediturum ex Aegypto, & seipsum qui insepultus esset requirendus. Ex cap.22. Vulgati, à v.1. ad 23. & Sept. *Idem censent Cornelius, Sanctius, Sahanus, quibus assentior magis, quam ijs, qui hæc de Sedecia interpretantur.*

Cap.16. Anno 1. in principio regni Ioakim, in atrio templi denunciat Vrbis, Templique vastitatem, comprensus reus mortis accusatur, sed à senioribus defensus ab Ahicam eripitur, ne plebi traderetur occidendus. Iubetur deinde sumere catenas, tempore Sedeciæ mittendas gentibus finitimis. Ex cap.26. & 27. à v.1. ad 4 Vulgati & 33. Sept. *quæ vulgatus habet cap.26. certum est contigisse initio regni Ioakim: quæ verò cap.27. habentur à versu 2. inclusiuè, ea ad annum 4. Sedeciæ refero, cum S. Hieronymo, Rabano, Lyrano, Hugone, Dionysio, Maldonato, Sa, Torniello, Saliano, Gualterio. Vide cap.27. q.3.*

Cap.17. Anno 3. ostendit peccatum Iuda indelebile, quod suppetijs Aegypti confisus, nollet se subijcere Babylonio iam se ad bellum paranti. Ex cap. 37. Vulg & Septuaginta.

Cap.18. Anno 4. ineunte, qui à 13. Iosiæ erat vigesimus tertius, & primus Nabuchodonosoris, prænunciat cladem futuram omnibus gentibus calice propinato, & post 70. annos liberationem. Ex cap.25. Vulg. & 25. ac 32. Sept. *Hæc anno 4. Ioakim tribuo quidem, sed lubenti, non ineunti.*

Cap.

Cap.19. Anno 4 capta Ierusalem, & regem Ioakim ducto Babylonem Daniele 1. & 2. Paralip. 36. v. 6. Nabuchodonosor regem Aegypti occurrentem Chareamis pro tuendo regno Ioakim cum exercitu suo fudisse prophetiam Ieremiæ. Ex cap. 46. a. v. 1. ad 12. Vulg. & 26. Sept. Prophetia 46. *Ieremiæ, anno 4. Ioakim editam fuisse opinor cum Castrio, Cornelio, Torniello. Quæ vero hic affert Castrius de capta Ierusalem, & abducto Ioakimo, alibi extant.*

Cap.20. Anno 4. eodem simul prophetat Aegyptum subiugandam Nabuchodonosore. Ex cap. 46. à v. 13. vulgati & 51. Sept. *Consentit Lyranus & Ego.*

Cap.21. Anno 4. iubetur Ieremias scribere quæcumque prophetasset superiores viginti tres annos, vt ijs lectis populus conuerteretur. Promittit metuenti incolumitatem pollicetur. Ex cap. 36. a. v. 1. ad 4. & cap. 45. ex cap. 36. & 51. Sept. *Omnino hæc anno 4. Ioakimi conueniunt.*

Cap.22. Anno 5. post reditum Ioakimi è Babylone sub statis conditionibus, iussit Barucho Ieremias, vt librum legeret populo, in die solemni mense Nouembri; tum etiam regi, qui cum librum combussisset, iussus Ieremias pheta iterum scribere, grauioribus minis adiectis. Ex cap. 36. a. v. 5. Vulg. Sept. *Assentior Castrio.*

Cap.23. Anno 6. cum Rechabitæ metu Nabuchodonosoris, qui anno quarto Ioakim (*imò tertio*) & venturus propediem ferebatur, Hierusalem venit octauo anno ex 4. Reg. 24. ex agris sese recepissent in Ierusalem, missus Ieremias, illorum prompta obedientia, inobedientiam increpat. Ex cap. 35. vulg. & 43. Sept. *Hæc Ioakimo regnante gesta sunt; at quoto anno, non tum est. Vide notas Ierem. 35. p. 1.*

Cap.24. Anno 6. vel 9 iubetur coëmere lumbare lineum & ferre ad Euphratem: laguncula quoque significare, hostis iram, & futuram calamitatem. Ex cap. 13. à v. 1. ad 17. vulg. & 13. Sept. Malo hæc ad Ioakimi tempora cum Castrio referre, quam cum quibusdam ad Sedeciæ.

SVB REGE IECHONIA.

Cap.25. Anno 1. minatur Iechoniam ducendum esse Babylonem, sed quam rediturum. Ex cap. 22. à v. 24. ad finem & 22. Sept. *Id probabile est.*

Cap.26. Anno 1. inuehitur in regum negligentiam, quæ duxerit populum in exilium Babylonicum, polliceturque nouam Reip. formam per Ieremiam & Apostolos. Ex cap. 23. Vulg. & Sept. *Hoc quoque probabile est.*

SVB REGE SEDECIA.

Cap.27. Anno 1. Iechonia translato Babylonem, sub viso diuersorum, significauit transmigrantium sortem, & miseriam Ierosolymitanorum. Ex cap. 24. Vulg. & Sept. *Idem opinor & Cornelius.*

Cap.28. Anno 1. post egressum Iechoniam cum regina, & alijs, misit Ieremias epistolam transmigratis, per Legatos Sedeciæ, in qua eos admonet, de mora 70. annorum, ne crederent Pseudoprophetis celeriorem reditum promittentibus. Ex cap. 29. Vulg. & 36. Sept. *Assentior, cum Cornelio, Torniello, Saliano.*

Cap.29. Anno 1. prædicit felicitatem post captiuitatem, tam temporalem, quam spiritualem per Christum. Ex cap. 30. Vulg. & 37. Sept. *Aliquo è primis anno Sedeciæ, editum hoc vaticinium autumo: quod ad primum annum probabiliter Castrius & Cornelius reuocant.*

Cap.30. Anno 1. ad solatium captiuorum, promittit reditum ad legem Euangelicam, cuius bona connumerat. Ex cap. 31. Vulg. & 38. Sept. *Id valde probabile arbitror.*

Cap.31. Anno 1. apud figulum ostendit Prophetæ Deus, facile sibi esse reficere, et restituere populum priſtinæ libertati, etsi ob animum eius obstirmatum, extremum malum illi comminatur. Ex cap. 18. Vulg. & Sept.

Cap.32. Anno 1. epistolam misit Ieremias transmigratis, admonens eos, vt caverent Idololatriam. Ex cap. 10. Vulg. & Sept. *Idem probabiliter censent, Lyranus, Isidorus, Cornelius: quamuis incertum sit, vtrum hæc denunciata sint, viuo adhuc Iosia, aut regnante Ioakimo.*

Cap.33. Anno 1. vel 2. in principio regni iubetur mittere catenas gentibus finitimis, admonens, vt se subijciant Babyloniæ, si saluæ esse velint: quod ipsum faciebat Sedeciæ. Ex cap. 27. à v. 2. vsque ad finem & 28. v. 1. Vulg. & 34. Sept. *Hæc anno 4. Sedeciæ probabiliter tribuunt auctores quos iam laudabam ad cap. 16. huius Chronicorum.*

Cap.34. Anno 2. vel 3. in principio regni Sedeciæ, prophetat Moab destruendum à Nabuchodonosore. Ex ca. 48. Vulg. & 31. Sept. *Hæc fortè ad annum octauum vel vltimum Sedeciæ spectant. Vide infra q. 11. num. 4. & q. 12. num. 3.*

Cap.35. Anno 2. Idipsum prophetat contra Ammonitas, Ex cap. 49. Vulg. & 30. Sept. *Probabilis est hæc coniectura, non certa.*

Cap.36. Anno 2. Idem contra Idumæam. Ex cap. 49. Vulg. & 29. Septuag.

Cap.37. Anno 2. Idipsum contra Damascum, Cedarenos & Aelamitas. Ex cap. 49. Vulg. & 25. ac 30. Sept.

Cap. 38. Anno 4. Lagunculæ fractione ostendit, populum per Chaldæum conterendum; in atrio templi. Ex cap. 19. Vulg. & Sept. *Hoc fortasse ad tempora Ioakimi regis pessimi spectat. Vide notas Ierem. 17. fortasse inquam, rem enim in medio relinquo.*

Cap.39. Anno 4. propterea conijcitur in carcerem & educitur. Minatur interitum Phassur, & dolet sortem suam, quod iam tæderet viuere. Ex cap. 20. Vulg. & Sept.

Cap.40. Anno 4. Babylonem prophetat subuertendam, per Cyrum ... rium ob suam crudelitatem. Ex cap.50. Vulg. & 27. Sept. *Sic sentiunt ... Sanctius, Torniellus, Salianus.*

Cap.41. Anno 4. varijs similitudinibus idem prosequitur, & ... phetiam in libro, per Saraiam, cum Sedecia Babylonem proficiscentem ... ijciat in Euphratem, in signum Babylonis exscindendæ. Ex cap.51. Vulg. ... Sept. *Ita est; quod ipsum notant auctores iam nominati.*

Cap.42 Anno 4. mense quinto, contendit cum Hanania, de exitu ... tiarum, quem probat illius interitu. Ex cap.28. Vulg. & 35. Sept. *Sic ... tio. Vide Ierem.28.q.4.num.8.*

Cap.43. Anno 8. mittitur Ieremias ad Sedeciam rebellantem Nabu... nosori, & ad dominatricem, denunciaturus regni destructionem, ... rent, vt dicitur 4. Reg.24.v.29. & in Iosepho lib.10. Antiq. cap.10. Ex ... v.18. Vulg. & Sept. *Id quidem probabile est; ad Iechoniam tamen & matrem ... S. Hieronymus, Rabanus, S. Thomas, Hugo, Dionysius, Sa, Vatablus.*

Cap.44. Anno 8. denunciat Sedeciam Babylonem ducendum per ... chodonosorem, tunc obsidentem Ierusalem, qui recessit contra Aegyp... rentes opem Iudæis, post fœdus cum Deo renouatum, quod cum ... fregisset Rex, Babylonij reditum denunciat. Ex cap.34. Vulg. & 31. Sept. ... ad annum 9. Sedeciæ reuocant, Lyra, Torniellus, Salianus; at verò ... partim ad 9. partim ad 10. Aliqui ad 11. differunt. Vide Ierem 34.q.6.

Cap.45. Anno 8. mittitur ad Sedeciam, vt hortetur ad resipiscentiam ... berari velit: alioquin Ierusalem destruendam. Ex cap.22. à v.1. ad 9. ... Sept. *Incertus est annus Sedeciæ.*

Cap.46. Anno 9. prophetat Palæstinos destruendos per Nabuchodo... sorem. Ex cap.47. Vulg. & 29. Sept. *Tunc Nabuchodonosor obsidionem Ierusa... nam intermiserat. Vide Ierem.34.q.6. & cap.47.q.11.num.4.*

Cap.47. Anno 9. Sedeciæ mittenti vt pro se oraret, respondit Ierem... diturum Chaldæum, ad obsidionem relictam, & vrbem vastaturum ... egrederetur in Anathoth captus, detrusus est in carcerem. Ex cap.37. ... 44. Septuag. *De anno res est incerta, prout iam notabam ad cap.43. ... taxeos.*

Cap.48. Anno 10. cum cœpisset iterum Nabuchodonosor obsidere ... rusalem, à decimo die mensis decimi, ex 4. Reg. 25. v.1. Ierem.39. v.1. ... mittenti, vt pro hostis discessu oraret; respondit Ieremias non recessurum ... nisi ad eum confugeret, pereundum. Ex cap.21. Vulg. & Sept. *Obsidio ... 9.4. Reg. 25.v.1.*

Cap.49. Anno 10, iubet Dominus Ieremiæ, emere agrum patrum ...

esse adhuc in carcere, quo spem populus conciperet reditus, & agrorum restitutionis. Ex cap 32. Vulgati & 39. Septuaginta interpretum. *Erat omnino annus 10. Sedeciæ. Vide notas in cap. 32. Ieremiæ.*

Cap. 50. Anno 10. clausus adhuc promittit felicitatem, post tempus captiuitatis. Ex cap. 33. Vulg. & 40. Sept. *Consentiunt Cornelius & Salianus; Torniellus vero, ani tunc inisse annum 11. Sedeciæ autumat.*

Cap. 51. Anno 11. conijcitur in lacum, quod prædicaret transfugis salutem, & interitum renuentibus: sed eductus ab Aethiope, & dato regi consilio mansit in vestibulo carceris. Ex cap. 38. Vulg. & 45. Sept. *Assentior cum Cornelio, Saliano, &c.*

Cap. 52. Anno 1 promittit Abimelecho Aethiopi incolumitatem, ob se, & liberatum, dum ciuitas irrumperetur. Ex cap. 39. à v. 15. & Sept. *Assentior.*

Cap. 53. Anno 11. mense quarto, completur toties denunciata prophetia. Nam capitur ciuitas, & Sedecias è fuga reducitur ad Nabuchodonosorem, qui illius oculis eruti, & filijs prius occisis, cum reliqua plebe misit regem Babylonem. Ex cap. 39. ad v. 12. Vulg. & 46. Sept. *Hunc annum fuisse 11. Sedeciæ sacra pagina dubitare vetat.*

Cap. 54. Anno 11 commendat Nabuzardan cum reliquis principibus Ieremiam Godoliæ, constituto principi reliquiarum. Ex cap. 40. Vulg. & 47. Sept. *Sic se res habet.*

Cap. 55. Anno 11. liber iam Ieremias videtur scripsisse epistolam ad abducendos Babylonem, continentem monita de vero Deo colendo, quæ habetur cap. 6. Baruch. *Idem sentio, cum Torniello, Saliano, Cornelio, Menochio.* Vrbe diruta videtur composuisse suas Lamentationes. *Idem arbitror, vide in Threnos q. 1.*

Cap. 56. Anno 11. mense septimo, Ismael occidit Godoliam, & Iohanna collegit reliquias cum Ieremia, vt fugeret in Aegyptum. Ex cap. 41. Vulg. & 48. Sept. *Puto iam fuisse tunc annum ineuntem ab Sedeciæ enthronismo.*

Cap. 57. Anno 11. mense eodem, rogant Ieremiam vt pro se oret: ille hortatur ne fugiant, nisi velint capi à Nabuchodonosore in Aegypto. Ex cap. 42. Vulg. & 49 Sept. *Iam vt opinor annus 12. fluebat.*

Cap. 58. Anno 12. qui erat vigesimus Nabuchodonosoris, viri superbi nolentes habere fidem verbis Ieremiæ, compulerunt omnes Iudæos ire in Aegyptum vbi in Taphnis prophetat Ieremias vastandam Aegyptum per Nabuchodonosorem. Ex cap. 43. Vulg. & 50. Sept. *Existimo cum Torniello & Saliano, Iudæos in Aegyptum profugisse anno 19. Nabuchodonosoris.*

Cap. 59. Anno 13. qui erat vigesimus primus Nabuchodonosoris commina-tur Propheta Iudæis existentibus in Aegypto captiuitatem, & regem Aegypti Ephre capiendum, vt captus est Sedecias. Ex cap. 44. Vulgati & 51. Sept. Hac

occasione videtur lapidibus obrutus Ieremias. Quonam anno hoc cinium ediderit Ieremias, incertum puto, vt monui initio huius lib.

Anno 15. qui erat vigesimus tertius Nabuchodonosoris inuade Cœlesyriam, Ammonitas, & Moabitas, & alias gentes, vt prophetauit mias. Ex Iosepho lib. 10 Antiq. cap. 11. *Annus 15. transmigrationis Iehoiachin cum 22. Nabuchodonosoris decurrebat.*

Anno 15. eodem Nabuchodonosor ingressus Aegyptum rege Vaciso Amasin constituit, repertosque ibi Iudæos 745. vt habetur Ieremiæ 30. captiuos duxit Babylonem. Ex Iosepho, eo loco, inter quos duxit Baruch. Nam Ieremias iam putatur interfectus. *Quoto anno Nabuchodonosor vastata fuerit Aegyptus*, Vide Ezech. 29.

Anno 16. & 24. Nabuchodonosoris, qui erat quintus captiuitatis ma mensis quinti, librum scriptum à se legit Baruch Babylone coram & populo vniuerso, ad flumen Sodi. Baruch 1. *Hunc annum quintum re supputandum arbitror, quo Ierusalem incenderant Chaldæi, vt censent Theodoretus, Lyranus, & alij multi à me recensiti Baruch 1. q. 2. num. 2. Tunc circa mensem quo uebatur annus 23. Nabuchodonosoris, qui ferè totus cum anno 16. transmigrationiæ congruit.*

IEREMIAE II. III. &c.

ASsentior Christophoro à Castro & Cornelio, qui docent ea, quæ & sequentibus vsque ad 9. inclusiuè continentur, ad Iosiæ tempora nere: nec memini vllum auctorem id inficiari.

IEREMIAE X.

Variæ sunt huius loci interpretationes.

1. QVæ hoc capite texuntur, ad initium Sedeciæ referenda censent Isidorus, Castrius, Cornelius, eo quod hæc admonitio ad eos quibus Idololatriæ periculum imminebat, quales erãt ij, qui cum Ieconia ducti fuerant: hinc versiculus vndecimus est Chaldaicus. Fauet Chaldaraphrasis, quæ ait hic esse exemplar epistolæ, quam misit Ieremias ad reliquos seniores transmigrationis, qui erant Babylone. Quæ Chaldæphia probabilis est: tametsi quispiam dubitare possit, vtrum hæc scribens eos, qui iam anno 3. Ioakim cum Daniele & socijs eius translati fuerant lonem.

2. Imò hæc generalius accipi possunt, tanquam regula, qua liceret, vel Idolis insectandis, vt interpretatur S. Hieronymus, retus, Rabanus: vel respondendo gentilibus Deos suos magnifi dicantibus, vt S. Thomas, Hugo, Dionysius exponunt. In hanc

explicationem magis propendet Sanctius hîc numer.13. quam qui sequi volet, facilè negabit hæc tradita fuisse post mortem Iosiæ, aut transmigrationem Iechoniæ, vel Danielis. Ghislerus aliqua transmigratis tribuenda concedit: non autem omnia, quæ hoc loco memorantur: siquidem in posteriori parte capitis, Propheta cum ciuibus Ierusalem agere videtur. Vnde concludit, tam ea quæ hoc capite, quam quæ præcedentibus habentur, dirigi ad ciues Ierusalem, quos Ieremias præsens alloquebatur. Itaque hæc ad Iosiæ tempora probabiliter accommodari possunt.

IEREMIAE XI. XII.

Sub Iosia.

Intelliginus, inquit S. Hieronymus, *vel priori prophetiæ & tempori hæc esse iungenda, vel certè post aliquod temporis interuallum prioris prophetiæ, hunc Domini ad Prophetam factum esse sermonem.* Præcedentia autem Iosiæ temporibus imputat. Consentiunt Rabanus & Hugo: Castrius autem & Cornelius, licet antecedentia Sedeciæ adiudicent, hæc tamen Iosiæ malunt attribuere. Ad hunc igitur hæc duo capita reuocanda sunt.

IEREMIAE XIII. à v.1. ad 17.

1. Interpretatio.

1. QVæ ab initio huius cap. vsque ad vers. 17. inclusiuè habentur, ea sub vltima Sedeciæ tempora contigisse refert S. Hieronymus, & hanc de lumbari actionem non nisi imaginariam fuisse ait, cui Lyranus & Vatablus assentiuntur.

2. Interpretatio verior.

2. Alij verò, iuxta communem sacræ scripturæ exponendæ rationem, quæ hîc de lumbari narrantur, reapse gesta putant: siquidem nihil obstat, quo minus verba huius narrationis propriè, vt sonant, intelligantur. Ita Theodoretus, S. Thomas, Isidorus, Dionysius, Maldonatus, Castrius, Sanctius, Cornelius in hoc cap. Salianus anno m. 3432. Ioakimi 7. Vnde colligimus hanc prophetiam vltimis Sedeciæ temporibus non esse tribuendam: tunc enim si Ieremiæ, vsque in Anathoth ire non licebat; multo minus vsque ad Euphratem semel ac iterum peregrinandi potestatem habebat.

Hæc sub Ioakimo facta sunt.

3. Quocirca vaticinium hoc, per cingulum putrefactum, & lagunculam inebriantem, sub Ioakimo factum videtur, quando & ad Euphratem tutum iter patebat, & plures è stirpe Dauidica reges erant, nempe Ioakimus & Iechonias in regni consortium à patre assumptus, vt alibi annotaui, & insinuat Ieremias hic ver. 13. *Hæc dicit Dominus: ecce implebo omnes habitatores terræ huius, & reges, qui sedent de stirpe Dauid, super thronum eius.* Nullum autem regni socium habuit Sedecias, Sanctius hic post numer. 32. putat S. Hieronymum suam de lumbari

sententiam mutasse, & existimasse Ieremiam reuera Babylonem pro[...] ibi lumbare ipsius computruisse, cùm in commentarijs huius cap. [...] re videatur, & pleraque eorum, quæ in proœmio ad Oseam retul[...] locis corrigat, vbi de illis rebus accuratius aut scripsit, aut cogitau[...] nim proœmio, negarat Isaiam nudum incessisse, quod tamen asserit [...]

IEREMIÆ XIII. v.18.

Quidã hic Iechoniam & matrẽ eius intelligunt.

1. Dic regi & Dominatrici: id est, Iechoniæ & matri eius Nobe[...] Hieronymus hic, Rabanus, S. Thomas, Hugo, Dionysius, Sa, Vat[...] nim regijs ornamentis spoliati, Babylonem deportati sunt, vt pat[...] v.15. vbi de Nabuchodonosore dicitur: transtulit quoque Ioachin [...] nem &c.

Alij Sedeciam & vxorẽ eius probabilius.

2. Alij hæc ad Sedeciam & vxorem eius reginam applicant, [...] Dominatrice Babylonem abductus est, vt tunc ciuitates Iudææ, [...] tribuum comparatione, australes erant, clauderentur, & perfecta [...] tio, vt Vates minabatur v.19. *Ciuitates Austri* clausæ sunt, & non est, [...] translata est omnis Iuda, transmigratione perfecta. Ita Chaldæus, Ly[...] strius, Cornelius.

Alij hærẽt dubij.

3. Alij denique de huius vaticinij tempore, dubij hærent, vt S[...] disertè ait, nihil sibi certum, neque ad illud tempus cognoscend[...] vllam coniecturam esse: Maldonatus, Mariana, Menochius tant[...] allatas opiniones recensent, & rem in medio relinquunt.

IEREM. XVII. XVIII. XIX. XX.

Dubia sũt hic rationes tẽporũ.

CHristophorus à Castro cap.17. Jeremiæ conijcit in annum 3. Jo[...] put autem 18. ad annum primum Sedeciæ. Idem Castrius cap[...] Chronotaxeos, ea quæ Jeremias cap.19. & 20. suæ prophetiæ hab[...] Sedeciæ attribuit: at verò in argumento cap.19. Ieremiæ monet ista [...] tationem esse Abulensis 4 Reg.q.vlt. quia Josias, qui contaminat[...] non permisisset Jeremiam tam diu male tractari, neque in ne[...] tum subiungit: *sed qua peculiari ratione ductus fuerit, vt ad hæc tempus [...] kim, non retulerit, non video.* Vnde patet Castrium de huius vaticin[...] dubium fuisse. Sed nec ego ausim vni potius horum duorum reg[...] teri imputare.

IEREM. XXI.

Tẽpus huius prophetiæ in cõmuni.

SEdecia regnante, & Chaldæis Jerusalem oppugnantibus, hæc [...] dem indubitatam facit v. 2. & 3. Ad annum Sedeciæ 10. referunt [...] Cornelius: Theodoretus autem hoc monitum generale suggerit: [...]

rrò, prophetias non ex ordine positas esse. Hoc enim loco, propheriam texit eorum, quæ regnante Sedecia gesta sunt: paulo post autem, quæ temporibus Ioakim & Iechoniæ acciderunt, qui regnarunt ante Sedeciam. Hoc ipsum monent Cornelius, Mariana, Mercherius, ac bene addunt, prophetiam huius capitis diu post præcedentes editam esse. Illæ enim diu Chaldæorum aduentum anteceſſerunt: hæc istis vrbem oppugnantibus edita est.

IEREM. XXII. XXIII.

PRophetiam cap. 22. à ver. 1. ad 9. nonnulli de Sedecia interpretantur, vt S. Hieronymus, Rabanus, Isidor. Hugo, Dionysius, Maldonatus, Castrius: ad Ioakimum autem plerique remittunt, quæ à ver. 9. vsque ad 24. referuntur: quæquæ hîc conscripta sunt, ita connexa apparent, vt vnum ex alio fluere videantur. Est Castrij, Cornelij, Sancti Saliani anno m. 3425. numer. 25. quibus assentior. Quod enim sub initium regni Ioakim hæc denunciata sint, subindicant versiculi 10. & 11. vbi Judæis dicitur, vt plangant non Josiam haud ita pridem mortuum, sed Joachazum siue Sellum, qui in AEgyptum abductus erat. Et ratio additur: *quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis suæ.* Et vers. 18. *Hæc dicit Dominus ad Ioakim filium Iosiæ regem Iuda: non plangent eum frater, væ soror &c. Sepultura asini sepelietur.* Hic enim de re futura est sermo, quæ Sedecia ad regni gubernacula residente, iam præterierat.

Hæc nõ ad Sedeciam sed ad Ioakim referuntur.

Cap. 22. vers. 24. *Si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu &c.* Hæc & ea quæ cap. seq. attexuntur, Jechoniæ post parentis interitum regnantem nominatum Jeremiam putant. Castrius, Cornelius, quod est valde probabile, non tamen certum: potuit enim S. Vates, hæc iacula viuo adhuc Joakimo in Jechoniam contorquere.

IEREM. XXIV. v. 1.

OStendit mihi Dominus, & ecce duo calathi, pleni ficis, positi ante templum Domini. Hanc visionem Jeremiæ diuinitus oblatam, Sedecia regnante, abducto Babylonem Jechonia, facer textus dubitare vetat, dum istos calathos Prophetæ ostensos ait, *postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioakim regem Iuda.* Vnde bene Sanctus Hieronymus: *simplicem, inquit, & veram sequamur historiam, quod bonorum ficorum calathum dixerit Iechoniam, qui se Ieremiæ consilio & imperio Dei tradiderat regi Babylonio, cui & prospera Dominus pollicetur: malorum autem Sedeciam, qui contradicens sententiæ Dei captus sit.* Quod ipsum sacra pagina clarè pandit, & sacri interpretes admonent.

Hæc ad Sedeciam.

2. Hanc

2. Hanc prophetiam anno 1. Sedeciæ tribuunt Castrius & Cor[illegible] video, quid in contrarium opponi possit. Enthronismum autem Sede[illegible] nelius inscribit anno ante Christum 602. Salianus 617. Petauius [illegible] rem Christi epocham 599. Ego 601.

IEREM. XXV. v. 1. 3. 11. 12.

Duæ interpretationes huius loci.

1. IN *anno quarto Ioakim filij Iosiæ.* Quæstionem hic mouent interpre[illegible] modo in annum 4. Ioakimi, primus Nabuchodonosoris incide[illegible] Danielis 1. dicatur: *anno tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor [illegible] lonis in Ierusalem & obsedit eam?* Quem nodum varijs modis solui posse [illegible] huius loci expositores. 1. si dicatur Nabuchodonosor venisse Ierusal[illegible] secundo regni sui currente: Ieremias autem hanc prophetiam tradi[illegible] primo Nabuchodonosoris completo, fluente Ioakimi, quarto. 2. [illegible] anno tertio Ioakimi labente Nabuchodonosorem regnare cœpisse: [illegible] potuerit priore anni primi parte Ierosolyma venisse; posteriori vero [illegible] ista prophetasse, cum iam annus quartus Ioakim inijsset.

Reijciũtur

2. Vtrumque hunc computandi modum, in Scriptura quando[illegible] pari certum est: ad hunc tamen locum, arbitror neutrum appli[illegible] Nam ex Beroso narrat Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 11. Nabuchodono[illegible] niorem cuius hic fit mentio, Satrapam Ægypto, Cœlesyriæ, Phœnic[illegible] ctum viuo adhuc parente, in suam potestatem redegisse easque pro[illegible] cuperasse, subaudi anno 3. Ioakim, quo gesta sunt, quæ initio Prophe[illegible] lis referuntur: paulo post Nabuchodonosorẽ accepto de morte pa[illegible] cio, Babylonem regressum & regno paterno potitum, anno nempe [illegible] quarto. Itaque Nabuchodonosor anno Ioakimi 3. parentis sui Leg[illegible] dit Ierosolyma: anno 4 paternum accepit imperium.

Initiũ regni Ioakim.

3. Ioakimi enthronismum ad finem anni ante æram Christi 6[illegible] quartum eiusdem regis annum, auspicor anno ante eandem æram [illegible] mum vero Nabuchodonosoris anno 608. priusquam annus Ioakim[illegible] expiraret. Quæ computatio, adamussim cum S. Hieronymi doctri[illegible] locum congruit. *Quarto*, inquit, *anno regis Ioakim filij Iosiæ, patris Ioa[illegible] chodonosor in Babylone suscepit imperium: atque ita factum est, vt annus qu[illegible] Nabuchodonosor, in Babylone, quartus esset in Ierusalem regis Ioakim.* Vide [illegible] nis Nabuchodonosor disputabam, 4. Reg. q. 30. præsertim num. 5.

Annus 23. Ieremiæ prophetãtis est 4. regni Ioakim.

CAP. XXV. v. 3.

A *Tertio decimo anno Iosiæ, filij Amon regis Iuda, vsque ad diem hanc [illegible] vigesimus annus.* Hunc locum perspicuè sic interpretatur S. Hie[illegible]

Tertiodecimo anno Iosiæ regis, qui regnauit in Ierusalem annos triginta & vno, Ieremias prophetare exorsus est, & prophetauit sub eo annos decem & nouem, cui successit in regnum filius eius Joachaz, quo statim ducto in captiuitatem, à Nechao rege Ægyptiorum regnum obtinuit Joakim frater eius, in cuius regni quarto anno, iste ad Ieremiam fit sermo Domini: ac per hoc vigesimus tertius annus erat Ieremiæ prophetæ. Eundem numerum exhibet Maldonatus, Menochius, Mariana hic Sanctius Ieremiæ 36. numer. 1. non tamen sine errore graphico, vbi 11. pro 13. & 10. pro 12. ponuntur. Si annis Iosiæ 31. aliquid demetetur, non esset legitima ista computatio: multo vero minus approbari posserilla, qua idem S. Doctor in cap. 4. Ezechielis, à subuersa Samaria vsque ad excidium Ierosolymitanum, annos 135. enumerat.

Vers. 11. *Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem & in stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.* Non est sensus, quod Iudææ desolatio omnium ac singularum gentium paulo ante recensitarum seruitus totos 70. annos; sed quod vsque ad annum septuagesimum seruitutis Babylonicæ, duratura sit. Quædam enim gentes annos 70. Chaldæis seruierunt, aliæ verò tardius quidem seruire cœperant, sed iugum vsque ad finem horum septuaginta annorum pertulerunt, vt hic notat Cornelius, & illustrat similibus loquendi formulis, ex Exodi 12. v. 40. Iudith 16. v. 28. Quæ latius deduxi 2. Paralip. q. 4. & sequentibus.

Anni 70. seruitutis Babylonicæ.

Vers. 12. *Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam.* Id est, sicut Ierusalem post 70. annos recipiet pristinos habitatores: sic imperium Babylonicum, Medis, Persisque venientibus, destruetur, vt explicat S. Hieronymus. Hinc factum, vt eodem tempore, & Iudæorum laxaretur captiuitas, & Chaldæorum frangeretur potentia, nempe anno 1. Cyri Babylone imperantis.

Eodē tēpore captiuitas Babylonica & imperium Chaldæorū finiuntur.

IEREM. XXVI. & XXVII.

Quæ cap. 26. comprehensa sunt, sub exordium regni Ioakim contigisse ipse D. Vates clarè docet v. 1. De cap. autem 27. difficultas est.

QVÆSTIO III.

Quando contigerint, quæ tradit Jeremias cap. 27.

1. PRima interpretatio est eorum, qui hæc in Ioakimi primordia conijciunt, vt Christophori à Castro, & Cornelij. Probatur *primò*: quia nullus est, inquit Castrius, qui non incipiat cap. 27. ab illis verbis: *In principio regni Ioakim.*

1. *Opinio. Arg. 1.*

Sic enim exordiuntur 70. Chaldæus Paraphrastes, Vulgatus, cum ... terpretibus. Probatur *secundò*. Non solet alibi Scriptura post tam longa ... rationem, quanta cap. præcedenti, de Michæa, & Vria contexitur, ... quod initio præmissum fuerat. Ergo verba ista: *in principio regni Ioakim* ... runtur ad præcedentia, sed ad ea, quæ hoc 27. capite scripta sunt. Tota ... istud, *dicendo*, siue *dicens* connectit præcedentia cum sequentibus, vt ... verborum complexione. *Fac tibi vincula & catenas.*

Arg. 2.

Arg. 3.

Cautio hic adhibēda.

2. Hæc opinio probabilis est: quam qui sequi volet, fatebitur ... primum huius capituli versiculum, nec in translatione 70. Sixti, nec ... editione Francofurtensi extare; sed maiorem esse Latini & Hebræo ... ctoritatem, qui eum versiculum repræsentant. Deinde asseret, præ... ciendi catenas datum Ieremiæ, sub Ioakim; executionem verò perfe... decia absolutam. Denique Prophetam ipsos 14. annos, aut per ... continenter portasse catenas, donec legati, de quibus hic est sermo, ... ciam venirent.

2. Opinio magis expedita.

3. Altera verò sententia, quæ mihi magis expedita videtur, proph... catenis incipit ab illis verbis: *Hæc dicit Dominus ad me: fac tibi vincula*: ... autem primum huius capitis, ad præcedens vaticinium remittit. ... S. Hieronymus, Rabanus, Lyranus, Hugo, Dionysius, Maldonatus, S... rius in hunc locum, Torniellus ad ann. m. 3439. numer. 4 Salianus ... num. 21. ann. 3439. num. 11 quibus assentior, referentibus hoc ad ann... deciæ: quia hæc explicatio ad vulgatam editionem magis accom... tur, nec ab Hebræo fonte, nec à translatione 70. recedit. Sic enim D... phetam alloquitur: *Fac tibi vincula & catenas, & pones eas in collo tuo, & ... regem Edom &c. in manu nunciorum, qui venerunt Ierusalem, ad Sedeciam* ... In Hebræo & Græco est, *venientium*. Ergo nuncij iam venerant, vel ... Respondent nonnulli, hoc loco præteritum *venerant*, pro futuro ... positum, vt plerumq; apud Prophetas contingit. Verum huius sui ... nem, nescio quam afferre possint: sed pro concesso accipiunt, quod ... nem vocatur. Alibi id fieri certum est; sed tunc solùm, quando ... phrasis, aut orationis contextus exigit: hîc autem nihil est, quod ... poris enallagen insinuet. Vide notas Aggæi 2. v. 1.

Prob. 1.

Prob. 2.

4. Adhæc, si regnante Ioakim, Deus hæc mandata dedit Ier... etiam reuelauit Sedeciam regem futurum: quod qui asserit, probandi ... tro sibi imponit. Denique si quæratur, quare meliores codices 70. ... quales sunt Sixtini, hoc loco, quartū annum Ioakimi non exprimunt ... dent prioris sententiæ patroni, eos codices, sicut & illum, quo S. Hi... vtebatur, *fuisse diminutos & erroribus refertos*, vt scribit Castrius. At ...

partis propugnatores suauius dicunt potuisse quidem Septuaginta particulam istam de anno 4. Ioakim attexere : iure tamen omisisse, tanquam minus necessariam, quandoquidem ea prius apposita fuerat, eaque omissa nihil de claritate, nihil de vero Scripturæ sensu detrahitur. Confirmat Salianus ex initio capit. sequentis, vbi legimus : *Et factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda*, quo in loco ait *annum illum* vocari, eundem ipsum annum in quo præceptum datum est, de catenis conficiendis, & portandis.

5. Ad *primam* rationem prioris sententiæ dici potest. 1. in quibusdam exemplaribus illum versiculum non haberi, nempe in Septuaginta Sixti & Græcis Francofurtensibus. 2. Etiamsi omnes codices caput 27. illis verbis aperirent : id tamen non obstaret, quo minus quartum illum Ioakimi annum, ad præcedentis capitis prophetiam reducere possimus, idque ex vsu Scripturæ. Nam initium cap. 12. Geneseos ex grauissimorum auctorum sententia, pertinet ad narrationem de discessu Thare & Abraham ex Chaldæa, capite 11. præmissam. Imò apud Ieremiam idem cernere est cap. 51. vers. 59. qui sic habet : *Verbum quod præcepit Ieremias Propheta Saraiæ, filio Neriæ filij Maasiæ, cum pergeret cum Sedecia in Babylonem in anno quarto eius.* Hunc enim versiculum etiam prioris opinionis asseclæ ad ea quæ cap. 50. describuntur, spectare docent. Itaque minimè absurdum eis videri debet, quod versiculus primus cap. 27. ad præcedentis capitis oraculum reuocetur. Vnde patet *secundam* rationem, non esse efficacem. *Ad 1. & 2. primæ opinionis.*

6. Adhæc, quod initio capitis 27. quædam repetantur, quæ in exordio capit. 26. præmissa fuerant, non pugnat cum vsu & consuetudine sacrorum eloquiorum. Nam Iud. 18. versiculus primus hanc sententiam exhibet : *In diebus illis non erat rex in Israel.* Quæ sententia repetitur initio cap. 19. in Hebræis codicibus : in alijs ad calcem cap. 18. Imo Castrius, verba illa, *& factum est in anno illo*, quibus Latinus & Hebræus capit. 28. aggreditur, retrahit ad id, quod cap. 27. præcesserat. Prima item verba capitis 31. ad caput præcedens plerique referunt, vt ibidem annotabo; ac proinde negari non potest, quin alicuius capitis principium ad præcedens referri possit : nec aliud prætendunt auctores secundæ sententiæ. *Regula notanda.*

7. Quod *tertio* argumento proponebatur, iure negari potest : neque enim verbum illud *lenior, dicendo*, siue *ad dicendum* cum præcepto de vinculis ἀμέσως coniungitur. Nam hęc verba intercedunt : *Hæc dicit Dominus ad me.* Quę verba, subsequens de vinculis mandatum respiciunt : verbum autem *lenior*, dicendo, præcedentia in memoriam reuocat, & ad annum 4. Ioakim spectat. Videtur quidem Saliano, illo num. 21. hoc negotium, vnius vocis commutatione cōponi posse, si videlicet pro Ioakim, substituatur Sedecias, hoc modo : *In prin-* *Ad 3.*

cipio regni Sedeciæ regis Iuda. Ego verò nullam hic mutationem admitto, censeo.

Quamdiu Ieremias cœperit gestare catenas.

8. Castrius ad cap. 21. vers. 1. §. Ad tertiam, dum respondet argumento cundæ sententiæ, ait Ieremiam veras catenas portasse, *ab anno regni Ioachim totos vndecim annos & plures, vsque ad id tempus, quo venerunt legati ad Sedeciam continuo, vel cum spiritus adigebat.* Attamen eiusdem capitis commentario concludit: *Cœpit ergo Ieremias gestare vincula & catenam, anno 1. Sedeciæ, et ad reges, per legatos, & gestauit vsque ad annum 4. quo sunt confracta ab Hanania.* meo iudicio probabilius hæc omnia ad annum 4. Sedeciæ, ab eodem cundæ sententiæ reuocantur.

IEREM. XXVII. v. 7.

Nabuch. & filio & nepoti.

1. *Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius.* Eorum non probo, qui vt Castrius hunc locum explicat, volunt primum Nabuchodonosorem illum, quem Ptolemæus Nabopolassarum vocat, dum Euilmerodach, tertium Baltassarem. Nam vt alibi ex ipso Prolijsque monui, Nabopolassarus, non peruenit ad annum regni mum, imò tantum 21. annos ei tribuit Berosus: parens autem Euilm minimum 43. annos imperauit.

Diuersi fuerunt Euilmerodach & Baltassar.

2. Nec ijs assentior, qui Euilmerodach à Baltassare non distingu enim communis auctorum sensus non patitur, vt patebit ex ijs quæ successoribus Nabuchodonosoris afferam in Proph. Danielis. Hieron uerto 1. Prophetam denunciare Nabuchodonosoris imperium non petuum, vt notat S. Hieronymus, nec fortè his verbis aliud intendisse, quod refertur 2. Paralip. 36. v. 20. *Si quis euaserat gladium ducta in Babylo uit regi & filijs eius, donec imperaret rex Persarum, & compleretur sermo Ieremiæ.* Aduerto secundo, eum satis strictè hæc verba interpretatus xerit, nihil aliud ijs significari, quam fore, vt imperium Babylonium tantum ad Nabuchodonosoris filium, sed etiam ad aliquē neporum ueniret, siue postea hic tertius hæres, siue alius successor, à Cyro fuerit

IEREM. XXVIII. v. 1.

ET *factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur,* &c. Ita Latinus & H Septuaginta vero Seniores cap. 35. ita hunc locum transtulerunt: *in quarto anno Sedeciæ regis Iuda, in mense quinto, dixit mihi Ananias filius dopropheta.*

QVAESTIO IV.

Quando hæc disceptatio inter Ieremiam & Hananiam acciderit.

1. COntrouersiæ præsentis cardo in eo vertitur, quod non appareat, quomodo hoc verbum dicatur factum *in principio regni Sedeciæ*, & simul in *anno quarto*. Qua de re quatuor opiniones repetio. *Primæ* est hanc prophetiam contigisse, anno primo, siue initio regni Sedeciæ, eundem annum fuisse quartum annalis hebdomadę, siue ab anno Sabbatico, quem Hebræi quartum Semitę appellant. Probatio sumitur ex Chronologia, quæ annum primum Sedeciæ, cum quarto Semitæ componit, suffragante antiqua Hebræorum traditione, qua reuersio ad anni Sabbatici finem refertur, vt patet ex sequenti laterculo. *Status quæst.* *Opinio 1.* *Probatur.*

Anni Sedeciæ.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10. 11.
Anni Semitæ.	4.	5.	6.	7.	1.	2.	3.	4.	5.	6. 7.

Ita hunc locum interpretatur Vatablus, Scaliger, Capellus, probatque ex Seder Olam, vbi Ioakim in medio *Iubilei*, migrasse dicitur: putat tamen Capellus an. m. 3400. legendum in medio *hebdomadis*. Consentit Sethus, dum hoc Ieremiæ cum Hanania certamen, anno 1. Sedeciæ adscribit. Quam interpretationem nonnulli ex Orthodoxis admittũt, vt Cornelius, qui aliorum supputationem refert, asserentium annum 15. Ezechiæ fuisse Sabbaticum, inde vsque ad primum Sedeciæ fluxisse annos 116. qui per 7. diuisi, dant 16. annorum hebdomadas & annos 4.

2. Verum hæc opinio potentes habet aduersarios, nempe omnes sequentiũ interpretationum assecłas, cum Lyrano, ac in primis ipsos 70. Interpretes, qui diserte tradunt Hananiam, ea quæ hoc capite narrantur, anno 4. Sedeciæ locutum ad Ieremiam. Enimuerò, licet annus primus Sedeciæ fuerit quartus Semitæ: non tamen idcirco hæc prophetia ad annum primum Sedeciæ debet applicari, obsistente 70. Seniorum auctoritate, qua id quod in Hebræo obscurum erat, sic illustrarunt, vt clarè testarentur, hanc Ieremiæ cum Hanania disceptationem, anno 4. Sedeciæ habitam. *Contrar. opinionem.*

3. Supputatio quam ex alijs refert Cornelius, vitio non caret, vndecumque tandem id proueniat. Si enim annus decimusquintus Ezechiæ fuit sabbaticus, debet ab illo 116. annorum numero excludi: sic autem reliqui erunt, anni Ezechiæ 14. Manassæ 55. Amon 2. Iosiæ 31. Ioakim 11. Sedeciæ 1. ex quibus non nisi 114. colliguntur; qui si in 7. distribuantur, dabunt 16. annorum hebdomadas, & annos 2. Itaque si annus 15. Ezechiæ fuit Sabbaticus; primus Sedeciæ erit alter, non quartus à Sabbatico. *Contra supputationem illius.*

Alia suſputatio melior.

4. Mihi anno ante æram Chriſti 717. aperitur decimus tertius Eu[illegible] in autumno ſabbaticus: anno verò ante eandem æram 601. initium [illegible] ciæ conſtituo, & menſe Tiſri annum 4. Semitæ ineuntem puto, [illegible] ctrinam, quam ſub finem libri Deuter. de annis ſabbaticis ſecutus [illegible] tione in eam computationem inductus. Annum ſecundum Dari[illegible] templi inſtauratione nobilitatum, anno ante Chriſti æram 520. [illegible] locis animaduerti, vt patet ex notis ad 1. Eſdræ 4. v. 24. numer. 1. Ac[illegible] vſque ad iſtum annum Darij ſecundum, Scriptores, auctoritate, [illegible] numero inſignes, annos 70. computant, Clemens Alex. Euſebius, [illegible] mus, Auguſtinus, Iulianus Tolet. Nicephorus Conſt. Theodoretus, [illegible] Beda, Ado, Marianus, Schafnaburgenſis, Freculphus, quos laudaui [illegible] ſum 2. Paralip. q. 6. num. 6. Taceo recentiores, Riberam, Caſtrium, [illegible] uerſio Ieroſolymitana mihi incidit in annum ante Chriſti Epocham [illegible] annus vndecimus Sedeciæ, & Sabbaticus abſoluebatur: atque ita fate[illegible] primum Sedeciæ in quartum ſemitæ incurriſſe. Præſens autem nego[illegible] miæ cum Hanania anno 4. Sedeciæ contigiſſe, nec Latinus nec He[illegible] gat, ſed potius annuit: Septuaginta verò Seniores, ne dubitandi locu[illegible] ret, diſertè affirmant.

Interpretatio Auctoris.

5. Quocirca, annum quartum cuius hic mentio habetur, puto [illegible] quartum ſemitę, ſiue requietis, licet in primum Sedecię incideritur [illegible] ſtimo recipiendam eſſe 70. Seniorum translationem, Latinæ & He[illegible] tioni non aduerſantem, tum quia rationi valde conſentaneum eſt, [illegible] Scripturæ expoſitione, *inſpiciamus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel [illegible] fieri conſueuit*, vt in materia iuſtitiæ fieri aſſolet. Plerumque autem, [illegible] ſemper, notandis prophetijs & ſacris hiſtorijs digerendis, anni regu[illegible] antur, & in dubijs, 70. interpretum auctoritas minimè contemn[illegible] autem Semitæ, in diuinis literis, ad certas temporum notationes [illegible] hibeantur. Quod ſi forte alicubi factum fuerit; huic tamen loco con[illegible] putarem, ſicut *ea quæ rarò accidunt, non temerè in agendis negotijs computan[illegible]* igitur quæſtio, quid ſibi velit iſtud: *in principio*? quod ſequentibus op[illegible] explicandum.

Opinio 2. valde incerta.

6. *Secunda* opinio eſt Rabbi Salomon, cui ſubſcribunt Lyranus [illegible] cum, & nonnulli alij, annum quartum Sedeciæ dici principium [illegible] non tunc primum initi, ſed à rege Babyloniæ confirmari, *quando Nabu[illegible]* inquit, *præfecit eum quinque regibus*, nempe vt eorum tributum coge[illegible] interpretatio eſt valde incerta, cum non conſtet de tributo ab illis [illegible] uendo, nec appareat ratio, cur Sedecias rex antea à Chaldæo conſti[illegible] tempore confirmari debuerit, aut noua annorum illi æra recudi. Ind[illegible]

ait, illam Rabbi Salomonis interpretationem, *natam esse è Rabbinorum cerebro, quibus familiare est, cum emergere è difficultate non possunt, aliquid confingere, à quibus si rationem exquiras, quid respondeant, nihil promptum habent, nisi fabulam.*

7. Tertia opinio est eorum, qui censent, prima huius capitis verba: *Et factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda*, denotare annum 1. Sedeciæ & spectare ad præcedentis capituli prophetias: sequentia autem, *in anno 4. in mense quinto*, esse initium narrationis de Hanania, & intelligenda de anno 4. non tertiæ, sed regni Sedeciæ. Ita Castrius, & ex parte Sanctius. Probant; quia septuaginta, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, nulla de principio regni Sedeciæ facta mentione, res cum Hanania gestas, ad annum 4. Sedeciæ referunt. At reponderi potest, apud 70. in Hieronymi, Rabani, Theodoreti commentarijs nullam fieri mentionem principij Sedeciæ, quasi ab anno 4. illius distincti, sed omnes huius & duorum præcedentium capitum prophetias, conijci in annum 4. vel Ioakimi, vel Sedeciæ. Sic istorum trium patrum auctoritas tertiam opinionem refutat, quartam propugnat. Deinde si hæc opinio esset vera, textus Latinus & Hebræus corrigendus esset, quia principium regni Sedeciæ, & annum 4. eiusdem, vna eademque verborum periodo comprehendit, & cum facinore Hananiæ coniungit. *Opinio 3. non placet.*

8. Quartam igitur opinionem sequor, quæ retinet inuariatam Hebræi textus & Latini lectionem, prout est apud S. Hieronymum, & in editione vulgata Sixti V. hoc modo: *Et factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias*, ita vt mentio anni quarti, sit modificatio eius, quod præcesserat, *in principio regni Sedeciæ*, q.d. non omnino in principio fuit, erat enim iam annus quartus: sed vocatur principium, quia vndecim annis regnauit. Ita Mariana hunc versum exponit, asserens hanc interpretationem esse planissimam, cæteras violentas videri. Idem censet Emmanuel Sa, dum hic subaudit particulam *nempe*, vt sensus sit: in principio regni Sedeciæ, nempe anno 4. illius. Idem est sensus S. Hieronymi, qui tum in textu, tum in commentario, describit primum huius capituli versum, prout illum iam exhibet Vulgata editio, tum subiungit: *Fit autem sermo Domini sub rege Sedeciâ, in anno quarto regni eius, & in mense quinto: necdum Propheta Ezechiel vaticinante in Babylone.* Vnde apparet S. Doctorem annum 4. Sedeciæ non distrahere ab illo principio, cuius ibi fit mentio. Consentit Hugo, Dionysius, Maldonatus, hic, & Salianus ad annum m. 3439. numer. 17. admittit Torniellus ibidem numer. 4. & Sanctius ad huius capitis initium: nec meliori modo cum editione Vulgata conciliari possunt Septuaginta. *Conclusio.*

9. Solum

Explicatur conclusio.

9 Solum est difficultas; quomodo annus 4. Sedeciæ, dici possit principium regni illius? qua de locutione bene philosophantur Sanctius, Suarez, qui aduertunt spatia quælibet temporum, solere in tres partes diuidi, principium, medium, finem: quæ tertiam partem totius interualli non excedit, principium vulgari modo referri. Quintus autem mensis (cuius hic meminit Ieremias) anni 4. Sedeciæ, ad tertiam partem temporis, quo regnauit, pertingit. *Quemadmodum*, inquit Sanctius, *nemo improbaret hãc locutionem, si quis octauo Sedeciæ anno, in fine illius regni contigisse diceret: sic nique quam habemus, si in principio factum arbitrere, quod post tres annos & menses à principio quartus est.* Simili loquendi modo vtitur Castrius in Chronotaxi huius libri. *Anno*, inquit, *secundo vel tertio in principio regni Sedeciæ prophetat* &c. Sic annum Sedeciæ, principium regni eius vocare licet: non video, cur ad aures desinentem hæc locutio extendi non possit: hic enim non rigore Mathematico, sed libertate vulgari agimus.

QVÆSTIO V.

Quorsum referatur mensis quintus cuius fit mentio.

Conclus. 1.

1. AD annum sacrum Hebræis vsitatum refero: cum enim alibi in Scriptura notati ad annum sacrum referri soleant; non est, quod à more consueto recedamus. Quare non assentior illis, qui hunc mensem tum à die enthronisimi Sedeciæ computant: sed existimo hunc mensem tum esse eum, qui Iudæis Ab vocatur, cuius die decima, ciuitatem incendit Nabuzardan. Ierem. 52. v. 12.

Conclus. 2.

2. Existimo etiam, illam orationis particulam *in illo anno*, commodius ad ea, quæ præcedenti capite describuntur, q. d. illo anno, quo iussus fuit Ieremias vincula & catenas quinque regibus mittendas fecit, ac ibi iterum de sacra vasa templi Babylonem transferenda prædixit, illo inquam anno, qui non procul ab initio regni Sedeciæ distabat, erat enim quartus mensis ineunte, *dixit ad Ieremiam Hananias*, &c.

Resp. 1.

3. Dices: Sedecias anno 4. regni sui Babylonem profectus est. Ierem. 59. Legati verò quinque regum post eius reditum, Ierosolymam venerunt; & tum Hananias Ieremiæ negotium facessiuit: quomodo igitur, mense anni sacri hoc fieri potuit? Resp. 1. Certum est ex loco iam citato, Sedeciam non prius Ierosolymis mouisse Babylonem, quam annus regni quartus iniret, nec est valde probabile, post reditum Sedeciæ multos istos ei præsto fuisse; sed aliquanto post, à suis regibus ablegatos.

Sedeciæ regressu constaret. Sic Sedecias exiguo temporis spatio, è Iudæa Babylonem iuisset, & negotijs ibidem confectis, domum reuertisset, in eorum sententia, qui annos Sedeciæ a Nisan auspicantur.

4. Respon. 2. Si legati ante Sedeciæ discessum adfuerunt, rationes temporum difficultate carent: sic enim illo ipso mense quinto anni sacri, quo Sedecias annum regni quartum inchoabat, (aut forte mense præcedente inchoarat) Ieremias præsentibus legatis, qui prius aduenerant, vincula induerit. Hananias eadem confregerit. Tum nuncijs per otium expeditis, Sedecias iter suum adornauerit, & confecerit anno regni sui quarto currente. Quæ explicatio mihi cæteris anteponenda videtur. *Resp. 2.*

5. Si post reditum Sedeciæ legati aduenerunt, mensis iste quintus annum quartũ Sedeciæ claudebat; vel certè annus iste vsualis dicebatur quartus Sedeciæ, eo quod priori parte anni vsitati currente, pars vltima anni 4. Sedeciæ labereturposteriori, quintus emergeret, eo ferè modo, quo annus 112. Iulianus, æræ Christi 67. Capitone & Rufo Coss. modo tertius decimus, modo decimus quartus Neronis appellatur, quia priori parte annii istius Iuliani fluebat decimus tertius Neronis; posteriore decimus quartus, vt dixi Introd. cap. 18. *Resp. 3.*

IEREMIAE XXVIII. v. 17.

Et mortuus est Hananias in illo anno, mense septimo. Annum illum intelligo Hebræis vsitatum, à Nisan inceptum, ac proinde Hananiam interijsse, altero mense, à morte sibi per Ieremiam denunciata: septimo vero mense anni sacri, qui appellatur Tisri, siue tunc curreret adhuc annus quartus Sedeciæ, siue iam quintus fluerer, iuxta dicta q. præcedenti.

IEREMIAE XXIX. v. 1. & 10.

Vers. 1. *Hæc sunt verba libri &c.* Hanc epistolam anno 1. Sedeciæ scriptam & missam docent, Castrius & Cornelius in Chronotaxi, Torniellus & Salianus ad an. m. 3436. ille num. 9. hic 28. quorum sententiæ subscribo.

Vers 10. *Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo eos.* Hos annos ab enthronismo Magni Nabuchodonosoris auspicor, cum nonnullis antiquis, quorum suppressis nominibus meminit Eusebius in Chronico, Sulpitio Isidoro, Theodoreto, Historia Scholastica, Ribera, Barradio, Christophoro à Castro, Montano, Petauio, Vatablo, Rabbi Salomone, Rabbi Iosue, Dauide Kimhi, Hebræis in Seder, vt latè disputaui lib. 2. Paralip. q. 8. Nec aliud censere possunt, qui à casu templi, vsque ad eius instaurationem annos 70. numerant, Clemens Alexand. Eusebius, S. Aug. S. Hieron. Iulianus, Ado, Beda, Niceph. Const. Chronicon Alexand. Marianus, Schafnaburg. Freculphus, & alij, quos *Vnde hi anni 70. oriantur.*

bono numero laudaui 2. Paralip. q. 2. num. 6. Hos vero 70. annos exo[illegible] bylonica Cyri Monarchia, finitos, constat ex 2. Paralip. 36. v. 20. & 1. Esd[illegible]

IEREM. XXX. v. 1.

Opinio quorundã.

1. *Hoc verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino.* Nonnulli vt Ca[illegible] Cornelius hoc verbum anno 1. Sedeciæ factum autumant, & [illegible] sententiam S. Hieronymi authoritatem producunt. Nec mi[illegible] sentit Sanctius, qui ait: incertum quidem esse, quando hoc Ieremias [illegible] verisimile tamen videri, hoc post translatum Iechoniam contigisse, [illegible] pore datæ sunt ad exules literæ Ieremiæ, & hanc opinionem esse S. Hie[illegible] hunc in locum ita scribentis: *Promittentibus in Babylone pseudoprophetis, [illegible] qui cum Iechonia captus fuerat reuersurum, & Hanania filio Azur, in Ierusalem [illegible] dicante, Ieremias Propheta & illud quidem futurum asseruit, non intra bien[illegible] mentiebantur: sed finitis septuaginta annis.*

Conclusio.

2. Vnde colligo, hæc vaticinia, aliquo è primis annis Sedeciæ, vi[illegible] vtrum autem primo tribuenda sint, incertum esse. Anno Sedeciæ qu[illegible] naniam suas prophetias effutiuisse, docet Ieremias cap. 28. v. 2. vt [illegible] idem antea præsumpserit, non liquet. Cum verò S. Hieronymus ait [illegible] hæc denunciasse, Hanania in Ierusalem eadem prædicante, ita potest[illegible] vt ad idem ferè tempus, licet non ad eundem annum respexisse credat[illegible] ibidem, cum dixisset, ea quæ in c. 37. Ezechielis meditatus fuerat, huic [illegible] uenire, addit: *Præsertim cum eodem tempore, Ezechiel in Babylone & Ieremias [illegible] lẽ prophetauerint.* Nemo autem dubitat, quin Ezechiel, anno demum qu[illegible] deciæ & suæ transmigrationis vaticinari cœperit. Ezech. 1. v. 2. Hana[illegible] tẽ Ieremiæ sese opposuit, anno 4. Sedeciæ. Itaq; ex Cõmentarijs S. Hie[illegible] non video certum annum colligi posse, quo Ieremias hæc prophetaue[illegible] valde probabile sit, isthæc ab eo prædicta anno 1. Sedeciæ, quo scil[illegible] sunt illa quæ duobus præcedentibus capitulis habentur, vt Castrius & C[illegible] lius arbitrantur.

IEREM. XXXI. XXXII.

CAp. 31. v. 1. *In tempore illo.* Hebræa & Græca hisce verbis caput istud [illegible] tur, quicquid volit Lyranus. Primum autẽ hunc versiculum idem L[illegible] Hugo, Castrius, Cornelius, ad caput præcedens reuocant, & fauet S. Hie[illegible] mus, qui huius loci expositionẽ ita contexit, vt ostendat sermonem cap. [illegible] denti inceptum, vlterius tendere, vt aduertit Castrius, cui suffragantur [illegible] natus & Mariana, dum notat, hic Prophetam persistere in argumen[illegible] superioris. Vnde confirmantur ea quæ nuper afferebam. q. 1. num. [illegible] ligimus huius & præcedentis capitis Prophetias eodem tempore [illegible]

Cap.32.v.1. *Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, in anno decimo Sedeciæ regis Iudæ: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosoris.* Eundem annorum concursum Hebræus & Græcus contextus repræsentant. Duobus autem modis annus 10. Sedeciæ cum 18. Nabuchodonosoris componi potest. 1. si dicamus hæc contigisse anno decimo Sedeciæ expirante, & decimo octauo Nabuchodonosoris ineunte. Ita Torniellus ad ann. m. 3445. num. 8. Salianus num. 15. Paludanus in Sedecia. 2 si computo ciuili, censeamus hæc gesta anno illo ciuili, quo finiebatur annus Sedecię decimus, & decimus octauus Nabuchodonosoris oriebatur. Sic Ieremias dicetur agrum sui patruelis emisse anno 18. Nabuchodonosoris, eo sensu quo Principes Apostolorum martyrio coronati putantur anno 14. Neronis. Fortè etiam non deerit, qui hoc factum referat ad annum 10. Sedeciæ cõpletum: Nabuchodonosoris autem 18. currentem: sed malo prædictorum modorum adminiculo hanc annorum connexionem explicare. Vide quæ de annis Ioakim, Sedeciæ, Nabuchodonosoris disputabam 4. Reg. q. 16. 20. 22.

Quomodo annus 10. Sedeciæ cõcurrat 18. Nabuchodonos.

IEREM. XXXIII. v.1.

1. *ET factum est verbum Domini ad Ieremiam secundo, cum adhuc clausus esset in atrio carceris.* Hoc oraculum eodem ferè tempore, quo præcedens, traditum videtur, nempe anno 18. Nabuchodonosoris: Sedeciæ vel decimo, vt volunt Castrius, Cornelius, Salianus; vel vndecimo exoriente, vt putat Torniellus, ad an. m. 3446. num. 1.

Anno 18. Nabuch.

2. Videtur autem S. Vates hoc capite respexisse ad Prophetiam c. 21. Sedeciæ Dominum per Ieremiam consulenti datam, vt bene aduertit Salianus ad an. m. 3445. num. 18. vbi ex Castrio monet, capitulum hoc ritè subnexum præcedenti, in quo Ieremias facto ipso, nempe agri emptione spem reditus populo captiuo fecerat: eam autem hoc capite verbis solatio plenis confirmat.

IEREM. XXXIV. v.8.

VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, postquam percussit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ierusalem, prædicans, vt dimitteret vnusquisque seruum suum.

QVAESTIO VI.

Quando contigerint, quæ hîc referuntur.

Status quæst. Quidã putant bis obsessam à Nabuchodon. Ierusalem.

1. DVo hac in quæstione ponuntur. 1. quoto anno regni Sedeciæ. 2. Vtrum anno sabbatico hæc acciderint. De priori Christophorus Castrius censet Ierosolyma Sedeciæ tẽporibus, bis à Chaldæis obsessa fuisse, priùs an. octauo Sedeciæ, aut saltẽ nono, ante mensem decimum, tũ decimo mense anni noni,

vt legimus 4. Reg. 15. vers. 1. priorem obsidionem fuisse interruptam [illegible] Pharaoni obuiam digressis, & tum Ieremiam prædixisse, Chaldæos ... gyptijs redituros, & Ierosolyma potituros, hoc cap. v. 22. & cap. 37. ... riorem verò continenter perduraſſe, vsq; ad Vrbis expugnationem. Nam *sa est ciuitas, atque vallata, vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ.* 4. Reg. ... dem tradit Cornelius ad initium huius cap.

Verum anno 10. an. 11. Sedeciæ.

2. Lyranus in huius capitis glossa, Torniellus & Salianus ... hæc in annum nonum Sedeciæ conijciunt, arbitrantes tunc solutam ... obsidionem, quæ anno eodem mense decimo inchoata fuerat. Petau ... anno ante æram Christi 591. scribit vallatam iam Vrbe Sedeciam ... nono, de seruis in libertatem asserendis mandatum dedisse: anno ... ti, *cùm Babyloniorum exercitus*, inquit, ab obsidione recessisset, manum ... ni sacri religionem, seruos retraxere Iudæi. Scaliger, anno 11. Sedeciæ ... buit, quem sequitur Capellus an. m. 3409. Calouius ann. 3160.

Res hæret in dubio.

2. Etsi vero fateor nullam ex prædictis opinionibus ... rere: mihi tamen securior apparet doctrina Sanctij, qui sub initium ... tis ait, non constare, quo anno Ieremias hoc verbum acceperit. Bellar. ... quo hic est sermo, triennale fuit, cœptum anno Sedeciæ nono, finitum ... mo: quoto horum trium annorum hęc prophetia obuenerit, cognosci ... se, ne quidem ex huius capitis exordio, eo quod sit veluti prooemium ... vaticinij, ostendens, in quo statu fuerint res Iudaicæ, quãdo hæc dicta ...

Ad non est finem initio obsidionis.

3. Negotium istud, de seruorum missione, ac rursus in seruitutem ... ne, non ausim anteponere mensi decimo anni noni Sedeciæ: tum re ... sidionis sine ratione multiplicem, tum quia de obsidione illa prior, ... ponit Castrius, altum est apud antiquos silentium, tum quia plures ... ribus clarè docent, illam obsidionem cuius meminit liber 4. Reg. cap. ... præcessisse causam seruorum à Sedecia tractatam; eamque obsidionem ... ruptam fuisse. Lyranus, Sanctius, Torniell. Petauius. Imò Cornelius ... his assentitur, vbi correxisse videtur, quæ initio huius capitis annotauit ... que quando de libertate seruorum agebatur, iam eo miseriarum deuen ... dæa, vt omnes eius ciuitates à Chaldæis essent vel captæ, vel ... rosolyma Lachis & Azeca, vt hic monet Propheta v. 7. Minus autem ... le est, id ante annum nonum Sedeciæ hanc prophetiam ponere. Vide ... AEgyptijs, Chaldæi tribus illis ciuitatibus expugnandis, ad annum ... tempus protraxisse non videntur.

4. Castrius & Cornelius, auctoribus præcitatis assentiuntur, dicen ... tũc seruos in seruitutem reuocatos, quando intermissa tantisper ob ... bylonij in AEgyptios mouerant. Quam expeditionem cum breuissi ...

absoluissent, & mox ad obsidionem Ierosolymitanam reuertissent; ciuitas in annum tertium vallata & clausa more vulgari dicitur, non quidem omnino continenter, sed interpolatione tam exigua incidente, vt pro nulla reputetur: sicut non æstimantur tres menses, quibus regnauit Iechonias, Ierem. 37. v. 30. *Hæc dicit Dominus contra Ioakim regem Iuda: non erit ex eo, qui sedeat super solium Dauid.* Itaque dubium esse reor, vtrum digressio Chaldæorum ab Ierosolymis, & seruorum ad iugum retractio, ad annum nonum Sedeciæ, potius quàm ad decimum, aut postremum applicanda sit.

Quidam putãt Sabbatico anno, nõ solida ratione

5. Restat de anno Sabbatico non modica difficultas: quam varij varijs modis explicare conantur, Torniellus, Salianus, Cornelius, Petauius, Paludanus, consentientibus plerisque Sectarijs, anno Sabbatico hanc iniuriam seruis ante missis illatam asserunt: sed non ijsdem omnes nixi fundamentis. Torniellus & Salianus putant annum 9. Sedeciæ concurrisse cum 861. ab introitu Israelitarum in terram promissionis, qui numerus, si per 7. diuidatur, dabit annum sabbaticum ordine 123. Verum hanc supputationem non probo, ratus sæpe annorum sabbaticorum non ab ingressu in terram, sed sexcennio tardius accersendam. Paulo etiam plures annos illo temporis interuallo inferendos puto, ob rationes allatas de annis Ioram regis Iuda. 4. Reg. 8. q. 1. Denique Salianus herilem istam in seruos malitiam anno ante vulgarem Christi epocham 670. inscribit, qui nulla sui parte, sabbaticum legalem attigit, vt suo loco probabili, si quod hic auctor putat, ordo sabbaticorum, qui Herodis & Machabæorum ætate vigebat, ad Ieremiæ tempora, sine interruptione reducatur.

Nõ est hic institutus nouus ordo ann. sabbatic.

6. Cornelius à Lapide ait, secundum rectum & legitimum computum, annum primum Sedeciæ fuisse quartum Semitæ, hoc est, hebdomadæ annalis sabbaticorum; istum autem annorum ordinem, multis lustris, aut fortè sæculis neglectum, sed à Sedecia nouo stylo, ita mutatum, vt annus regni illius octauus in sabbaticum incideret. Ast ego, neque in hac interpretatione acquiesco: tum quia neque auctoritatem Scriptorum, neque rationis discursum video, cur nouam sabbaticorum seriem à Sedecia institutam credam, tum quia hoc modo via aperiretur, simili mutatione Calendarij sæpius excogitata, Chronologicas quæstiones non tam soluendi quam declinandi.

Sethus & Capellus examinantur.

7. Caluisius ann. m. 3360. asserit Pharaonem, qui videbatur obsessis Iudæis opem allaturus à Chaldæis repulsum, anno vndecimo Sedeciæ, currente sabbatico, quando seruos iterum mancipari contigit. Huic assentitur quoad annum sabbaticum Capellus: sed rem gestam signat anno ante æram Christi 591. Caluisius 590. Quicquid autem sit, de concursu anni 11. Sedeciæ cum sabbatico; in eo Caluisij doctrinam non admitto, quod hinc vsque ad Iudæorum è captiuitate Babylonica reditum annos 59. supputet: hunc enim reditum tri-

buit anno sui computi ante Chr. 529. repulsos autem à Nabuchodo-
gyptios, captumque Sedeciam, putat anno 588. Ego vero Sedeci-
eundem quidem annum refero, qui erat ante Christi epocham
tamen è Babylone, ad annum ante eandem epocham circiter
uoco, Capellus ad 536.

Opinio Authoris.

8. Porrò dum huius controuersiæ nodum accuratius
ficacem causam cerno, quæ omnino persuadeat seruos ad
tutem anno sabbatico retractos: sed solum sacer textus mihi
re, seruos fuisse manumissos ex legis præscripto (quæ
Hebræum seruum, anno sabbatico redeunte, inuitum
post absentibus Chaldæis retractos. Facit igitur anno
baticæ remissionis Sedeciam egisse cum populo de lege
Iudæi diuinum Numen placarent, & auxilium cœlitus
facere non poterant, nisi illo ipso tempore, ab eo
uos contra legem detinebant. Itaque iam tum
velle enim eam ad vnum pluresve annos differre,
velle tam diu perseuerare, non aliter quam si
tem carceri mancipatum, aliquanto tempore
tinere.

Explicatur Petauius.

9. Quod si propter quorundam auctoritatem
ticum alligare placuerit, proximè ad Petauij
commodabo. Nam vt in Synopsi cap. 14. numer. 9.
Christi æram 591. sub autumnum anno sabbatico
stea docuit Petauius. Ab enthroniſmo Nabuchodonosors,
primum Cyri Babylone regnantis annos 70. computo,
rum nouem annos Babylonijs imperasse probaui
tior Petauio, dum æram Monarchiæ Babylonicæ Cyri,
pocham 538. auspicatur. At verò de annis Sedeciæ
rumper mea computatio discrepat. Ierosolymorum
in annum ante æram Christi 589. ego in præcedentem,
tus, qui à casu templi, vsque ad annum secundum
dinumerant, vt latè explicui 2. Paralip. q. 8. adiuncta
traditione, qua Ierosolymitanam cladem anno sabbatico
die 9. Ab in sabbatum incurrente, vt dixi 4. Regum q. 23.
uius annum 10. Sedeciæ putat Sabbaticum fuisse; ego
guum est discrimen, nec longa altercatione
dignum.

IEREM. XXXV. v. 1.

Verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino in diebus Ioakim filij Iosiæ regis Iuda. Quæ hic de Rechabitis narrantur, ea nonnulli circa annum Ioakimi tertium gesta putant, vt Torniellus ad ann. m. 3428. num. 7. alij sexto aut septimo, vt Salianus ad ann. m. 3431. numer. 1. & Castrius in hunc locum, idque indicasse volunt Isidorum, cum hanc prophetiam ait 14. annis Ieremiæ reuelatam fuisse, ante annum nonum Sedeciæ. Alij septimo vel octauo, vt Cornelius ad initium huius capitis. Alij denique octauo, vt Hugo. Has opiniones recenso: quænam autem sit omnium probabilissima, qui volet, sententiam ferat. *De Rechabitis varia supputationes.*

IEREM. XXXVI. v. 1.

Et factum est in anno quarto Ioakim &c. Tolle volumen libri.

QVÆSTIO VII.

Quando scriptus sit hic comminationum liber.

1. RAtio difficultatis est, quod disertè hæc prophetia Ieremiæ oblata dicatur anno 4. Ioakim: id autem quanam ratione fieri potuerit, nõ est proclive dictu. Hic enim Propheta Chaldæorum hostilem in Iudæam aduentum prædicit, ac ideò volumen illud rex Ioakim se combussisse aiebat, quod in eo scriptum esset: *festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terrum hanc*, ver. 29. id autem ante quartum annum Ioakimi contigisse testari videtur Daniel cap. 1. v. 1. *anno*, inquit, *tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem & obsedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda.* Vnde Castrius Ieremiæ 36. nu. 1. ait graue dubium esse de tempore huius prophetiæ. *Status q.*

2. Vatablus Dan. 1. vt hunc nodum soluat, asserit Nabuchodonosorem, neque tertio, neque quarto anno peruenisse Ierosolymam, sed sub finem anni tertij, cœpisse exercitum conscribere: anno vero quinto, post nonum mensem Ierosolymis potitum, & regem Ioakimum vinctum duxisse Babylonem, idque probat 1. quia mense nono anni quinti, indictum est ieiunium, vt hic dicitur vers. 9. non alium in finem, quàm vt placatum Dei numen, expeditionem Babyloniorum impediret. 2. Ad hoc obtinendum, ipso ieiunij die Baruch priorem Ieremiæ librum recitauit, v. 6. 7. 10. Deinde Babylon ab Ierosolymis adeo distat, vt inde huc veniendo, Esdras quatuor menses impenderit. 1. Esdræ 7. vers. 9. Cum verò Chaldæus ingentes copias ac plurima impedimenta secum traheret, Vatablo plus temporis in sua profectione, quàm annuum spatium insumpsisse videtur. *1. Opinio.* *Arg. 1.* *Arg. 2.*

3. Hanc

Contra 1. opinionem Ad 1. & 2.

3. Hanc opinationem examinat, & meritò explodit Castrius in ... cum: clarior est enim Danielis contextus, quàm vt primus Nabuchodonosor aduentus in nonum mensem anni quinti Ioakim differri possit. Ad ... tabli probationem bene respondet Castrius, idcirco indictum ... & volumen à Baruch prælectum, vt Deus impetum Chaldæorum ... quo minus secundò redirent, vrbem exscinderent, Iudæam in solitudinem digerent. Merito enim grauiora timebant Iudæi, quam quæ Babylonis obsidione intulerat. Idem docet Cornelius hic v. 1. dum monet ... se *postquam Ioakimus re cum Nabuchodonosore composita Babylone redierat ... securè, quin adhuc Iudæi metuerent Nabuchodonosoris reditum: vnde ad eum ... indixerunt ieiunium.* v. 6. Bene etiam docet, quòd huius ieiunij indictionis lectionem præcesserit: hoc enim legit Baruch ipso ieiunij die. Vt ... mus regem & populum huius libri recitatione, ad ieiunium ... inductos non fuisse, nec ieiunasse ad auertendas minas hoc libro ... nisi quatenus eas memoria repetebant, quas antea Ieremias denunciauit.

2. Opin.

4. Sanctius in hoc caput, numer. 1. aduertit Ieremiam, per 23. ... phetasse antequam sua vaticinia literis mandaret: cœpit enim ... anno 13. Iosiæ; hæc verò scribenda curauit anno quarto Ioakim. Quo modo deducit, quo S. Hieronymus & alij totidem annos illo tempore reperiri docent, vt notaui Ierem. 25. v. 3. & monui errorem graphicum ... mentarium Sanctij irrepsisse. Docet præterea Sanctius Prophetam ... psisse, eo anno, quo primò Nabuchodonosor in Iudæam venit, ... quàm in eam esset ingressus: anno autem 1. regni sui, Ioakim 4. ... *dæorum fines irrupisse.* Adhæc Ieremiam cum Daniele (qui cap. 1. ... bylonis anno 3. Ioakim inuasisse Iudæam) duobus modis conciliat ... dit Ierem. 25. num. 3. & 4. *Primò*, si dicamus Nabuchodonosorem ... sui inchoato Ierosolymam venisse, quem Ieremias cap. 25. vocat ... ple completum: Danielem autem neglecta huius anni secundi ... aduentum anno tertio Ioakimi tribuisse, eo quod *pars illa*, inquit, ... *Nabuchodonosor, pars etiam censeatur anni primi.* Secundo modo, & ... tratur expedito, componi inter se hæc duo testimonia posse ... annum Nabuchodonosoris incurrisse dicamus, partim in tertium ... iam adultum, partim in quartum inchoatum, aut modice progressum ... *optimè*, inquit, *& quam verissimè dici potest, venisse Nabuchodonosor in Iudæam ... anno regni sui, & venisse anno tertio & quarto Ioakim, quia illorum annorum ... extremum, alterius initium primus ille annus complexus est.* Similitudinem ... niam dici abductum anno octauo Nabuchodonosoris. 4. Reg. 24. ... inchoato, eundem annum vocari septimum. Ierem. 52. ver. 28. eo quod ... non esset completus.

5. Castrius dubium initio huius quæstionis propositum, ita dissoluendum ait, vt Nabuchodonosor anno regni sui primo, *qui erat*, inquit, *tertius completus Ioakim, & quartus inceptus*, Ierosolymam venerit, eam ceperit, & regem Ioakim cum regijs adolescentibus duxerit, mox pace cum Chaldæo inita Ioakim domum redierit, Ieremias interim librum priorem dictauerit, mense denique nono anni quinti Ioakimo Babylone reuerso volumen lectum fuerit. Pleniorem autem huius rei declarationem ex suis Commentarijs in cap. 22. Ieremiæ petendam monet, vbi inter cætera ait, Nabuchodonosorem sumpto imperio decreuisse Syriam confestim recuperare, idque effecisse, vt Daniel. 1. vers. 1. narratur anno tertio regis Ioakim penè completo, & tunc Ioakimum cum cæteris captiuis transtulisse. Quæ cum latius explicasset hisce verbis concludit: *Anno ergo tertio regni sui Ioakim captus à Nabuchodonosore ductus est Babylonem, vbi mansit, vsque ad finem belli facti iuxta Euphratem, anno quarto ipsius Ioakim. Nam annus primus Nabuchodonosoris partem vtriusque anni, tertij & quarti comprehendit.* Idem sentire videtur Cornelius Dan. 1. vers. 1. vbi ait annum primum Nabuchodonosoris inchoatum fuisse anno tertio Ioakim, & finitum anno quarto, ac idcirco ea quæ à Nabuchodonosore anno primo ipsius gesta sunt, nunc ad annum tertium Ioakim, nunc ad quartum referri. Cœpit enim *expeditionem, inquit, contra Iudæos parare anno tertio: eandem perfecit anno quarto.* Et paulo post disertè affirmat, Ioakim anno tertio regni sui captum à Chaldæis. 3. Opinio.

6. Ego vero arbitror, Nabuchodonosorem Magnum, regnante adhuc Ioa patente Ierosolymam venisse anno 3. Joakimi, Vrbem regemque cepisse, tum accepto de morte parentis nuncio, curam captiuorum amicis demandasse, cum paucis per deserta Babylonem contendisse, ac tandem regni administrationem, quæ interim penes Chaldæorum Magnates fuerat, anno quarto Joakim iam ad finem prono accepisse, vt ex Beroso, Iosepho, Fastis Siculis retuli 4 Regum q. 20. num. 3. Vbi annum primum Nabuchodonosoris à quarto Joakim ita deduxi, vt annus tertius Joakim nulla sui parte primum Nabuchodonosoris attingeret, cum auctoribus ibi numer. 5. relatis. Itaque quod ad præsentem locum attinet, opinor Joakimum à Babylonio prius captum, abductum, imò forte rebus compositis reuersum, quàm prophetia de volumine scribendo Jeremiæ offerretur. Quo in articulo sequor Castrium, Cornelium in hoc cap. Petauium libr. 9. cap. 61. idemque sentire videtur Torniellus, ad ann. m. 3429. numer. 6. Salianus ibid. numer. 26. iuncto 31. clarius verò id asserit ann. 3430. num. 4. Opinio auctoris.

7. Anno quarto Joakim vastatam à Nabuchodonosore Ierosolymam, aut captum Joakimum in sacris literis diserte legere non memini. Pharaonem Anno 4. Ioakim nõ est capta Ierusalẽ.

quidem percussit Babylonius ad Euphratem in Charcamis, Ierem. 46. iam ante ceperat Ioakimum. Hinc Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 7. ita bens: *Babylonius*, ait, *superato Euphrate totam Syriam Pelusium usque [illegible] exceptâ*: quia nimirum paulo ante fœdus pepigerat cum Ioakimum [illegible] suum Babylone remisso.

Ieremias & Daniel de anno 3. & 4. Ioakim conciliantur.

8. Hac sententia admissa Ieremias & Daniel inter se non dissident. enim tantùm narrat Chaldæum anno 3. Ioakimi venisse Ierosolymam, que adeo regem Ioakimum in suam potestatem redegisse, sacram pellectilem, in Assyrios ex parte transtulisse, quorum nihil negat Ier tantum asserit Nabuchodonosorem regnare cœpisse, anno 4. Ioakim num quartum Ioakimi, cum primo Nabuchodonosoris concumit cum hic antequam sceptro Babylonico potiretur Ierosolymam exp & in ea expeditione, victum Ioakimum Babylonem abduxisse. Clar asserit Daniel Babylonium anno 3. Ioakim, Iudæos aggressum, vtrum eodem anno, an quarto eiusdem Ioakimi, cætera ad illud bellum spe Chaldæus expediuerit, neque ait, neque negat.

Ad 2. opin.

9. Quocirca illi duo modi, quos Sanctius ad Hieremiam & Da inter se conciliandos proponit, hoc in negotio non vtor, vt dixi Ier num. 2. ijs solum possunt esse vsui, qui Nabuchodonosoris principatum Ioakimi necdum finito auspicantur. Ego autem huius enthronistum parente, vsque ad annum quartum Ioakimi iam desinentem d Quod de anno 7. & 8. Nabuchodonosoris ex 4. Reg. & Ieremia po

Ad 3. opin.

ctius, id 4. Reg. q. 20. num. 4. expediui. Denique vtrum Ioakimus v ctum in Charcamis Pharaonem Babylone detentus fuerit; non cons tror eum citius in Iudæam remissum. In reliquis à Castrij & Com non abhorreo: fixo tamen ad finem anni 4. Ioakim, enthronismo N donosoris regnique illius epocha.

10. Denique S. Vates illo vers. 29. non loquitur de primo Chal aduentu, sed de vltimo, quando Nabuchodonosor, anno Sedeciæ *stauit terram, & cessare fecit ex illa, hominem & iumentum*: quod nec prim uentu fecerat, nec secundo, quando Ioakimum pendere tributum c que postea, quando Iechoniam abduxit. Ieiunium fuit institutum eo quod Chaldæus victis ad Euphratem Ægyptijs, (aut saltem bell parato) potentior in dies euaderet, & eius insolentia meritò timeba

IEREM. XXXVI. v. 9.

Factum est autem in anno quinto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, in mense nono, pra runt ieiunium, in conspectu Domini, omni populo in Ierusalem, vniuersæ multitu confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalem.

QVÆSTIO VIII.

Quando hoc ieiunium celebratum fuerit.

1. QVidam, vt refert Lyranus, opinati sunt, hoc ieiunium fuisse expiationis, quo Hebræi animas suas affligere iubebantur. Leuit. 23. Qua ratione, non fuisset opus, de nouo ieiunium instituere, sed tantum iubere, vt quod lege cautum erat, seruaretur. Verum licet ieiunium Anomasticè, pro eo sumatur, quo filij Israel die expiationis, ex legis mandato pœnitebant; vt notat Sanctius: de eo tamen hoc capite non agitur. Dies siquidem expiationis erat decima mẽsis septimi, siue Tisri. Leuit. 23. v. 27. hoc verò ieiunium, mense nono, qui Casleu appellatur, fuit impositum, vt præsens Scripturæ locus aperte indicat, & bene aduertunt Lyranus, Sanctius, Castrius, Cornelius &c. *Hoc ieiunium nõ fuit expiationis*

2. Sed difficultas est, quænam causa subesse potuerit, quæ mense nono ieiunium suaderet, anno quinto Ioakim. Sanctius hic num. 9. coniectat, eo tempore quo Ieremias, libri scribendi mandatum accepit, necdum obsessam fuisse à Nabuchodonosore Ierosolymam, neque captum Ioakimum. Quod ne accideret, verebantur Iudæi, & vrgentem ieiunij causam habebant, vt idem auctor existimat. Quam coniecturam fallacem esse, patet ex ijs, quibus ostendi Babylonium Ierosolymam obsedisse, anno 3. Ioakimi. Aliqui, vt Cornelius, affirmant hoc ieiunium, non esse ad minas & Chaldæos auertendos institutum: sed potius in signum publici luctus, eo quod anno præcedenti, Vrbs capta & spoliata esset à Chaldæis. *De causa huius.* *1. Opin. reijcitur.* *2. Opin.*

3. Salianus ad an. m. 3430. num. 4. & 5. censet, hoc tempore nullam timendi Chaldæis fuisse causam, cum Ioakim recens ab eo, liber dimissus esset, & illi, pactum tributum persolueret. Itaque Iudæos ad ieiunandum inductos putat vt auerterentur illæ calamitates, quæ regno Iudæ à Prophetis imminere dicebantur, eamque causam his Ieremiæ verbis insinuari: *si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, & reuertatur vnusquisque à via sua pessima.* *3. Opin.*

4. Dicendum tamen arbitror, hoc ieiunium anno quinto Ioakim, mense Casleu fuisse publicatum, vt sacra testatur pagina, & huiusce rei causam legitimam habuisse regem cum Iudaico populo; quam equidem non credo fuisse luctum dũtaxat publicum, sed etiam timorem, ne Chaldæus nouam in Iudæos expeditionem resumeret, quem timorem, meritò incutiebant comminationes Prophetarum, vt monet Salianus, non illæ quidem à Ieremia scriptæ, sed vitæ vocis oraculo per tres & viginti annos editæ, & vsq; ad annum 4. Ioakimi sæpius inculcatę. Quamobrẽ, ita Hugoni, Lyrano, Castrio & alijs assentior, qui idcirco Iudæos hoc tẽpore ieiunasse credunt, quod alterũ Nabuchodonosoris aduentum, nouamque irruptionem metuerent, quicquid reclamet Torniellus *Conclusio.*

ad ann. m. 3429. num. vltimo. Potuit enim Joakimus è captiuitate [illegible] nihil mitescere, veluti ictus piscator sapere, animum nonnihil ad [illegible] cinia applicare, Victoris, Nabuchodonosoris ferociam timere, ac [illegible] uertendis periculis, quæ impendere dicebantur, ieiunium instituere [illegible] no, ineunte anno regni sui quinto. Quod ipsum fatetur Cornelius [illegible] *ctum est*, inquit, *hoc ieiunium, ante hanc Ieremiæ iussionem, idque ad placand[illegible] & auertendum Chaldæos.* Illud autem, quod de tributo hactenus perfic[illegible] nus affert, dubium est, vt patet ex ijs, quæ annotabam 4 Reg. 24. v. 1.

Fuit die 7. noni mẽsis.

5. Probabile est, hoc ieiunium die septima noni mensis celebr[illegible] se, si, quod Scripturæ textus innuit, ipso ieiunij die, liber Jeremiæ [illegible] Joakimo lectus & cultello discissus, in fauillas abijt: Hebræi enim [illegible] septimã sui Chisleu anniuersario ieiunio celebrem fecerunt, ob [illegible] remiæ tunc à Joakimo combustum. Sic censent Torniellus, ann. [illegible] 44. Castrius in hoc cap. num. 3. Cornel. v. 6.

Chronotaxis rerum hue spectantium.

6. Harum rerum Chronotaxin ita concipio. Anno tertio Joa[illegible] chodonosor venerit Jerusalem, eiusque regem Joakimum ceperit, [illegible] kimus vel eodem anno, vel quarto iam incepto, cum cæteris captiuis [illegible] nem abductus fuerit, rebusque ibidem compositis fluente eodem [illegible] regni sui Jerosolyma postliminio redierit. Eodem anno Jeremias [illegible] cula scribendi, *aduersus Israel & Iudam*, mandatum acceperit, Jerem. [illegible] no isto quarto exeunte Jeremias priorem librum dictauerit, Judæ [illegible] tiorum, vel alterius negotij causa Jerosolymam confluentibus: [illegible] pus ieiunium decretum, & paulo post, die septima noni mensis, [illegible] Joakim oriente seruatum fuerit, & volumen combustum. Vnde [illegible] mile esse conijcio, annos regni Ioakim vel circa mensem octauum, [illegible] tium noni mensis exordium sumere: existimo enim Prophetam, [illegible] poris interposita, vt ei anno 4. Ioakim præceptum fuerat, librum [illegible] num expediuisse, instante ieiunij indictione: facta verò ieiunij [illegible] anno 5. Ioakimi, & mense Casleu ineuntibus Barucho dixisse: *Ego [illegible] nec valeo ingredi domum Domini: ingredere ergo tu, & lege de volumine, [illegible] ex ore meo verba Domini, audiente populo, in die ieiunij.* Non est autem [illegible] Propheta anno 4. Ioakim iussus fuerit sua vaticinia in volumẽ referre, [illegible] vers. 1. huius cap. eodemq; anno dictauerit suo Amanuensi, vt dictis [illegible] v. 1. Denique anno 5. per Baruch recitanda curarit, hic v. 9. & 10.

IEREM. XXXVII. XXXVIII.

CAp. 37. vers. 3. *Et misit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ &c.* Tanta [illegible] sa tanti per obsidione Ierosolymitana, Chaldæi obuiam [illegible]

Iudæis suppetias ferre conanti, vt patet v. 6. & 7. Vbi Pharao in terram suam, Chaldæi ad obsidionem reuersuri dicuntur.

Vers. 10. *Ergo cum recessisset exercitus Chaldæorum, egressus est Ieremias de Ierusalem, vt iret in terram Beniamin.* Quo tempore hæc gesta sint, paulo antè disputaui q. 6.

Cap. 38. Quæ hic narrantur, in annum XI. Sedeciæ conijciunt Castrius, & Cornelius in chronotaxi. Salianus an. m. 3446. num. 13. quibus assentior.

IEREM. XXXIX. v. 1. & 2.

VErs. 1. *Anno nono Sedeciæ regis Iuda, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebat eam.* Subaudi die decima illius mensis, vt disertè legimus 4. Reg. 25. v. 1. Ierem. 52. v. 4.

Vers. 2. *Vndecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, quinta mensis aperta est ciuitas.*

1. Annos nonum & vndecimum hisce versiculis notatos, non completos omnino, sed currentes puto: menses decimum & quartum, ad annum sacrum spectare arbitror, vt decimus mensis idem sit, qui Tebeth, quartus autem Tamuz. Annum nonum Sedeciæ aperiunt meæ tabulæ anno ante æram Christi 593. cyclo Solis 5. Lunæ 17. Epacta 20. Sic Vrbis obsidio circa diem vltimam Decembris cœpta videtur. *Quando vrbs obsideri cœpta.*

2. Petauius biennio tardius annum nonum Sedeciæ orditur cyclo Lunæ 19. & initium mensis decimi in diem 28. Nouemb. confert, ac proinde obsidionem septima Decembris inchoatam autumat, nempe 10. die Tebeth. Tunc erat Epacta 23. quæ Neomeniam non procul ab octaua die Martij abfuisse indicat, & plenilunium ante æquinoctium: idcirco fortè mense integro tardius Nabuchodonosor Ierosolymam cinxit, quam notat Petauius. Cætera, quæ huc spectare videntur, annotabam 4. Reg. 25. v. 1. & 2. & latius disputabam ibid. q. 23.

IEREM. XL. XLI.

QVæ cap. 40. narrantur, post capta Ierosolyma, ante mensem septimum proximè sequentem acciderunt, tum mense septimo gesta sunt, quæ ca. 41. continentur. A templo exusto, vsque ad cædem Godoliæ. Hebræi in Seder, dies 9. enumerant, & anniuersarium ieiunium die tertia Tisri designant, quod tunc Godoliam & socios eius in Maspha cæsos credant. Sequenti die occisos ab impio Ismaële 70. viros, & hanc lanienam septimo mense patratam constat ex 4. Reg. 25. v. 25. Ieremiæ 41. v. 1.

QVÆSTIO IX.

Quorsum referatur versiculus 1. cap. 40.

1. *SErmo, qui factus est ad Ieremiam à Domino, postquam dimissus est, à Nabuzardan, magistro militiæ, de Rama.* Sunt qui hæc verba referant ad ea quæ proximè sequuntur, *Num spectent ad euentum prophetiæ.*

quuntur.q.d.tunc impletus est sermo Domini, quo Ieremiæ liberatio
ferat. Ita Rabanus & Hugo, quibus adhæret Sanctius. *Non est inquit*
Domini, postquam dimissus est Propheta de Rama : sed tunc impletus, quando
addit 1. non longè ab hac cogitatione abijsse S. Thomam, cum dicit
mone reuelatum, quod postea opere narratur expletum. Addit 2. id confirma-
ne Tigurina quæ pro *sermone*, reddit actionem, quasi liberatio Ieremiæ
hic agitur, antea fuerit saltem in communi reuelata.

Non: sed ad ip, am reuelatio-nem.

2. Alij probabilius aduertunt, sermonem hunc ad Ieremiam
non cum dimitteretur, sed *postquam dimissus est à Nabuzardan*, vt habet
ditio, consentiente fonte Hebræo, & 70. Seniorum translatione.
que hic versiculus, ad prophetiam, qua Deus vetuit, ne reliquiæ
Godoliæ necem in Ægyptum transfugerent, cap. 42. v. 7. Antecess
prophetia apud Ieremiam describatur, inseritur prolixa digressio,
parenthesis, à versu 2. huius capitis, vsque ad 6. capitis 42. inclusiue.
Maldonatus, Cornelius, hunc locum interpretantur, quorum explic
scribo, & versionem Tigurinam hoc loco minus sinceram existimo
sermo, siue Hebræum *dauar*, hic significaret *actionem*, siue *rem*, quæ
quentibus narratur; sensus esset: hæc est res, siue actio, quæ de Ieremi
cta est. Istum autem sensum, neque phrasis Hebræa facile admitt
nus Græcæ voces, πρὸς τὸν: planè verò indicant, prophetiam non
sed ipsi Ieremiæ oblatam esse, postquam *achar*, μετὰ τὸ, *dimisit eum Nab*
Rama.

IEREM. XLII. XLIII. XLIV. XLV.

CAp. 42. v. 7. *Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum*
remiam. Ex quo nempe Ieremias Deum precari cœperat, ad De
de profectione in Ægyptum intelligendam, prout turba ludæo
nus petierant. Ita Lyranus, Carthusianus, Castrius in hunc versicul
in Argumento cap. 42. & 43. Salianus ann. m. 3447. num. 63. Fauer
tus, dum hæc verba expendens, ait, Propheram non accepisse
certis diebus transactis.

Res & vaticinia cap. 43. contenta, ad annum 12. transmigrationis
tem ex parte referenda arbitror, cum Castrio, cui consentiunt Tos
lianus, beneq; monent hunc esse annum decimum nonum Nabuchod

Vltimum autem vaticiniorum, quod Ieremias hoc libro conti
44 describitur: & quonam tempore pronunciatum fuerit, incertum
nui q. 1. in has Ieremiæ Prophetias.

Cap. 45. vers. 1. *Cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ*

Ioakim &c. Hinc apparet priorem librum Ieremiæ scriptum fuisse anno quarto Ioakim: eum autem anno quinto iam incepto combustum docemur Ier. 36. v. 9. & 10. Cum enim annus quintus ibi, ex communi interpretum sententia currens intelligatur, non est, quod quartum accipiamus completum, & S. Patrem annis illo cap. numerandis ambiguè locutum suspicemur.

IEREMIAE XLVI. v. 1.

Quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioakim. Eundem annum exhibet textus Hebræus hoc loco, & versio 70. cap. 26. v. 2. vbi sic habet. Ipsi Ægypto super virtutem Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat ad flumen Euphratem in Charmis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonius anno quarto Ioakim regis Iuda.

QVÆSTIO X.

Quo tempore gesta sint, quæ hic vsque ad v. 13. referuntur.

AD hanc quæstionem soluendam, scitè monet Castrius, nosse oportere huius belli historiam, quam hunc in modum narrat Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 4. ex versione Gelenij. Anno quarto, ex quo is (Ioakim) regnare cœpit, quidam Nabuchodonosorus, apud Babylonem regno potitus, cum instructissimo exercitu Charcabesam ad Euphratem sitam petijt, bellum inferens Ægyptio Nechao, qui tum toti Syriæ dominabatur. At ille cognito Babylonij conatu, non contempsit hostem, sed cum validis & numerosis copijs ad Euphratem ei opposuit, & collatis signis cum eo congressus, amissis multis millibus, coactus est cedere: Babylonius autem superato Euphrate totam Syriam, Pelusium usque subegit. Iudæa sola excepta. Hæc Iosephus, qui bene Iudæam excipit, quia hoc anno tertio Ioakim subegerat Chaldæus. Dan. 1. v. 2. *Historia huius belli.*

2. Anno igitur Ioakimi quarto, percussus est Nechao, hoc est, victus & in Ægyptum se recipere coactus, vbi eum postea decessisse, & filio suo Samni Samnerico imperium tradidisse narrat Herodotus lib. 2. intellige annis aliquot, postquam, euentu dispari, etiam ad Euphratem pugnauerat, anno vltimo Ioakim, quo victo, & ex vulnere mortuo rex Ægypti Iudæos in suam potestatem redegerat. 4. Reg. 23. à v. 19. *Nechao victus anno 4. Ioakim.*

3. Anno 4. Ioakim incipiente, victos à Nabuchodonosore Ægyptios scribit Castrius. Quod si verum est, tunc Nabuchodonosor parenti necdum successerat: hoc enim mortuo, non nisi sub initium quinti mensis, aut saltem circa vel post medium quarti, labente anno 4. Ioakim, regni administratio Nabuchodonosori magno tradita est, vt suo loco dixi. Sin autem ea pugna anno

anno 1. Nabuchodonosoris iam regnantis commissa est; dicens
patriam Ægyptios, sub finem anni quarti Ioakim. Sed restat quæ
Ieremias hanc prophetiam, de clade Ægyptiorum ediderit.

De tempore huius vaticinii suspicio.

4. Suspicaretur fortè quispiam hoc vaticinium à Propheta
post mortem Pharaonis Nechao, siquidem v. 1. dicitur: *Quem
donosor rex Babylonis.* Et v. 6. *ad Aquilonem, iuxta fluvium Euphratem.* Fuer
retus, qui initio huius cap. asserit hanc prophetiam esse factam,
Pharaonis Nechao, qui Iosiam, inquit, interfecit, iuxta fluvium Eu
que itidem occisus est, à rege Babyloniorum.

Opinio Sanctii.

5. Sanctius hic num. 1. cum dixisset hoc vaticinium fulmen in
vibratum, *multo ante quam à Chaldæo vinceretur*; paulo inferius subiung
modo, quo vaticinium exorsus est Propheta, tunc hæc à Ieremia
cta, quando ad bellum necessaria præsidia parabantur, aut ante Iosiæ
ctum, aut paulo post, cum intermissum paulisper bellum integratum
tum est. Ego nihilominus magis propendeo in Castrij, Cornelij, Tu
liani sententiam, qui hanc prophetiam anno quarto Ioakim post Io
regnantis, prolatam esse censent. Imò videtur hæc visio Ieremiæ co
multo ante prælium ad Euphraten initum, quando Ægyptius iam ex
camis. Nam vers. 1. dicitur hoc verbum ad Ieremiam factum, cum
Pharaonis Nechao, *qui erat iuxta fluvium Euphratem.* Sic habent Latini
cus; in Hebræo est *haia*, quod reddi potest, *fuit*, vel *erat*.

Conclusio.

Hoc vates prædixit ante mortẽ Nechao.

6. Negandum igitur est, hanc prophetiam denunciatam esse, po
tem Nechao, quem non occidit, sed vicit duntaxat, & in Ægyptum rep
buchodonosorus. Nec obstat, quod de hac Ægyptiorum strage, tam
præterita Ieremias loquatur; hoc enim ad euentus certitudinem mon
tico indicandam facit. Sicut Michæas de futuro conflictu cõsolatus,
det, ac si iam esset commissus: *Vidi cunctum Israel dispersum in monti
non habentes pastorem*, 3. Reg. 22. v. 17. Et ipse Ieremias hic cap. 21. ad
nanda verba præteriti temporis vsurpat. Et c. 48. futura vaticinans, ita
bitide loquitur, ac si iam vastata esset.

IEREM. XLVI. v. 13.

Anno 4. Ioakim hoc prædictum.

1. *Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam Prophetam, super ge
esset Nabuchodonosor.* Hæc & sequentia vsque ad finem capitis anno 4.
scribunt Castrius in Chronotaxi cap. 20. & clariùs in huius cap. com
secutus Lyranum, Cornelius in Chronotaxi, Salianus anno m. 24
Ratio communis est, quod ea prophetia, quæ neque expresè, neque
lam temporis habet notationẽ, ad præcedentis prophetiæ tempus
Hæc itaque cùm omni chronico charactere destituatur, una cum

tecedenti vaticinio probabiliter anno quarto Ioakimi tribuitur, ita vt occasione vincendi, aut victi Pharaonis ad Euphratem, aliam stragem denunciet Ægyptijs imminentem, quam aliquot annis post Ierosolymorum euersionem Nabuchodonosor intulit, quando Ægyptum longè lateque populatus in suam redegit potestatem. Ad hoc enim tempus, huius oraculi euentum applicant auctores iam laudati, Sanctius hic num. 23. & indicat Theodoretus cùm ait, Ieremiam illa quæ hic minatur prædixisse Iudæis, cum descendissent in Ægyptum, quando lapides condidit sub vestibulo palatiorum: quod sine dubio post vrbis & Sedeciæ casum accidit, vt patet Ierem. 43. v. 9.

2. Dices: Septuaginta cap. suo 26. vers. 13. hanc prophetiam ita ordiuntur: *Qua locutus est Dominus in manu Ieremiæ, cum veniret Rex Babylonis ad percutiendam terram Ægypti.* Hæc autem verba videntur indicare, hoc vaticinium eo tempore editum, quo Chaldæus infestis signis petebat Ægyptum. Resp. ita quidem habere, versionem Latinam Græco textui annexam: Sed valdè obscuro sensu. Ipsi enim Septuaginta, vocem Hebræam *labo*, reddiderunt, τὸ ἐλθεῖν, quod aliqui vertunt, *quod veniret*, siue *eo quod veniret*, alij transferunt *de veniendo*, vel *de eo, quod venturus esset*, alij denique *vt veniret*. Vulgata autem editio optimè cæteros textus his verbis declarat: *super eo, quod venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus terram Ægypti*, hoc est, de hostili Nabuchodonosoris aduentu, siue expeditione in Ægyptum, vt bene Castrius hic num. 7. Taceo, ex communi authorum sensu, videri Ieremiam prius vitâ functum, quam Babylonius, eò moueret.

Editio Græca cum Latina pugnat.

IEREM. XLVII. v. 1.

Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam, contra Palæstinos, antequam percuteret Pharao Gazam.

QVAESTIO XI.

Quando edita hæc prophetia: quando completa.

1. CVm S. Vates præmittat, hoc verbum sibi factum, *antequam percuteret Pharao Gazam*, tempus subindicat, non completæ, sed oblatæ sibi prophetiæ, vt monet Castrius, ac proinde Scriptores, vt doceant, quo tempore hæc prædixerit Ieremias, inquirunt, quando Gazam ceperint Ægyptij. Qua de re nobis diuinandum esse affirmat Sanctius: *quia neque ex scriptura sancta*, inquit, *neque ex probato aliquo auctore, quod ego viderim, aliquid inuenio solidi, cui innitar.*

Edita est Gaza necdum capta.

2. Assignat tamen idem auctor, tria diuersa tempora, quibus Gazam ab

De Gaza capta 3. Opiniones

Ægyptijs percussam suspicari quispiam possit. 1. anno postremo Ioa… ascendit Pharao Nechao rex Ægypti contra regem Assyriorum, … Euphratem. 4. Reg. 23. vers. 29. Cum enim vel contra Assyrios … rao, aut victor ab Euphrate rediret, cur certis de causis, non potuer… expugnare? 2. Anno 4 Ioakim, quo Ægyptij in Charcamis à Nab… nosore victi sunt. Ierem. 46. vers. 2. Tunc forsitan in reditu Gazam … 3. Eo tempore, quo rex AEgypti Sedeciæ Iudæorum regi à Chaldæ… subsidium afferre volebat: siquidem verisimile est, tunc Gazæ… dæorum venisse potestatem, quando Nabuchodonosor omnes … uitates expugnauerat, exceptis Ierosolymis, Lachis, & Azeca. Ier… 7. Cum igitur Gaza non procul ab AEgypto distaret, potuit eam Pha… prius vel posterius expugnasse, quam à Nabuchodonosore victus in … regrederetur.

Non est capta mortuo Iosia.

3. Tametsi vero absolutè fieri potuerit, vt Pharao Nechao, post… teritum Gazam diriperet, aut saltem vexaret: nullum tamen signum … id reipsa eo tempore contigisse. Imo tunc Pharaonis imperio pareba… atque adeo tota Syria, vt notat Sanctius, qui putat, verisimilius esse, … num quartum Ioakim Gazam ab AEgyptio percussam, eum hic… ad Euphratem malè multatus, & magna Syriæ parte priuatus, … refugeret. Tunc enim putat non esse incredibile Gazæos Chaldæ… potentioribus sese adiunxisse, ac ideo Pharaonem pudore & dolo… motum, iram suam in Gazæos effudisse. Quam opinationem nec … Sanctius, nec alij mox laudandi, quia tunc nulla suberat causa, cur … fæuiret Pharao, quippe, quos AEgypto vicinos, & initio susceptæ … tem expeditionis subiectos habebat: nec est verisimile Gazam … nios defecisse, quam Pharao cum suarum copiarum reliquijs in AEgy… grederetur.

Conclusio.

4. Probabilior itaque videtur opinio Hebræorum, Lyrani, … thusiani, Castrij, Maldonati, Cornelij, Mariana, Menochij, qui … cladem Gazæis illatam, eo tempore, quo interrupta Ierosolymo… ne, Nabuchodonosor, Pharaonem, Iudæis opem ferre conatum … mum redire compulit. Tunc Gazenses Chaldæis se adiunxisse … Pharao, vel antequam cæderetur, vel post suorum stragem, … arma stringere, Babylonijs obsidionem Ierosolymitanam … tibus. Quando autem id acciderit disputaui cap. 34 q. 6.

Quando completa hæc prophetia.

5. Completa est hæc prophetia post excidium Ierosolymorum, … captam Ægyptum. Prior huius asserti pars inde colligitur, quod … v. 4. vniuersæ terræ Philistinorum atque Phœniciæ cladempræ…

erco euenit, quod euersæ Ierusalem insultauerint, & Iudæos malè tractauerint. Amos 1. v. 9. Ezech. 25. v. 15. & cap. 26. v. 5. Id autem ante vastatam à Nabuchodonosore AEgyptum accidisse indicat Isaias cap. 23. v. 5. Cum auditum fuerit in AEgypto dolebunt, cum audierint de Tyro. Quem locum sic interpretatus S. Hieronymus: *cum hoc AEgyptus audierit, ipsa etiam terrebitur, se quoque intelligens eadem quæ Tyrus passa est, esse passuram.* Consentit Iosephus, quoad priorem partem, & tempus adimpleti huius vaticinij clarius assignat lib. 10. Antiq. cap. 11. *Quinto*, inquit, *post excidium Ierosolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabuchodonosoris octauus decimus tertius, magnis copijs inuasit Cœlen Syriam,* (ad quam spectat Palæstina & Tyrus) *qua subacta bellum gessit contra Ammonitas & Moabitas, & his quoque perdomitis AEgyptum hostiliter est aggressus.* Ita docent Castrius & Sanctius: at vero Saliannadan. n. 3451. num. 2. etsi fateatur hanc doctrinam esse S. Hieronymi & Iosephi; putat nihilominus prius vastatam Ægyptum, quam Cœlesyriam. Malo S. Hieronymum sequi, propter locum Ezechielis iam indicatum. Vide Notas in ca. 19. Ierem. v. 17.

IEREM. XLVIII. v. 1.

Ad Moab: hæc dicit Dominus exercituum.

QVÆSTIO XII.

De tempore huius prophetiæ.

Dubium. Ratio dubitandi.

1. DVbium est *Primò*, quando editum sit hoc vaticinium: vtrum eo tempore, quo contra Palæstinos denunciata sunt ea, quæ cap. præcedenti continentur, iuxta communem illam regulam, qua plerique omnes ea oracula quæ nullam temporis notam præferunt, ad præcedentis prophetiæ tempus reuocare solent: an vero ad initium regni Sedeciæ, quando Ieremias contra Ælam prophetauit, vt cap. seq. v. 34. legimus. Omnes enim istæ prophetiæ, inter se quodammodo connexæ, & ad idem tempus spectare videntur.

1. Opinio.

2. Hoc posterius magis arridet Castrio, in huius cap. argumento, vbi opinatur, *has omnes prophetias editas ab Ieremia in principio regni Sedeciæ*, quando ad aduentum Legatorum, à regibus Edom, Moab, Ammon, Tyri, Sidonis, missorum. S. Vates sibi catenas & vincula iniecit, vt latè describit ipse Ieremias cap. 27. Cum enim tunc temporis contra Ælam vaticinatus sit, vt Castrius autumat; pari ratione de cæteris gentibus, occasione Legatorum futura cecinisse videtur. Castrio adhæret Sanctius, ideoque hoc & sequens caput 27. putat esse subnectendum.

Ratio.

Examinatur.

3. Hæc tamen ratiocinatio imbecillis est: non enim constat Ieremiam prophetasse contra AElam, quando sibi fecit catenas & vincula. Deinde, illa, quæ ca. 27. habentur, Gentes concernunt, nec tamen sub initium, sed

potius sub finem regni Sedeciæ prodita sunt. Babylonij etiam in ge[...] merantur, de quibus Ieremias vaticinia promit, c.50. & seq. anno qua[...] ciæ, vt indicat versiculus 59. cap. 51. Itaque ex eo quod Moabitæ gen[...] non idcirco prophetiæ in eos directę, primordijs regni Sedeciæ inscri[...] Quare probabile est, eodem ferè tempore Ieremiam de Palæstinis & [...] tis oracula deprompsisse: quamuis neque id certum sit.

Dubiũ 2.

4. Alterum hoc loco dubium oritur, quando reipsa hoc vatici[...] impletum, & ea calamitas quam Propheta minatur in Moabitas [...] Lyranus occinit, ea quæ hic denunciantur, partim sub Sennacherib[...] Nabuchodonosore accidisse. Nam Isaias ca. 15. & 16. ijsdem pene ver[...] prædixit, quæ sub istis duobus regibus Moabitæ senserunt. Fauet S[...] mus Isa. 14. & 16.

1. Opinio.

Hic nõ est Historia de præterito sed Prophetia de futuro.

5. Aduertendum 1. Ieremiam hoc loco non contexere historiam de [...] Moabitarum calamitate, sed spiritu prophetico venturam prædicere. [...] *mos in transmigrationem. Veniet prædo ad omnem Vrbem.* v. 7. & 8. *Ecce dies ve[...] Dominus, & mittam ei ordinatores, & stratores laguncularum, & sternent eum, [...] exhaurient, & lagunculas eorum collident, & confundetur Moab à Chamos.* v. 1[...]

Idq; cõtra Moabitas.

6. Aduertendum 2. Ieremiam non ante annum 13. Iosiæ vaticina[...] cum multis iam retro annis Sennacheribus interijsset. Aduertendum [...] tas non prius fuisse abductos, quàm hæc denunciaret Ieremias, vt ipse [...] cat v. 11. *nec transfusus est de vase in vas, in transmigrationem non abijt*, hoc est [...] mutauit habitationem suam, *non fuit sedibus suis pulsus*, inquit Theodo[...] teris minimè contradicentibus.

Resp. ad 2. dubium.

7. Hisce animaduersis, cõmuni sententiæ subscribo, quæ hanc pro[...] Sennacheribi tempora spectare negat, sed totam regno Nabuchodono[...] iudicat, quando Moabitidem vastarunt Chaldæi. Est Theodoreti, Rab[...] gonis, Isidori, Carthusiani, Vatabli, quos laudant, & sequuntur, Sanct[...] nelius hic, Salianus an. m. 3451. num. 19. Quod v. 40. S. Vates Nabuch[...] sorem respexerit, fatetur cum cæteris Lyranus; quod autem sermo pro[...] v. 12. ad Assyrios & Sennacheribi tempora non alludat, ipse verbor[...] tus palam facit: nam tempus futurum designat Lyrano etiam consen[...] vero damna quæ Assyrij Moabitis intulere, annum Iosiæ decimum [...] sua vaticinia exorsus est Ieremias, longo multorum annorum inter[...] cesserunt.

Resp. ad 1. Opinionẽ.

8. Nec quicquã officit, quod eadem fermè verborum cõplexione Is[...] remias subinde vtantur, v. g. *in cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba* [...] Isaiæ 15. vers. 2. *Omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit.* Ierem. [...] Rursus: *audiuimus superbiam Moab: superbus est valde.* Isaiæ 16. v. 6. Ierem. [...]

Ierem: *ablata est lætitia & exultatio de Carmelo.* Isaiæ 16. v. 10. Ieremiæ 48. v. 33. Hoc inquam non obstat, quo minus hæc Ieremiæ comminatio tota quanta ad Nabuchodonosoris imperium referatur. Si Isaias ad Assyrios respexit, tales ferè causas vidit, cur Moabitidis vastata fuerit ab Assyrijs, quales calamitatē à Chaldæis illatam præcesserunt, & Ieremiæ innotuerunt. Ex. ca. superbia Moabitarum. Damna etiam, quæ prius Assyrij, tum Babylonij Moabitis crearunt, magna ex parte similia fuerunt, vt caluitium, rasio barbæ, ablatio lætitiæ de Carmelo, & cætera huiusmodi, quæ furor bellicus inuehere solet. Vnde mirum non est, si ab vtroque Vate similes verborum formæ, de rebus distinctis quidem, sed non disparibus vsurpentur. Denique si non omnia, at saltem aliqua Isaias de Nabuchodonosore prædixerat, quæ hic inculcat Ieremias. Nam verba illa Isaiæ 16. vers. 3. & 4. *Abscondę fugientes, & vagos ne prodas: habitabunt apud te profugi mei.* Hieronymus & Castrius de ijs interpretantur, qui vastata Ierusalem ad Moabitas confugerant: Ierusalem autem non Assyrius, sed Babylonius expugnauit. Et illud Isaiæ ver. 8. *Flagella eius vsque ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deserto, propagines eius relictæ sunt, transierunt mare,* de captiuitate Babylonica ab ijsdem auctoribus accipiuntur. In expeditione verò Assyriaca, vix intelligi potest, quomodo mare transierint, cum ante Ieremiæ tempora sedes non mutauerint Moabitæ. Quare cum Castrio arbitror, Isaiam de Chaldæis potius intelligendum esse, quam Ieremiam de Assyrijs, cum de populanda Moabitide vaticinantur. Esto inter cæteras euersionis Moabiticæ causas, ea referatur hic vers. 27. quod Moab Israelem deriserit, quasi inter fures repertum: hoc enim ad Moabitarum superbiam spectat, in qua cum persisterent, iusto Dei iudicio à Chaldæis debellati & abducti fuerunt.

IEREM. XLIX. L. LI.

Cap. 49. ver. 34. *Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam aduersus Ælam in principio regni Sedeciæ regis Iuda.* Hoc oraculum de Ælam sub initium regni Sedeciæ prolatum fuisse, clare docet sermo diuinus: inde tamen colligere non licet, id anno primo Sedeciæ contigisse, cum principij nomen ad priores regni illius annos extendi possit. Ad secundum annum hanc prophetiam applicant Castrius, Cornelius, quod improbabile non est. Eodem referunt quæ hoc cap. de Ammon, Idumæa, Damasco, Cedar, & regno Azor prædicuntur. Coniecturæ sunt: nihil in his video, quod ausim asseuerare.

Id factum vno è primis annis Sedeciæ.

Cap. 51. v. 59. *Verbum, quod præcepit Ieremias Propheta Saraiæ filio Neriæ, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni eius.* Ex hoc & sequenti versiculo colligunt interpretes, omnia mala Babylonijs impendentia, quæ hoc & præcedenti cap. continentur, anno quarto Sedeciæ, edita, descripta, Saraiæ tradi-

Omnia onera Babylonis descripta 4. anno Sedeciæ.

tradita. Ita docent Castrius, Sanctius, Cornelius, in suis comment. Mariellus & Salianus in Annalibus ad an. m. 3439. num. 1. & 7.

IEREM. LII.

VErs. 1. *Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset.* De Sedecia disputaui, 4. Reg. q. 22.

Vers. 4. *In anno nono regni eius, in mense decimo, decima mensis, venit Nabuchodonosor.* Vide notas 4. Reg. 25. v. 1. & 2.

Vers. 12. *In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonus decimus Nabuchodonosor regis Babylonis.* Vide 4. Reg. q. 20. & in cap. 25. v. 8. notas.

Vers. 28. *Iste est populus, quem transtulit Nabuchodonosor, in anno septimo, millia viginti tres.*

QVÆSTIO XIII.

Vtrum hoc in transmigratione Iechoniæ accid

1. Opinio id affirmat

1. AFfirmat ex opinione Rabbi Salomon, Lyranus, quem sequ[u]tur Athusianus, Sanctius, Vatablus: quibus si obijcias Iechoniam [a]no Nabuchodonosoris captum fuisse & Babylonem abductum, 4. R[e]g. v. 12. respondet Lyranus annum septimum Nabuchodonosoris à [I]e[c]h[o]n[i]a merari, *ab illo tempore, quo Ioakim filius Iosiæ fuit ei subditus, fermem sol[u]tum* iam Nabuchodonosor vno anno regnasset: in libris autem Regum, [a]n[n]us octauum ab initio regni illius computari. Hæc tamen responsio mani[f]este falsa est, quia neque ratio, neque Scriptorum auctoritas suadet, Nabuchodonosorem anno regni sui secundo tributum imperasse Ioakimo. Esto verò tributum imperasset: attamen nullum signum habemus quo suspicemur inde Ieremiam septimum deduxisse, cum annos supputet, ab eo tempore, quo Nabuchodonosor principatum adijt; non quo Ioakim ei seruire cœpit.

Sed contra est.

Effugium 1. opin. inualidum.

2. Nonnulli, vt Sanctius, aiunt migrationem incidisse in annum [o]c[t]auum Nabuchodonosoris absolutum, vt est apud Ieremiam: octauum flore[n]tem, vt in libris Regum legitur. Verum neque hoc responso satis fit quæstioni: nam quando Iechoniam transportauit Nabuchodonosor, tunc anno regni [s]ui [o]c[t]auo *transtulit omnem Ieruſalem, & vniuersos principes, & omnes fortes exercitus, [e]t [d]u[c]es in captiuitatem, & omnē artificem & inclusorem.* 4. Reg. 24. ver. 14. Anno verò [o]c[t]auo transtulit *Iudæos tria millia & viginti tres*, vt scribit Ieremias, & sic videtur [n]on agere de ea captiuitate, quæ illo libro quarto Regum describitur. Nec [o]b[s]tat [q]u[o]d [a]n[n]o [o]c[t]auo Nabuchodonosoris dicatur Iechonias captus, quia [a]n[n]us [o]c[t]auus [n]on [e]st [a]d [r]ei [s]ubstantiam [n]egotij [n]ouæ captiuitatis, sed [a]d [t]empus [t]antum, quo [c]ontigit [c]aptiuitas [I]echoniæ. Quod [a]n[n]o [o]c[t]auo [n]egotium [n]ouæ captiuitatis [n]on [f]uerit, [c]onstat [e]x [c]ontextu [l]ibri [R]egum, [q]ui [a]n[n]o [o]c[t]auo [n]ullam [n]ouam [c]aptiuitatem [n]arrat, [s]ed [t]antum [a]n[n]o [n]ono [d]icit [N]abuchodonosor [a]scendisse [c]ontra Ieruſalem, & [o]b[s]edisse [e]am, [q]uod [n]ullo [m]odo [c]onuenit [a]n[n]o [o]c[t]auo, [q]uo [I]echonias [c]aptus [f]uit. Quod [a]n[n]o [o]c[t]auo [I]echoniæ [c]aptiuitas [c]ontigerit, [c]onstat [e]x [c]ontextu [l]ibri [R]egum, [q]ui [a]n[n]o [o]c[t]auo [I]echoniæ

& hæc apud Ieremiam omissa : Liber enim Regum illo cap. 24. vers. 16. narrat Babylonium transtulisse cum Iechonia *omnes viros robustos septem millia, & artifices & inclusores mille*, vniuersè decem millia, vt ver. 15. notatur. Ergo apud Ieremiam non sunt omissa tria millia : sic enim exurgeret numerus vndecim millium, nempe robustorum 7000. artificum & inclusorum 1000. quibus si accensentur 3023. à Ieremia numerati, confient 11023. cum tamen libri Regum non nisi 10000. repræsentent.

3. Itaque magis assentior Castrio & Cornelio in hunc locum v. 12. Torniello ad ann. m. 3435. numer. 7. Saliano ann. 3536. numer. 2. qui Ieremiam interpretantur, non de transmigratione Iechoniæ, & sociorum eius, sed de ea captiuitate, quæ anno vndecimo Ioakimi, Nabuchodonosoris septimo nec-dum expleto contigit : quando Babylonius teste Iosepho libr. 10. Antiq. cap. 8. florentissimum iuuentutis Ierosolymitanæ, vna cum ipso rege interfecit, quem etiam insepultum extra mœnia iussit proijci, & pro eo Iechoniam filium regem constituit, eorum verò qui in aliqua dignitate fuerant, in captiuitatem abduxit Babylonem tria millia, in quibus fuit etiam tum puer Ezechiel. Hæc Gelenio interprete Iosephus, qui rotundo trium millium numero contentus, fractionem Iudæorum, more Scriptoribus non insolenti prætermisit. *Conclusio negatiua.*

4. Annos quorum hoc capite meminit sermo diuinus, omnes fluentes non omnino expletos intelligo, nempe *nonum & vndecimum* Sedeciæ. Nabuchodonosoris *decimum nonum* vers. 12. septimum, vers. 29. vigesimum tertium, vers. 30. vt dicebam 4. Reg. q. 20. numer. 4. & in cap. 25. v. 1. & 2. Denique quod hic repetitur de anno trigesimo septimo transmigrationis, explicabam illo cap. 25. v. 27. libri 4. Regum. *Hi annò sunt currentes.*

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN THRENOS IEREMIÆ.

QVÆSTIO XIV.

Quando Ieremias Threnos ediderit.

2 Vidam putant mox ab obitu Iosiæ fuisse compositos. Ita Rabbi Salomon, quem citat & sequitur Lyranus Thren. 3. initio. Fauet S. Hieronymus Zach. 12. sub finem, vbi ait super Iosia lamentationes *1. Opin. putat mox ab obitu Iosiæ.*

tationes Ieremiam *quæ leguntur in Ecclesia*. Rabanus, Maldonatus, quibus cinari videtur Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 6. *Ieremias*, inquit, *quædam siæ) scripsit lugubri carmine, quod nunc quoque extare videmus.* In hac adduci solet *primò*, illud 2. Paralip. 35. ver. 24. de Iosia: *Vniuersa luxerunt eum; Ieremias maximè: cuius omnes cantores atque cantatrices tem diem, lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in ptum fertur in lamentationibus. Secundo*, illud Thren. 4. vers. 20. *Christus Dominus captus est in peccatis nostris.* Quem versiculum nonnulli interpretantur.

Refutatur 2. Sed hæc opinio communiori auctorum consensu explodi tiones paulo post adducendas. Lamentationes illæ de quibus in Pa nis est sermo, iam olim interierunt; siue tempore Iosephi & S. Hier terint, siue non. Illud autem Thren. 4. licet ex Hebræo verti possit, C *mini*: Septuaginta tamen interpretes, & Vulgata editio retinenda bet, *Christus Dominus captus est*, Iosiæ non conuenit istud nomen in Hebræo sit tetragrammatum, & Iosias nō sit captus, sed vulnera quamuis lætaliter, vt cum Origene notant recentiores in hunc locum licet obiter, in hisce lamentationibus Iosiæ mentio fieret, vt putat Paraphrastes: non tamen inde colligere liceret, eas ante casum V ciæ calamitatem, à Ieremia, vel voce vel scripto editas fuisse. De C uatore verba illa: *Christus Dominus in peccatis nostris captus est*, opinio tur. Occasione enim peccatorum, ob quæ Ierusalem à Chaldæis assurgit S. Vates ad scelera Iudæorum, qui Christo necem machinan excidium sub Tito factum, vt latè ostendunt Castrius & Cornelius sentior) tum plurimorum antiquorum auctoritate, vt Clementis, stini, Origenis, Tertulliani, Ambrosij, Hieronymi, Theodoreti, bus, quibus suadent, non sensu tantum accommodatitio, sed Christo Redemptore accipienda esse. Si punctorum quæ Iudæi ratio haberetur, Messias siue Christus esset in statu regiminis, & set *Meschiach Adonai, Christus Domini*: vt maioris momenti est 70. ctoritas, qui in statu absoluto legerunt *Maschiach*, quam lectionem imo ratam esse iubet Latina versio, tum antiqua, tum maxime

2. Opinio anno 4. Ioakim. 3. Secunda opinio est quorundam, maximè Hebræorum, strius, qui asserunt hunc librum anno quarto Ioakim esse compo dem enim esse volunt, cum eo volumine, de quo late Ieremiæ cap. ira vt primum, secundum & quartum alphabetum harum lamen libro, quem Ioakimus combusserit, descripta fuerint ista tria alphab verò tertium, quod incipit: *Ego vir videṡ paupertatem meam*, Thren.

anno quinto Ioakimi. Et hoc putant esse volumen illud, in quod Baruch ea retulit quæ in libro combusto prius conscripta fuerant, imò & alia apposuit, de quibus illo cap. 36. extremo fit mentio.

4. Verum huius doctrinæ falsitas vel ex eo deprehenditur, quod in eo codice, quem Ioakimus flammis tradidit, ea consignata fuerint, quæ ab Iosiæ temporibus Ieremias à Deo, *aduersum Israel & Iudam, & aduersum omnes gentes, acceperat*: in hisce autem lamentationibus hæc minimè reperiantur. Deinde illo cap. 37. vers. vltimo, Baruch dicitur in posteriori volumine, non solùm *omnes sermones libri quem combusserat Ioakim rex Iuda igni*, descripsisse; sed *& insuper additi sunt sermones multo plures, quam antea fuerant*: quæ ad librum Threnorum non quadrant, etiamsi tribus alphabetis prius exaratis aliud postea fuerit adiunctum. *Refellitur.*

5. Tertia communis & vera sententia est, has lamentationes ab Ieremia, post Vrbis & templi euersionem editas fuisse. Hoc disertè asserit apud Septuaginta in procœmio hisce verbis: *Et factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias flens, & lamentatus est lamentationem hanc super Ierusalem.* Quod testimonium cum ab Ecclesia usurpetur, magnæ auctoritatis esse debet, vt benè suggerit Sanctius. Idipsum clarè ex totius huius libelli contextu manifestum est. *Viæ Sion lugent, eo quod non sint, qui veniant ad sollemnitatem: omnes portæ eius destructæ*, cap. 1. vers. 4. *Succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius*, cap. 4. vers. 11. Similia passim occurrunt, quæ nec ad Iosiæ mortem, nec ad annum 4. Ioakim ritè possunt accommodari, vt minimè audiendus sit Lyranus, qui hic cap. 3. *Dicendum*, inquit, *quod Ieremias vidit destructionem dupliciter: vno modo visione intellectuali, & prophetica, & sic eam deplorauit scribendo antequam eueniret: alio modo visione corporali quando fuit completa, & sic eam deplorauit, illud quod prius scripserat, per modum lugubris carminis recitando.* Non est, inquam audiendus: sic enim Ieremiæ lachrymas & lessum istud, sine sufficienti ratione multiplicat. Deinde si destructionem ciuitatis, antequam eueniret, istis Threnis deplorauit, vt ipse loquitur; ergo aliæ fuerunt lamentationes, quibus Prophera Iosiam luxit; quod Lyranus antea negabat. Denique Patres & antiquitate & sanctitate conspicui hosce threnos absolutè ad Vrbis excidium & populi transportationem differunt, Origenes in Commentario huius libri: *Ieremias cum captiuus populus teneretur in Babylone, luget regnum & Vrbis ac populi casum.* Eusebius ait, Ieremiam verbis istis Ierosolymorum & populi qui captiuus erat, miserias lamentatum esse. *Similiter*, inquit Cassius, *loquitur Athanasius, in Synopsi, in Ieremiæ, Chrysostomus, Hieronymus, Procopius, Theodoretus. Prosper quoque Aquitanicus lib de promissione p. 2. cap. 33. Rabanus, Rupertus, Hugo, S. Thomas, Lyra & Dionysius, aliique recentiores huius libri Commentatores:* *Conclusio Threni compositi post casum vrbis Ierusalem.*

tatores: atque ita lamentantur historiam, non prædicit futuram vastitatem. Hæ

Quomodo hic aliqua ad Iosiam referantur

6. Fatendum est tamen, nonnullos ex auctoribus iam relatis, sub
iam Iosiæ casum respexisse, vt S. Hieronym. Lyram, Raban, &c. sensu
terali, de nupera Vrbis & gentis Iudææ miserijs, hunc librum possim
pretatos, vt fecit S. Hieronymus, qui in harum lamentationum
cùm dixisset, eas non solum super Vrbis Ierusalem vastationem, sed
siæ regis occasum conscriptas esse, ait: *primum*, (Vrbis nempe & popu
tionem) *iuxta historiam in explanatione retexemus. Deinde allegoriam, per*
ca, siue ad Iosiam, qui interpretatur salus Domini, vel fortitudo Domini, siue
hoc est, confitentes pertinent, inseremus. Quod in Commentarijs, ita
non de futura, sed præterita Vrbis ruina textum interpretetur. Ex
mio cap. quarti, de quarto alphabeto ait: *Simili modo, vt in cæteris, ca*
Iudaici atque vastationem Vrbis lamentabili voce, propheta historialiter deplorat.
bus verbis, id quod hac de re alibi, vel ex aliorum sententia, vel obscu
sensu scripserat, perspicuè exponit, & docet Ieremias suos Threnos
quarto, tum in cæteris alphabetis, non spiritu prophetico de rebus
sed sensu historico de præteritis compegisse. Quam in sententiam
tiores conspirant, Castrius, Sanctius, Cornelius in suis Commentar
niellus ad ann. m. 3448. Salianus ann. 3447. numer. 47. Vnde Lector
an Mariana S. Hieronymi sententiam bene interpretetur, cùm verb
ctoris in præcitato proœmio sic explicat, vt dicat, Ieremiam de Iosia
prius monodiam scripsisse; deinde ad excisam Vrbem vertisse multis
carminibus locupletatam.

Conclusio

7. Contexuit igitur hasce lamentationes Ieremias anno illo, qu
& templum conflagrarunt, annus 11. Sedeciæ claudebatur, decimus
Nabuchodonosoris aperiebatur, quando mihi 590. ante Christi
epocham decurrebat.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN PROPHETIAM BARVC

CAPVT I. v. 1.

IN anno quinto, in septimo die mensis, in tempore, quo ceperunt Chaldæi Ierusa
succenderunt eam igni.

QVÆSTIO I.

Vnde annus iste quintus numeretur.

1. SVnt, qui ab eo tempore, quo Iechonias Babylonem ductus est, hunc annum quintum, putent numerandum: siquidem vel hinc, vel ab Vrbis euersione supputari debet. Quo minus autem hoc posterius asseratur; obstare videtur *primò*, versiculus 10. huius capitis, quo indicat Baruch se librum suum legisse, quando altare Ierosolymis habebatur: Vrbs autem & templum cum altari à Chaldæis euersa fuerant anno 19. Nabuchodonosoris. *Secundò*, versiculus tertius hoc volumen coram Iechonia lectum fuisse testatur, quia nempe Sedecias, necdum transportatus fuerat alias lectioni interfuisset, idque ipsum Baruch memoriæ prodidisset. Denique cur Ezechiel annos à capto Iechonia supputat; ita & Baruch indidem potuit supputare. Auctores huius opinionis putant hic nihil aliud dici, quàm quod Baruch libellum à se scriptum legerit ea tempestate, qua sexcennio deinde transacto, Ierusalem à Babylonijs deleta est.

Quidam putant à capto Iechonia id-quo 3. arg.

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

2. Alij tamen validioribus argumentis contendunt, Epocham huius anni quinti ad Vrbis excidium constituendam, ita vt Baruch librum suum absoluerit, & recitauerit anno quinto, ex quo Ierosolymam ceperant, & incenderant Chaldæi. Ita censent Theodoretus, Hugo, Lyranus, Castrius, Cornelius, Sa, Lanselius, Menochius, in huius versiculi explanationem, Torniellus ad an. m. 3451. num. 1. Salianus ann. 3449. num. 2. Probatur 1. ex huius cap. vers. 8. & 9. ex quibus colligimus hunc librum eo tempore lectum, quo argentea templi vasa, quæ fecerat Sedecias, Ierosolymam remittebantur: inde autem non prius asportata fuerant, quam Chaldæi eam Vrbem expugnassent anno 11. Sedeciæ. 2. Hoc ipsum indicatur c. 2. v. 2. & 3. vbi iam adducta dicūtur super Iudæos *mala magna, vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes filiæ suæ.* Vtique in longa illa obsidione, qua Iudæi Ierosolymis à Nabuchodonosore pressi sunt. 3. Ibidem vers. 10. ita describuntur Iudæorum, quæ tunc erant calamitates, vt nullis incommodis conueniant, nisi ijs, quæ ipsi post Vrbis & Templi vastitatem pertulerunt.

Alij melius ab euersis Ierosolymis.

Probat. 1.

Prob. 2.

Prob. 3.

3. Altare quod in templo fuerat, ignis Chaldæus sine dubio absumpserat, sed non deerat aliud minus nobile, in quo populi reliquiæ, inter ciuitatis ante quinquennium combustæ rudera, sacrificia offerebant. Sedecias tunc, aut iam supremum vitæ diem clauserat, aut vinculis & cæcitate arctius stringebatur, quam Iechonias. Hic enim vltrò se Nabuchodonosori dediderat, nec vnquam ab eius imperio desciuerat: Sedecias autem fœdifragus, nec nisi vi captus

Ad tria arg. 1. opin.

Ad 2.

fuerat. Vnde merito Jechonias plus libertatis nactus, non ita stricto cu-
Ad 3. nebatur, quin Barucho librum suum legenti posset adesse. Demum ei
chiel fecit; ita & Baruch à transmigratione suorum annorum seriem
potuit: hic tamen iustam causam habuit, cur ab euersis Ierosolymis
putaret. Quia hæc populi & ciuitatis ruina adeo famosa fuit, vt inde
dæi nouam æram auspicati sint, quam etiamnum in suis Epheme
quotannis præfigere solent, sicut & aliam similem à postrema V
tum euersione retinent, multis antea retro sæculis vsurpatam. Ex
tertiationes prioris opinionis esse minus efficaces. Hæc de anno
de mense quæstio.

In septimo die mensis, v. 2.

Forte hic mẽsis erat Nisan.

1. Hunc mensem fuisse Nisan existimant Lyranus, Sa, Cornel
chius, Torniellus ann. m. 3451. num. 1. quia lecto isto libro, pecunia
collecta est, & Ierosolymam perlata, cùm die 10. mensis Siban, Ioak
dos acciperet vasa templi, quæ prius ablata fuerant, vt indicat v. 8. C
mensis Siuan in anno sacro sit ordine tertius, videtur absolutus & Iec
chi libellus, mense primo, qui Nisan appellatur. Quæ explicatio, cùm
mæ notæ patronos habeat, temeritate caret.

Valgotius. Ab.

2. Sed nec improbabilis est interpretatio Castrij in huius loci cur
tio, & Saliani, ad ann. m. 3451. numer. 34. qui diem istam septimam, a
mensem reuocant: mox enim Baruch hæc subnectit: *in tempore quo
Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni.* q. d. in anno quinto, septimo
sis quinti, quo Vrbem expugnatam flammis absumpserunt Chaldæi cum
4. Reg. 25. v. 8. *Mense autem quinto, septimo die mensis (ipse est annus nonus
gis Babylonis) venit Nabuzardan princeps exercitus, seruus regis Babylonis in
& succendit domum Domini, & domum regis, & domes Ierusalem.* Prudenter
hunc diem elegit, vt recurrente tam funestæ calamitatis mense & die
Iudæorum animos, ad dolorem, jeiunia, orationem & cætera id genus
tia commoueret.

Ad rationem 2. Opinionis.

3. Ad rationem prioris opinionis respondeti potest, 1. non appa
sam, cur primus mensis hic intelligatur potius, quam secundus aut tert
commodatior enim appareret explicatio, si quis diceret die septimo
tij lectum à Barucho volumen, pecuniam mox collectam, & die decim
lone missam, cùm Ioakim vasa templi Ierosolymitani reciperet. Re
Castrius, illo versiculo octauo nihil aliud dici, quàm quod pecunia
fuerit, eo anno, quo mense Siuan Ioakimus vasa templi receperat. C
ea, non ita pridem recepta scirent Iudæi, putarunt suì officij esse, qua
poterat, in medium conferre, & in vsum sacrificiorum Ierosolymæ

Ex Saliani verò opinione collectio pecuniæ vasorum missionem antecessit, ac proinde putat, mense quinto, anni quinti ab Vrbis excidio lectum codicem; vasa autem mense tertio anni sequentis Ierosolymam relata: sed malo Castrij interpretationem sequi. Eadem erit ratio Chronologiæ, si ex quorundam opinione, dixeris, non Ioakimum, sed Baruch sacram supellectilem accepisse in Ierusalem remittendam: nam siue huic, siue illi, ea tradita fuerit, id mense tertio contigisse certum est.

BARVCH I. v.8.

1. CVm acciperet vasa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda, decima die mensis Siuan, &c. Græcè, ἐν τῷ λαβεῖν αὐτὸν, *in accipiendo ipsum*, quod verti potest, cum acciperet, vel accepisset, vt interpretatur Maldonatus: est enim Hebraïsmus. Quare probabile est, sacra vasa duobus fere mensibus, ante lectionem libri Baruch fuisse remissa, idque indulgente Nabuchodonosore, qui cum collectionem etiam pecuniæ ad sacrificia Ierosolymis offerenda permisisset, iure petebant exules, vt Ierosolymorum incolæ pro vita illius orarent, cuius permissu nuper vasa Ioakimo tradita fuerant. *Vasa reddita ante lectum librum.*

2. Hæc vt melius intelligantur, aduertendum est, sacram templi supellectilem aut saltem illius partem, ter asportatam fuisse Babylonem. *Primò* anno tertio Ioakim Dan. 1. v. 2. *Secundò*, in transmigratione Iechoniæ, quando *suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui, & protulit inde omnes thesauros domus Domini, & thesauros domus regiæ, & concidit vniuersa vasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo Domini.* 4. Reg. 24. v. 13. 2. Paralip. 36. ver. 10. Horum autem aureorum vasorum loco, Sedecias argentea substituit, quorum hic fit mentio. *Tertio* ad finem regni Sedeciæ, quando Nabuchodonosor Vrbem euertit, *vniuersaque vasa domus Domini, tam maiora, quam minora: & thesauros templi & regis, & principum transtulit in Babylonem.* 2. Paralip. 25. ver. 18. & latius refertur 4. Reg. 25. à ver. 13. Ierem. 52. à v. 17. *Templum ter sacris vasis spoliatum.*

BARVCH VI. v.1. & 2.

1. EXemplar *epistolæ, quam misit Ieremias, ad abducendos captiuos in Babylonem.* Lyranus legit, *ad abductos captiuos in Babylone*, & putat hanc epistolam scriptam quidem, post transmigrationem Iechoniæ: sed ante captiuitatem generalem, sub Sedecia factam, ac tandem mortuo Ieremia Babylonem allatam, atque à Baruch, captiuo populo prælectam. Lyrano concinit Dionysius, & ex parte Maldonatus, qui credit Jeremiam, hæc Iudæis quidem prædixisse, antequam in captiuitatem ducerentur: sed postea cum essent abducti, in epistolam per Baruch redacta, ijsdemque verbis quibus erant prædicta ad captiuos *Varia huius loci expositiones.*

deuenisse. Hugo eandem retinet lectionem, ratus hanc epistolam ad
iter exilij iam ingressos scriptam, ac proinde tunc fuisse partim
partim abducendos: solum enim vertebant, necdum Babylonem
nerant.

Refutantur. 2. Sunt alij, qui hanc interpretationem solido fundamento
ficiantur, & autumant, hanc epistolam, non ad *abductos*, sed ad
exaratam: sic enim legimus in 70. Seniorum translatione, Latina
correcta, Tigurina, Pagnini. Ita etiam legit Tertullianus in Scorp
ait, Ieremiam hæc scripsisse, *ad eos quibus captiuitas imminebat*, & ad
allegandi.

Conclusio. 3. Probabilior cæteris Eorum supputatio qui censent Ieremiam
per Nabuzardam Iudæis, in Babylonem iamiam ituris hanc epistolam
quam illi secum deferrent, & ea quasi antidoto aduersus cultum
rum vterentur. Sic enim vera lectio retinetur, & facile intelligi
re Propheta scripserit: *abducemini in Babylonem*: quia nempe erant in
vt abducerentur. Ita Castrius, Cornelius, Menochius hic, secu
rum de promissionis Dei, p. 2. cap. 33. Torniellus ad an. m. 3447. num
lianus ib. num. 31. Miserit igitur S. Vates hæc monita ad captiuos, sub
tempus, quo Ciuitas conflagrauit, instante, vel ineunte anno decimo
buchodonosoris, vt in suis Annalibus notant duo auctores iam nom

Vers. 2. *Ingressi itaque Babylonem eritis ibi annis plurimis, & temporibus*
gis, vsque ad generationes septem.

QVAESTIO II.

Quomodo septem generationes, cum seruitu annorum 70. congruant.

Quidam putant esse diuersas à 70. annis. 1. LYranus has septem generationes pluribus quam 70. annis con
rit, easque à transmigratione Iechoniæ, vsque ad annum septimum
quo Esdram Babylone Ierosolymam venisse putat, extendit, per annos
tratur 130. vel saltem 120. A deportato Iechonia, vsque ad captiuitatem
vndecim annos computat: inde vsque ad annum primum Monarchiæ
hinc ad Cambysen ex Hebræorum computo triennium, aut vt alij
annos 12. Cambysis imperio octennium impendit, tum Assuero 40.
rio vsque ad profectionem Esdræ septennium, ac tandem concludit,
poris interuallo septem generationes cõtineri, quarum singulæ annos

aut septendecim complectantur, qui secundum naturæ cursum soboli procreandæ sufficiunt.

2. Mihi verò hæc doctrina minimè probatur. Etenim nulla subest ratio, quæ contra communem doctrinam suadeat hasce generationes diuersas esse ab annis 70. quibus Ieremias cap. 25. & 27. Babylonicam seruitutem definiuit. Adhæc effluxerunt quidem à transmigratione Iechoniæ, vsque ad Sedeciæ casum anni fermè vndecim, & deinceps vsque ad Cyri Monarchiam 52. Sed Cyrus neque tres, neque duodecim; sed vel 7. vel potius 9. annos imperauit. Eum secutus est Cambyses, & hunc Smerdis per octennium: tum Darius Hystaspis annos triginta sex regnauit, cui successit Xerxes annis 21. Xerxi sublato Artabanus, Artabano Longimanus annis 40. Redijt itaque Esdras cum suis in Iudæam, annis circiter 144. à transmigratione Iechoniæ, qui numerus si in 17. distribuatur, facile octo generationes dabit. *Refutantur.*

3. Carthusianus duobus modis septem hasce generationes ad 70. captiuitatis annos applicat. 1. generationis nomen accipiendo, pro ætate hominis quatuordecim annorum, quæ ad prolem generandam idonea habetur. Hoc modo, quinque generationes annos quidem septuaginta complebunt, sed Dionysius ait, Ieremiam vsum tali supputatione, vt terminos extrinsecos, vtrimque complecteretur, & sic numeraret generationem vnam, qua 70. annos seruitutis præcesserat, & alteram, quæ secuta est. 2. ait, vocabulo *septem* in scriptura quandoq; complementum & perfectionem denotari, & hoc loco posse pro vitæ humanæ periodo accipi, quæ est ferè 70. annorum: quod enim vlterius excurrit, *labor* est, *& dolor*. Psalm. 89. Quas interpretationes duriusculas esse notant Pererius & Castrius: nec immerito. Nam iuxta priorem modum, qui dies quinque ieiunauit, diceret se vsque ad dies septem ieiunasse, nempe adscitis vtrimque terminis extrinsecis. Sic inter Pascha & Pentecosten liceret nouem hebdomadas computare. Alter autem modus tanquam concessum sumit, quod probandum esset. *Duæ interpretationes duræ.*

4. Pererius libro decimo in Dan. quæst. 3. tres modos hunc nodum explicandi proponit. *Primum*, si vocabulum *septem* pro numero indefinito accipiatur, vt sit idem quod *multa*. vt Leuit. 26. v. 24. *percutiã vos septies propter peccata vestra*. Et Prouerb. 24. v. 16. *Septies in die cadit iustus & resurgit*. Et 1. Reg. 2. v. 5. in Hebræo est: *donec sterilis peperit septem*: noster autem reddidit: *donec sterilis peperit plurimos*. Sic Ieremias videtur dixisse, solutum iri captiuitatem post septem generationes, id est, post multas. *Secundum*, si generatio accipiatur hoc loco, pro ætate, quæ naturaliter valet ad generandum, qualis est, quindecim annorum, & quinque generationes mediæ, sumantur integræ; prima autem & vltima *Tres modi has res inter se conciliandi.*

non

non completæ. Porrò iuxta hunc modum Pererius supponit hanc epistolam fuisse scriptam, ad Iechoniam, & Iudæos, qui cum ipso erant Babylone: nerationes à transmigratione Iechoniæ, vsque ad annum Cyri, quo captiuitas, extendit, eoque temporis interuallo, vnum & octoginta cludit. *Atque hac ratione*, inquit, *computatio Baruch non pugnat cum computa miæ: hic enim loquitur de captiuitate Iudæorum sub rege Sedecia: ille verò sub* tium modum huius difficultatis expediendæ ait esse, si dicamus Baruc qui, de captiuitate Iudæorum sub Sedecia, sed eam terminasse anno Artaxerxis Longimani, quando ea pars populi, quæ cum Zorobabe dierat, duce Esdra in patriam reuersa est. A captiuitate Sedeciæ, vsque sionem Esdræ, numerat annos 170. qui in septem generationes pos modè distribui.

1. *Modus explicatur.* 5. Primus horum modorum Castrio displicet, arbitranti Propheta cum indefinitè dixisset, populum Babylone, *annis plurimis, & temporibus* turum, explicandi gratia addidisse, *vsque ad generationes septem*, quo tem finitum, definiret. Verum facile Pererius negaret, hæc vltima verba dentium explicatiua: quippe quæ ex se obscuriora sunt, quàm vt alia lustrare. Quin potius videntur per idiotismum Hebraicum inserta, vt acrius inculcarent, cùm alias Ieremias sæpius denunciasset huius ad annum vsque 70. duraturum. Itaque hanc esse commodam terpretationem autumo.

2. *Modus explodituꝛ.* 6. Secundus modus nonnulla inuoluit, quæ iure merito negat supponit enim hanc epistolam, non ad *abducendos*, sed ad abductos cuius contrarium paulo antè v. 1. declaratum est. Deinde à Iechonia vsque ad annum primum Cyri, quo finita est Iudæorum captiuitas, annos 81. hoc autem pugnat cum rationibus & auctoritate prius ex quibus à casu Sedeciæ, vsque ad annum 2. Darij Hystaspis, non mi intercurrisse probabam 2. Paralip. q. 2. præsertim num. 6. Denique ratione hanc epistolam Baruch tribuit, & istas septem generationes 70. seruitutis Babylonicæ, à Ieremia cap. 25. & 29. prædictis, auellit.

3. *Modus non placet.* 7. Sed nec ea probo, quæ tertius modus complectitur: ha nerationes ab annis 70. seruitutis non separo, & ab enthronismo Nabu nosoris auspicor: finem isti seruituti anno primo Cyri sacra pagina Esdræ. 1. & alibi. A Sedeciæ casu, vsque ad annum septimum Artaxer mani annos nō 170. sed 132. computo. Et sicuti anno primo Cyri impleta verba Ieremiæ 29. v. 10. *cum cœperint impleri in Babylone septuaginta* vos. *&c.* ita valde probabile est, eodem tempore complenda. Quod stola v. 2. scribitur; *eritis ibi vsq; ad generationes septem: post hæc autem*

pace. Quod Deus feciſſe videtur, quando Cyrus edictum de ſolura captiuitate 1.Eſdræ.1. promulgandum curauit.

8. Torniellus ad annum m.3447.num. 7. modum tertio loco adductum à Pererio, quoad rem ipſam probat; quoad annorum verò diſtributionem ab eius computo recedit. Nam 7. iſtas generationes à capto Sedecia vſque ad annum ſeptimum Artaxerxis protendit quidem; ſed hoc temporis interuallum 150 annis metitur, non 170. vt fit apud Pererium. Generationis vocabulum pro ætate viginti annorum accipit, & ad ſuæ ſententiæ confirmationem monet ex B. Theodoreto in cap. 9. Danielis, Iudæos *ſicut pluribus vicibus ac veluti per partes in captiuitatem abducti fuere: ita etiam pluries in patriam eſſe remiſſos, videlicet ſemel à Cyro, & bis à memorato Artaxerxe, qui plures cum Eſdra, deinde alios multos cum Nehemia in Iudæam remiſit.* Hæc Torniellus, cui Salianus adhæret, ad eundem an. nu. 31. Verum neq; hæc interpretatio omnem exhaurit difficultatem: nam ex antiquorum ſententia, vt iam num. 6. dicebam, à capto Sedecia, Vrbeque exciſa, vſque ad annum 2. Darij, non niſi 70. anni fuerunt: his adde reliquos Darij 34. aut 35. tum Xerxis 21. & 7. Longimani, conſient vt ſummum 133. Sic ad 7. generationes deerit ſeptennium, quandoquidem, vt ipſi volunt, ſingulæ generationes annis viginti abſoluuntur. Deinde Ieremias, cum dixiſſet, Iudæos vſque ad ſeptem generationes Babylone futuros, mox addidit: *poſt hoc autem educam vos inde in pace*, Quibus verbis indicare videtur, poſt illas generationes, mox futurum captiuitatis finem: iſti verò auctores hiſce generationibus 140. annos attribuunt, Deum verò Iudæos Babylone annis 150. euolutis reduxiſſe volunt. Itaque ex eorum opinione Deus exules non ſtatim poſt ſeptem generationes, ſed inſuper, poſt 10. annos reduxit. Hoc autem affirmare non auſim. Quemadmodum enim ex communi ſententia Ieremiæ oraculum cap. 25. & 29. ſic accipi debet, vt adueniente vel abſoluto anno ſeruitutis ſeptuageſimo, mox imperium Babylonicum euertendum, & Iudæi poſtliminio redituri dicantur: ita decurſis iſtis ſeptē generationibus, ſtatim Deus reditum exulibus promiſiſſe videtur: neque enim apparet ratio, cur hic potius, quam ibi decennium abijcere, aut adiungere liceat. Præterea Deus per Ieremiam cap. 29. v. 10. clarè prædixerat: *reducam vos ad locum iſtum*: nempe poſt 70. annos: ergo Ieremias valde ambiguè locutus eſt, ſi in hac epiſtola, iſta Domini verba: *educam vos inde*, non niſi poſt 150. annos effectū ſortitura denunciauit: quod ad fidem diuinis oraculis conciliandam parum valet. Denique cum terni fuerint, ex illorum enumeratione, reditus è Babylonia, quare Ieremias de ſecundo potius, quam vel de primo, vel de tertio in hac epiſtola vaticinatur? Primum igitur modum huic longè præponendum arbitrumo.

3 Modum quidā propugnant.

Sed non ſatis bene.

9. Villalpandus apparatu in Ezechielem p. 1. lib. 5. cap. 2. ſingulas gene- *Alia in*

Interpretatio.

rationes annis 14. definit, & generationem accipit, non pro actu ge-
sed pro genitis siue filijs : tum has generationes ita distribuit, vt
bylonem translata sit, ea cum Babylonem appulisset, filios, hoc est,
generationem procreauerit, hæc post annos 14. tertiam : tertia post
annos, scilicet anno 28. desolationis genuerit quintam ; Hæc sexta
quæ tandem septimam generationem ediderit anno desolationis 70.

Explicatur.

ptiuitate liberati sunt, inquit ille. Hanc explicationem Cornelius nec im-
lem, nec incongruam esse asseuerat : ego verò quicquid sit de proba-
lius, eam non probo : quia vt alia taceam, hac ratione finis harum
num incideret in annum 2. Darij Hystaspis, contra intentum Villalpa-

Alia Expositio.

10. Christophorus à Castro, eruditè multis, de generationis, siue
cabulo præmissis, ait, duobus modis hunc Ieremiæ locum explanari
singulæ generationes septennio constent, & sic septem generationes
complectantur, quibus si vnus quasi Iubilæus apponatur, exurgent
quot ferè effluxerunt, ab anno 21. Sedeciæ, quo hæc scribebat Ieremias
redditam Iudæis à Cyro libertatem. 2. vt septem generationes
quam septem annorum decades, hoc est, septuaginta anni, à Sedeciæ
ad annum secundum Darij, Hystaspis computandi, quasi diceret
eritis ibi, vsque ad annos 70. postea inde vos educam in pace.

Ex parte commoda.

11. Verum ego hisce duobus modis non penitus acquiescor
tentia quam & sequitur Castrius, & cæteris antepono, ex eo tempore
decias captus est, & hæc epistola scripta. vsque ad annum primum Cyri
neque 50. sed 52. anni supputantur, vt alibi probaui. Sic prior modus
exorbitat ab accurata horum annorum computatione. Alter modus
capite mihi non arridet quod has generationes ab Sedeciæ calamitate
vt ex dictis manifestum est.

Alia valde probabilis.

12. Cornelius tradit septem generationes esse 70. annos captiuitatis
valde probabile existimo. Hos annos inchoat, ab vndecimo Ioakim
Monarchiæ Cyri concludit: ab anno vndecimo Sedeciæ, vsque ad
Cyri numerat annos 59. ego aliam Chronologiam secutus septuaginta
rum seruitutem anno primo Nabuchodonosoris inijsse, & anno
desijsse credo, & alibi probare conatus sum.

Ieremias constanter ait captiuitatē fore 70 annorum.

13. Auditis tandem prædictorum auctorum hac de re placitis
luce aliqua ad illustrandam præsentis controuersiæ obscuritatem
opinior in primis Ieremiam hoc loco, cap. 25. & cap. 29. de ca-
duratione non dixisse tum hoc, tum illud : sed constanter de fi-
mosæ captiuitatis vbique locutum. Huius opinionis patronos
nysium, quamuis duriusculam adhibeat interpretationem, vt

dicebam, Maldonatum in hoc caput vers. 2. *Manifestum est*, inquit, *Ieremiam voluisse dicere, Iudæos per 70. annos in captiuitate futuros esse, quemadmodum prædixerat cap. 25. vers. 11. 12. & cap. 29. vers. 10.* Cornelium hic §. septem ergo. vbi diserte monet, Baruch discipulum & scribam Ieremiæ in hac epistola referre se ad cap. 25. v. 11. Villalpandum l. c. Pererium in primo modo, quo hunc locum explicari posse fatetur.

14. Duplex autem est modus, quo Baruch hoc loco, ad ea, quæ Ieremias cap. 25. & 29. prædixerat respexisse potuerit. 1. indefinitè. q. d. non nisi longo tempore, & vt dici solet, post septem, hoc est, non paucas generationes Deus vos inde reducet. Et hic modus mihi expeditissimus videtur. 2. Definitè vt sit sensus: post septem generationes (quarum singulæ decem annos contineant) id est, post illos 70. annos, quos alias prædixit Ieremias inde, propitio numine redibitis. Non est autem sensus, quod isti Iudæi, ad quos hæ literæ mittebantur totos 70. annos iugum seruitutis essent laturi: sed quod 70. annis ab initio regni Nabuchodonosoris Babylone completis, tandem populus captiuus redeundi potestatem esset consecuturus, sicuti illi qui cum Iechonia abducti fuerant, non integros 70. annos Babylone transegerunt, sed compleuerunt, iam antea inchoatos, vt dixi. 2. Paralip. quæst. 7. numero 9.

Opinio Authoris

Hebrai rē vnam sæpe diuersis verbis simul prolatis inculcant.

15. Obijciet quispiam contra priorem modum ex dictis sequi, diuturnitatem exilij ter diuersis verbis à Ieremia inculcari: nempe, *annis plurimis, temporibus longis septem generationibus.* Resp. ita est, nec mirum videri debet, cum apud Hebræos non raro contingat, vt Psalm. 5. *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ.*

Generatio aliquando significat 10. annos.

16. Contra posteriorem modum opponit Salianus anno mundi ter millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo numero 31. *Decem annorum generationes fingere ridiculum videtur, & à simplici narratione Prophetæ alienissimum.* Verum id absolutè negant Maldonatus, Castrius, Cornelius. Denarius enim, vt hic ait, insignis plenusque est numerus, qui omnes simplices numeros, quos Arithmetici digitos vocant, puta omnes ab 1. ad 9. in se complectitur. Rursum denarius primus est numerus multitudinis, post digitos, estque terminus numerandi: nam post decem redimus ad vnitatem. Decem & vnum sunt vndecim, decem & duo, sunt duodecim &c. Cur autem ridiculum videatur, 10. decem annorum spatium, generationem appellare? an quia generatio plures annos requirit? Imo Castrius & Cornelius notant, generationem aliquando sumi pro septennio, & probant ex eo, quod Orpheus apud Suidam, nouem generationes, hoc est, 63. annos vixisse dicatur, & medici veteres, ante duas generationes, id est, ante annum decimum quartum puero venam incidi. Omnibus

Encomia numeri denarii.

autem cosideratis, hic locus, quo de agimus inter obscuros, & explicat[illegible] les meritò habetur: ad cuius declarationem, quæ mihi occurrebant, [illegible] nacia in medium protuli, paratus meliora, si quis ostenderit, sequi, [illegible] que moniti Apostolici, Rom. 12. v. 3. *non plus sapere, quàm oportet sapere, [illegible] sobrietatem.*

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOLOG.

IN PROPHETIAM EZECHIEL

Cœpit An. 5. suæ trãsmigrationis post Isaiam & Ieremiam.

De tempore quo prophetauit Ezechiel.

SVates Ezechiel cum Iechonia Babylonem abductus, ann[illegible] suæ transmigrationis vaticinari cœpit, vt ex cap. 2. ver. 2. [illegible] est. Idem erat annus quintus Sedeciæ: hic enim occiso Ioa[illegible] gni gubernacula absque interregno suscepit. Hinc infert C[illegible] Ezechielem prophetare cœpisse, annis post Isaiam 199. mihi ab anno [illegible] quo plerique Isaiæ vaticinia auspicantur, vsq; ad annum quintum [illegible] tionis Iechoniæ, anni 200. effluxerunt. Verùm, vt Isaiæ 1. qu. 1. annotat[illegible] bium est, an Isaias illo anno Oziæ 17. suas prophetias exorsus fuerit. [illegible] no 13. Iosiæ, quo vaticinandi officium aggressus est Ieremias, vsque ad [illegible] istum, transmigrationis quintum, eundemque prophetantis Ezechi[illegible] mum, annos 34. aut 35. supputo, quibus Ieremias Ezechielem præcess[illegible] mam ordine temporis suarum prophetiarum sacris literis mandatam [illegible] anno 27. transmigrationis edidit cap. 29. v. 17. Prophetias igitur ab eo [illegible] habemus annorum viginti trium terminis inclusis: an verò diutius [illegible] fuderit oracula, non constat.

EZECH. I. v. 1.

Et factum est, in trigesimo anno.

QVÆSTIO I.

Vnde hic tricesimus annus computetur.

Quidam putant esse Nabopolassaris.

1. ANnum hunc fuisse trigesimum Nabopolassaris regis Babylonæ, [illegible] dunt Cornelius hic, Petauius infrà citandus, nec aliud volunt H[illegible]

mus, Prada, & ante eum Scaliger, quem sequitur Capellus ann. mund. 3404. Caluisius ann. m. 3354. Probant, quia Nabopolassarus, vt ipsi asserunt, nouam æram constituit, primusque eius annus consurgit à centesimo vigesimo tertio Nabonassari: nam illius annus quintus erat 127. Nabonassari, quo fuit eclipsis Lunæ.

2. Hæc interpretatio, vel eo nomine suspecta est, quod huius non meminerint antiqui; recentiores in ea explicanda inter se minimè conueniant. Nam vt bene aduertit Torniellus ad ann. m. 3440. æra illa ab Astrologis Chaldæorum obseruata, non ducitur ab imperio Nabopolassaris, nec inde Ptolemæus, Cambysis, Darij, Adriani, & aliorum regum annos enumerat: sed à Nabonassari. Quod cum ignoraret Pradus in eum errorem incidit, vt æram Nabonassari cum anno Nabopolassaris confunderet, vt monet Petauius. *Quod autem etiam ipso Nabopolassaro, noua æra postmodum, auctoritate publica fuerit instituta, nusquam reperimus, neque Pradus id probat*, inquit Torniellus, neque alij, quos hactenus vidimus, probauerunt. *Eorum ratio non placet.*

3. Respondet Capellus id non esse necesse; sed sufficere, quod *cuiusque regis, quamdiu regnat, æra ab ijs, quibus imperat, passim vsurpabatur*. Et paulo post: *Quid postulationi conuenientius dici, quàm vt Ezechiel Babylone agens designarit annum regis quo parebat? pro cuius incolumitate quotidie precabatur?* Addit hunc regem non fuisse Nabuchodonosorem, sed patrem eius, qui cum filio regiam suam potestatem, aliquot annis antequam moreretur, communicauerit, idque ex Berosi & aliorum testimonio. Nabopolassarum ait regnasse annos 29. ac tandem concludit: *omnino fixum ac immotum stet, necesse est, quod toties, & tam luculenter, à Scaligero demonstratum, à Torniello planè dissimulari miror, nempe subintelligi hic vocem Nabopolassaris.* Ac rursus inculcat, annum Nabopolassaris tricesimum, auctore Ptolemæo, minimè omnium suspecto esse Nabonassari centesimum, quinquagesimum secundum, & consequenter, consentientibus vno ore, omnibus Astronomiæ peritis, annum ante Christi æram, quingentesimum nonagesimum septimum, atque ita Ezechielem prophetare cœpisse annus 596. ante Christi æram. Hæc ille, quæ paulo accuratiùs ad calculos reuocanda puto. *Opinio Capelli.*

4. Annus tricesimus Nabopolassaris est centesimus quinquagesimus secundus Nabonassari, fateor, si Ptolemæus horum duorum regum annis exactissimè inter se coniunxit: at verò annus Nabonassari 152. non est annus ante æram Christi 597. hoc enim anno 597. ante Christi epocham inijt annus Nabonassari 151. die 20. Ianuarij. Anno ante eandem epocham 596. incepit annus Nabonassari 152. die 19. Ianuarij. Itaque annus iste 152. nulla sui parte attigit annum ante Christi æram 597. nec video, quo iure Capellus asserat annum 152. Nabonassari, consentientibus vno ore omnibus Astronomiæ peritis, esse *Refellitur I.*

annum ante Christi æram, quingentesimum nonagesimum septim[illegible]
uius lib. 12. ad annum Per. Iulianæ 4118. annum 152. Nabonassari [illegible]
clarissimè inscribit anno ante Christi æram 596. die 19. Ianuarij, cyclo [illegible]
Lunæ 14. Idem expressè tradit Caluisius an. m. 3354. additque illum [illegible]
Ianuarij fuisse feriam primam. Consentiunt meæ tabulæ, *in Opusc. de* [illegible]
mini &c. Siquidem cap. 9. tabella principalis annum illum 152. aperi[illegible]
ma; tabella 1. cap. 12. eundem annum inchoat 19. Ianuarij: tabella de[illegible]
eiusdem capitis exordium anni Nabonassari signat 19. Ianuarij, [illegible]
Chr. 596. Totus igitur annus 597. ante æram Christi iam effluxerat [illegible]
nus 152. Nabonassari oriretur.

Capellus à Ptolemæo dissentit.

5. Quod Capellus Ptolemæum vocet *auctorum omnium minime* [illegible]
agatur de æra Nabonassari; non abnuo: de annis autem aliorum regum [illegible]
bopolassaris, Mnemonis, Ochi, Antonini, eum non esse accuratum [illegible]
Reg. q. 17. num. 3. q. 19. num. 6. Neque id inficiabitur Capellus, qui [illegible]
Mnemoni, dat annos 44. Ptolemæus autem 46. Capellus annum [illegible]
Ochi inscribit anno ante æram Christi 361. quo vsque ad 21. Nouem[illegible]
rebat annus Nabon. 387. Ptolemæus in Canone annum primum O[illegible]
esse 390. Nabonassari. Capellus Ocho 23. annos tribuit: Ptolemæus [illegible]
que Capellus Nabopolassaro tribuit annos regni 29. Ptolemæus [illegible]
nonnulla habent exemplaria teste Petauio) 25. illi adscribit.

Et à Beroso.

6. Dum Capellus Berosi testimonio suam doctrinam adstruit, [illegible]
eam potius euertat: siquidem ex opinione Capelli, Ezechiel hic [illegible]
regis cui parebat. Atqui anno 5. transmigrationis, non parebat Nabopo[illegible]
fides habetur Beroso scribenti, tunc Nabopolassarum obijsse, [illegible]
ipsius Magnus Nabuchodonosor erat in expeditione contra rebel[illegible]
pam, Ægypto, Cœlesyriæ & Phæniciæ præfectum, vt habet Iosep[illegible]
Antiq. cap. 11. & retuli 4. Reg. q. 20. num. 3. quæ nullo modo ad an[illegible]
tũ Sedeciæ, qui idem est, cũ quinto transmigrationis Iechoniæ, [illegible]
videntur. Imò idem Berosus tam apud Iosephum l. c. & lib. 1. contra [illegible]
apud quã Eusebium lib. 9. de præp. Euang. testatur Nabuchodonosor [illegible]
ciũ de morte parentis in prędicta expeditione accepisse, tum Babylo[illegible]
to reuersum, atq; tunc demum regni paterni administrationem, [illegible]
Nabopolassare, interim penes Chaldæorum primates fuerat, accep[illegible]
ex Berosi sentententia, cui Iosephus, Eusebius, & alij plerique aut [illegible]
pressè subscribunt, Nabopolassar anno quinto Sedeciæ in viuis non [illegible]
nique ex opinione Capelli, annus tricesimus Nabopolassari erat de[illegible]
tius Nabuchodonosoris. Ergo si hucusque vixit, & regnauit Nabopo[illegible]
anni vt minimum duodecim fuerunt ipsi cum filio communes, [illegible]

sustuleris, tantum relinquentur anni 17. Chronologici, Nabopolassari contra Ptolemæum, & alios, qui vt minimum 21. annos ab aliorum regum temporibus distinctos, eum regnasse volunt. Sententiam Scaligeri de initio Nabopolassari refert Petauius lib. 9. cap. 57. dum ait: Hęc diuersis in locis ac libris, à Scaligero prodita inuicem contraria & pugnantia sunt. Deinde id refellit, *quod tamen ac tam luculenter à Scaligero demonstratum* putat Capellus.

7. Petauius lib. 9. cap. 58. & lib. 13. ad an. Periodi Iul. 4089. initium regni Nabopolassari anno ante Christi æram 625. statuit, ita vt quintus annus illius sit 127. Nabonassari anno ante eandem æram 621. die 26. Ianuarij inchoatus. Anno ante Christum 607. Ioakimi quarto, Nabuchodonosoris primo, Nabopolassarum obijsse scribit. Anno ante Christ. 599. deportationem Iechonię, & Sedeciæ enthronismum notat. Anno deniq; ante Christū 595. ait, *Ezechielem prophetare cœpisse, anno quinto deportationis Iechoniæ tricesimo ab æra Nabopolassari, vt videlicet existimat. Quanquā non recte Nabopolassarum cum Nabonassaro confundit.* *Supputatio Petauij*

8. Quain computatione, quædam mihi subobscura videntur. Nam mense quarto, quo vaticinari cœpit Ezechiel, instabat annus decimus tertius Nabuchodonosoris ex sententia Petauij, qui excidium Vrbis, & templi conflagrationem conijcit in annum ante Christum 589. quo annum vndecimum Sedeciæ inchoatinec est dubium, quin sub initium anni deciminoni Nabuchodonosoris Vrbis incendium excitarit Nabuzardan. Ergo cum prima visio oblata est Ezechieli, annus 12. Nabuchodonosoris ferè effluxerat, ex huius autoris computo. His adde annos Nabopolassari 21. exurget annus non trigesimus, sed trigesimus tertius ferè absolutus, ab enthronismo Nabopolassari, vsque ad prophetiam Ezechielis numeratur. Dices fortè istos 21. annos Nabopolassari, non fuisse Chronologicos, sed primum & vltimum mutilos, ac proinde negligendos. Verum si hoc tibi negetur, quî probabis? Deinde hoc admisso, remanebūt anni solidi huius regis vndeviginti, quibus si 12. Nabuchodonosoris addiderimus, ad finē anni 31. Nabopolassaris perueniemus. At fortè hic duo regnandi initia habuit: de priori Berosus & alij, qui regnum eius annis 21. definunt, intelligendi fuerint; de posteriori Ptolemæus, dum ad annum quintum illius regis, lunæ defectionē refert: Ezechiel autem ærā Ptolemæi vsurpauerit. At neque hoc, difficultate caret: siquidem Ptolemæus in Canone, non pauciores annos quam vnum & viginti repræsentat, eosque ab annis Nabuchodonosoris Chronologicè distinguit. Ptolemæus etiā annum quintum (vt iam legimus) Nabopolassari & centesimum vigesimum septimū Nabonassari, pro eodem accipit. & sic in æra Ptolemæi annus primus Nabopolassari non est à centesimo vigesimo tertio Nabonassari distinctus, & inijt anno ante Christum 625. die 27. Ianuarij: anno autem ante eandem æram 595. die 19. Ianuarij, *Explicatur.*

ortus

ortus est centesimus quinquagesimus tertius Nabonassari, idemque primus, à prædicto Nabopolassaris exordio. Ergò quando Ezechiel 595. ante Christum (vt vult Petauius) mense quarto vaticinatus trigesimus Nabonassari, iam ab aliquot mensibus effluxerat, & ita culationem, sic Ezechielem interpretabimur: Et factum est, in anno (ante quinque circiter mêses expleto, Nabopolassari annis abhinc tui) &c. *Iste est annus quintus* (inchoatus) *transmigrationis regis Ioachin.* Quo catio non exiguam continet amphibologiam, & tantum abest Chronologicos tribuit Nabopolassari.

Alia supputatio.

9. Villalpandus non nisi vndeviginti annos largitur Nabopol tidemque Cornelius, idque adstruit ex Iosepho, lib. 1. contra Appion quit, *succedit filius Nabuchodonosor, qui regnare cœpit anno quarto Ioa kim regnauit annis vndecim, à quibus deme annos quatuor, quibus ante Nab rem regnauerat cum patre eius Nabopolassar; remanent anni Ioakim septem; q annos quinque Sedeciæ, habebis annos triginta, quos quærimus.* Confirmat quod Ezechiel hæc in Chaldæa scripserit, ac proinde eam temporum nem apponere debuerit, quæ Chaldæis esset nota, qualis erat Nabo ris æra.

Refutatur

10. Huic computationi iure potest opponi, quod apud Iosephum tra Appionem non 19. sed 29. anni Nabopolassaris imperio adscribantur autem Iosephus lib. 10. Antiq. & Eusebius de præparatione Euangelica & viginti consignent, nec pauciores in Canone Mathematico Ptolemæi hibeantur. At esto, regnauerit Nabopolassar annos 19. his adijce Ioakim, & quinque Sedeciæ; exurget annus 31. Cum autem Ezechiel annum migrationis currentem hic ponat: non est cur eum, de anno trigesimo polassaris completo interpreteris. Adhæc aliqui iubent de annis Ioakim 4. *quibus*, inquiunt, *ante Nabuchodonosorem regnauit.* Verùm ista calculatio congruit cum rationibus eorum, quibus asserunt annum primum Nabu donosoris inchoatum fuisse anno tertio Ioakim. Si hoc posterius verum de annis Ioakimi non vltra triennium tollere oporteret: & sic remanerent qui cum 19. Nabopolassaris & 5. Sedeciæ conficerent annum 32. ab quo bopol. computandum. Denique Cornelius à Lapide in Harmonia Chronologica Prophetarum §. Anno m. 3551. initium Prophetiæ Ezechielis ante Christum 598. constituit: Danielis 1. ita digerit annos Nabuchodonosoris ratiocinia, quibus ipse tempora dispensat, non patiantur, vt primus Ezechielis in annum 30. Nabopolas. conferatur.

Obiect. Respon.

11. At Ezechiel, inquiunt, vti debuit æra aliqua Chaldæis cognita, equidem nec aio, nec nego. Si tamen debuit, id abunde præstitit, dum

quintum transportationis Iechoniæ suis vaticinijs præfixit: hic enim annus Chaldæis Victoribus ignotus esse non potuit. Sexcentas autem rationes habere potuit S. Vates, cur *annum* istum *trigesimum*, ab aliqua epocha Gentilibus ignota, propter Hebræos accerseret.

12. Quidam Hebræorum putarunt hunc annum esse trigesimum à Iubilæo, quod proximè antecesserat, ita Rabbi Ioseph, Kimhi, & filius eius Dauid, & Rabbi Salomon, vt referunt, iureque merito verum esse negant passim sacri interpretes, cum Chronologis Christianis. Æra mundi Iudaica, erronea est, vt alibi monui: vnde fit vt anni Iubilæorum ex ea collecti, ad annos regum ritè applicari non possint. *Non fuit hic annus trigesimus à Iubilæo.*

13. S. Hieronymus diuersis in locis, diuersas sententias proponit. Initio huius capitis, *trigesimus annus*, ait, *non vt plerique existimant, ætatis Prophetæ dicitur, nec Iubilæi, qui est annus remissionis, sed à duodecimo anno Iosiæ regis Iuda, quando inuentus est liber Deuteronomij in templo Dei, vsque ad quintum captiuitatis annum Ioachin argumento Iechoniæ.* Quæ verba in glossam ordinariam huius capitis transcripta sunt. At verò præfatione in Ezechielem quæ ad finem Bibliorum vulgatæ editionis habetur, ex tomo 3. S. Hieronymi ep. 119 sic legimus: *Ezechiel propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem &c. trigesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad captiuos loqui.* *Sed forte 30. ætatis Prophetæ.*

14. Origenes hom. 1. in Ezechielem: *secus*, inquit, *fluuium Chobar, Ezechiel cum 30. esset annorum, apertos vidit cœlos.* Eadem est interpretatio S. Gregorij homil. 2. quibus assentiuntur Hugo, Lyranus, Historia Scholast. Dionysius, Sanctius in hunc textum, Torniellus ad annum m 3440. numer. 2. Salianus ad ann. 3441. Cornelius in Harm. Chron. *Ezechiel*, ait, *Sacerdos Iudæus in Babylone anno 30. ætatis suæ, vidit in nube ac igne similitudinem quatuor animalium.* Idem habet Isidorus in libro proœm. vbi tamen vitiosè 35. ponuntur pro 30. nempe annus 5. transmigrationis, cum 30. qui præcesserant, adiunctus est. Hæc sententia probabilis est, nec desunt coniecturæ, cur Propheta hoc loco, ætatis suæ meminisse potuerit, nimirum ad auctoritatem sibi conciliandam, vt Iudæi intelligerent, Ezechielem iam tunc ad eos annos peruenisse, quibus sacerdotes in tabernaculo ministrare, & munia Prophetarum obire poterant. Tum quia hac ratione Ieremiam imitabatur, qui se in ætate tenera vaticinari cœpisse insinuauit. Quod & Daniel fecit, quando scripsit se Susannam imminenti mortis periculo eripuisse, vt patet ex illo Dan. 13. v. 45. *Cumque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel.* Simili modo S. Lucas ætate Christi Domini notauit tempus, quo Prophetæ & Doctoris munus obire cœpit, vt notat Salianus num. 3. Addit Sanctius Prophetam, ex modestia fortè & humilitate suorum vaticiniorum primordia, anno ætatis

ſuæ trigeſimo conſignaſſe, vt à ſe laudem illam remoueret, quæ nonnulli adulti prophetiæ dono celebres eſſe cœperunt, vt iam de Daniele, & dictum.

Caſtigatur Ioſephus.

15. Neque audiendus eſt Ioſephus, dum lib. 10. Antiq. cap. 8. an. lem adhuc puerum cum Iechonia Babylonem abductum, vt notauimus monent: nullum enim indicium habemus, quo illum tunc ætatis fuiſſe putemus. Imò Sanctius aſſerit, ea quæ de Ezechiele, primo uitatis tempore dicuntur, aliquid inſinuare ſupra ætatem puerilem. lianus non malè negat, Ezechielem cum abduceretur, puerum ſe, niſi more Scripturæ, quo illi etiam qui ſunt 25. annorum, pueri dicuntur.

S. Vates iure potuit ætatis ſuæ meminiſſe.

16. Nec eſt, quod dicas, inſolitum eſſe, vt Prophetæ noterit, fuerint, quando primùm prophetiæ ſpiritum acceperunt. Fateor esſe ordinarium: iuſtæ tamen aliquando ſuberant cauſæ, cur id vel in vel in particulari facerent. Enimverò, qui anno 30. Nabopolaſſaris, cinij tempus conſignatum eſſe volunt, ad extraordinarium modum neceſſe eſt, & dicant, mortuo iam ab aliquot annis Nabopolaſſare, Prophetæ præter morem vſurpari.

Forte hic annus fuit 30. à 18. anno Ioſiæ.

17. Probabile etiam exiſtimo, hunc annum 30. numerari, ab octauo regni Ioſiæ, cum neque auctores, neque veriſimiles coniecturæ de bus id inſinuetur. Hoc enim aliquando placuit S. Hieronymo l. c. bet Chaldæus Paraphraſtes, & probabile iudicat Salianus, num. 6. Chronographiam arbitrantur Theodoretus, & Maldonatus: quanquam iudicio, argumentum, quo id ſtabilire conantur, infirmum à plerisque cenſeatur. Huc etiam propendet Mariana, neque mea ratiocinia Nam in tabulis annorum expanſorum anno ante æram Chriſti 626. Ioſiæ aperio, anno deinde ante eandem æram 597. annum quintum grationis ineuntem ſigno. Ioſias regnauit annos 31. de hiſtoria 17. decimum octauum præceſſerant; remanebunt 14. His adiunge annos quos Scriptura Ioakimo tribuit, & vt Chronologicos vſque ad computant S. Hieronymus, Hilarion, Beda, Faſti Siculi, Nicephorus, Ado, Marianus, Vincentius, Honorius, Auguſt. Gordonus, Tornielius, nus, Cornelius. Rurſus appone quintum tranſmigrationis & ex horum ſententia, annum trigeſimum colliges, ab illo celeberrimo Ioſiæ vſque ad primam viſionem Ezechieli oblatam: quod ipſum hic animad Hugo Cardinalis. Nec deerant tituli, quorum gratia S. Vates ad illum 18. reſpiceret. Tunc inuentus eſt Liber Deuteronomij, eiuſque lectione clara ſubito religionis & morum inſtauratio ſecuta eſt. Tunc aggreſſus

Prærogatiua anni 18. Ioſiæ.

mo Pascha celebratum. *Non fuit simile in Israël à diebus Samuelis Prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel, fecit Phase sicut Iosias.* 2. Paralip. 35. v. 18. *Octauo decimo anno regni Iosiæ hoc Phase celebratum est.* vers. 19. Tunc denique Deus per Holdam prophetidem Iudæis futuram sub Nabuchodonosore calamitatem denunciauit. *Ecce adducam mala super locum istum, & super habitatores eius, omnia verba legis, quæ legit rex Iuda.* 4. Reg. 22. v. 16. quod scilicet, *fierent in stuporem & maledictum.* v. 19.

18. Hinc colligo 1. non esse hic ad annos Astyagis recurrendum, tum quia non desunt aliæ expositiones magis idoneæ, tum quia nec temporum rationes id patiuntur, tum denique quia nihil occurrit, quod suadeat Ezechielem, nationem Hebræum, Babylone agentem, regis Medorum annos, nullo apposito tabulæ supputationis indicio, numerare voluisse. *Non fuit 30. Astyagis.*

19. Colligo 2. illius opinionem vix mereri fidem, qui huic loco hanc notam apponit: *Ego potius dicerem intelligi à capto Iechonia, cum quo Ezechiel abductus, sensumque esse, vsque ad illum annum habuisse se visiones, quarum primam retulerit, cæteras postea. Quæ verò fuerit visio anni 30. in quarto mense, non dicit hic. Tantum ait, se habuisse visionem, deinde transit ad annum quintum capti Ioachin, dicturus cap. 8. de sexto & de alijs deinceps. Vide cap. 40.* Hæc enim opinatio, neque Scriptorum suffragijs, neque argumentorum fundamentis nititur. Quin imò sicut Ieremias capit. 25. annum quartum Ioakim cum primo Nabuchodonosoris; ita Ezechiel hic annum istum 30. cum quinto transmigrationis componit. Vtrobique similis est phrasis, & pari modo plerique interpretes vtrumque locum exponunt. Cap. 40. nihil admodum reperies, quo communis auctorum hunc annum 30. ad præterita tempora applicantium interpretatio labefactetur. *Neque 30. à capto Ioachin.*

20. Colligo 3. Cæteris præponendas videri eorum explicationes, qui Ezechielem hic, vel de sua ætate, vel de Epocha ad annum decimum octauum Iosiæ appositæ locutum autumant. Cum autem hæ duę supputationes pari cursu, ab eadem origine, ad idem annorum spatium ferantur; nihil obstare video, quo minus Propheta, & ad suam ætatem, & ad anni 18. Iosiæ celebritatem, duplici sensu literali respexisse censeatur. *Opinio authoris.*

EZECH. I. v. 1.

In quarto, subaudi mense, vt exprimunt Septuaginta, & passim interpretes monent. Quartus hic mensis à Nisan cõputatur, eumq; Iudæi Tamuz vocant. Ita Chaldæus, Pradus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Menoch. nec memini S. Hieron. secus censuisse, quicquid nõnulli è Neotericis hic asserant. Notat quidem in huius capitis commentario, Christum ad baptisma veniisse, mense apud Orientales quarto, qui annum ab initio Octobris illa ætate auspicabantur: at *Mense Tamuz.*

verò infrà cap. 29. mensem decimum à Nisan enumerat, necalibi hunc tum deduxisse videtur.

Capellus & Caluisius examinantur

In quinta mensis, nempe quarti ex vnanimi interpretum consensu. & Caluisius hæc ad annum 596. ante Christi æram reducunt, cyclo Solis næ 14. Diem istum quintum, quarti mensis Caluisius scribit fuisse lij fer. 5. Capellus verò coniungit cum 22. Iulij, fer. 2. Erat illo lit. Dom. E. litera æquationis Epactarum H. Epacta 28. quæ Tamutz, non procul à 28. Iunij abesse patitur, atque ita commo mensis Tamutz in 3. Iulij, fer. 5. potuit incidere. Tantum addo annum quintum transmigrationis exeuntem. Characteres Capelli æram Christi 596. non conueniunt: quia tunc dies 22. Iulij in feria incurrebat, eratque circiter 23. apud Hebræos mensis quarti. Annus quenti cyclo Solis 3. Lunæ 15. dies quinta quarti mensis ad 22. Iulij cedebat. Quod tamen Capelli rationes non approbat; siquidem nus 31. Nabopolassari iam fluebat, si, quod asserit Capellus annus Nabopolassar. erat 127. Nabonassari, anno ante æram Christi 6 Sic enim anno ante Christ. 595. die 22. Iunij currebat annus Nabo & Nabopolassari 31. idque à 19. Ianuarij, ex suppuratione Pa natur Capellus annum 30. Nabopolassari cum quinto transmigra mussim coniungere: quod tamen non efficit. Nam anno m. 3399. 601. Sedeciæ coronam imponit à mense Tisri vel à Nisan sequen enthronismi auspicatus: paulo post verò scribit: *Sedecie autem* modò *ab huius anni, modò à sequentis anni Nisan, modò ab intermedio* dò bicipitem, modò tricipitem hanc æram constituit, & suam nem valde dubiam esse ostendit. Ego prophetiarum Ezechielis refero ad initium anni quinti transmigrationis ipsius ciuiliter à N putati; diem quintam Tamutz, non procul à 14. Iunij remoueo, vulgarem Christi epocham 597. stylo Iuliano cyclo Lunæ 15. Solis

Quando Ezechieli 1. visio oblata.

Dices; Ex eorum opinione qui anno ante Christi æram 601. & buchodonosoris octauo, Iechoniam migrasse putant, colligimus Christum 597. die 5. quarti mensis annum quartum transmigra se exactum: ergo anno ante Chr. 596. Ezechieli primâ visionem tam. Respõderi potest: si transmigrationis æram, à die transmigra

Resp.

niæ mathematicè ducamus, id verum videri: At vero Ezech. inter vsuali vtitur, in quem annus iste quintus incurrit, à Nisan popul ptus, sicut Moyses annos egressionis ex Ægypto ab eodem mense Exod. 40. v. 16. vt ibid. diximus. Aliàs inter primam Ezech. visionē cap. 8. describitur, haud facilè esset 430. dies reperire, quibus Propheta

sinistro, tum dextro lateri incubuit. Ieremias autem cap. 52. & auctor lib. 4. Regum cap. 25. annos non transmigrationis, sed regni Sedeciæ numerat, accuratè à die enthronisimi: erat enim Ieremias Ierosolymis. Quod maximè conuenit eorum sententiæ, qui annos vndecim transmigrationis Chronologicos, Vrbis excidio præponunt: quos auctores partim alibi recensui, partim cap. 40. huius libri recensebo.

EZECHIEL. IV. v. 4. 5. 6.

VErs. 4. *Et tu dormies super latus tuum sinistrum.* Eadem in Hebræis est lectio: translatio verò septuaginta, Sixti addit; *centum quinquaginta dies*, prout etiam legit Theodoretus: sed alia exemplaria Græca, cum Latina & Hebræa editione congruunt. *Varia lectio.*

Vers. 5. *Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies.* Consonat Hebræa lectio, & Græca in plerisque codicibus: Septuaginta verò tantum centum & nonaginta dies offerunt, quos Theodoretus, & Polychronius acceptant. *Varia lectio.*

Vers. 6. *Assumes iniquitatem domus Iudæ, quadraginta diebus.* Ita constanter Latini, Hebræi, Græci codices. In præcedentibus Latina Sixti editio retinenda est, vtiam olim disertè censuit S. Hieronymus, *satis miror*, inquiens, *cur vulgatæ exemplaria* (subaudi non correcta) *centum nonaginta annos habeant, & in quibusdam scriptum sit, centum quinquaginta, cum perspicuè & Hebraicum, & Aquila, Symmachusque & Theodosio trecentos nonaginta annos teneant.* Idem sentit Origenes, qui consideratis cæteris editionibus, ait se 390. dies inuenisse, vt ex Codice Vaticano refert Villalpandus. Consentiunt alij interpretes, vt superfluum videatur, in confirmationem huius lectionis plura congerere. Vnde verò hi 390. anni, & rursus alij quadraginta computandi sint; operosius inquirendum est. *Editio vulgata retinenda.*

QVÆSTIO II.

Quid hac de re scripserit S. Hieronymus.

1. ANnos 390. Israelis ab eo tempore ducit, quo Theglathphalasar rex Assur magnam 10. tribuum partem vastauit, sub rege Israel Phacee, qui regnauit annos 20. Huius successori Osee dat annos 9. vsque ad euersionem Samariæ, tum Ezechiæ deputat annos 24. Manassæ 55. Amon 2. Iosiæ 32. Ioakimo 11. Sedeciæ 11. & sic concludit: *fuit itaque à prima captiuitate Israel, quæ facta est sub rege Phacee, vsque ad vndecimum annum Sedeciæ, quo templum desolatum est, anni centum sexaginta quatuor: à secunda quando captus est Osee, & omnis subuersa Samariæ anni* *Insignis supputatio S. Hieronymi.*

anni centũ triginta quinque. Fuerunt desolationis templi anni septuaginta, qui a captiuitati faciunt annos ducentos triginta quatuor. In secundo enim Darij regni templum extructum est &c. Inde numerat annos reliquos Darij Hystaspis 20. Artabani menses septem, Longimani annos 40. Xerxis II. Sogdiani menses 7. Darij Nothi annos 19. Mnemonis 40. Fiunt quatuor *do anno Darij, vsque ad extremum annum Assueri, anni centum quinquaginta menses quatuor, qui additi superioribus annis 234. faciunt annos 389. & tuor.*

Duplex sensus huius loci.

2. Aduertendum iniquitates Hebræorum referri posse ad tem vel illi peccauerunt, vel quo propter sua peccata grauibus incommo sunt: & hoc secundo modo locum istum interpretatur S. Hieronym Israelitæ ab initio regni Phacee, vsque ad annum quadragesimum Mnemonis iniquitates suas portauerint, hoc est, pœnas suis peccat exsoluerint. Ab exordio Phacee, vsque ad Samariæ euersionem nu nos 29. nimirum Phacee 20. & Osee 9. Quæ computatio alibi refutat regi Osee anni in totum 18. attributi, idque propter annos regum Iud anno vigesimo regni Ioatham, qui erat quartus Achab, Phacee pere num inuasit Oseas: inde vsque ad initium Ezechiæ, sunt anni circiter si addatur annus sextus Ezechiæ, quo Samaria est euersa, colligentur Phacee, vsque ad captam ab Assyrio Samariam anni circiter 38. Ita vitio caret computus iste à S. Hieronymo repræsentatus.

Osee debẽtur anni 18.

A fine regni Israel ad finem regni Iuda sunt Anni 135.

3. Adhæc dum ab anno 6 Ezechiæ incluso vsque ad annum Sede ter inclusum supputat annos 135. Iosiæ 32. attribuit: Scriptura verò Sic vnicus hac de summa tollendus est. Si verò annus ciuilis quo Samaria, & alius quo excisa Ierosolyma inclusiue computentur, hoc temporis interuallo reperientur: sed S. Hieronymus annum rosolymitanæ excludit, ac proin, hic redundat annus ille trigesimus quem Iosiæ tribuit, cum non nisi 31. annos regnauerit.

Explicantur rationes S. Hieronymi.

4. A casu templi, vsque ad annum secundum Darij Hystaspis bene meo iudicio spatium 70. annorum intercipit. Quod etiam ad finem Assueri, siue Artaxerxis Mnemonis annos 155. & quatuor nat; rationi consentaneum, quoad annorum numerum arbitror. nus secundus Darij Hystaspis in 520. ante Christi æram incidit, vt sub batum est. Artaxerxes Longimanus anno septimo belli Peloponesi excessit è viuis, nempe anno ante Chr. 425. exeunte, vel 424. ineunte successit Xerxes secundus, duobus mensibus, Xerxi Sogdianus men tem, ita vt Darius Nothus imperium adeptus fuerit, anno ante Christ labente, quod annos 19. tenuit. His adde annos 40. Assueri Mnemo

procedes ad annum circiter 365. ante Christum, cui si annos illos 155. appositis, haud difficile pertinges ad annum illum 520. ante Chr. Darij Hystaspis secundum.

Alia supputatio S. Hieronymi.

5. Aliam supputationem his verbis idem S. Doctor proponit. *Qui* autem voluerit supputare à prima captiuitate, quæ facta est sub Manahem filio Gadi regis Israel, qui regnauit in Samaria annis decem, quando venit Phul rex Assyriorum in terram Israel, & mille talenta accepit argenti, & post eum alios duos annos Phaceia, quos regnauit in Israel, inueniet vicesimo octauo anno regis Assueri, compleri 390. annos, quando Esther fertur historia. Quod & credibilius est: neque enim finito Imperio Assueri, sed adhuc regnante eo, Israel iugum grauissimæ seruitutis abiecit. Hæc ibi.

Declaratur.

6. At neque ista computatio difficultatem exhaurit: tum quia sicut in præcedenti; ita & in hac interpretatione, nouennium Oseæ negligitur. Tum quia Estheris tempore Iudæi, imminenti lanienæ excepti sunt, non quadragesimo, non vigesimo octauo Assueri anno, sed duodecimo, vel desinente, vel absoluto. *Mense primo, (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo Assueri, missa est sors in Vrnam, quæ Hebraice dicitur Phur, quo die, & quo mense, gens Iudæorũ deberet interfici, & exijt mensis duodecimus qui vocatur Adar.* Esther 3. vers. 7. Eodem anno, mense tertio regijs edictis cautum est, ne Iudæorum internecio ante decreta mandaretur executioni, *accitisque scribis & librarijs regis (erat autem tempus tertij mensis qui appellatur Siban) vigesima & tertia die illius, scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochæus voluerat.* Esther 8. vers. 9. *Et constitutæ est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est, tertia decima mensis duodecimi Adar*, versu 12. Nec dubium est, quin tunc Iudæi suos hostes vlti fuerint, vt ibidem fide indubitata narratur, cap. 9. Præterea multi

Mnemon Estheris maritus non fuit.

auctores Assuerum Estheris maritum negant fuisse Artaxerxem Mnemonem; vt antiquiapud Eusebium in Chronico, Iosephus, Zonaras, Suidas, Rupertus, Sabellicus, Canus, Feuardentius, Bellarminus, Serarius, Ioannes Benedictus, Salianus, Petauius, Menochius, vt latè disputaui in lib. Esther, q. vnica. Neque etiam absolutè S. Hieronymus Estheris historiam ad Mnemonem remouet, sed tantum ait: *quando Esther fertur historia.* Addit Cornelius à Phul, vsque ad annum 28. Mnemonis, tantum fluxisse annos 383. quot ego ab initio Phacee computo; at verò à principio Manahem, vsque ad annum istum 28. Mnemonis, 395. enumero. Monent etiam nonnulli, sub Assuero Estheris nullam Israelitarum captiuitatem solutam fuisse: sed tantum Hebræos, à nece quam eis machinabatur Aman, liberatos. Ita Villalpandus, Cornelius, &c.

7. Annos porro quadraginta, quibus Propheta iubetur, *assumere iniquitatem domus Iuda, quadraginta diebus*, S. Hieronymus ait, facile supputari à tranſmigratione

Nexus historiæ sacræ cum profana.

tione Iechoniæ, vsque ad initium Cyri. *A primo*, inquit, *anno Iechoniæ magna pars Ierusalem translata est in Babylonem, vsque ad primum Cyri regis annum, qui desolationis templi erat tricesimus, supputantur anni 40. sub quo laxata est captiuitas & libertas populo reddita.* Opinor equidem anno tri templi euersione necdum exacto, inijsse annum 1. Olympiadis 55. quo nium auctorum sententia Cyrus apud Persas rerum potiri cœpit. Ex rationes approbo, qui adhibito accuratiore calculo, hoc ad istius ann ciunt, cum iam vt arbitror, annus à casu templi 31. præcipiaret. Sub tam captiuitatem & libertatem populo redditam Christianis ac Iu bitatum est. Verum id non ante 21. annum, ex quo Cyrus in Persidem cipatum adeptus contigisse suo loco, & argumentis, & bonorum stimonijs confirmaui. Quo fit, vt ijs assentiri non possim, qui quibus Ezechiel dextro lateri dies 40. incubuit, à transmigratione accersunt: siquidem exinde anno quadragesimo, neq; soluta captiu iugum seruitutis ab Hebræorum ceruicibus depulsum est, vt late putaui.

Explicatur.

8. Refert & aliam opinionem S. Hieronymus hisce verbis: Qui annos *Israelis, & 40. Iuda iungentes faciunt annos 430. & volunt eos impleri te Saluatoris, vsque ad consummationem mundi.* Quod figmentum multorum experientia perspicuè refutat: constat enim annos iam 1600. plius à Christi baptismate transactos, pristino mundi cursu etiam rante.

De fine mundi figmentum.

9. Alij verò inquit idem auctor, & maximè Iudæi à secundo anno siani, quando Ierusalem à Romanis capta templum subuersum est, volunt, in tribulatione & angustia, & captiuitatis iugo populi nos 430. & sic redire populum ad pristinum statum, vt quomodo quadringentis triginta annis fuerunt in Ægypto, sic & in eodem tur extrema captiuitas, scriptumque esse in Exodo: *Habitatio autem rael, quam habitauerunt in terra Aegypti, anni quadringenti triginta.* S. Hieronymus hanc opinionem ex euentu refutare non potuit, vt bene Pradus ad sua ætate, hi anni necdum essent impleti. At verò posteriora sæcula tatis eam redarguunt: Vrbs enim à Tito euersa est, anno æræ Christi annum tolle de 1634. & deprehendes annos plures 1560. ab excidio præterlapsos, Iudæis necdum in libertatem asserta docent Pradus. Cornelius.

(***)

QVÆSTIO III.

Quid Theodoretus, quid Polychronius hac de re tradiderit.

Supputatio Theodoreti.

1. THeodoretus in huius capitis expositione, regno Israelis non 390. sed 150. annos duntaxat tribuendos putat, quasi Propheta indicaret tempus, post quod Ierusalem rursus ædificata, muroque cincta est, aliæ autem Vrbes, & Israel & Iuda receptis incolis restauratæ *Hoc autem*, inquit, *factum est, anno 20. Artaxerxis, filij Xerxis.* Et paulo post: Quod si quis etiam annorum numerum velit accuratè perdiscere, principium numeri capiat annum quintum captiuitatis Iechoniæ: ab illo enim quadraginta numerauimus. Comperies enim quadraginta vsque ad annum primum Cyri Persæ, inde reliquos Cyri 29. tum Cambysis 7. deinde Darij Hystaspis 35. præterea Xerxis 20. & Artaxerxis vndeviginti. Anno enim vigesimo, Vrbis muros præcepit ædificari. Deinde occurrit obiectioni, qua quis dicere posset, non Israelitas, sed Iudæos Vrbem Ierosolymorum instaurasse: ait enim post reditum inter Iudam & Israel, diuisionem quæ antea fuerat non remansisse; sed concordes & vnanimes omnes qui redierant Ierusalem pariter incoluisse.

Explicatur.

2. Quadraginta igitur annos, qui Iudæ attribuuntur supputat ab anno quinto transmigrationis Iechoniæ, vsque ad redditam Iudæis anno primo Cyri libertatem, ratus Ezechielem anno trigesimo captiuitatis Babylonicæ, suã Prophetiam exorsum: inde vsque ad initium Cyri annos 40. colligit, idque ex eo confirmat, quod Iechonias dicatur anno vno Euilmerodachi è carcere eductus. Baltassarem ait tres annos deinceps regnasse, eique successisse Dariũ Medum, cuius anno primo Daniel intellexit annos 70. desolationis Ierosolymitanæ compleri. Maldonatus de annis 40. Iudæ, Theodoreto suffragatur.

Corrigitur multipliciter.

3. Verum ex notis in 5. vers. huius cap. patet, numerandos esse annos 390. vbi Theodoretus non nisi 150. putat, ac proinde totam illius supputationem corruere. Deinde ab anno quinto transmigrationis Iechonię, vsque ad solutam anno 1. Cyri Iudæorum seruitutem plures anni quàm 40. decurrerunt, vt ex Beroso, Iosepho, Ptolemæo & sacris interpretibus alibi ostendi. *Tertiò*, assertis in libertatem Iudæis Cyrus vix nouennio superstes fuit, tantùm abest, vt inde 29. imperarit. *Quartò*, Cambysis & Smerdis imperium octo annos tenuit, Darij 36. Xerxis & Artabani circiter 21. *Quintò*, non est ratio cur tempus illud 150. annorum, quod Theodoretus Israelitis deputat, non potius Iudæis adiudicetur: Iuda enim pars maxima extitit illius captiuitatis, liberationis atque restaurationis Ierusalem, vt Villalpandus aduertit. *Sextò*, nullum suppetit argumẽtum, quo illos 150. annos, iniquitati Israelis adscriptos, à quinto transmigrationis

Iechoniæ auspicemur. Iam enim annis abhinc fere 130. decem tribu[illegible] debitas suis sceleribus pœnas dabant. *Septimò*, ex hoc Theodoreti [illegible] nisi quinquennium ab obitu Nabuchodonosoris, vsque ad seruitu[illegible] primo Cyri finitam interuenisset, quod nullo modo admittendum [illegible] ad meliorem computationem hic auctor suos calculos reuocauit, [illegible] annos 70. seruitutis sub Cyro solutæ, accersit à tẽpore Ioakim filij [illegible] pe anno quarto regni illius, vt latius retuli 2. Paralip. q. 2. num. 10. [illegible] tem ex illius posteriore sententia multo plures annos quam 40. [illegible] anno quinto transmigrationis Iechoniæ, vsque ad illum quo Cyrus [illegible] libus in patriam redeundi copiam fecit.

Polychronij ratio nes falsæ.

4. Polychronius, vt obseruant sacri interpretes, pro annis 390. [illegible] Israelis iniquitatibus imponit, eosque ab anno Osee penultimo [illegible] eum vectigalem Assyrijs factum, & instante anno Sedeciæ vndecimo [illegible] tos arbitratur. Secus autem se res habet. Amoni enim filio Manassæ [illegible] 12. Chronologici, sed biennium solummodo debetur, nec est quicquam [illegible] suadeat ad annum vndecimum Sedeciæ instantem, annos iniquitatis [illegible] isse expletos, de quibus hoc loco Deus ad Prophetam: *ego dedi tibi annos [illegible] tis eorum*, &c.

QVÆSTIO IV.

Quid alij plerique hac de re senserint.

Opinio quorundã Rabbinorum.

1. ERabinis Dauid Chimhi, Selomo, & Tahi, *quos*, inquit Pradus, [illegible] *multi ex Catholicis interpretibus*, nomine iniquitatis intelligũt [illegible] eamque in 10. tribubus annos 390. in Iuda 40. perdurasse autumant. [illegible] summam 390. annorum colligant, accipiũt in primis, 149. ab anno [illegible] melech, vsque ad vltimum sacerdotij Heli, alios verò 241. ab initio [illegible] qui peccare fecit Israel, vsque ad 9. Osee, vltimi regis Israel. Annos 40. [illegible] triæ in Iuda, conflant ex 16. primis annis Manassæ, biennio Amon, [illegible] kim & Sedeciæ.

Confutatur 1.

2. Hanc numerandi rationem iure explodunt Villalpandus & [illegible] quia in primis tempore Iudicum, domus Iuda à cæteris tribubus [illegible] ac proinde istius opinionis auctores solis 10. tribubus idololatriæ [illegible] tis imputant, quasi illæ à reliquis abstractæ peculiarem populum [illegible] tuissent. Deinde licet iniquitas non nisi ad 10. tribus referatur; non [illegible] cur ab Abimelech fluxisse censeatur, cum multo ante, Hebræi sub [illegible] falsos Deos coluerint: Id enim perpetrarunt, antequam Deus illis [illegible] suscitaret, vt videre est Jud. 3. v. 6. & seqq. Et cap. 4. v. 1. *Addiderunt filij [illegible] cere malum in conspectu Domini post mortem Aod.* Idem eos post Barac, ante [illegible]

Confutatur 2.

nem denuo factitasse, & coluisse Baal, disertè legimus cap. 6. v. 1. & 25. Præterea, ab anno primo Abimelech inclusiuè, vsque ad primum Dauidis exclusiue, annos equidem 149. enumero: sed non desunt, qui suas rationes aliter digerant, vt Seratius, Petauius &c. neque toto illo tempore gens Hebræa seruiebat idolis, vt docemus 1. Reg. 7. v. 3. & 4.

3. Alteram etiam horum 390. annorum partem, non bene illi à Ieroboam auspicantur: sicuti enim Idololatriam, quæ sub Iudicibus fuit, ad iniquitatem Israelis spectare volunt; ita eam quæ sub Salomone commissa est, ab huius iniquitatis annis excludere non deberent. Denique ab initio Ieroboam, vsque ad Oseæ primordia annos 240. reperio: at verò vsq; ad annũ 9. eiusdem, quo capta est Samaria 258. numerandos puto. Plures de annis, quibus regnum Israel steit, opiniones retuli 4. Reg q. 12. ex quibus innotescit, illud annorum 241. interuallum ab initio Ieroboam, vsque ad finem Oseæ, à multis non approbari. *Confutatur 3.*

4.to Nec solidiores sunt rationes, quas de annis Iuda proponunt. Etenim non erat, cur iniquitate Achazi prætermissa, æram iniquitatis Iudaicæ à Manassæ orirentur, non erat cur 16. priores annos Manassæ tantùm, non plures, non pauciores suis ratiocinijs inuoluerent. De Achaz narrat Scriptura 4. Reg. 16. vers. 3 *Ambulauit in via regum Israel, insuper & filium suum consecrauit, transferens prignem, secundum idola gentium, quæ dissipauit Dominus coram filijs Israel. Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis & in collibus, & sub omni ligno frondoso.* Regis ad exemplum populus sese componebat. *Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata Domini Dei sui: verum ambulauit in erroribus Israel, quas operatus fuerat.* ibid. vers. 19. Cuius iniquitatis extabant monimenta, sub initium regis Ezechiæ, quando *ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem æneum* &c. ibid. cap. 18. v. 4. *Confutatur 4.*

5. Quidam hosce 390. annos Israelis à vicesimo quinto Heli, vsque ad vltimum Oseæ propagant. Quam temporis notationem referunt ac merito repellunt Neoterici, cum nullum illo anno 25. factum insigne reperiatur, quod horum annorum exordium esse potuerit. Bene addit Pradus, nec eos fidem mereri, qui hanc summam ab anno vltimo Heli aduocant, indeque annos Lunares 390. vsque ad captam Samariam trahunt: tum quia nulla subest ratio, cur ab eo tempore hosce annos ordiamur, tum quia anni purè Lunares ne quidem ad quinquennium numerari solent, tum quia sicuti ab anno 25. Heli, vsque ad finem regni Israel, non facilè reperiuntur anni 390. Solares: ita neque ab vltimo Heli, vsque ad prædicti regni excidium 390. Lunares. *Alia futilis opinio.*

6. Michael Paludanus tract. 3. Chron. cap. 6. hosce annos ab initio regni Israel, vsque ad finem anni quinti Sedeciæ regis Iuda extendit: *quia* inquit, *Suppositio Paludani reijcitur.*

per hunc decubitum 390. *dierum iubetur Propheta portare iniquitates domus Israel ritas vtique non futuras.* Vnde concludit probabilem esse suam interpretationem qua censet hos 390. annos, sexcennio ante excidium Ierosolymorum fuisse. De annis 40. Iudæ nihil mouet, regnum Israel annos 263. tenuisse mat, atque à morte Salomonis, vsque ad Sedeciæ calamitatem annos censet, plerisque vtrumque negantibus. Vide 4. Reg. q. 12. & 2. Paralip. munis etiam Scriptorum sententia hunc Prophetæ decubitum, tam præteritas iniquitates Israelis, sed etiam ex parte futuras extendit, annos, aut saltem vsque ad Vrbis euersionem, aut longe vlterius prorogatum colligere est, ex opinionibus de horum annorum interuallo recensendis, post recensendis.

Cõiectura Pineda valde debilis.

7. Pineda lib. 7. de rebus Salomonis cap. 9. hunc 390. cursum, ab anno simo septimo Salomonis ciet, & vltimo Ioakim sistit. Coniectura quod Salomon primus auctor idololatriæ fuisse videatur. Verum hanc cturam valde debilem, nec admittendam esse bene docet Cornelius. Salomon idola coluerit, eorum tamen cultum edicto publico non sanxit constat, quoto regni sui anno in idololatriam inciderit. Adde illo spatio poris ægrè 390. annos repertum iri. Computat ille quidem Salomonem 13. Roboam 17. Abiæ 3. Asæ 41. Iosaphat 25. Ioram 6. Ochoziæ 1. Ioas 40. Amasiæ 28. Oziæ 52. Ioatham 16. Achaz 18. Ezechiæ 26. Amon 2. Iosiæ 31. Ioachaz menses tres Ioakim 11. Ioachin menses tres *procul dubio* inquit, *fiunt anni* 390. Imò 391. & 6. menses. At verò Scriptura buit Ioramo annos 8. Amasiæ 29. Achaz 16. Ezechiæ 29. cur ab hac tione discedit!

Opinio aliquorum.

8. Sunt nonnulli, in quibus Pradus & Cornelius, qui existimant Israelis hoc loco non significari decem tribus à Iuda separatas, sed tam quam Israelitas, hoc est, tam duas, quam 10. tribus: quia post abductionem Ezechiæ, maiori ex parte Israelitas, reliquiæ 10. tribuum cum Iudæis fuerũt; vocari tamen Israel, quia in regno Israel cœpit, & perdurauit atq; inde ad Iudã defluxit. Nomine domus Iudæ, accipiũt familiam & quod erat in stirpe Dauidis. Deniq; portare iniquitatẽ, hoc loco nihil volunt, quàm ferre supplicium iniquitatis alias admissæ, dare pœnas criminis. Dies autem pro anno datus est Ezechieli hanc iniquitatem

Eorundem supputatio

9. Iactis hisce fundamentis, docent annos 390. iniquitatis Israel, pus à diuisa inter Roboam & Ieroboam Monarchia, vsque ad Vrbis mitanæ excidium, anno vndecimo Sedeciæ transactum: quadraginta nos domus Iuda, esse totidem regni Manasse antequam ab Assyrijs Quam in sententiam, quoad annos Iudæ propendent Mariana & Sa

Opinio authoris de an 390

10. Equidem annos illos 390. puto commodè supputari posse, ab eo tempore, quo Ieroboam peccare fecit Israel, vsque ad annum, quo Ierosolymam expugnauit Nabuchodonosor, & Sedeciam excæcauit. Tametsi enim regnum Israel anno mundi 3060. ante Christi æram 981. ortum autumo; excisam verò Ierusalem anno mundi 3451. ante Chr. 590, haud grauatè nihilominus concessero meas rationes vno fortassis anno abundare, vel potius hoc oraculum de annis integris tantum, non de anni primi & vltimi fractionibus intelligendum, vel certè cum Saliano dicam Ieroboam vitulos atque adeo idololatriam edicto publico statuisse, non illo anno Iuliano, quo regnare cœpit, sed sequenti, nempe sub finem anni primi sui principatus, aut initium secundi. Sic mei calculi ne latum quidem vnguem, à spatio 390. annorum dissidebunt.

Contrà nonnullos.

11. Ad hanc libellam suas rationes non instituunt Torniellus, dum anno m. 3060. apostasiam Ieroboami inscribit, Vrbis excidium ann. 3447. Salianus, qui anno vno tardius vitulos à Ieroboamo conflatos & dedicatos sentit, anno ante æram Christi 993. templum exustum illo anno mundi 3447. ante Chr. 607. Petauius qui anno periodi Iulianæ 3739. ante Chr. 975. Ieroboami enthronismum, & publicum à vera religione diuortium: anno verò periodi 4125. ante Chr. 589. Vrbis euersionem notat. Vnde apparet, eos paucioribus annis, quam 390. interuallum ab initio Ieroboami vsque ad Sedeciæ casum definire.

Cur anni 40. ad Manassen referãtur.

12. Porro causam, cur iniquitas domus Iudæ ad Manassen referri possit Pradus & alij, qui sunt eiusdem opinionis afferunt, quod Scriptura, propter immania eius crimina, populum extrema calamitate oppressum tradat. *Non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam, propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses. Dixit itaque Dominus: etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel,* &c. 4. Reg. 23. v. 26. Et cap. 24. v. 3. *factum autem est hoc per verbum Domini contra Iudam, vt auferret eum coram se, propter peccata Manassæ, vniuersa quæ fecit.* Similia legimus ibidem cap. 21. ver. 11. Ieremiæ 15. v. 4. Subinde tamen Deus etiam ad alia peccata respexit, cum pœnas à populo exigeret, vt insinuatur 4. Reg. 15. v. 14. *Eruntq; in vastitatem & in rapinam cunctis aduersarijs suis, eo quod fecerint malum coram me, & perseuerauerint irritantes me, ex die, qua egressi sunt patres eorum ex AEgypto, vsque in hanc diem.* Causa tamen princeps ruinæ eorum fuisse videntur facinora sub Manasse patrata.

Obijciunt Hebræi quod multi respuũt.

13. Dices *primò*. Apud Hebræos in Seder Olam Manassen captum legimus anno regni sui vigesimo secundo: non debent igitur illius iniquitates ad annos 40. porrigi. Respondet Pradus in hoc cap. sub finem partis secundæ, *firmiorem esse rationem, qua sententiam suam comprobat, illorum traditionibus rancidis & fabulosis.* Enimvero plures sunt, qui hanc traditionem Hebraicam reijciant

quidem: ex alio tamen capite, horum doctrina non sinit illos 40. annos cata Manassæ applicari. Nam Torniellus Manassen abductum ma gni sui 15. Petauius 9. Salianus 7. ac proinde ex eorum sententia, long num sui principatus 40. rex impius à peccando destitit. Deinde Sa rerius, Bellarminus, Serarius, Gretserus, Gordonus & alij, quos q dith retuli, historiam Iudithæ Manassæ temporibus accidisse cens rò suam opinionem tueri possent, si Manassæ flagitijs annos 40. *Iuditha enim vixit annos 105. & post occisum ab ea Holofernem, in eius non fuit, qui perturbaret Israel.* Iudith 16. vers. 30. Atqui Manasses, turbatione Israelis capi & Babylonem abduci potuit. Itaque ante interitum iam captus fuerat Manasses, si eo tempore Holofernes irrupit. Ab anno 40. Manassæ, sequuntur anni eiusdem 15. Amon biennio, Iosiæ 31. Ioachaz 3. Ioakim 11. Iechonias 3. Sedecias 11. he 48. qui à capto Manasse, vt illi volunt, vsque ad Iosiæ excessum remanebunt anni 69. quos habuerit Iuditha, quando peremit Holo Verisimilius est autem eam tunc fuisse iuniorem: *erat* enim *elegans* Iudith 8. v. 7. quod de naturali specie intelligendum videtur, cui Deus liquid splendoris addit, vt textus Latinus monet, cap. 10. v. 4. vbi Gra ius additionis non meminit. Itaque difficilè est, annos 40. iniquitatis Ma nassæ tribuere, si eius tempore Iuditha floruit. Ego hanc Heroinam pot sis imperantibus postea claruisse puto.

Vtrum anni 40. sint diuersi à 390? Quidam negant.

14. Dices *secundò*: Quadraginta dies, quibus Propheta iniquitat mus Iuda portabat, ab illis 390. diebus, qui respõdebant iniquitati Israel separauit, dicens: *Et cum compleueris hæc, dormies super latus tuum dextrum &c.* v. 6 Ergo anni iniquitatis Iuda ab annis Israel distincti fuerunt. Hæ quelam non admittit Pradus: *respondemus*, inquiens, *annos 40. imputat sis seorsum ab annis Israel computari, & puniri non quod alij fuerint ab annis p tionis Israelis; sed quoniam malitia fuerint insigniores, & vnica occasio irrogandi tentiæ latæ contra ciuitatem.* Quæ responsio, non est omnino abiicienda iam S. Hieronymus, Theodoretus, Hugo, Lyranus, Maldonatus, Cornelius & alij plerique annos 40. Iudæ intra spatium 390. annorum includunt.

Sanctij calculatio.

15. Sanctius istos 390. annos ab initio Ieroboami, vsque ad annum tum vel quintum Sedeciæ supputat, collectis in eam summam anni

rum regum Iuda, prout eos sacræ literæ expressérunt, ita vt vsque ad istorum annorum finem durauerit iniquitas Israelitarum, qui Ierosolymæ, & in omnibus Iudæorum finibus morabantur: annos verò 40. domus Iuda conflat ex annis Manassæ, non omnibus, quibus regnauit, sed tantum 23. Amon 2. Ioakim 11. & Sedeciæ 4. Addit annos primos Manassæ ad hanc iniquitatem non spectare; quasi non ineunte regno, sed iam longissimè progresso, populus ad eam nequitiam peruenerit, quam Deus isto publico supplicio damnauit. Fatetur autem ex sua calculatione, non nisi 187. annos prouenire. & causam affert: quia viri, inquit, huius consuetudinis (qua scilicet annorum fractiones quandoque solent omitti) non ignari, in magna aliqua annorum summa, qualis hæc est, de quo tribus aut quatuor annis non laborant, quia sciunt plures ex mensibus ad annua spatia adiectis posse conflari, & eosdem existimari pauciores, quia menses ijdem ab alijs detrahuntur.

16. Verum enimvero, hæc de annis 390. supputatio à communi auctorum placito discrepat, qui tempus ab exortu regni Israel vsque ad annum 4. Sedeciæ elapsum paucioribus annis metiuntur, Maldonatus, Torniellus, Pradus, Cornelius, Salianus, Petauius, & his alij antiquiores, S. Hieron. Iulianus Tolet. Fasti Siculi, Nicephor. Const. Beda, Hugo, Lyran. vt suis locis indicaui. Deinde Israelitæ & Iudæi nihilo meliores prioribus annis Manassæ (nisi fortè perpaucis) videntur fuisse, quam posterioribus. Nam Manasses ante vltimos regni sui annos pœnitentiam egit, ac idcirco par est credere, eum minus sceleratè se gessisse, quàm antea. Quare si aliqui annorum illius ad impietatem non spectant, rectiùs cur anni primi potius, quam sequentes ab ea improbitate eximantur. Anno 12. Isaiam serra dissecuisse traditur, necà tanto facinore vel ipsius, vel populi vesania cœpisse mihi videtur. *Refelluntur*

17. Est etiam quorundam opinio, qui, vt refert Cornelius, crimen Israelis ducunt ab anno 4. Ieroboam, vsque ad Vrbis & Templi euersionem per annos 390. iniquitatem Iudæ interpretãtur cædem Christi & Christianorum in Vrbe Ierosolymitana per annos fere 40. scilic ab anno 18. Tiberij, vsque ad annum 2. Vespasiani. *Hoc vtrum sit verum est, inquit, sed posterius Allegoricum. Nam ad literã locutus Ezechiel de peccatis suo tempore commissis, & de obsidione præsenti facta per Nabuchodonosorẽ, non per Vespasianũ.* Ego verò arbitror prius non quidem temerarium esse: tamen accuratius ad calculos reuocetur, non nihil à vero annorum numero distare. Nam vt ex dictis patet, ab anno 4. Ieroboam, vsque ad Sedeciæ calamitatem haud facile vltra annos 388. reperiesentabis, ipso etiã Cornelio assentiente, qui ex propria sententia disertè asserit annos 390. iniquitatis Israel incipere ab anno 1. Roboam regis Iuda, & Ieroboam regis Israel, finiri autẽ anno vltimo Sedeciæ, quo Vrbs euersa est. Ergo, hac ratione, ab anno 4. Ieroboam,

vsque

vsque ad hanc euersionem, non nisi 387. supputabuntur. Adhæc fere plerosque huius prophetiæ interpretes annos 40. iniquitatis Iudææ æuum applicare; eum tamen non ausim temeritatis arguere, qui literali opinaretur S. Vatem pariter ad futura post Messiam tempora intendisse, vt posteri monerentur, ne tanto se crimine obstringerent, quo fuit eorum, qui in Christi mortem conspirarunt.

Conclusio de annis 390 & 40

18. Omnibus verò consideratis in eorum sententiam venio, qui nos 390. ab eo tempore numerant, quo *Ieroboam* colendis publicè vitulis *fecit Israel*, & vsque ad captam per Nabuchodonosorem Ierosolymam cunt. Annos 40 sceleris Iuda, quinam assignare possim, nescio. Ex eorum ratiocinia propensior, qui hanc summam vel ex 22. annis Iosiæ deciæ, atque 18. Manassæ colligunt, aut omnes huic regi soli attribuuntur. Si Manasses quadriennio circiter optimi parentis vtcumque secutus non immanè deliquit; locus aliquis illi Hebraitioni relinquetur, qua Manassen anno regni sui 22. abductum tenetur. probabilem etiam duco eorum computum, qui hos 40. annos sub 13. Iosiæ aperiunt & vltimo Sedeciæ claudunt: culmen enim flagitiorum potest ea pertinacia, qua domus Iuda in sua iniquitate perstitebat, ces, comminationes, & quasi tonitrua rum aliorum Prophetarum, me Ieremiæ, surda penitus esse videbatur.

An Ierusalem obsessa fuerit 390. diebus.

19. Quæritur 1. Vtrum 390. dies, quibus Propheta in sinistrum cubuit, significauerint obsidionem Ierosolymitanam totidem dierum ram? Affirmant nonnulli, vt Pradus, Sanctius, Cornelius, & ducentos quidem anno 9. Sedeciæ, decima die mensis decimi obsideri cœpisse, undecimo die nona mensis quarti in hostium potestatem venisse, omnes dies huius interualli impositos Ezechieli. Cum enim Chaldæi disset regem Ægypti obsessis Iudæis auxilio venire, obsidionem instaurauit, malè mulctato Ægyptiorum exercitu & Syria tota sibi subiugata instaurauit, inquit Sanctius. Eo vero tempore quo Chaldæus cum Ægy gerebat, respirauit ciuitas. Porrò ab inchoata obsidione, vsque ad Ciuitatem, numerant tantum 18. menses, cum Iosepho lib. 10. Antiq. tracto igitur eo temporis spatio, quod submouendis Ægyptijs transegit, relinquuntur dies obsidionis 390.

Affirmãdi fundamẽtum 1. dubium.

20. Hæc doctrina duobus potissimum fundamentis nititur. tantum temporis à Nabuchodonosore debellandis Ægyptijs prima obsidionis die, vsque ad vltimam, remanerent (detracto digressu) præcisè dies 390. quod fieri quidem potuit, ipsa autem constat. Id enim in primis non docet Scriptura; solum diem

Ezechieli narrat: diem decubitus pro die obsidionis tributum necait, nec negat. Qui asserit, sui asserti rationem afferat. *Hoc ita esse*, inquiunt, *ex eo patet, quod Prophetæ præcipitur, vt 390. panes subcinericios sibi faciat, singulosq; in pondere factos comedat, & aquam in mensura bibat, diebus singulis decubitus, subaudi in sinistrum latus.* Sed hæc abundè soluet, qui dixerit toto huius laborioſi & molesti decubitus tempore totius obsidionis durationem non repræsentari, sed solùm quasi extremæ famis & miseriæ statum, in quo non statim ab initio, sed in progressu futuri erant obsessi. Quo enim iure hos 390. dies ad totam obsidionem applicas, alius ad grauiorem eius partem accommodabit, nec fortè deerit quispiam, qui dicat nullam esse inter dies istius situs & dies obsidionis analogiam. Certè hoc fundamentum non agnoscunt Christophorus à Castro, Ierem. 34. & Torniellus anno mundi 3444. qui negant (quanquam meo iudicio sine sufficienti ratione) obsidionem anno nono Sedeciæ inchoatam, fuisse postea interruptam, quibus fauet Cornelius ad initium capitis 34. Ieremiæ, vbi ait videri obsidionem, cuius ibi meminit Propheta contigisse anno 8. Sedeciæ. *Nam anno 9.* ait, *rediit Nabuchodonosor & continuauit eam ad annum* 11. *Sedeciæ.*

Fundamentum 2. vitiosum.

21. Alterum fundamentum est, Nabuchodonosorem regnum adijsse anno 3. Ioakim necdum expleto, & anno 11. Sedeciæ ineunte, expugnasse Ierosolymam: quorum vtrumque probabiliter conatus sum refutare 4. Regum 20. & 22. ac rursus cap. 25. vers. 1. & 2. vbi indicaui verisimilius esse, obsessam Vrbem diutius quam 18. mensibus, & expugnatam sub finem anni vndecimi Sedeciæ. Nec aliter philosophari possunt, qui annos 11. Chronologicos ante templi euersionem adscribunt Sedeciæ, totidemque Ioakimo. Fauet mihi Cornelius Baruch 6. vers. 2. §. Septem. quippe qui à migratione Iechoniæ orditur annos captiuitatis Babylonicæ, & ab anno 11. Sedeciæ, vsque ad primum Cyri ait fluxisse annos 59. Vt enim ad 70. perueniat, dabit ann. 11. Chronologicos Sedeciæ, & sic vltra 18. menses Ierosolymorum obsidionem promouebit. Vide notas 4. Reg. cap. 25. num. 12.

An Ierusalem vastata sit 40. diebus.

22. Quæres 2. Vtrum Ezechiel diebus 40. in latus dextrum reclinatus totidem dies excidij & vastationis Ierusalem significauerit? Id opinantur ij, qui 390. dies, de quibus iam egimus, cum totidem diebus obsessæ Ciuitatis componunt, probantque ex eo, quod Ierusalem die 9. quarti mensis capta sit. 4. Reg. 25. vers. 8. Ierem. 52. vers. 12. die verò 10. quinti mensis Ciuitati & Templo ignis subiectus. Sic habentur 30. ferè dies. His adde 10. quibus partim incendium, partim victor Babylonius in Vrbem debacchatus est; conficient 40. dies quos quærimus. Ego rem in medio relinquo.

EZECH. VIII. v.1.

Ratio dubitandi.

1. ET *factum est in anno sexto, in sexto mense in quinta mense in quinta* [illegible] *bam in domo mea.* Hinc oritur dubium, quînam Vates dom[illegible] potuerit? Visionem etenim cap.1. consignatam habuit anno qui[illegible] grationis, quinta die, quarti mensis: deinde venit ad aceruum nouar[illegible] & mansit ibi septem diebus cap.3. vers.15. Tum 390. dies in latus [illegible] 40. alios in dextrum ei decumbendum fuit. Ergo à prima visione, [illegible] quæ cap.8. describitur, dies vt minimum 437. aut 436. interueneru[illegible] annus Lunaris integer 354. dierum, & dies circiter 83. Sedenim [illegible] quinti mensis, anni quinti, vsque ad quintam diem sexti mensis, [illegible] tercessit annus vnicus: his adde duos menses Hebræos, hoc est, dies [illegible] vniuersè 413. dies. Ergo vel in textum vitium irrepsit, aut Propheta [illegible] non iacuit.

Decubitus Ezechielis non fuit imaginarius, sed realis.

2. Vt hunc nodum soluant nonnulli, dicunt Vatis decubitum [illegible] maginarium fuisse. Verum alij graues auctores censent molestum [illegible] phetæ situm tot dies reuera tenuisse: hæc enim Deus non reuelabat, [illegible] bat fieri, & quidem *in oculis eorum*, vers.12. Ita docent Ribera Osee [illegible] Sanctius, Cornelius, Menochius, hic, secuti Chrysostomum libr. [illegible] dentia, Basilium Isaiæ 8. Theodoretum Osee 1. Respondent igitur [illegible] Cornelius, Salianus (anno mundi 3441. numer.3. annos Hebræ[illegible] quidem Lunares, ita tamen, vt passim mensis decimus tertius [illegible] idque hoc anno contigisse. Vide quæ notabam *Opuscul. de annis* [illegible] cap.14. numer.5. Cum Pradi & Cornelij placito mea ratiocinia [illegible] nam quintam diem mensis quarti, anni quinti transmigrationis [illegible] 14. circiter Iunij Iuliani, anno ante Christum 597. dies autem qui[illegible] sexti, anni sexti transmigrationis mihi à 31. Augusti, non procul abs[illegible] no ante Christum 596. Intercessit igitur annus solaris 365. dierum, [illegible] illud, quod à 14. Iunij, vsque ad 31. circiter Augusti sequentis excurr[illegible] adeo sufficiens mora ad diuinum illud mandatum 450. diebus [illegible] Currebat tunc cyclus Lunæ 14. Epacta 28. quæ sextum mensem, [illegible] Elul circa 27. Augusti inijsse prodit.

3. Caluisius initium harum prophetiarum die 3. Iulij constituit [illegible] ante æram Christi 596. vt supra monui: hoc autem vaticinium ad [illegible] Augusti, sequentis anni reuocat. Sic inter primam & hanc Prophetiam [illegible] pit annum solarem 365. dierum, & alios circiter 50. dies, vniuersè [illegible] pter 415. dies: qui ad diuinæ iussionis executionem non sufficiebant. [illegible]

hisce minutijs non esse pertinaciter altercandum: quilibet, optimo, quo iudicat modo, suos calculos disponit.

4. Ex hactenus in Ezechielem dictis colligimus 1. ea quæ 7. primis capitibus contexuntur ad annum quintum transmigrationis, & fortè eam partem, anni sexti, quæ quintam diem mensis Elul præcessit, referenda esse. Alias vulgari supputatione, anno quinto tribui solent, quod fit à Torniello & Saliano ad ann. 3440. num. 1. & 18.

Huius libri 7. capita ad ann. 5. trãsmig. referuntur

5. Colligimus 2. de anno embolymæo sententiam eorum intelligendam esse, qui asserunt Prophetam iacuisse 430. dies. Nam annus Lunaris communis diebus 354. absoluitur: his adde 59. dies, quibus duo menses explentur, conficient tantùm 413. dies, accedente autem intercalari mense, exurgent dies 441. aut 443. Sic S. Vates satis temporis habuerit, vt Dei iussa exequeretur, ante mensem Elul anni sexti currentis: ac proinde illos non audio, qui aiunt annum sextum, de quo hic loquitur Ezechiel iam fuisse transactum, & anni septimi duos menses.

Anni Embolymæi hic ratio obseruãda.

EZECH. XX. v. 1.

1. ET *factum est in anno septimo, in quinto in decima mensis venerunt viri.* Bene cum sancto Hieronymo obseruant Hugo, Pradus, Maldonatus, Cornelius & alij hoc contigisse, post vndecim menses & quinque dies, à superiori visione, vt consideranti patet. Monent etiam plerique hunc mensem quintum à Nisan supputari & apud Hebræos Ab nuncupari.

Id factum mensibus 11. & 5. diebus post præcedentẽ visionem.

2. Hanc prophetiam Caluisius ad diem 16. Iulij, an. ante vulgarem Christi epocham 594. reducit: ego iuxta nuper dicta ad annum 595. cyclo Lunæ 15. Epacta 9. qua duce, diem 10. quinti mensis circa 22. Iulij deprehendes.

3. Quæ à cap. 8. inclusiuè, vsque ad 20. exclusiuè hoc libro continentur, auctores passim anno sexto transmigrationis consecrant, in quibus Torniellus & Salianus. Videtur etiam communis interpretum sensus esse, menses quartum, quintum, sextum, quibus hactenus Propheta, tanquam certi temporis characteribus vsus est, ad initium potius, quam ad finem annorum quinti, sexti, septimi transmigrationis Iechoniæ, referri: quicquid in contrarium velit Capellus. Mirum enim esset, exitum anni potius quam ortum ad temporum notationes apud Ezechielem consignari.

Quanam prædicta anno 6. transmigr.

EZECH. XXIV. v. 1.

ET *factum est Verbum Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima die mensis.* Hic annus fuit nonus à transmigratione Iechoniæ, vt notant interpretes

Obsessa à Chaldæis Ierusalem ann. 9.

transmigr. mense 10. die 10.

pretes, nonus etiam regni Sedeciæ. Nam inter Iechoniam & Sedeciam fuit quasi vnius anni interregnum: esto probabile sit, Iechoniam Nabuchodonosorem, negotia regni totius primum disposuisse, post vnum, aut si mauis alterum circiter mensem, regni titulos & tionem tradidisse.

Mense decimo. Subaudi qui dicitur Tebeth, à Nisan; non autem putatus. Ita plerique omnes huius loci expositores.

Decima die mensis nempe decimi, quo Nabuchodonosor anno Ierusalem obsidere cœpit. 4. Reg 25. v. 1. Illudque ipsum Deus Ezechiele agenti reuelauit. Porro dies ista decima decimi mensis non vi abfuisse à fine Decembris Iuliani, anno ante communem æram Ch notabam Ierem. 39. v. 1.

EZECH. XXVI. v. 1.

De hac 1. die opinio vult esse 4. mensis.

1. ET *factum est, in vndecimo anno, prima mensis* &c. Theodoretus prophetiam, prima die quarti mensis obuenisse, paucis ante diebus Ierusalem caperetur. Assentitur Sanctius, idque ex eo coniicit, quia iste Iudæis propter Vrbis expugnationem infaustissimus iuxta ac fuerit, adeo vt eum exprimere nihil attineret, sicuti neque experi gum 25. v. 3.

Alia 5. mensis.

2. Pradus, Cornelius, Menochius, cum Rabbi Dauid hanc prim quinto mensi adiudicant: tunc enim Tyrus accepto intra 20 dies tione Ierusalem, rei patratæ nuncio, vt ait Pradus, exultare potuit na, cuius gloriæ inuidebat maximè. Vnde Propheta: *prælo, quæ Ierusalem: euge confractæ sunt portæ populorum,* &c. Quibus verbis tur, Tyrios Ierosolymis oppugnatis prius insultasse, quàm hæc E tra Tyrum vaticinaretur. Verum dicere quispiam posset, cum to, quod Tyrus non de ipsa expugnatione, sed obsidione Ierusa fuerit, & opinata, fore vt nobilissima illa Vrbe euersa, ipsa Tyrus nitimas gentes potiretur imperio. Deinde esto, Vrbis expugnatio conuitium præcesserit: non tamen inde colligemus hoc oraculum quinto potius, quàm sexto, aut alicui consequentium inferri debere rum sententia qui sub initium anni vndecimi Sedeciæ Vrbem c stimant. Ex eorum autem doctrina, qui anno vndecimo expugn tigisse autumant, ad sextum mensem hæc prophetia differri vix p dicamus eam anno vndecimo transmigrationis finito, editam esse.

Alia 1. mensis.

3. Hanc primam diem, ad primum mensem reuocant Cornel Mariana in hunc locum, Adrichomius in Chronolog. Tornielius

ad an.m.3446.nu.25.Petauius lib.13.ad an.Periodi Iul.4125.Hi cum Theodoreto & Sanctio, fatentur quidem Tyrios Iudæis insultasse Vrbe iam capta, sed non ante hoc Vaticinium, in quo tempus præteritum, pro futuro more prophetico positum fuerit *dixit* pro *dicet*, ex diuina oraculi certitudine, quæ non est minor de futuris, quam de transactis.

3. Equidem nihil certi occurrit, quod definire possum: solum aduerto opinionem præcedenti numero allatam mihi cæteris probabiliorem videri: exotica verò est interpretatio Capelli, qui ad annum m.3409. Vaticinium istud anno transmigrationis 9. editum asserit, prima die mensis vndecimi, & sacrum textum ita vertit: *Et fuit in vndecimo* mense *anni primo die mensis*, contra non solum recentiores, & sacræ Scripturæ Commentatores, vt S. Hieronymum, Theodoretum &c. sed ipsos etiam 70. interpretes, vbique enim legimus, *in vndecimo anno*, sicut in vulgata editione. In Hebræo etiam eadem penitus phrasis vsurpatur, quæ cap.31. & 32.v.1. quibus in locis Capellus eam lectionem carpere non potest, quæ habet, *in anno vndecimo, in anno duodecimo.*

Opinio auctoris contra Capellum.

EZECH. XXIX. v. 1.

1. IN *anno decimo, decimo mense, vndecima die mensis factum est Verbum Domini ad me.* De anno & mense consentit Latino Hebræus: sed hic diem duodecimam numerat, Latinus vndecimam. Græci codices neque inter se, neque cum Latinis aut Hebræis congruunt. Nam versio 70. Sixti, & alia pleraque exemplaria Græca annum 10. & mensem 10. exhibent; aliqua annum 12. & mensem 12. vt habet Theodoretus: nonnulla denique annum 10. & mensem 12. offerunt, vt docent Hugo & Lyranus. Vbique autem dies prima mensis adnotatur. S Hieronymus hunc versiculum sic proponit: *In anno decimo siue iuxta LXX. duodecimo, in decimo mense, siue iuxta Hebraicum duodecimo, in prima siue vna mensis.*

Varia lectiones.

2. Latinam editionem Sixti V. omnino retineo & reuereor, cum Cornelio, Mariana, Menochio &c. in hunc textum. Torniello ad an.m 3441. num.6. Sabiano ibid. num.6. quam etiam retinet Sanctius, in cuius paraphrasi vitiosè dies 14. pro 11. reperitur.

Quæ vera lectio.

3. Vulgatæ autem editioni non aduersatur Hebræa, quæ hic diem 12. repræsentat: credibile est enim, ea quæ hic sacris monimentis consignata habemus, Ezechieli diuinitus tradi cœpta die vndecima, vt Latinus memorat; sequenti verò die finita, vt indicant Hebræa. Nam Scriptura quandoque dum vnam eandemque rem narrat, modò tempus, quo cœpit, modo illud quo finita est, quandoque adscribere solet.

Consensus Hebraei cum Latino.

4. Caluisius anno suo ante Christum, cyclo Lunæ 19. (sic enim graphicus error corrigendus est) Solis 7. *Anno*, inquit, *decimo captiuitatis Babylonicæ die decimo*

Error Sethi.

mensis duodecimi, est in Calendario Iuliano dies 17. Februarij, feria prima, Eccl
natur contra Pharaonem regem Aegypti Ezech. 29. Quæ doctrina sing
procul explodenda videtur, tum quod approbatis ab Ecclesia cod
setur, tum quod non videam, qua vel Scriptorum auctoritate, vel
rum pōdere eo inflecti potuerit, vt hanc prophetiam mensis duod
decimi coniunctione sanciret. Characteres tamen, quos de feria
Februarij huic vaticinio imprimit, annum 591. ante vulgarem Chri
respiciunt.

5. Annum 10. transmigrationis ordior anno ante Chr. 591. o
Lunæ 18. & huic prophetiæ consecro diem vndecimam mensis de
men Tebeth, nec procul à 20. Decembris Ezechieli reuelatam pu

Hic nō seruatur ordo temporis.

6. Occasione huius oraculi subinde monent sacri interpretes
contexendis suis oraculis non vbique temporis ordinem seruare
Ezechielis visio contra Tyrum anno transmigrationis vndecimo
describitur: hæc verò contra Ægyptum anno 10. ei obtigit. Similē
tationem videmus hic v. 17. vbi S. Vates prodit prophetiam anno
capite verò sequenti v. 20. ea tradit, quæ sibi anno vndecimo reuela

EZECH. XXIX. v. 12.

Et erunt desolatæ quadraginta annis.

QVÆSTIO V.

Quodnam initium, quisue finis horum 40.

Tria quædam à Sāctio rite asserta.

1. SAnctius in huius versiculi interpretatione asserit *primò*, 70. an
durauit Iudęorum captiuitas, numerandos esse ab eo tempore
Nabuchodonosor regnum inijt. Quod ipsum pluribus confirmat
8. *Secundò*, ante Ierosolymorum euersionem regnasse Nabuchodon
nos 18. quibus de 70. sublatis, remanent 52. anni, ab excidio Vrbis
captiuitatis. Hos 52. annos alibi expletos computo. *Tertiò*, bene
anno circiter 23. Nabuchodonosoris subactam à Chaldæis fuisse
anni 27. transmigrationis Iechoniæ, necdum ab eis erat expugnata
ex hoc capite vers. 17. & seqq. *Quartò*, concludit annos 40. quorum
minit Propheta, non nisi post exactum septuaginta annorum seruitu
lonicæ spatium completos fuisse. *Atque ideo necessario dicendum, in*
Cyro factam Aegyptijs redeundi facultatem; redijsse tamen aliquot annis post
nimirum annus 27. transmigrationis erat circiter 34. captiuitatis
quibus si 40. addantur, seruitus Babylonica in annum 74. excurrat
Ex quo discursu, quem ipse latè deducit, intelligimus ex eius sententia
40. calamitatis Ægyptiacæ à 27. anno transmigrationis Iechoniæ,
num quartum Cyri extendendos esse.

De hisce 40. annis 1. Opin.

2. Eadem ferè est Cornelij interpretatio, qui præfatus, de hisce 40. annis nihil admodum, vel in alijs Scripturæ locis, vel in Iosepho, alijsue historicis reperiri, ait verisimile esse, Cyrum expugnata Babylone, anno 1. suæ Monarchiæ soluisse captiuitatem tam Ægyptiorum, quam Iudæorum: paulo post, Ægyptorum refloruisse, quippe quam rebellantem Cambyses rursus in obsequium reduxit. Addit Ægyptũ à Nabuchodonosore subiugatam anno regni eius 5. inde annos præcisè 43. supputat vsque ad annum 1. Cyri, quo Iudæis, alijsque gentibus, atque adeò Aegyptijs reddita est libertas. Ezechielem autem 40. numerasse more Scripturæ, quæ minutias præterire, & solidos duntaxat integrosque numeros consignare solet. *Confirmatur.*

3. Vtraque explicatio suam habet probabilitatem: neque enim commodius horum 40. annorum initium assignari potest, quam vastatio Aegypti, hoc cap. 2. v. 11 insinuata. Inde verò, vsque ad annum primum Cyri, non sunt præcisè, sed vt vulgo dicitur propè 40. anni. Armis hostilibus Aegyptum inuasit Nabuchodonosor anno regni sui 34 vel desinente, vel fortè exacto, vt paulo post indicabo: hinc vsque ad euersionem imperij Babylonici, 36. annos numero, eamque euersionem 538 contigisse autumo: anno sequenti Cyrus annum 2. Monarchiæ necdum ingressus laxauerit captiuitatem, indeque facile triennium effluxerit, antequam pristinum statum recuperaret Aegyptus. Quanquam necesse non est, ad hasce minutias descendere: sicut enim Ezechiel in hac prophetia populares hyperbolas & auxeses vsurpat, vt bene monent interpretes hic, & Sulanus an. m. 3451. n. 10. pari ratione credendus est, rotundo, & pleno 40. annorum numero, omissis trium circiter annorum fractionibus, vti voluisse. Hæc enim æra annos præcedentes cum sequentibus non connectit, neque præsidio illius ad annorũ seriem ritè digerendam indigemus; ac proinde sine vllo incommodo, iuxta vulgarem computandi modum, accipi potest. Neq; verò sic intelligenda est hæc prophetia, quasi Aegyptus prius debellanda, tum 40. annos incolis prorsus destituenda prædicatur: hoc enim neq; Chaldæis victoribus proderat, neque historijs vel sacris, vel profanis consonum est, sed denunciat Aegyptios bello petendos, atterendos, vincendos. & tanto numero abducendos, vt quiturmas captiuorum intueretur, nullum in Aegypto reliquum ciuem posset apprehendere. Addit tamen Propheta, ista omnia, belli, inquam, & exilij incommoda, non nisi 40 circiter annos duratura; ijs transactis Aegyptum pristinæ ciuium & negotiatorum frequentiæ restituendam, non quidem illico perfectè, sed sensim, quantum humanarum rerum conditio patitur. Cætera quæ huc spectant, ex duabus sequentibus quæstionibus petenda sunt. *Opinio auctoris.* *Numerus rotundus pro accurato ponitur.*

EZECH. XXIX. v. 17.

Et factum est in vigesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis &c.

QVAE-

QVAESTIO VI.

Vnde computandus hic 27. annus.

Theodoretus bene computat à trãsmig. Iechoniæ.

1. THeodoretus prima fronte docere videtur hæc prædicta anno vigesimo post captam Tyrum & longam obsidionem: sed [illegible] docet. Sic enim scribit: *Illa decimo anno captiuitatis Iechoniæ prædixit, [illegible] ita enim Hebræus dicit & Syrus. Hæc vero septimo & vigesimo* (supple [illegible] choniæ) *post captam Tyrum* &c. Hunc enim esse Theodoreti sensum [illegible] cat ipse cap. seq. v. 20. Quo minus autem annus iste 27. à capta Ty[illegible] tur, obstat in primis interpretatio communis, quæ censet Ezechielem [illegible] phetias ærâ transmigrationis Iechoniæ, quasi certa & constanti [illegible] re solitum, nec vllum apparere indicium, cur hoc loco aliam suorum [illegible] epocham cudere voluerit. Tyri obsidionem nullus, quod sciam, [illegible] annum Nabuchodonosoris inchoat, eamque annos tredecim [illegible] fesso est. Ergo ante annum illius vicesimum finita non est. His adde [illegible] liges ab anno 1. Nabuchodonosoris, vsque ad hoc vaticinium (si [illegible] capta Tyro editum foret) annos 47. Tot autem annos nõ imperauit [illegible] donosor, quẽ tamen post subactam Ægyptum, constat inter bestias [illegible] nos egisse. Itaque si anno post captam Tyrum 27. datum esset hoc [illegible] non pauciores annos, quam 54. regnasset Nabuchodonosor, con[illegible] auctorum testimonia & fidem. Putat quidem S. Gregorius hom. [illegible] chielem, hunc annum 27. esse regni Nabuchodonosoris: sed [illegible] bet, nec video quanam ratione hic computus ad annos Apriæ, aut [illegible] gi Ægyptiorum conuenire possit.

Quidam male ab initio Iubilæi.

2. Nonnulli hunc 27. annum, ab initio Iubilæi numerant, vt Sca[illegible] præter alios subscribit Capellus, ad annum m. 3409. vbi hanc prop[illegible] scribit anno 18. Nabuchodonosoris, Sedeciæ 10. ex eoque eam [illegible] à Scaligero dicit confirmari, quod annus sequens, quo capta est [illegible] antiqua Iudæorum traditione sabbaticus fuerit. Verum non [illegible] præcedenti opinioni resistit communis doctrina, vt mox patebit [illegible] quam audacter illi hanc propheriam ad annum 18. Nabuchodo[illegible] gunt, tam confidenter inde reuelli, & ad annum alium transferri [illegible] Ierusalem anno sabbatico excisa fuerit, siue non. Deinde suppo[illegible] cum Scaligero, Caluisio & Menochio, singulis Iubilæis tantum 49. [illegible] tineri, & annum 10. Sedeciæ esse τῆς κληρουχίας 861. prius autem [illegible] rillus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Eusebius [illegible] Abulensis, Iosephus, & alij quam plurimi, quos recensui Leuitici 25. [illegible] 2. Posterius autem negandum puto: nec facilè ab illis probabitur.

Conclusio.

3. Communis denique & vera supputatio hunc 27. annum à transmigratione Iechoniæ deducit: cum enim Ezechiel alias hanc prophetiarum suarum epocham seruet: non est, quod aliam hoc loco quæramus. Ita diserte tradunt plerique orthodoxi, vt Maldonatus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Sa, Menochius, secuti antiquiores, vt Lyranum, Hugonem, S. Hieronymum, qui omnes dum hunc locum interpretantur, istum 27. annum à transmigratione numerandum asserunt, monentque non pauci, hic temporis ordinem à Prophera non seruari, eo quod *post decimum annum superioris sermonis* vt S. Hieronymus loquitur. *statim vicesimus & septimus* ponatur annus, *& in consequentibus, decimus, duodecimus, & in extrema descriptione templi vicesimus quintus.* Demum si quæratur causa cur hoc Vaticinium, licet septẽdecim annis posterius reuelatum sit, præcedenti nihilominus proximè subnectatur; respondet idem S. Doctor. *Quia enim de Aegypto & superior, & hac, quæ nunc dicitur prophetia contexitur, licet diuersis factus sit temporibus; tamen quia de vna prouincia prophetatur, iuncta sibi sunt.* Quam doctrinam sequuntur Torniellus & Salianus ad an. m. 3462. num. 1. Perperam igitur Funccius ad an. m. 3361. istum annum ait esse 27. belli Aegyptiorum & Babyloniorum.

QVÆSTIO VII.

Quando hoc vaticinium de vastanda Aegypto completum fuerit.

Id non fuit ante annũ 27. transmig.

1. VTharum rerum obscuritati lumen aliquod præferatur, *aduertendum primò* Aegyptum à Chaldæo vastatam, longa Tyri obsidione finita, neque id ante 27. annum transmigrationis Iechoniæ contigisse, vt hoc capite indicat Propheta. Suo etiam loco probabimus *anno* post deuictos Aegyptios *secundo* oblatum Nabuchodonosori insomnium de statua, & paulo post aliud de arbore excidenda. tum post finem duodecim mensium eum ab hominibus iectum, fœnum per *septem annos*, instar bestiæ comedisse, vt patet Dan. 2. v. 1. iuncto cap. 4. vers. 26. & 30. Itaque ab Aegypto debellata, vixit Nabuchodonosor, nouem, vt minimum annis, saltem inchoatis: vtrum autem pluribus; inquirendum est.

Tempus Regum aliquot Aegypti.

2. *Aduertendum secundò*, vt bene præmonet Petauius lib. 10. cap. 17. ex Herodoti sententia Pharaonẽ Nechao regnasse in Aegypto annos 16 quem secutus est Psammis annos 6. Apries 25. Amasis 44. ex quibus colliguntur anni 91. At verò in Africani fragmentis Pharaoni Nechao consignantur anni 6. totidem habet Psammis, Apries 19. Amasis 44. vniuersè 75. Apud Eusebium dantur Nechao 6. anni. Psammiti 12. Apriæ 30. Amasi 42. vniuersè 90.

Quando Amasis obierit.

3. Amasin Herodotus & Diodorus obijsse tradunt anno 3. Olymp. do Cambyses Ægyptiacam expeditionem adornabat, quam abdic perij sui quinto, cùm Psammenitus iam sex mensibus principat strasset. Annus autem 3. Olymp. 63. finitur anno ante Christi n stendi Tract. de Olymp. q. 2. & quintus Cambysis inchoetur, v quæ annotabam, 1. Esdræ. q. 2. numer. 4. & in Tabulis expansis ad te Christ. 525. cui si 91. annos addideris, quos ex Herodoti sen illi reges, ante Psammenitum regnarunt, comperies Pharaonem N num inijsse an. ante Chr. 616. sic ei successerit Psammis anno 60 Amasis 569.

Computus Africani vitiosus.

4. At verò iuxta computum Africani Nechao regnare cœpit Christum 602. quod dictu procliue non iudico. Iam enim chao, quando Iosias è vulnere occubuit, tum anno quarto Ioak chodonosor, anno vtique primo regni sui, eundem Nechao 4 46. vers. 1. Ergo Nechao quatuor vt minimum vel quinque annis gypto regnauit, quam Nabuchodonosor in Babylonia. Hoc autem ex Africani doctrina Nabuchodonosor Babylone regnare cœpisse te Christi æram 597. aut 596. non minus autem quam 45. annis potitus est, atque ita pertigisset vsque ad annum ante Christum pit annus 5. Cyri, apud Persas regnantis, contra communem auctorem qui Nabuchodonosoris excessum, annis aliquot regno Cyri præ maximè illi, qui ab initio regni Nabuchodonosoris, vsque ad annum Cyri, quo laxata est captiuitas numerant annos 70. totidemque a vsque ad annum 2. Darij, quo restauratum est. Non placet igitur tus Africani.

Eusebij explicatur.

5. Eusebius quoad exordium regis Nechao parum ab Herodoto graphia discedit. Nam secundum Eusebij rationcinia Psammitus mus incideret in annum ante Chr. 609. Apries ad regnum venisset regno autem & vita spoliaretur anno 567. Hoc autem modo, nisi annum 6. Nechao adijciatur, vix erit vt clades ipsius in Charca num primum Nabuchodonosoris accommodetur. Deinde Aprien ctennio circiter p. ſt occupatam à Chaldæis Aegyptum interfuisse men Herodoto aduersatur, cum sacra verò Scriptura meo iudicio nat.

Notatio in Herodotū.

6. Herodotum porro velut antiquiorem sequimur, cum aduersione. Narrat enim Aegyptios propter bellum Cyrenaicum gestum, ab Aprie defecisse: ad hos placandos Amasim regis Praef. & à rebellibus in regem electum. Tum Aprien regnum

mantem, prælio commisso superatum, captum, nec multo post extinctum, atque ita tandem principatum penes Amasim relictum. Verum vt bene insinuat Petauius illo lib. 10. cap. 17. cap. 17. aliquid fortè minus verum huic narrationi insertum videtur, cum verisimilius sit, Aegyptios non tam sponte quam à Babylonio coactos ab Aprie desciuisse, & Amasin prius Nabuchodonosoris præfectum fuisse. Chaldæo deinde in belluam mutato Aprien denuo ad regnum aspirasse. sed Amasin victoria tandem & regno potitum, regno sanè misero, multis cladibus ab hoste suo inflictis, mutuisque inter Aprien & Amasim discordijs attrito. Tunc etiam non pauci Aegyptiorum Babylonem ducti exulabant, nec ante Cyri imperium postliminio redierunt, ita vt iuxta Vaticinium Ezechielis per annos 40. miserrimus fuerit illius status, siue Amasim prius Nabuchodonosori seruiuisse putemus, siue non; sed Aegyptios variae inpartes distractos, iugum subinde excutere voluisse, conatu irrito, modò ad Apriæ, modò ad Amasis ductum applicasse, alios fidem Chaldæo datam seruasse, ac idcirco fœdum in modum huius regni membra, partim hostilibus, partim mutuis inter se vulneribus concisa fuisse. Quæ verò Herodotus de felicitate Aegypti, sub Amasi tradit, merito inter fabulosa computantur.

7. Hisce præmissis, dicendum *primò* Nabuchodonosorem sub annum regnisi, non vigesimum, nec vigesimum quintum, quicquid aliqui ex Iosepho conijciant, sed post trigesimum expugnasse Aegyptum. Est Cornelij hic & Petauij ad an. Periodi Iul. 4137. Probatur 1. quia anno 27. transmigrationis Iechoniæ initio mensis primi, Aegyptus necdum in Chaldæorum potestatem venerat, prædicit enim hic per Prophetam Deus vers. 19. *Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Aegypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius.* Idem luce meridiana clarius patet toto cap. 30. Annus autem vigesimus septimus transmigrationis, quo Propheta Aegypti deprædationem mox futuram vaticinabatur non inijt nisi sub finem anni 33. aut 34. Nabuchodonosoris. Probat 2. Cornelius, quia non prius Chaldæis in prædam cessit Aegyptus, quam Tyrus post 13. annorum obsidionem caperetur. Deus enim hic vers. 18. ait illis mercedem ob labores in Tyro oppugnanda toleratos necdum esse redditam, & vers. 19. Nabuchodonosori & eius exercitui promittit se Aegypti spolia daturum. Quod si anno 20. aut 25. regni Nabuchodonosoris capta fuisset Tyrus, eius obsidio, anno 7. aut 12. eiusdem Nabuchodonosoris cœpta fuisset: cùm tamen Ezechiel cap. 26. doceat anno vndecimo transmigrationis, mense primo, qui erat an. 18. Nabuchodonosoris necdum obsessam, sed obsidendã Tyrũ, eo quod lætabunda dixisset, fractas esse portas

Conclusio.

Ier[illegible]morum, quod dicere non poterant, antequam Chal[illegible] sa[illegible]am cepissent, aut saltem obsedissent. Tum v.7. *Ecce ego adducam [illegible] Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone, regem regum cum equis, & [illegible] tibus, & cœtu, populoque magno: Filias tuas quæ sunt in agro interficiet, & [illegible] munitionibus & comportabit aggerem in gyro.* Ergò necdum circum[illegible] rus. Quæ ratio plana & valde probabilis mihi videtur: [illegible] esse non affirmo. Dixerint enim aduersæ partis auctores, hoc [illegible] intelligi, de obsidionis Tyriæ initio, quam aliqui putant anno 7. [illegible] buchodonosoris à parte copiarum eius inchoatam: sed de app[illegible] boris Chaldæorum, q.d. Chaldæi non exigua manu, vt hactenus, [illegible] bus copijs Tyri obsidionem vrgebunt.

Conclus. 2. Aegyptus debellata Anno 27. Transmig.

8. Dicendum 2. valde probabile videri, debellatum esse [illegible] illo ipso anno 27. transmigrationis regni Nabuchodonosoris [illegible] 35. vt putat Cornelius. Nam id exigere videtur spatium illius [illegible] ille somnium duplex habuit, anno secundo ab Aegypto subiugata [illegible] bimestri est eiectus à consortio hominum, & cum bestijs septe[illegible] git: menti deinde & regno redditus, mox decessit, vt præter [illegible] rerius libr. 5. in Danielem. Alias miranda sine dubio fecisset, [illegible] tionem adeptus. Sed & Ezechiel de expugnanda Aegypto vatici[illegible] ui futurum insinuat, cap. 30. vers. 3. *Væ, væ diei, quia iuxta est dies, & [illegible] dies.*

Ante Chr. 575.

9. Annum istum 27. transmigrationis, & 34. Nobuchodono[illegible] mihi annus 575. ante communem Christi æram, cyclo Solis 23. [illegible] primus mensis, quem Nisan vocant, inijt circa 11. Martij, vel 9. Apr[illegible] anno potuit Chaldæus spolijs Aegypti suas copias ditare, eaque [illegible] obitum præstare, quæ ab eo deinceps gesta leguntur: regnauit enim [illegible] non expletos, vt alibi dictum.

Hi anni à Nisan inchoantur.

10. Dicet quispiam: In Martio & Aprili anno illo ante Christ[illegible] dum inierat annus 27. transmigrationis: ergo in annum seque[illegible] lata est hæc Aegypti vastatio. Resp. ita se res habet, si hosce [illegible] curatis calculis supputemus: at verisimilius est, Prophetam [illegible] vsum sacra annorum à Nisan orientium supputatione, more [illegible] cuius intelligentiam, sicuti vaticinia; ita & suas æras accom[illegible] tandus est. Aliud plerumque fit in meris rerum gestarum [illegible] bus, quales sunt in libris Regum, & Ieremiæ 39. 41. 52. quam[illegible] istis aliquando ciuilis computatio locum habeat. Vbi verò Scrip[illegible] lariter agunt, vt hic Ezechiel, satis est, si ad populares rationes [illegible] calculi reuocentur. Si hæc responsio tibi minus arridet, fac [illegible]

subactam Ægyptum anno 34. Nabuchodonosoris desinente, vel 35. ineunte, non admodum contra nitar. Tantum memineris enthronismum Nabuchodonosoris à me non ad ann. 3. sed ad 4. Ioakimi constitutum; ac idcirco, quem annum nonnulli 35. Nabuchodonosoris numerant, eum ego 34. puto. Vide 4. Reg. c. 10. num. 5. & 7.

11. Notant aliqui hoc loco rationes temporum obscuriores esse: *primò*, quia vtipsi putant, Nabuchodonosor anno regni sui 23. Ægyptum subegit: quomodo igitur nunc, post annos vndecim ei & exercitui eius terra Ægypti tradenda dicitur? *Secundò*, quomodo Chaldæus nunc dicitur nullam pro labore suo aduersus Tyrum accepisse mercedem, cum multa spolia è varijs regnis antea collegerit? *Tertiò*, quomodo Ieremias intelligendus est, quando cap. 25. dicit nationes omnes ibi recensitas Chaldæis ad 70. annos seruituras? Nam *quatuor*, inquiunt, *& quinquaginta duntaxat anni ab hoc ad finem imperij Chaldæorum numerantur*. *Quartò*, quomodo constare potest numerus 40. annorum, de quibus Ezech. cap. 29. v. 12? *Quintò*, quomodo idem propheta cap. 30. v. 14. & 15. Alexandriæ vastitatem denunciat, cum ea ante Niniuen capta fuerit? vt testatur Nahum cap. 3. v. 8. & 9. *Obiectio quintuplex.*

12. Quidnam ad ista respondendum sit, ex dictis vtcumque intelligi potest. De *primo*, negamus Ægyptum anno 23. Nabuchodonosoris deuictam fuisse, vt iam indicabam numer. 7. & 8. Ad *secundum* non est difficilis ex nostra sententia responsio: dicit enim Deus per Prophetam anno 27. transmigrationis cap. 29. v. 18. *merces non est reddita ei, neque exercitui eius, de Tyro, pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam*, quia nimirum, cum Tyrijs ante triennium vt nonnullis placet, vel vt reor, potius anno proximè elapso, debellatum fuerat, tanto militum labore, vt *omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus esset*. Sic post Tyrum tanta mole deuictam, nulla Chaldæis præda, quæ alicuius momenti censeretur, obuenerat, donec Ægypto manum adijcerent. *Tertium* suo loco explicatum est, nimirum generalem multorum populorum seruitutem anno primo Nabuchodonosoris inceptam fuisse, tum singulis nationibus iugum sensim iniectum, ita vt post annos 70. mox Chaldæorum imperium ad Persas transferretur & seruitus anno primo Cyri dissolui inciperet. Ab hoc verò anno 27. transmigrationis, Nabuchodonosoris 34. vsque ad annum primum Cyri, inclusis terminis, non pono 54. annos, sed 38. facilè autem ab indulta exulibus Ægyptijs in patriam redeundi facultate, vsque ad restauratum regni Ægyptiaci statum, biennium aut triennium effluxerit, & misera terræ illius conditio 40. annos tenuerit, si non accurato, at populari saltem calculo, quo iure meritissimo S. Vates vti poterat illo cap. 29. siquidem vulgari amplificatione miserias AEgyptiorum ibidem exaggerabat. *Responsio quadruplex.*

Niniue sæpius capta fuit.

13. Denique nodus ille, quo Alexandria & Niniue contest[illegible] bus eiusmodi calamitatibus communis est, & modo commu[illegible] enim Vrbes aliæ potentia celebres, ita Alexandria & Niniue [illegible] pius in pristinam libertatem restitutæ: imò sæpius euersæ, [illegible] fuerunt. Nam exempligratia, Babylon cùm à Cyro expugnata [illegible] cis post annis iugum excussit: sed eam Darius Hystaspis denuo [illegible] ex historijs constat. Idem de Niniue asserendum esse fidem [illegible] sub finem libri Tobiæ ex varijs auctoribus referebam. Idem [illegible] lexandria credere fas est: Nahum enim ante Manassæ tempora [illegible] idcirco vastitas Alexandriæ, de qua loquitur, longè præcessit [illegible] de qua hic agit Ezechiel, qui cum denunciaret spoliandam à Nab[illegible] sore Ægyptum, in qua erat Alexandria, Niniue iam erat expugnata [illegible] tet cap. 32. v. 2. Alexandria igitur ante & rursus post Niniuen [illegible] dam venit.

Nabuchodonosor a. 23 regni sui Syriâ inuasit postea Ammon. Moab. &c.

14. Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 11. cum retulisset Ieremiam [illegible] dæos qui sese in AEgyptum receperant, à Chaldæis partim [illegible] Babylonem transportandos, id quod etiam factum est, inquit, [illegible] post excidium Ierosolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabu[illegible] ris vigesimus tertius, cum magnis copijs inuasit Cœlen-Syriam, [illegible] bellum gessit contra Ammonitas, & Moabitas, & his quoque [illegible] gyptum hostiliter est ingressus, occisoque qui tunc regnabat, & [illegible] stituto, repertos ibi Iudæos rursum captiuos Babylonem abduxit. [illegible] non ita sunt accipienda, quasi eodem anno, omnes illas prouincias [illegible] sed quod illo anno Chaldæus cauam Syriam inuaserit, tum Ammon[illegible] Moabitidem, ac tandem post decem vt minimum annos, AEgyp[illegible] potestatem redegerit, & Aprie sublato, Amasin regem constituerit. [illegible] tem postremum illo anno 23. fieri non potuit, siquidem Amasis [illegible] annos 44. & anno 3. Olymp. 63. Cambysis quarto, cessit è vita: [illegible] confient 49. duntaxat, ab Vrbis excidio, vsque ad annum 4. Camby[illegible] quod neque Iosephus, neque alius quisquam admittere potest.

EZECH. XXX. v. 1. & 20.

S. Vates ab an. 27. ad 10. redit vt putat S. Hieron.

1. ET factum est verbum Domini ad me dicens, &c. *Post vigesimum annum captiuitatis regis Ioachin*, ait S. Hieronymus, *reuertitur ad tempus, quando contra AEgyptum cœperat prophetare, id est, ad annum decimum mensem, vndecimam mensis diem.* Censet itaque ea quæ capit. [illegible] v. 17. vsque ad finem conscripta sunt, esse per digressionem, & longiorem parenthesin interposita: quæ verò hic vsque ad v. 20. contexuntur, [illegible]

num reuocat, quo verbum Domini ad se factum canit Ezechiel cap. 29. vers. 1. nempe transmigrationis decimum. Idem Sanctius arbitratur, atque esse, qui contrarium sentiant, neque sine aliquo fundamento, sed hoc videri facilius & expeditum magis.

Aut forte manet in 27. anno transmigr.

2. Cornelius autem putat hanc prophetiam vsque ad ver. 20. spectare ad posteriorem partem cap. præcedentis, ac proinde anno 27. transmigrationis e Idram. Eiusdem sententiæ est Torniellus ad an. m. 3462. eamque insinuat Theodoretus hic. v. 20. & tacitè Maldonatus ver. 1. Quæ interpretatio valde rationi consentanea mihi videtur: quia prophetia, quæ nullo temporis charactere notatur, præcedentem comitari vel subsequi, non autem antecedere censetur, nisi causa sit in promptu, cur secus arbitremur: quænam vero causa hoc loco subesse potest? Deinde versiculus huius cap. tertius insinuat, calamitatem quæ denunciatur breui secuturam: *iuxta est dies, & appropinquat dies.* Quæ sententia melius ad annum 27. quam ad 10. applicari potest. Fauent huic expositioni auctores illi, qui vers. 20. huius capitis asserunt Prophetam ab anno 27. ad 11. redire: si enim quæ huius cap. initio leguntur ad annum decimum pertinerent, diceret Ezechiel, illo v. 20. non tam ab anno 27. ad 11. reuerti, quàm à decimo ad vndecimum procedere.

Anno 12. transmigr. Iechoniæ.

Vers. 20. *Et factum est in vndecimo anno, in primo mense in septima mensis.* S. Hieronymus in hunc versiculum: reuertitur, ait, ad ordinem Prophetiæ. Post vicesimum enim & septimum annum, nunc ponit vndecimum: quæ quæstio etiam superioribus continetur. Cum enim sermo Domini contra Tyrum factus sit in anno vndecimo, qui prius positus est; in consequentibus locutus est ad Pharaonem anno decimo, rursumque ponit vicesimum septimum, vt diximus, & nunc vndecimum. Vnde colligimus 1. annum 27. cap. præced. v. 17. expressum, à capto Iechonia numerari. 2. Prophetias Ezechielis ordine temporis subinde mutato scriptas esse: quod ipsum in hunc locum obseruant Theodoretus, Hugo, Lyra, Sanctius, Cornelius & alij q. 6. num. 3. relati.

Hoc onus non Tyro sed Aegypto immittet.

3. Caluisius ad ann. m. 3360. ait hoc versiculo vaticinium contra Tyrum cap. 26. inchoatum, continuari; sed obsistit facer ipse textus, qui totus quantus fertur in AEgyptum. Idem auctor hanc diem 7. primi mensis vult esse 4. Aprilis. Si vndecimus hic annus à transportatione Iechoniæ accuratè computetur, opinor hanc 7. diem commodè in 3. vel 4. Aprilis incidere potuisse, anno ante Christ. 590. cyclo Solis 8. Lunæ 1. Epacta 5. Methodus Clauij ad Neomeniam istam indagandam, pro fundamento, ponit annum Domini 1539. & ordinem 28. ex quibus prodeunt Martij dies 26. horæ 2. min. ferè 24. Si autem vulgi more ad annum huius vaticinij tempus applicare lubet, mensis iste primus emerget circa 7. Aprilis, anno ante Chr. 591. cyclo Solis 7.

Lunæ

Lunæ 19. Epacta 23. nisi fortè vno mense citius annum sacrum tempore sint auspicati.

EZECH. XXXI. v.1.

Duobus fere mensibus post præcedens vaticinia.

ET *factum est, in anno vndecimo, tertio mense vna mensis.* Sanctus Ephetiam contigisse, antequam Vrbs à Chaldæis caperetur: quod vulgari accipiendum est: Vrbs enim capta est, mense quarto, die v.6. hoc autem oraculum Ezechieli oblatum est prima die tem dem autem anno factum est hoc verbum ad Ezechielem, quo antecedens, duobus tamen ferè mensibus tardius, vt notant Cornelius, mensibus, inquam, non Latinis, sed Hebræis, dies bus: præcedentem enim prophetiam S. Vates accepit 7. die hanc 1. Siuan.

EZECH. XXXII. v.1.

Varia lectio.

1. ET *factum est duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis.* Sic hanc quidem retinet lectionem: *Sed in multis*, inquit, *exemplaribus duodecimus annus, & mensis decimus ponitur: iuxta cæteros autem annus & decimus mensis.* Theodoretus hic, Sec. 12. prius legit, in decimo mense, deinde ex vulgato, 12 anno, & mense 12. Græca habet in decimo anno, in decimo mense: versio autem Latina duodecimo anno, in decimo mense. Hebræa & nonnulla Græca conueniunt. Ex quibus patet 1. hic esse magnam de anno & mense non autem de die. 2. non in omnibus exemplaribus 70. ponitur multis, vt monet S. Hieronymus.

Editio vulgata retinenda.

2. Vera ideoque retinenda vulgata editio Latina, quæ cum te & annum & mensem duodecimum exhibet: annum vtique capto Iechonia, vt plerique interpretum docent, sicut abeodem nus æram suam deduxit Ezechiel, cap. 1. v. 2. cap. 8. v. 1. cap. 20. v. 1. cap. 26. v. 1. cap. 29. v. 1. & 17. cap. 31. v. 1. & infra cap. 33. v. 21. vbi donatus, qui iure miratur Hebræos, & qui nimio quodam tur, pergere etiam hoc loco interpretari duodecimum annum rò ista dies prima mensis duodecimi, anni duodecimi à transchoniæ mihi incidit in (vel propè) decimam quintam Februarii ram Christi 589. cyclo Solis 9. Lunæ 2. epacta 16.

EZECH. XXXII. v.17.

Die 14. 1. *Et factum est in duodecimo anno, in quinta decima mensis*

mini ad me dicens: cane lugubre, super multitudinem AEgypti. His consonant Hebræa: at vero Septuaginta iam S. Hieronymi & Theodoreti temporibus discrepabant, sic enim habent: *Et factum est in duodecimo anno, primi mensis, quintæ decimæ mensis.* Non tamen idcirco vulgata nostra editio deserenda est, cui etiam S. Hieronymus adhæret, dum hunc locum sic interpretatur: *in eodem anno, & in eodem vt putamus mense, sed non in vna, vt supra, mensis; verum in quinta decima*, hoc est 14. diebus postquam Ezechieli dictum erat: *assume lamentum.* hic vers. 1. Assentiuntur Lyra, Hugo, Maldonatus, Mariana, Sa, Cornelius, Menochius. Addunt bene S. Hieronymus & Hugo, præcedentem prophetiam noui lunio, traditam fuisse; hanc plenilunio. Tunc enim Hebræi suos menses ad Lunæ cursum accommodabant, quod etiamnum factitant. Itaque iussus fuerit Propheta, *lugubre canere* anno ante Christi æram 589. circa 28. Februarij, iuxta ea quæ paulo ante notabam.

post præcedens vaticinium.

EZECH. XXXIII. v. 21.

Et factum est, in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis, transmigrationis nostræ, venit ad me, qui fugerat de Ierusalem dicens: vastata est ciuitas.

QVÆSTIO VIII.

Quandonam Ezechiel nuncium de Vrbe vastata acceperit.

1. Hic Septuaginta Sixti habent, in anno decimo, mense duodecimo: apud Theodoretum: anno duodecimo, mense duodecimo. Syrus anno vndecimo, mense duodecimo, vt refert, & fauet idem Theodoretus. Verùm vt in præcedentibus; ita hoc loco editio Latina illis præponenda est, & legendum: *in anno duodecimo mense decimo, die quinta*, prout legimus apud S. Hieronymum & Theodoretum, in Hebræo, Chaldæo, plerisque Græcis exemplaribus. Anno enim decimo transmigrationis Iechoniæ, de qua hic est sermo, necdum erat capta ciuitas. Clades itaque Ieroſolymitana, anno duodecimo, mense decimo, quinta die Ezechieli nunciata est.

Anno 10. transmig. non est vastata ciuitas.

2. Hinc detegitur Capelli temeritas, qui anno m. 3409. *cùm omnes*, inquit, *prophetæ Ezechielis, ordinem temporis sequantur accuratissimè* &c. Hanc enim suppositionem falsam esse quiuis deprehendet, qui hanc narrationem anno 12. mense decimo factam cum duobus vaticinijs præcedentibus cap. 32. v. 1. & 17. notatis contulerit, vt ea taceam, quæ ex varijs bonæ notæ scriptoribus suprà non semel annotaui de ordine temporis in harum prophetiarum contextu, non vbique obseruato. Vide cap. 31. ver. 1. Sed restat dubium, quanto tempore post captam Ierusalem, hæc Vates acceperit.

Contra Capellum.

Quando capta ciuitas.

3. S. Hieronymus hic. Vndecimo anno Sedeciæ, inquit, quinto [illegible] pta est ciuitas Ierusalem: hæc autem prophetia, duodecimo [illegible] mense, quinta mensis, captiuitatis siue transmigrationis, quando [illegible] chonias. Ex quo ostenditur, post vnum annum & quatuor [illegible] quinque dies à capta Ierusalem, venisse Babylonem vnum ciuium [illegible] qui nunciaret captam Vrbem atque vastatam. Assentiuntur [illegible] Sanctius, Cornelius.

4. Grauitas patronorum huius opinionis, eam interpretationem probabilem: ratio tamen, qua vtuntur, efficax non videtur. Capta [illegible] tas anno vndecimo Sedeciæ, & transmigrationis desinente: hic [illegible] Ezechielem venit anno duodecimo iam currente. Adhęc cũ Nabuchodonosor Babylone imperaret, mirum valde foret, si non nisi post 17. ferè [illegible] nuncios, quà per captiuos, tum Babylonij, tum exules Iudæi [illegible] certiores fierent. Respondent aliqui, vt Sanctius, Iudæos, qui [illegible] facile potuisse ab ijs, qui cum Sedecia fuerãt abducti, Vrbem [illegible] re: *sed publica & quasi legitima legatione, non nouerant.* Hanc autem [illegible] ijs missam putant, quo occiso Godolia in Ægyptum profugerat [illegible] pore captam dici Vrbem, & Iudæam desertam, quia Iudæorum [illegible] tam in Vrbibus, quam in cauernis & Vrbiũ ruderibus habitabant [illegible] pheta insinuat. Hanc autem responsionem facilè amolietur, qui [illegible] casum post 17. circiter menses Babylone lippis & tonsoribus [illegible] circo ad eum nunciandum publica legatione opus non fuisse. [illegible] *qui fugerat de Ierusalem*, non tam legatum publicum ex Ægypto [illegible] priuatum aliquem Ierosolymis fugitiuum indicare videntur.

Nuncius de capta vrbe cito venit Babylonem.

5. Cornelius vero fatetur mirum quidem videri, quod Ezechielis [illegible] tius de Vrbis expugnatione nuncium acceperit; verùm in tanta [illegible] dem Ierosolymæ effugerant, paucitate, & locorum distantia, id [illegible] esse: cum quisque de se, & vita sollicitus, parum de clade hac in Babylone [illegible] cianda cogitaret. Ego verò non possum non mirari, Nabuchodonosor [illegible] per nuncios, vel per captiuos, suas victorias Babylone non prius certè [illegible] cè notissimas fecisse, quàm annus & quinque ferè menses effluxissent [illegible] quidem aliquando in mentem venerat, vt cap. 5. Synopseos indicatur [illegible] ne illo qui Ezechieli dicebat: *vastata est Ciuitas*, calamitatem Iudæorum [illegible] nuncio significari; sed tanquam ab exule deplorari. Sed postea [illegible] uerti, S. Hieronymum obsistere, dum ait, *venisse Babylonem vnum [illegible] ciaret captam Vrbem & vastatam*: cui cæteri interpretes assentiuntur.

Nempe eodem anno quo fuerat vastata.

6. Torniellus ad an. m. 3447. num. 11. & Salianus num. 70. [illegible] docere videntur, hunc fugitiuum ad Ezechielem venisse eodem [illegible]

rusalem euersa fuerat, quinto circiter mense ab eius expugnatione facta quarto mense anni sacri siue Tamuz, anno Sedeciæ vndecimo desinente; mense Ab, siue quinto fuit incendium Nabuzardan: mense Tisri Godoliæ mors illata. Sic decimo mense Tebeth dicto, calamnitas à fugitiuo nunciata est, currente iam anno 19. Nabuchodonosoris, & 12. transmigrationis Iechoniæ. In hanc sententiam venire coguntur, qui Sedeciæ dant annos 11. Chronologicos post Ioakim, hoc est, distinctos ab ijs, qui post Vrbis excidium numerãtur, quod facit Chronicon Alexandrin. Beda; Ado, in Chronicis, Lyra in c. 6. Baruch, Pererius li. 10. in Daniel. q. 3. Castrius in Chronotaxi prophetiarum Ieremię. Fauet Cornelius Baruch 6. v. 2. vbi ab anno 11. Sedeciæ, vsque ad annum 1. Cyri, ait fluxisse annos 59. ergo addendi sunt 11. Sedeciæ, vt colligantur 70. anni captiuitatis Babylonicæ quam inchoat à transmigratione Iechoniæ. Ierem. 29. v. 10. §. Quarto ergo fauet etiam S. Hieronym. dum Ezechielis 4. ab anno 6. Ezechiæ vsque ad templi desolationem enumerat annos 135. quod verum ex illius supputatione non esset, nisi vndecimum Sedeciæ includeret: ait enim inde secutos desolationis annos 70. vsque ad annum 2. Darij Hystaspis. Imò ibidem alios 164. annos colligit, in quibus 11. Sedeciæ tribuit, deinde annos 70. desolationis attexit, & ex vtraque summa conflat 234. perperam autem id faceret, nisi annos illos 11. quos adscribit Sedeciæ præponeret desolationi, quæ incepit vel quarto mense, quando Vrbem cepit Chaldæus, vel quinto, quando eam incendit. Sic mense decimo iam inierat annus 12. regni Sedeciæ & transportationis Iechoniæ. Iuxta hanc opinionem, potuit hic annus in Syro textu vocari vndecimus transmigrationis, subaudi, vel expletus, vel more vulgi computatus: quia currente illo anno sacro, quo capta est Ierusalem, exijt annus 11. transmigrationis, & ante mensem Tebeth inijt 12. quo dictum est Ezechieli: *vastata est ciuitas.*

Fauet huic sententiæ S. Hieron.

7. Hic annus est mihi ante Christi æram 590. cyclo Solis 8. Lunæ 1. quibus characteribus diem quintam mensis 10. non procul à 22. Decembris consignamus. Est autem verisimile istum nuncium è Iudæa profugisse non actum ciuitate captâ; sed iam combusta: imò fortè Godolia perempto, & retulisse (quod pridie diuinitus acceperat Propheta) non solum vrbem excisam, sed etiam Iudæorum quosdam in latibulis residere, sperantes se paulatim terram denuo habitatoribus repleturos, cùm id vnus Abraham potuerit: ipsi verò plures essent superstites. Qua occasione accepta vanam eorum præsumptionem redarguit Propheta, carpit crimina, & imminentem eis pestem, terræque solitudinem denunciat, vt latiùs deducunt interpretes: quæ omnia in eum annum, quo ciuitas euersa est, optimè quadrant.

Ante Chr. anno 590.

EZECH. XL. v. 1.

IN vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima ... todecimo anno, postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac die, facta est ... Domini.

QVÆSTIO IX.

Quando hæc prophetia Ezechieli tradita fu...

Hebræis exordium anni triplex.

1. EXordium anni triplex apud Iudæos reperitur. 1. anni sacri à N... tractuum, Sabbaticorum, Iubilæorum à mense Tisri oriuntur ... ticulares, ab aliquo certo mense, quo singulare quippiam contigit, ... v.g. ab enthronismo alicuius regis. Sic anni ab Exodo accurate à ... computantur. Anni ingressus in terram die 10. eiusdem. Anni capta ... die 9. Tamutz, incensæ, 9. vel 10. mensis Ab. Ternæ pariter sunt ... terpretationes. *Prima* est communi Hebræorum, qui hoc anni ... commodant ad mensem Tisri, quo Iubilæum illo tempore ... quia primam Ezechielis prophetiam consignant anno quinto ... nis, periodi Iubilææ 30. his addunt 20. & exurgit annus 25. ... dem 50. siue Iubilæus. Quoad mensem assentitur Mariana, & ... Cornelius. Fauet Theodoretus, qui locum istum, vbi habemus, ... interpretatus est, *in nouo anno*: qua nomenclatura Hebræi mensem ... gnant, vt hic notat S. Hieronymus.

1. Opinio.

2. Opinio.

2. Secunda classis interpretum, hoc anni exordium censet ad ... rendum, & ab ea prophetia, quæ cap. 1. Ezechielis describitur, ... 19. menses 9. dies quinque supputat: totidem enim effluxerunt, ... mensis quarti, anni à transmigratione quinti, vsque ad istum eiusdem ... grationis quintum & vicesimum. Ita hunc locum explicant S. Hi... Lyra, Maldonatus, nec aliud Cornelium voluisse puto, dum hoc ... ab illa prima visione 20. annis submouet, & mensi Nisan adscribit.

3. Opin.

3. S. Gregorius autem tertiam viam insistit, & hanc prophetiam ... ad exordium illius mensis, quo percussa est ciuitas, ita vt Dei bonitas ... phetiam ea die inspirauerit, qua ciuitatem iustitia percusserat. Greg... quitur Hugo, & *exordium anni* hoc loco ait esse emergentis à tem... Chaldæus Ierosolymam expugnauit.

Ad opin. 1. & 3.

4. *Prima opinio* sine efficaci argumento sumit, quod probandum ... *tia opinio*, non videtur commodè applicare diem 10. ad Vrbis expugna... enim fuit nonus quarti mensis. Ierem. 52. v. 6. Si vero ad templi & Vrbis ... grationem dies ista 10. referatur, interpretatio non erit incongrua. ... enim nona quidem die Ab, violatũ est, vt tradũt Hebræi: sed decima ...

cum ipsa vrbe regijsque palatijs. Ieremiæ 52. v. 12 quasi Propheta diceret: anno 25. transmigrationis incepto, & 14. ab vrbis euersione illa ipsa die decima quinti mensis, qua conflagrauit *facta est super me manus Domini*, &c. Sic ista prophetia inciderit in diem 10. quinti mensis Ab nuncupati.

5. Existimo tamen probabilius esse, hanc orationis particulam, *ipsa hac die*, non referri ad cladem ciuitatis, sed solum ad diem anni ineuntis, & mensis Nisan, vt præter iam laudatos num. 2. notat Menochius. Sicut enim alibi passim annorum & mensium seriem à Nisan sacra Scriptura computat, nisi quid aliud insinuet: ita hoc loco Propheta ad idem principium respexisse, & hanc visionem, annis ex quo prophetare cœperat 19. mensibus 9. & diebus quinque expletis accepisse videtur. *Conclusio.*

6. Notat hoc loco Theodoretus post Jechoniam abductum, Sedeciam regnasse 11. annos, *paucis*, inquit, *mensibus exceptis: quippe cum vndecimo Sedeciæ regis anno capta sit vrbs.* Vnde infert, *Iure igitur dixit, annum quo capta fuit vrbs quartum decimum, suæ captiuitatis quintum & vigesimum esse.* S. etiam Gregorius: vndecim, inquit, annis regnauit Sedecias post captiuitatem primam, in qua Ezechiel Propheta, cum Ioachin rege ductus est. Post captiuitatem verò eiusdem Sedeciæ, quæ iam secunda erat vrbis captiuitas, quarto decimo anno, Propheta visionem vltimam vidit. Vndecim itaque & quatuordecim simul iuncti faciunt quinque & viginti. Eodem modo Hugo ratiocinatur. Ex quorum antiquissimorum & grauissimorum auctorum Theodoreti, inquam, & Gregorij sententia, colligo Sedeciam annos 11. Chronologicos regnasse, & vrbem captam anno illius 11. non ineunte, sed exeunte, vt pluribus disputabam, 4. Reg. q. 22. *Sedeciæ regnauit annos 11.*

7. Qui Sedeciæ 10. tantum annos Chronologicos imputant, non tam clarè annum decimum quartum captæ ciuitatis cum vicesimo quinto transmigrationis coniungunt. V. g. Cornelius in Harm. Chron. Prophetarum anno suæ computationis ante Christum 602. verno tempore Iechoniam abductum tradit, vrbem excisam anno 592. hanc autem prophetiam signat anno 578. die 10. Martij siue Nisan. At qui anno isto ante Christum 578. die 10. Nisan, adhuc quidem fluebat, annus 14. vrbis euersæ, iuxta accuratas illius rationes; sed iam inierat annus 26. transmigrationis, si ab initio Nisan anni transmigrationis aperiantur. Si verò post Nisan, inchoantur, non erit facile ostendere, quomodo Ezechiel prophetare cœperit anno 5. suæ transmigrationis, vrbs euersa fuerit anno 11. Sedeciæ anno ante Chr. 592. & simul hæc prophetia edita anno ante Christum 578. prima die Nisan, anno 25. transmigrationis. *Annus 14. vrbis captæ est 25. transmig.*

8. Opinor Ezechielem supputatione populari annos tum suæ captiuitatis, tum vrbis vastatæ, ad morem anni sacri, ab initio Nisan accersere (nisi efficaci argumento aliud constet) & hanc de templo visionem ei oblatam anno ante *Hic S. Vates annos deducit à Nisan in suum prophetys.*

vulgarem Christi æram 577. cyclo Solis 21. Lunæ 14. circa 11. Aprilis. Q rigido calculo vti placuerit, hoc vaticinium haud grauatè referetur a Martij currente anno ante eandem æram 576. cyclo Solis 22 Lunæ 9.

9. Postremo hic breuiter animaduertendum, istam de tempo tiam esse quidem post cæteras vltimo loco conscriptam; attamen corporis prius editam, quàm oraculum de vastanda Aegypto, cap. 29. v. 27. transmigrationis notatum.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOLOG. IN DANIELIS PROPHETIA

Daniel prophetat vt minimum 74. annos.

Scribit Daniel susceptam à Nabuchodon contra Iudæos expeditionem anno 3. Ioa deinde cap. 10. sibi oblatam visionem an Cyri, intellige à Babylone subacta, vt Theodo & alij suo loco recensendi bene aduertunt. An 3. Ioakim ordior anno ante Chr. 610 tertium Cyr no 536. Hic itaque liber porrigitur vt minimu spatium 74. annorum. Quanto verò tempore a ceps superstes fuerit Daniel, non constat.

DANIEL. I. v. 1.

ANno tertio Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierus obsedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda.

QVÆSTIO I.

Vnde ducatur hic tertius annus.

Nō ex quo Ioakim tributum pendebat Chaldæo.

1. HVgo, Lyranus, & alij nonnulli putant, hunc annum esse tertium Ioakim, non absolutè, sed *ab illo tempore*, inquit Lyranus, quo *tributarius regi Babylonis, & iste fuit vndecimus annus regni sui.* Quæ interpretatio

inficiatione fatiscit, cùm nulla solida ratione fulciatur. Quid enim Danieli in mentem venire potuit, vt eos solos annos regno Ioakim tribueret, quibus imperatum tributum Chaldæo pendebat?

2. Multa in hunc locum congerit Maldonatus, traditque *primò* explodendam esse eorum interpretationem, qui putant hic sermonem esse de Nabuchodonosore seniore, siue Nabopolassaro: quia Daniel hic agit de eo Nabuchodonosore, *qui se*, inquit, *& cæteros principes Babylonem duxit*. Is autem fuit Nabuchodonosor Magnus, qui anno 7. regni sui ter mille viginti tres Iudæos Babylonem traduxit: anno 18. octingentos triginta duos: anno deniq; 23. septingentos quadraginta quinque. *Magni autem Nabuchodonosoris patrem Scriptura non nouit.* Tradit *secundò*, dici non posse, quod anno 3. Ioakim Nabopolassarus adhuc regnauerit: anno verò sequenti, filius eius: quomodo enim Ioakim tribus annis factus esset Nabopolassari tributarius, quod de Nabuchodonosore dicitur, 4. Reg. 24. v. 1.

Opinio Maldonati.

3. Refutata Lyrani doctrina tradit *tertiò*, melius hic intelligi annum tertium, ex quo Ioakim aduersus regem Babylonis rebellionē fecit, vt sentit Rabbi Saadias: quod probare nititur ex quatuor Scripturæ locis inter se comparatis. Primus est, 4. Reg. 23. v. 36. Ioakim 11. annos tenuisse regni gubernacula. Secundus Ierem. 25. v. 1. Nabuchodonosorem anno quarto Ioakim regnare cepisse. Tertius Danielis 1. agi de ea expeditione, qua Ioakim anno tertio regni sui captus & Babylonem ductus est, cum alijs principibus Ierosolymitis. Quartus Ierem. 52. v. 28. Nabuchodonosorem ante annū septimum regni sui Iudæorū neminē in Babyloniā traduxisse. Vnde colligit primos è Iudæa captiuos Babylonē abductos anno 11. regni Ioakim: cùm enim anno huius quarto Nabuchodonosor sceptro Babylonico sit potitus; annus 11. Ioakimi necessario in septimū Nabuchodonosoris incurrit. Annum potrò vndecimum Ioakimi idcirco tertiū hoc loco dici existimat, quod Ioakimus Iosia interempto rex à Nechao constitutus sit, tributo imperato. 4. Reg. 23. v. 34. & ea conditione quinq; annos regnauerit. Nā anno eius quarto, inquit, Nabuchodonosor demortui patris susceptō regno, primum regem Aegypti vicit, omnemque eius regionem, quæ inter riuum Aegypti & Euphratē erat, occupauit 4. Reg. 24. v. 7. Deinde Ioakimum ipsum Aegyptij rebus studentem sibi vectigalem fecit. 4. Reg. 24. v. 1. regnauitque, vt ibidem dicitur, sub rege Babylonis tributarius annos tres, id est, vsq; ad octauū regni sui: anno autē octauo, vt ait Rabbi Saadias, rebellauit, regnauitq; liber, ac sine tributo annos tres, id est, vsque ad annum vndecimum & postremum regni sui. Hæc ibi.

Putat hūc annū 3. ex quo Ioakim rebellauerat Chaldæo.

4. Ribera Nahum 2. Pererius, Sanctius, Cornelius, Dan. 1. hunc tertium annum ab enthronismo Ioakimi iam adultum intelligunt, ita vt annus primus Nabu-

Quidam tertiū regni eius iā adultum.

Nabuchodonosoris priori sui parte tertium Ioakimi attigerit, posteri quarto eiusdem Ioakimi concurrerit, ac idcirco quæ anno primo regni sit Nabuchodonosor, nunc anno 3. nunc anno 4. Ioakim gesta dicantur rum auctorum sententia, Nabuchodonosor expeditionem, cuius in Daniel, anno 3. Ioakimi incepit, & quarto perfecit, vt clarè explicat

Erat 3. regni Ioakim currens.

5. Ego hunc annum tertium Ioakimi ab initio regni ipsius comp Theodoreto, præfatione in Danielem, & auctoribus præced. num. buchodonosorem verò arbitror nō hoc anno tertio, sed quarto demu paternum imperium, vt dixi 4. Reg. q. 20. cum S. Hieronymo, Iosep no, Scoto, Serario, Maldonato, Torniello, Saliano, Peruio. Idem qui annos 11. Chronologicos Ioakimo, & Sedeciæ totidem adscrib enim Ierusalem mense quinto anni sacri conflagraret, Nabuchod annum 19. regni fuerat ingressus. Ierem. 52. v. 12. De his 19. tollen manebunt anni 8. postremi Ioakim, ita vt annus primus Nabuch cum tertio Ioakim nulla sui parte attingeret. Auctores qui vndecim Ioakimo, quàm Sedeciæ attribuunt, ex parte annotabam, 4. Reg. q. q. 22. num. 1. Ezech. 33. v. 21. q. 8. num. 6. & cap. 40. q. 9.

Explicatur doctrina Maldonati.

6. Quod *primo loco* docet Maldonatus, nempe regem illum, qui terpolatis tot Iudæos Babylonem transtulit, vt refert Ieremias c. Magnum Nabuchodonosorem, verum esse censeo, siue Scriptura eius nouerit, siue non. Quod verò *secundo loco* asserit, categorice negat enim Ioakimus tres annos non Nabopolassaro, qui sub idem tempus è viuis, quo Ioakim prima vice captus est; sed filio eius; quia scriptura cum iam Nabuchodonosor Magnus regnum adeptus esset. Patet hunc tertium annum apud Danielem numerari ab eo tempore quo negato tributo iugum Babylonium excussit. Nec obstant quæcunque tuor Scripturæ loca inter se collata. Annos enim vndecim regnauit quarto illius anno, Nabuchodonosor paterni regni possessionem hoc posterius non asserat Ieremias illo cap. 25. Ibi enim cùm dicat Domini ad se factum anno quarto Ioakim tantum addit: *ipse est annus Nabuchodonosor regis Babylonis*, quod verum foret, quamuis labente cedenti Nabuchodonosor ad regni gubernacula accessisset. Fatemur nielem de illa expeditione hic agere, qua captus est Ioakimus, cum si placet, Iudæorum principibus; sed paulò pòst in regnum restitutus tem captiuitate non agit Ieremias; sed alia, vt ibidem annotabam. asserit Ieremias Nabuchodonosorem ante annum septimum regni nem captiuum in Babyloniam traduxisse; sed solum scribit: *quem transtulit Nabuchodonosor in anno septimo, Iudæorum tria millia &*

sermo est de ijs tantùm, qui exulare iussi sunt; non autem de ijs, qui cum Ioakimo prima vice capti fuerant: eo enim confestim in Iudæam remisso, Daniel & pauci alij, non vt exules. Sed obsides Babylone remanserunt: atque ita non erat, cur eos Ieremias recenseret.

Hic 3. annus non est 11 regni Ioakim.

7. Esto annus 11. Ioakimi in septimum Nabuchodonosoris inciderit: hic tamen non ante quartum annum Ioakimi regnare cœpit. Ioakimus anno demum regni sui octauo rebellarit: non inde tamen concludemus annum illum Ioakimi, qui aliàs vndecimus numeratur, hic tertium appellari. Sicut enim Maldonato *insolens videtur, vt Daniel Hebræus, Propheta, ac regio, vt creditur, sanguine, eo solùm tempore Ioakimum regnare dicat, quo Babylonio tyranno seruiuit*: ita æquè insolens apparet, vt idem Daniel illud solum tempus regno Ioakimi deputet, quo post annum regni sui septimum rex fœdifragus pactum Chaldæo tributum negauit.

Quando Ioakim factum tributarius Nabuchodonosori.

8. Anno 4. Ioakimi, percussit Nabuchodonosor exercitum Pharaonis ad Euphratem, vt refert Ieremias cap. 46. v. 1. *Superato Euphrate totam Syriam, Pelusium vsque subegit, excepta sola Iudæa*, inquit Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 7. Et subtexit: *Quarto deinde regni Nabuchodonosoris anno, Ioakimi verò octauo Babylonij Iudæis bellum inferunt magnis viribus, dira minantes ni tributa pendant, quemadmodum reliqui Syriæ habitatores. At ille timore suadente pacem mercatus pecunijs, integro triennio quæ erat tributa persoluit.* Idcirco verò Iosephus negat, anno quarto Ioakim Iudæam fuisse subiugatam, quia paulo ante Babylonius Iudæorum metropolim, & ipsum Ioakimum ceperat, vt hic refert Daniel. Itaque Nabuchodonosor prius Ioakimum capit: deinde captiuorum curam amicis demandat, & festinus Babylonem repetit, imperijque gubernationem suscipit. Interea Ioakim cum Daniele paucisque alijs Babylonem adducitur, ac rebus cum nouo rege aut regni proceribus compositis, mox in Iudæam reuertitur. Tum demum Nabuchodonosor Aegyptium ad Euphratem cædit, vt ex Iosepho & Berosofusius retuli, 4. Reg. q. 20. num. 3 & Ieremiæ 46. q. 10. num. 1. Hisce igitur ex antiquorum fide acceptis, patet hunc tertium annum à primordio regni Ioakim numerandum esse, quando eum Eliacim antea dictum, *regem constituit Pharao Nechao, vertitque nomen eius Ioakim*, 4. Reg. 23. v. 34. Qui aliam hic indagat epocham, is mihi videtur in scyrpo quærere nodum. Meæ computationis patronos habeo Theodoretum præf. in Danielem, & Orat. 1. Riberam, Pererium, Sanctium, Cornelium, locis ante indicatis, Marianam, Sa, Dan. 1. Petauium lib. 9. cap. 61 § *Mihi tertius*. Torniellum ad an. m. 3428. num. 3. Salianum num. 1.

Chronotaxis rerũ huc spectantium.

(***)

P.
H. Philip
Chronol
Vet: Testa
AIV
17

DAN. I. v. 21.

Daniel floruit vltra annum 1. Cyri.

1. *Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri regis.* Non est sensus q[illegible] niel non vltra annum primum regis Cyri, aut vixerit, aut propheta[illegible] etiam anno tertio Cyri prophetæ functiones inter viuos obiber[illegible] magna in auctoritate continenter fuerit, quamdiu stetit imperium C[illegible] rum, quod anno primo Cyri ad Persas translatum est. Vnde intelligi[illegible] nielem non paucis annis aut vnius Nabuchodonosoris tempore apud [illegible] nios inclytum fuisse, sed toto captiuitatis tempore Iudæos auctoritate [illegible] & vaticinijs eorum animos excitasse. Ita hunc versiculum interpretan[illegible] Hieronymus, Hugo, Lyra, Maldonatus, Pererius, Sanctius, Corne[illegible] Dan. 1. & 6.

2. Hinc plerique cum Theodoreto bene colligunt, illis verbis [illegible] nielem vidisse compleri vaticinium de Cyro populum Iudaicum [illegible] asserturo, Isaiæ 44. & 45. Neque verò arbitror Theodoretum in eo [illegible] nione, vt putaret Danielem tantum vsque ad Cyri primordia vaticin[illegible] que enim eum latuit, S. Vatem anno Cyri tertio prophetasse. Obscu[illegible] scripsit Theodoretus, quod alij interpretes clarius exposuerunt.

DAN. II. v. 1.

In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium.

QVÆSTIO II.

Vnde hic secundus annus computetur.

Non ab euersis Ierosolymis.

1. RAtionem huius quæsiti sic proponit S. Hieronymus: *si post tres an[illegible] ingressi sunt in conspectu eius, vt ipse præceperat; quomodo nunc secundo an[illegible] sui somnium vidisse narratur?* Prima opinio est quorundam Hebræorum [illegible] der Olam, qui hunc annum numerant secundum à casu templi & vrbis [illegible] do vt ipsi putant, Sedecia rege è Iudæa sublato, regnum illius Nabuch[illegible] sor sibi arrogauit, anno 20. regni sui Babylonyci. Quam opinionem [illegible] tus probabilem censet; alij verò passim facessere iubent, cum neque [illegible] que Scriptorum auctoritas doceat, annos Nabuchodonosoris fuisse [illegible] ab euerso sub Sedecia Iudææ regno supputatos.

Non ab interitu Ioakim.

2. Secunda opinio est eorum, qui cum Rabbi Saadia dicunt [illegible] num esse secundum, ex quo Ioakimo interempto, Nabuchodonosor [illegible] sibi vendicauit, & concurrere cum anno nono regni illius, [illegible] cum Daniele Babylonem auectos anno septimo Nabuchodonosoris [illegible] sequenti oblatum Regi de statua insomnium, eiusque interpretatio[illegible]

ex Chaldæis petitam, eò quod necdum sapientia Danielis innotuisset: anno autem nono regni sui Babylonici, à cæde Ioakimi secundo Nabuchodonosotem à Daniele somnij interpretationem accepisse. Verùm hanc opinationem eadem ratio confutat, quæ præcedentem: præterquam quod non facile sit ab abductis pueris tres annos reperire, post quos in conspectu regis stare debebant, cum non nisi sub finem anni septimi Nabuchodonosoris, Ioakim occiisus fuerit.

3. Tertia opinio hunc annum putat alterum, ex quo Nabuchodonosor Babylone cœpit imperare. Ita absolute scribit Caluisius ad an. m. 3347. Idem tenire videtur Theodoretus, & fauet Mariana. Si quis obijciat, tunc à Danielis translmigratione triennium necdum fuisse transactum, respondet Mariana, ita rem habere: regem anno secundo regni sui somniasse quidem, sed multum temporis in Magorum inquisitione prius insumptum, quam anno tandem tertio, à Daniele somnij interpretatio quæreretur. *Et sunt actiones regum tardæ*, inquit, *nec citò expediuntur*. Pauci huic ratiocinationi subscribunt, cum debilibus nitatur coniecturis. Vide q. seq. num. vltimo. *Nec abinitio regni Nabuch.*

4. Quarta denique supputatio, vt magis communis; ita meo iudicio cæteris longè præponenda, hoc insomnium refert ad annum secundum Nabuchodonosoris non regni Babylonici, sed Monarchiæ post Aegyptum aliasq; plures nationes iugo Babylonico subditas. Quam sententiam sic explicat S. Hieronymus Dan. 1. Ita soluunt Hebræi: secundum hic annum dici, regni eius omnium gentium barbararum; non Iudææ tantum & Chaldæorum, sed Assyriorũ quoque & Moabitarum, & reliquarum nationum, quas Domino concedente superauerat. Vnde & Iosephus in 10. Antiq. scribit libro. Post annum secundum Aegyptiæ vastitatis rex Nabuchodonosor vidit mirabile somnium &c. S. Hieronymum & Iosephũ sequuntur Hugo, Lyra, Pererius, Maldonatus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Sa, Menochius. Dan 2. v. 1. Torniellus ad an. m. 3453. Salianus ibidem. Petauius lib. 13. ad an. Per. Iul. 4138. *Sed ab Aegypto subiugata.*

5. Bene autem aduertunt aliqui, nec mirũ nec insolens esse, quod Nabuchodonosori duo vel plura regnandi initia tribuantur. Nam & idem in Augusto Rom. Imperatore factum legimus, cuius principatus annos, modo à primo illius cõsulatu, siue triumuiratu, modo ab Actiaca victoria computamus, vt pluribus declaraui *Opusc. de annis Dom. cap.* 2. Idem est de Cyro, cuius anni tum ab inito apud Persas regno, tum ab Imperio à Chaldeis ad Persas translato numerantur. Anni eius vniuersim fuere 30. Monarchię verò quidam 3. alij 7. alij 9. annos attribuunt, iuxta ea, quæ disputabam 2. Paralip. q. 3. De annis Alexandri Magni, pari modo philosophandum. *Vni Regi plura initia regni tribui possunt.*

6. Monarchiã Nabuchodonosoris, cuius hic secũdus annus numeratur, aliqui

Quando subiugata Aegyptus.

ab anno 23. regni illius Babylonici auſpicantur, vt Pererius, nonnulli 24. vt Torniellus & Salianus ad an. m. 3452. quibus non aſſentior, Aegyptum in poteſtatem Chaldæorum non veniſſe ante annum 37 grationis Iechoniæ, vt dicebam Ezech. 29. q. 7. Sed neque Petauij ratio bo, qui arbitratur Aegyptum à Chaldæis occupatam labente anno donoſoris 30. vel ineunte 31. Hic enim anno octauo regni ſui Iechon duxit, 4. Reg. 24. v. 12. Ergo Nabuchodonoſor, ante Iechoniæ transp regnauerat 7. annos: quibus ſi annum 27. tranſmigrationis, quo Chaldæis in prædam ceſſit, addideris, peruenies ad annum Nabuch ris 34. Propius ad ſcopum collineare mihi videntur ij, qui Aegyptum tam cenſent anno 35. Nabuchodonoſoris: quod facit Cornelius Ecc Dan. 2. Cum tamen opiner, anno 4. Ioakim labente regni diadema tum; malo primordia iſtius, qua de agimus Monarchiæ, conijcere in

Concluſio.

lius 34. vt dicebam illa q. 7. in cap. Ezech. 29. Itaque ſomnium iſtud Nabuchodonoſori oblatum arbitror, anno ante æram Chriſti 574. lis 24. Lunæ 17. quo mihi exoritur annus ab excidio Ieroſolymorum migrationis Iechoniæ 28. regni Nabuchod. 35. Olymp. 51. tertius &

DAN. III. v. 1.

NAbuchodonoſor rex fecit auream ſtatuam. Græca Sixti, & alia plera ba præponunt: *anno decimo octauo.* Quam ob cauſam ſequens quæſtio.

QVÆSTIO III.

Quando hæc ſtatua fuerit erecta.

Non ante ſomnium 1. Nabuchod.

1. CErtum eſt *primò* tunc Sidrach, Miſach & Abdenago iam publicis ornatos fuiſſe, vt indicat verſiculus 12. huius capitulihi autem ra Danielis, poſt ſomnij prioris interpretationem ad ſuas præfecturas fuerant, Dan. 2. v. 49. Vnde colligimus erectam hanc ſtatuam, poſtea quatuor Monarchiarum Nabuchodonoſori per quietem obiectam.

Poſt excidium Ieroſolym.

2. Conſtat *ſecundò*, tunc iam euerſam cum templo Ieroſolymam. enim iſti Heroës: *non eſt in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque ſacrificium* v. 38. Itaque non eſt, quod hanc regis inſaniam illius 18. imputemus: quandoquidem tunc adhuc erat rex Sedecias, Sacerdotum Saraias, Ieremias & Ezechiel Prophetæ, & ſacrificia offerebantur: anno autem demum 19. Nabuchod. Vrbs & templum abiêre, 4. Reg. 25. v. 8.

3. Commodè vero, hæc historia, non longo temporis spatio, post somnium præced. cap. relatum constitui posse videtur. Hinc S. Hieronymus ad huius capitis initium: *Velox*, inquit, *obliuio veritatis, vt qui dudum seruum Dei quasi Deum adorauerat, nunc statuam sibi fieri iubeat, vt adoretur in statua.* Et Theodoretus hic de Nabuchodonosore: *statim quidem admiratus est Prophetæ sapientiam, & huic Deum, auctorem omnium rerum, Deum esse confessus est, sed breui interiecto tempore, ad ingenium suum rediit.* Idem docent Pererius & Cornelius hic, nec non Salianus ad ann. m. 3415. vbi Tornielli opinionem auersatur, qui pluribus annis hoc aureum idolum à somnio de quatuor imperijs submouit.

Sed paulo post somnium de Monarchijs.

4. Græci codices non exprimunt hunc annum fuisse 18. regni Nabuchodonosoris, sed tantùm anno 18. eum fecisse statuam auream. Si quis hunc annum putauerit esse 18. ab euersa Ierusalem, meis rationibus nihil officiet: somnium enim, quo de paulo ante agebamus, refero ad annum 17. post Vrbis excidium. Sic per me licebit hanc historiam sub initium anni 18. ponere. Inde rex 12. mensibus interpositis, egit inter feras septennium, & paulo post è viuis excessit, anno regni sui 44. non exacto.

Forte anno 18. vrbis euersæ

5. Cùm autem isti in fornace dixerint, *non esse Prophetam*, mihi insinuasse videntur Ieremiam & Ezechielem, ante huius statuæ erectionem obijsse, atque adeo hæc contigisse post annum 27. transmigrationis, quo Ezechiel adhuc oracula fundebat, cap. 29. v. 17. Viderint proinde, quomodo versiculum 18. huius capitis interpretentur, qui tres istos viros, ante annum 34. Nabuchodonosoris, in fornacem iniectos docent. Maior autem esset difficultas, si quis regem primum somnium anno 2. regni sui Babylonici habuisse assereret, & cum auctoribus iam num. 3. recensitis, exiguo tempore interiecto, hoc fornacis Babylonicæ miraculum subtexeret.

Post 27. an. trãsm.

DAN. IV. v. 2.

Somnium vidi, quod perterruit me.

QVÆSTIO IV.

Quoto anno Nabuchodonosoris euenerit, quod hoc cap. narratur.

1. DVodecim vt minimum, mensibus, antequam ille in bestiæ conditionem laberetur, hoc contigisse discimus ex v. 26. huius cap. Cum bestijs fuit annos septem: quibus vel omnino, vel saltem vsque ad partem septimi transactis, probabilissimum est, cum breui extinctum fuisse. Diutius enim superstes, præclara sine dubio fecisset ad Dei gloriam, quam hoc capite miris verbis extollit, & Iudæorum soluisset captiuitatem, non ignarus eos esse veri Dei culto-

Id factum ante metamorphosin ipsius.

cultores. Cum igitur post hanc historiam, nihil vel in sacris, vel in pro-
dicibus de hoc rege tradatur, & plures adhuc annos tenuerit sentent-
rum; magno est argumento, eum postea non diu superstitem fuisse, vt
aduertunt, Pererius, Sanctius, Cornelius in huius libri commentarij
lus & Salianus in suis Annalibus ad ann. m. 3463. idque ex sententia
qui lib. 10. Antiquit. cap. 11. ait, haud multo post admirabilem puer
nace liberationem, hæc contigisse.

Varia opiniones.

2. Sicuti verò non est omnium auctorum vna de annis quo
Nabuchodonosorus sententia: ita nec vno modo, quæ hoc capite
cum annis regni illius componi solent. Nonnulli somnium de arbore
interpretationem tribuunt anno 35. inde post 12. mensium interuallum
septennium amentiæ inchoant. Anno denique 43. restitutum ei ra
autumant. Ita ferè Pererius, Torniellus, Salianus. Alij, vt Cornelius,
buchodonosorem anno 35. regni sui, debellata Ægypto Monarchia
inde anno 2. hoc est, regni 36. vtrumque somnium habuisse, anno 38.
eiectum in eoq; statu septem annos permansisse, octauo deinceps
anno menti & imperio redditum, ac paulo post mortuum anno reg

Supputatio auctoris.

3. Ego verò opinor Chaldæum anno regni sui 34. Ægyptum
nouæ Monarchiæ annos aperuisse; anno 2. Monarchiæ, regni 35. in
quatuor Monarchijs habuisse: anno 36. post pueros è fornace erepto
ei de arbore excidenda visum, inde post mensem 12. ab hominum
motum fluente anno regni 37. ad mentem denique & principatum
paulo post è vita excessisse an. 44. necdum finito. In hisce minutijs
nonnihil exorbitare: arduum verò punctum ipsum sine dubitatione

DAN. IV. v. 20. & 26.

De 7. temporib. varia interpretationes

Vers. 20. Donec septem tempora mutentur super eum. Septem
Theodoretus, *alij septem annos dixerunt, alij tres cum dimidio: neque enim*
conuersiones diuina Scriptura annum diuidit, sed in duas generales maximo
& æstatem. Septem igitur huiusmodi partes, tres annos cum dimidio per
fert Maldonatus ver. 30. septem tempora hic nihil aliud esse volunt
gum tempus, apud homines incertum, apud Deum definitum.
menses significari putant, alij septem hebdomadas vt R. Abraham,
anni partes, id est duos annos, minus tribus mensibus: habet enim
dripartitam vicissitudinem, ver, æstatem, autumnum, hiemem, alij
nos: *quæ sententia*, inquit, *& auctorum numero, & personis & ratione cæteras*
enim & Latini ferè omnes & Hebræi exponunt, & solet Scriptura annos ab
vocare, vt infra cap. 12. v. 7. Cum Maldonato conspirat Pererius, & alij
ced. num. 1. laudati, Hugo in hoc cap. v. 31. cæterique passim, præsertim
tiores.

Dæno tant 7. annos.

Vers.26. *Post finem mensium duodecim.* A somnio, inquit Sa: claritis autem Caspar Sanctius, à somnio & coniectura. Quam supputationem sic insinuat S.Hieronymus: *Fecit quidem Nabuchodonosor iuxta Danielis consilium misericordiae in pauperes & idcirco vsque ad mensem duodecimum in eum dilata est sententia.* Consentiunt Lyra, Pererius &c. Credibile est, interpretationem breui secutam somnium, ac proinde moraliter ad idem tempus vtrumque spectare censetur. Vt autem ea quæ toto hoc libro de varijs regnis traduntur fiant illustriora, visum est hoc loco de quatuor Monarchijs à Daniele commemoratis, tres quæstiones sequentes interponere.

QVÆSTIO V.

De initio quatuor regnorum, quorum meminit Daniel, cap.2.

1. CVm Daniel Nabuchodonosori somnium de statua interpretaretur, c.2. v.38. *Tui es,* inquit, *caput aureum, & post te consurget regnum aliud minus te argenteum: & regnum tertiũ aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ, & regnum quartũ erit ferreum.* Quem in locum S.Hieronymus alijque interpretes vnanimi consensu docent, *primum* regnum fuisse Babylonicum, *secundum* Medorum & Persarum, *tertium* Macedonum, hoc est Alexandri & successorum eius, quartum denique Romanorum Regni Romanorum nomine hic non intelligitur Romuli & sex regum sequentium principatus, aut Consulum administratio: sed Monarchia, quæ ordinariam regnorum amplitudinem longè superabat, & primo inter Romanos Octauiano Augusto obtigit. Antonio & Cleopatra debellatis. Pari penitus modo ad regnum istud Græcorum non spectat Philippus Macedo, alijue in Græcia reges qui Magnum Alexandrum præcesserunt: hic enim Alexander victo Dario Codomanno Monarchiam Persarum ad Græcos transtulit, quemadmodum à Chaldæis ad Persas eandem transtulerat Cyrus, ac proinde Deioces & alij qui ante Cyrum, vel Persis vel Medis imperarunt, huc non pertinent, sicuti (vt arbitror) nec Nabonassarus, cęteriue qui Nabuchodonosorem præcesserunt. De Monarchia Assyriorum, quæ omnium antiquissima, & maximè diuturna fuit, altum est apud Danielem silentium: nisi dicas. *Quænam fuerint hæc 4. Regna.*

2. Vt autem ab ijs, quæ meo iudicio notiora sunt, incipiam: pugna nauali ad Actium die 2. Septemb. Octauianus, Antonium & Cleopatram vicit, Octauiano III. & Messala Coss. vt habet Dio Cassius initio lib.51. *& ab ea,* inquit, *die Cæsar solus rerũ potitus est, imperijq; eius recensio ab ea sumitur.* Quo fit, vt absque vlla temeritate, hinc non nulli Romanæ Monarchiæ sumant exordium. Maioris *Initiũ Monarchiæ Rom.*

tamen

Finis Monarchiæ Græcorum

tamen claritatis gratia, eum annum Rom. Monarchiæ primum coepta ab Augusto Alexandria, Antonio & Cleopatra sublatis, Monarcorum penitus interijt, & Augustus nullo obsistente, solus rerum perfectam adeptus victoriam, quam anno præcedenti inchoaret, trod. cap. 13. numer. 2. Erat iste annus 16. Iulianus, Cæsare IV. & Coss. Vrbis conditæ iuxta supputationem Varronianam 724. Olymtius ac proinde ante æram Christi 30. vt constat ex ijs, quæ alibi, nis, Vrbis, Olympiadum ad æram Christi ritè applicandis diu. bantur Ægyptij, teste Censorino, qui annum huius Monarchiæ gyptios 267. desinentem cum anno Iuliano 283. fluente, Vrbis dico 1014. coniungit. Hæc autem conueniunt anno Domini 38. fecit, die 2. Aprilis, anno 1. Gordiani Vlpio. & Pontiano Coss. trod. Chron. & postea latè deduxit Petauius lib. 10. cap. 69. Conmæus, dum annum 1. Augusti, vult esse 719. Nabonassari, qui inijt ante Chr. 30. die 29. Augusti. Cepit igitur Rom. Monarchia, anno ante Christi Epocham tricesimo: quo tempore vitiosa fiebat annorum latio, de qua vide *Opusc. de annis Dom. c. 3.* De annis verò Imperij Aug. *de annis nati Saluatoris cap. 2.*

Initium Monarchiæ Græc.

3. Monarchia Græcorum annis præcisè trecentis Monarchiam Pcessit, & anno ante vulgarem æram Christi 330. nata est. Anno enim ti ad Arbela victus fuerat Darius cum Luna ante dies vndecim eclirente anno 2. Olymp. 112. testibus Plutarcho, Diodoro, Plinio, Cune, quod sciam reclamante. Quæ eclipsis vicesima die Septembris est. Hæc autem duo, Lunæ, inquam, deliquium, & annus 2. illius Olcongruunt cum anno ante Chr. 331. vt ostendi in Introd. & Tract. de q. 2. num. 4. Itaque anno sequenti nempe ante Chr. 330. quo & Darius & Babylon in Alexandri potestatem venit, translatum est à Persis Imperium, quando prima periodus Calippi cœpit die 28 aut 29. Iulij muni & certo consensu Astronomorum. Hinc colligimus, annos 208. prius ad Arbela Darium, quam Antonius & Cleopatra, ad Actium tur, totidemque annis mortuo Dario, prius imperasse Alexandrum, tonio peremptо Monarchiam adiret Octauianus.

Initium Monarchiæ Persarum.

4. Anno ante æram Domini 330. quo cœpit Monarchia Græcorum annos 208. & exurget annus ante eandem æram 538. quo Cyrus cepit ne Monarchiam Persarum erexit, si hic annos 9 imperauit: totidem buit illi Ptolemæus, in Canone, & annum eius tradit eundem fuisse Nabonassari, qui illo anno ante Christum 538. inijt 5. die Ianuarij. Pu adhæret Petauius lib. 10. cap. 15. & Haræus in Chronologia: nec alius

potest Castrius Ierem.29. vbi Monarchiam Cyri inchoat anno 3. Olymp.60. Quam sententiam pluribus adstruere conabar 2.Paral.q.3. Qui verò Monarchiæ Cyri septennium duntaxat imputant, eam erigunt, anno ante Christ.536. qui denique triennium tantum Babylonijs imperasse putant, illius imperij primordia inscribent anno ante Chr.532. Vide 1.Esdr.q.1.

Initium regni Nabuchod.

5. Anno ante Chr.538. quo nascitur mihi Persarum Monarchia, adijce 70. annos seruitutis Babylonicæ, & deprehendis caput Monarchiæ Chaldæorum anno ante Christianam epocham 608. Si quis tamen aut tardius aut citius hanc Monarchiam aperuerit, haud acriter cum eo contendam. Scriptura diuina 70. annos plurimas nationes iugum Babylonicum subijsse docet: eos puto ad primam ex hisce primis Monarchijs adæquatè applicandos. Qui aliter sapit, in Domino sapiat: sequor eos, qui nec plures nec pauciores huic imperio tribuunt 70 annos, in quibus est Cornelius hic v.43.

Doctrina Pererij.

6. Ad pleniorem harum rerum notitiam, vnius alteriusve auctoris sententias referam, & cum ea supputatione, quam veriorem existimo conferam; lector quod volet approbabit. Pererius ad illa verba. *Et digitos ex parte ferreos.* Dan.2. initium regni Babylonici constituit anno 23. Nabuchodonosoris putatque incidisse in Olympiad.38. annum Vrbis circiter 150. & durasse annos 60. Imperium Persarum inchoat ab initio Olympiad. 55. quando Cyrus apud Persas regnare cœpit ad annum Vrbis 190. Imperium Græcorum ortum censet, Olympiad.112. anno Vrbis circiter 420. & stetisse anno circiter 230. Addit regnum Ægypti floruisse vsque ad Olympiad.140. *Tunc*, inquit, *Augustus debellato, mortuoque Antonio, & Cleopatra regina AEgypti, ex regno fecit Romanorum prouinciam.* Romanum denique Imperium asserit simpliciter quidem initium habuisse cum Vrbe Roma primo anno Olymp. septimæ: summam vero amplitudinem & potentiam circa Olymp.179. subiugato per Pompeium Magnum Oriente.

Explicatur latius.

7. Ex quibus apparet Pererium voluisse potius generalem quandam & popularem horum regnorum cognitionem, tradere, quam accuratum huius prophetiæ Chronologiam. Nam *inprimis*, Daniel disertè istorum regnorum successionem prædixit, ita vt post Babylonium esset Persicum, tum Græcum, ac denique Romanum. Quo fit, vt initium imperij Romani, quo de hic agitur, non possit ad annum 1. Olymp.7. reuocari: sic enim cætera imperia hic recensita præcederet.

Deinde non est ratio cur imperium Babylonicum ab anno 23. Nabuchodonosoris auspicemur: tunc enim necdū perdomuerat Ægyptios, vt suo loco dixi.

Tertiò si ab anno 23. Nabuchodonosoris, vsque ad finem imperij Chaldæorum essent anni 60. sequeretur Babylonicam seruitutem cœpisse an. 13. Nabuchodo-

chodonosoris: idem enim annus finem attulit tam huic seruitu
rio Babylonico. Nulla autem ratio suadet, tunc seruitutem primò

Quartò, ex supputatione Capitolina, qua hic auctor vtitur, anno
incepit sub finem anni 1. Olymp. 39.

Quintò, annus 190. Vrbis iuxta computationem Varronianam
nente anno 4. Olymp. 53. iuxta Capitolinam verò ad calcem anni

Sextò, anno illo primo Olymp. 55. quo Cyrus regnum adeptus
rium nec seruitus Babylonica desiit, sed anno demum 2. Monarch
enim primum accidit, quod prædixerat Dan. cap. 2. v. 3. *post te*
minus te argenteum, anno circiter Vrbis c. 216. Olymp. 60. tertio.

Septimò, initium Imperij Græcorum bene ad Olymp. 112. alligat
illius Olympiad. victus est Darius, & mortuus, ac protinus Mon
xandrum deuoluta.

Octauò, Imperium Græcorum ab hoc anno 2. Olymp. 112. libera
mortem Antonij & Cleopatræ durauit annos præcisè trecentos
teritus contigit an. 30. ante Chr. ærã, quo cœpit annus 3. Olymp.

Nonò, Scitè notat Orientem à Pompeio subiugatum Olymp.
siquidem & Antonio Coss. quibus id factũ est an. 1. istius Olymp.

Sententia Gordoni exponitur.

8. Iacobus Gordonus annos seruituris Babylonicæ & regni
nosoris ab eadem epocha deducit, annis inde 70. transactis Imper
ab anno 1. Olymp. 55. vsque ad victum ab Alexandro Darium
sertè imperium Græcorum inchoat anno 2. Olymp. 112. Augusti
chiam ab Actiaca victoria. Quam supputationem puto legitimam
translatum à Chaldæis ad Persas imperium, Olymp. 55. opinetur
futaui, cum de annis Cyri disputarem, 2. Paral. q. 3. Idem reijciunt
ctores, qui à templo diruto ad eius instaurationẽ sub Dario Hyst
numerant. Vide 2. Paral. q. 2. Asserit idem Gordon. ad an. m. 3674.
Arbela Darium, mense Augusto die 26. Verum alij melius hoc ad
bris reijciunt: quia vndecim diebus ante Lunæ defecerat, die 20.
tat etiam breui post hanc Alexandri victoriam, Darium à Besso
occisum an. 3. Olymp. 112. quarto ferè mense, à victoria, teste Diodo
Romana supputatione, qua anni à Ianuario inchoãtur; siquidem
est anno ante Chr. 331. initio Octobris. Inde si quatuor menses
uenietur fere ad finem Ianuarij anni ante Chr. 330. quo ex diebus
anni 3 ste 3 Olymp. 112. vt ostendit tabella Concordiæ Olympiadum
nis ante æram Christi. Tract. de Olymp. q. 2. num. 3.

Examinatur Computus Torniselli.

9. Torniellus initium regni Nabuchodonosoris coniungit cum
Olymp. 38. ratus annos seruitutis Babylonicæ à Sedeciæ casu ortos

seruitutis huius,& regni Nabuchodonosoris arbitror,pari passu ab anno 1. Olympiad.43.vsque ad annum 1.Monarchię Cyri per 70.annorũ decursum procedere.Annum 1. Monarchiæ Cyri conijcit in 4.Olymp.60.eique septennium tribuit:ego Monarchiam istam inijsse puto, anno ante Chr.538. quo secundus Olymp.60.finem habuit,& Cyrum nouennio imperasse autumo. Monarchiã Græcorum credit institutam anno 3.Olymp.112.Romana scilicet computatione, vtiam Gordonum interpretabar. Victo ad Actium Antonio Romanum Imperium Augusto tribuit,anno 2.Olymp.187. anno sequenti, interitu Cleopatræ,delecum ait Græcorum imperium. Cui supputationi non video,quid efficaciter possit opponi: sicut enim quidam à Victo ad Arbela Dario, annos Alexandri:ita à profligato ad Actium Antonio Monarchiæ Augusti æram deducunt.Malo tamen ad eorum loquendi modum accedere, qui ab interitu Darij & Cleopatræ nouas Monarchias dicunt exortas.

A victo Dario ad victum Antonium anni 300.

QVÆSTIO VI.

De successoribus Nabuchodonosoris vsq; ad Cyrum.

1. BEtosus,teste Iosepho lib.1.contra Appionem & Eusebio lib.10.de Præp. Euang.hac de re ita scripsit: Nabuchodonosor itaque posteaquam inchoauit prædictum murum,incidens in languorem de vita migrauit, cum regnasset annis tribus & quadraginta. Huius regni Dominus effectus eius filius Euilmerodachus,propter iniquitates & libidines passus insidias à marito sororis suæ Niriglissoore peremptus est, cum duobus regnasset annis. Quo defuncto sumens regnum Niriglissoor,annis regnauit quatuor.Huius filius Laborosardochus principatum quidem tenuit, puer existens mensibus nouem : insidias vero passus, eo quod nimis appareret malorum esse morum, ab amicis extinctus est. Hoc itaque perempto, conuenientes hi qui fecerant insidias,communi suffragio, regnum tradidere Nabonido cuidam,qui erat ex Babylone ex eadem conspiratione,(sic enim corrigendum esse bene aduertit Petauius) sub hoc, muri circa fluuium Babyloniæ ciuitatis ex latere cocto & bitumine sunt constructi, cuius regni anno 17. egressus Cyrus è Perside cum magno exercitu vniuersa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam Vrbem. Sentiens autem Nabonidus inuasionem eius, & occurrens cum exercitu suo , atque congressus, pugna victus , & cum paucis fugatus, inclusus est, in Borsippensium ciuitate. Cyrus autem Babyloniam obsidens, & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis, eò quod nimis videretur munita, & esset ad capiendum valdè difficilis, reuersus est,ad Borsippum, Nabonidum expugnaturus. Nabonido verò expugnationem non expectante, sed prius supplicante, vius clementia Cyrus , & dans ei habitaculum in Carmania, expulit eum è

Quid Iosephus ex Berose tradat.

Babylone, Nabonidus itaque reliquum vitæ tempus in illa provincia [illegible] fatus est. Ita Berosus: quæ cum retulisset Iosephus, *hæc*, inquit, *apud nostros.*

Iosephus alibi alia refert.

2. Idem nihilominus Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 12. temere [illegible] rat: cæterum, inquiens, Nabuchodonosori mortuo, Auilamarodachus filius regnum suscepit, &c. Auilamarodacho, post decimum octauum annum, defuncto, Nigliſar filius successit cumque regnasset annos 4. cum morte mutauit: continuata deinde successione ad Labasardachum, regnum peruenit, apud quem, cùm 9. tantum mensibus hasisset, mortem eius transijt ad Baltassarem, qui Babylonijs Naboandelus. Huic bellum intulerunt Cyrus Persarum rex. & Darius Medorum, cum dum intra Babylonem oppugnatur, mirabilis quædam & prodigiosa contigit, &c.

Doctrina S. Hieron.

3. S. Hieronymus ad huius 5. capitis initium sic de Baltassare scribendum est, non hunc esse filium Nabuchodonosor, vt vulgo legitur, tantur; sed iuxta Berosum, qui Chaldæam scripsit historiam, & Iosephum Berosum sequitur, post Nabuchodonosor, qui regnauit annis 43. [illegible] regnum, eius filium, qui vocabatur Euilmarodach. de quo scriptum quod in primo anno regni sui, leuauerit caput Ioachin regis Iudæ, & eum de domo carceris. Refert idem Iosephus, quod post mortem [illegible] dach, in regnum patris successerit, filius eius Neglisar: post quem [illegible] eius Labosordach, quo mortuo, Baltassar filius eius regnum [illegible] nunc Scriptura commemorat. Quo interfecto, à Dario rege Medorum Cyri Persarum regis auunculus fuit, & Cyro Persa: quæ duo regna [illegible] forem bigæ, cameli & asini vocat, destructum esse imperium Chaldæorum. Quod quidem & Xenophon in Cyri maioris scribit infantia, & Pompeius Trogus, & alij multi, qui barbaras scripsere historias. Hunc Darium in [illegible] voluminibus, quidam Astyagen, alij Astyagis filium putant & alio [illegible] appellari nomine. Hæc S. Doctor.

Hi tres auctores in quibusdã conueniũt, in quibusdam dissidũt inter se

4. Hi auctores conueniunt 1. Quod Nabuchodonosori [illegible] merodach, Nigliſar, Labosardachus, & alius, quem Cyrus debellauit, [illegible] Nabuchodonosorus 43. annos regnauerit, & Labasardachus 9. mensibus [illegible] autem 1. quod Berosus dicat Euilmerodachum regnasse duos annos, [illegible] 4. Nabonidum vt minimum 17. Iosephus autẽ tribuat Euilmerodacho [illegible] Nigliſari 40. vltimo regi ante Cyrum 17. aut vt habet antiqua Rufini [illegible] Dissident 2. quod Berosus prodat, Nigliſarem fuisse fororium Euilmerodachi [illegible] & vltimũ regẽ, quẽ Nabonidum vocant victũ quide à Cyro, sed vita [illegible] lio in Carmania donatũ: at verò Iosephus, velit Nigliſarẽ fuisse Euilmerodachi [illegible]

filium, & parentem Laboſordachi, & Baltaſſarem huius filium regno & vita à Cyro ſpoliatum. Sanctus autem Hieronymus ex profeſſo tantum refert doctrinam Ioſephi, quam tamen ait à Beroſo traditam.

Examinatur Ioſephus.

5. Ad haſce controuerſias paulatim componendas aduerto in primis, numeros apud Ioſephum non eſſe legitimos, cum ex ijs colligantur ab initio regni Nabuchodonoſoris vſq; ad Cyrum anni circiter 119. de quibus ſi tollantur 18. quiante Ieroſolymitanum excidium euoluti fuerant; remanebunt ab vrbe euerſa vſque ad Cyrum 101. quod nec Ioſephus, nec alius quiſquam approbare poteſt. Quare non ſine cauſa Beda de 6. ætatibus ad annum m.3389. cum hunc Ioſephi computum retuliſſet, hoc addidit: *ſi tamen ipſe ſic ſcripſit, & non codex fallat mendoſus.* Deinde niſi ſermo diuinus obſiſtat, non tam facilè Ioſepho Nigliſſarem Euilmerodachi filium aſſerenti crediderim, quam Beroſo, qui eum Euilmerodachi affinem pronunciat. Nam & Abydenus ex Megaſthene apud Euſebium l.c. diſertè ſcriptum reliquit, Euilmerodachum à Nerigliſſare affine ſuo interemptum, & filium reliquiſſe Laboſardachum: *quo violenta morte ſublato, Nabonidochus*, inquit *ſucceſſit, nulla cum eo propinquitate coniunctus. Huic poſtea Cyrus capta Babylone Carmania præfecturam dedit.* Præterea Ioſephus ea quæ ex Beroſo contra Appionem retulit, *cum noſtris*, hoc eſt, ſacris literis *congruere* fatetur: quinam autem id fieri poſſit, non video, ſi vera ſunt, quæ apud eundem Ioſephum legimus lib.10. Antiq. cap.12. Itaque in hac lite, non iniuria dixerit quiſpiam Ioſephum teſtem idoneum non videri.

Declaratur Beroſus.

6. Beroſus ita ſuos annos diſpenſat, vt in totum exurgant 66. & 9. menſes, id eſt ferè 67. anni. Nec incredibile eſt, inter iſta regum parricidia, ſubinde anarchiam interueniſſe. Deinde fortè Nabonidus, ad annum 18. peruenit, vel vltrius, antequam armis ſubactus, victas Cyro manus daret, eſto Cyrus anno 17. paulatim in eum expeditionem adornare cœperit. Denique Nabuchodonoſor, vt plerique ſentiunt, annum regni 43. non nihil exceſſit. Sic vera eſſe poterunt, quæ Beroſus tradidit; etiamſi ab initio Nabuchodonoſoris, vſque ad Cyri Monarchiam anni 70. computentur, niſi valido argumento.

Canon Mathematicus hic nō prodeſt.

7. Qui hac de re altercantur, non habent ſecurum in Canone Mathematico præſidium: nam vt eum Petauius exhibet, Euilmerodacho dat annos 3. Nirigliſſari 5. Nabonido 32. Nabuchodonoſori 43. in totum 83. At verò exemplar Anglicanum Sethi, Nabuchodonoſori repræſentat 43. Euilmerodacho 2. Nirigliſſari 5. Nabonido 17. vniuerſè 67. Laboſorodachi & Baltaſſaris, neutrum exemplar meminit, niſi idem cum Nabonido fuiſſe putetur.

Quid hiſtoria Scholaſtica.

8. Hiſtoria Scholaſtica Dan. 5. refert duos fuiſſe reges Chaldæorum nominatos Nabuchodonoſores, quorum alter fuerit Magnus Nabuchodonoſor qui Iudæos Babylonem captiuos duxit, & duos filios reliquiſſe dicitur, maiorē

natu nomine patris appellatum etiam Nabuchodonosor, quipatri [illegible] proximè succesſerit, & cuius egregia facta, à Megaſthene, Beroſo, [illegible] alijs veteribus celebrata ſint. Alterum verò filium reliquerit minorem [illegible] ctum Euilmerodach, qui fratri ſuccedens ſecundo loco, poſt Magnum [illegible] chodonoſorem Chaldaicũ rexerit imperium. Hic autẽ tres habuerit [illegible] ordine imperio potitos, Negliſarẽ, Laboſardach, Nabonidũ ſive Bal[illegible]

Ea refutatur à Pererio.

9. Hæc cum retuliſſet Pererius lib. 6. in Dan. bene refellit 1. Quia [illegible] Magni Nabuchodonoſoris, nullus vel in ſacris, vel in externis hiſtoris [illegible] nomine legitur appellatus. 2. Quia præclara facinora, quæ à veteribus [illegible] bus prædicantur, illi Nabuchodonoſori debentur, qui Ieruſalem euer[illegible] non autem filio ipſius. 3. Quia in confeſſo eſt apud omnes, illum Nabu[illegible] noſorem, qui Iudæos duxit captiuos, regnaſſe vt minimùm ſolidos [illegible] Anno regni ſui octauo Iechoniam abduxit. Eundem anno tranſmigra[illegible] Euilmerodach iam ad regnum euectus, è carcere mittendum curauit. [illegible] 25. Ierem. 52. Itaque inter eum Nabuchodonoſorem, qui Iudæos [illegible] tranſportauit, & Euilmerodachũ, non interceſſit tempus, quo regnare [illegible] chodonoſor ille, quem iſta hiſtoria comminiſcitur. Denique auctor [illegible] contra omnium Scriptorum torrentem nititur, dum vult Negliſarem [illegible] ſardachum eſſe filios Euilmerodachi, fratres Baltaſſaris: vtrumque [illegible] hiſtorici, tum ſacrorum codicum interpretes, falſum eſſe docent.

Sulpitius, Theodoretus, Pererius declarantur.

10. Sulpitius ad initium lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, poſt Nabuchodonoſor [illegible] filius eius regnum eſt adeptus, quem in Chronicis Euilmerodach vocat [illegible] peri. Hic duodecimo imperij anno diem functus, fratri minori, qui [illegible] ctus eſt, locum fecit. Is cum quarto & decimo anno publicum epulum [illegible] pibus ac præfectis ſuis daret &c. & paulò infrà: eadem nocte Baltaſſar [illegible] regnumque eius Darius natione Medus occupauit. Theodoretus [illegible] numero annorum prætermiſſo, prodit Euilad-Maradach, fuiſſe fratrem [illegible] ſaris natu maiorem. Quibus Pererius opponit teſtimonium Ieremiæ [illegible] v. 7. *Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius.* Baltaſſarem autem [illegible] vltimum regem Chaldæorum, ac proinde Nabuchodonoſoris non filium [illegible] nepotem. Verum hæc oppoſitio, niſi aliquid addatur, non eſt efficax. [illegible] enim quidam auctores Baltaſſarem fuiſſe poſtremum inter Chaldæos [illegible] ges: imò Sulpitius ait Darium iſtum prius in Chaldæa 22. annos [illegible] quam Babylonij in poteſtatem ditionemque Cyri concederent. Addit [illegible] doretus Orat. 6. hunc Darium patre quidem Medo, ſed matre Chaldæa [illegible] atque adeò Nabuchodonoſoris ex filia nepotem. At verò dicendum [illegible] computum Sulpitij non eſſe legitimũ; dat enim Nabuchodonoſori [illegible] Euilmerodacho 12. Baltaſſari 14. Dario 22. ex quibus conſiunt 72. Hi[illegible]

annos 18. Nabuchodonosoris ante vrbis euersionem transactos & remanebunt 74. ab vrbis excidio, vsque ad Cyrum Monarcham: quod fieri non potest; sic enim seruitus Babylonica, cui Cyrus finem attulit, non cœpisset, nisi quadriennio post vrbis & Sedeciæ casum. Denique ex opinione Theodoreti Darius fuisset cognatus siue Amitinus Baltassaris, cui contradicunt omnes fermè recentiores & aliqui priscorum iam n. 5. relati, qui negãt vltimum ante Cyrum Chaldæorũ regem, suo prædecessori vlla cõsanguinitate fuisse coniunctũ.

Tyrannus ex parte defenditur.

11. Nicolaus de Lyra, Dan. 2. *Certum est*, inquit, *secundum omnes, quod Euilmerodach fuit filius Nabuchodonosorũ Magni & Baltassar erat filius filij sui*, *scilicet Euilmerodach*. Et paulo post ait, vtrumq; binominem fuisse, ita vt Euilmerodach etiam Regusar, & Baltassar Labosardach diceretur. Idem sentit Maldonatus. *Verum* non satis queo admirari, inquit Pererius, quemadmodum hoc fingere & affirmare ausus sit Nicolaus: cum Berosus, Alexander Polyhistor, Megasthenes, Alphæus, Nigliſarem & Labasardachum, diuersos fuisse reges, & diuerso tempore regnasse, quam Euilmerodach & Baltassarem apertissimis verbis confirment. Quod glossema Pererij, quoad Euilmerodachum & Nigliſarem, verum est: at enim quoad Baltassarem, & Labosardachum, prisci illi videtur eorum opinionem confirmare, qui Baltassarem autumant fuisse penultimum Chaldæorum regem, non à Cyro, sed à suis familiaribus interfectum, eique successisse Nabonitum, siue Darium origene Medum. Sic enim ea quæ Labosardacho tribuuntur, Baltassari non ineptè conueniunt.

Sententia Pererij.

12. Pererius censet 1. Baltassarem, non filium sed nepotem fuisse, regis Nabuchodonosoris, nec tamen post Nabuchodonosorẽ, secundo; sed quarto loco regnasse. Nam aliquem è neporibus Nabuchodonosoris regem Babyloniorũ fuisse, constat ex oraculo Ieremiæ. cap. 27. v. 7. Nepos autem ipsius non fuit Euilmerodach, nec vllus post Baltassarem: *siquidem eo regnante*, inquit, *Babylonicum imperium à Medis & Persis euersum est*. Vnde concludit Baltassarem fuisse illum filium filij Nabuchodonosoris, cui gẽtes omnes seruiuerũt. Quod autem quarto loco regnauerit, fidẽ facit auctoritas plurimorum & grauissimorũ Scriptorũ, Berosi, Alexandri, Megasthenis, Alphæi, Iosephi, Eusebij, Hieronymi & Bedæ, qui inter Euilmerodachũ & Baltassarem, Nigliſarem cum Labosardacho inseruũt. Censet 2. Pererius, Nabuchodonosorẽ annos 43. in imperio vixisse, nempe ante captiuitatẽ Sedeciæ 18. post eã 25. tũ Euilmerodach 18. Baltassaré 17. Vnde confiũt anni 60. tantũ, quibus addendos putat 10. partim Nerigliſſaris, partim Labosardachi, vt sic habeãtur 70. an. à casu Sedeciæ ad Cyrũ vsq; transacti.

Exemitur.

13. Fateor equidem Baltassarem Magni Nabuchodonosoris nepotem: vtrũ antè quarto post Nabuchodonosorẽ loco, & postremus Chaldæorũ imperarit, disputari solet, Antiquissimi auctorum tradũt, eum qui tertio loco regnauit, &

Lar-

Laboſardachus nominabatur, miſerè trucidatum, Beroſus, Megaſthenes, Phlegon, Polyhiſtor, Apollodorus, Alexander Polyphæus, Abydenus, Alexander: quod Sulpitius, Theodoretus, Petrus Comeſtor, Orioſius, Iuſtinus, Eutropius, Paulus Diaconus

tanquam mendacia, reijci si salua diuinorum eloquiorum maiestate & certitudine possunt admitti; qua de re quæstionem sequentem pono.

QVÆSTIO VII.

An vera Berosus de Chaldæorum regibus tradiderit.

Berosi obijciuntur.

QVænam tradiderit initio quæstionis præcedentis retuli: quibus obijcitur 1. Euilmerodach idem videtur esse, cum Baltassare, cuius hic meminit Daniel. Ergo Berosus fidem non meretur. Antecedens probant aliqui 1. quia Daniel narratis ijs, quæ ad Nabuchodonosorem spectabant, mox quæ à Baltassare gesta sunt, adnectit 2. quia hic idem Propheta Baltassaris patrem, semper Nabuchodonosorem vocat. 3. Ieremiæ 50. v. 2. Baltassar vocatur Merodach, qui videtur idem esse cum Euilmerodach. 4. quia Baruch 1. vers. 11. *Orate*, inquit, *pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Baltassar filij eius.*

Euilmerodach non fuit Baltassar vltimus Rex Babylon.

2. Ego verò nescio cuinam videri possit esse verum, quod assumit hæc argumentatio, (præsertim si Baltassar regum Chaldæorum seriem clausit, vt sentiunt, qui hæc suadere conantur) reclamantibus vnanimi consensu, auctoribus penè infinitis, vt ex præced. q. colligere licet. Nec quicquam permouet ratio 1. siquidem Daniel, neque omnia recenser, quæ reges Chaldæorum gesserunt, nec temporis ordinem vbique seruat. Sic mirum non est, quod Euilmerodachum silentio prætereat, & prius cap. 5. ea pertractet, quæ sub interitum Baltassaris contigerunt, quam oracula quæ anteà sub eodem rege diuinitus acceperat cap. 7. & 8. Nabuchodonosor hoc 5. cap. sæpius vocatur pater Baltassaris more Hebræorum, qui omnes progenitores, siue auos, siue proauos patres appellant, vt S. Hieronymus, Maldonatus, Sanctius & alij plerique huius capitis interpretes monent: atque ita secundæ rationis petitio facile declinari potest. Tertiam sola inficiatio resoluit: ibi nomine Merodach aut idolum aut communi rex Chaldæorum, aut demum ille quidem, quem hic Daniel Baltassarem vocat, non quod sit idem cum eo, qui 4. Reg. 25. Euilmerodach appellatur; sed quod ab antiquis Babyloniæ regibus, patronymicè Merodach nuncupetur. Quisnam autem fuerit ille Baltassar, quem nobis *quartæ rationis* proponit, certò non constat. Communis coniectura est, eum aut binomium fuisse, eundemque cum Euilmerodacho qui Iechoniæ laxauit carcerem, aut certè fratrem illius, qui morte præuentus Euilmerodacho paternum reliquerit imperium. Ita docent Maldonatus, Sa, Menochius & alij. Baruch 1. quod verò Baltassar ille cuius meminit Baruch, sit idem cum isto, de quo agitur Dan. 5.

Ad 1. & 2.

Ad 3.

Ad 4.

hactenus nemo probauit. Imò plerique omnes tam prisci, quam Ne[illegible] sertis verbis, inter Nabuchodonosorem & Cyrum, plures in [illegible] Chaldæorum referunt, quam vnum vt dictum q. præcedenti.

Obiectio 2. 3. Obijcitur 2. Qui nullo partium studio præuentus, attente [illegible] cap. 5. maximè Græcè, & Chaldaicè, non videtur aliud indicare [illegible] quod eodem tempore, quo regnum à Baltassare separatum, seu [illegible] Medos & Persas translatum sit, & Darius Medus ei successerit. [illegible] ij, qui à communi sententia deflectunt. Darium istum, ἀμφοτέρως [illegible] sari successisse; sed imperium adhuc 17. circiter annos penes Chald[illegible] se, qui cum regem suum Baltassarem è medio sustulissent, Darium [illegible] ne vnum elegerant retenta apud se Monarchia.

Resp. solida. 4. Ego verò in hac responsione non omnino acquiesco, ob [illegible] quarum prior ducitur ab auctoritate omnium ferè huius loci [illegible] cuius sensum eum esse dicunt, vt indicet ipsam regni à Baltassare [illegible] nihil aliud esse, quàm principatus ad Medos & Persas translationem [illegible] tempore factam. Altera ratio est, quod Daniel cap. 6. palam faciat Da[illegible] qui proximè Baltassarem secutus est regnum administrasse legibus [illegible] Medorum ac Persarum: siquidem illi, qui Danieli struebant insid[illegible] hæc retulerunt v. 7. *consilium inierunt omnes principes regni tui, magistratus [illegible] Xenatores & iudices vt decretum imperatorium exeat* &c. In Græco vocan[illegible] narij, siue Ordinatores, Duces, Consules, quos Persas & Medos fu[illegible] versiculus 8. *Nunc itaque rex confirma sententiam, & scribe decretum, vt non [illegible] quod statutum est, à Medis & Persis*, siue vt habet Græcum: *statue cōstitutionem [illegible] pone scripturam, vt non mutetur decretum Persarum & Medorum.* Rursus Dan[illegible] cusare volentibus respondet rex. *Verus est sermo, iuxta decretum Medorum [illegible] sarum, quod præuaricari non licet* v. 12. Et infra cum Darius in Danielem [illegible] tentiam cunctaretur: *Scito*, inquiunt, *quia lex Medorum atque Persarum [illegible] decretum quod constituerit rex, non liceat immutari* v. 15. quem locum [illegible] explanans Theodoretus ait: nō es Dominus, vt ea quæ lege sanxisti, [illegible] tere. Medorum enim & Persarum leges iubent, vt latæ leges à princip[illegible] seruentur. Ex quibus liquidò manifestum est, Darium in regno ad[illegible] consilijs legibusque Medorum ac Persarum vsum fuisse, quod nō [illegible] in Nabonidum Berosi, qui ad annum decimum septimum regnasse [illegible] quonam enim pacto fieri potuit, vt tanto tempore Chaldæi à Medis [illegible] eorumque legibus gubernaretur, antequam Cyrus eos imperio spol[illegible] Cyro Monarchia non est ad Medos & Persas translata: vt omnes [illegible] sacer autem textus indicat, regnante Dario Medo, Persas & Medos [illegible] titos, siquidem horum legibus Babylonij viuere cogebantur. Itaque [illegible]

Hieronymus & alij ferè omnes hîc monent Darium Medum Cyro in expugnatione Babylonica præsto fuisse, eique regnum Chaldæorum, indulgente Cyro traditum, vt illud tanquam armis Medorum & Persarum in Cyri potestatem redactum, Medorum ac Persarum legibus moderaretur: quia vt non semel inculcat S. Hieronymus in cap. 5. & 6. Danielis tunc *vnum regnum erat sub Dario & Cyro Medorum atque Persarum*, cui principatus Babylonius accreuerat.

5. Obijcitur 5. Recentiores fatentur se hac in controuersia S. Hieronymum & Iosephum sequi: hi autem Berosum ducem & auctorem suæ doctrinæ habuerunt: ergo si hic ab illis duobus discrepat, ei potius, quam istis adhærebimus, tanquam liquidiorem aquam ex ipso fonte hauriente. *Obiect. 5.*

Respondeo in primis negandum non esse, quin aut Berosus, aut Iosephus cum S. Hieronymo, & infinita penè auctorum multitudine à scopo veritatis aberrent, quem errorem Berosi tribuere malo, quam istis, qui etiam Scripturam ducem sequuntur, dum Chaldæos sub Dario, non suis sed Persarum & Medorum legibus vixisse tradit. Iosephi quidem auctoritate hic in omnibus circumstantijs non inuitor, quippe cuius codices non vbique inter se conueniant, nec legitimos annorum numeros repræsentent: ei tamen assentior, dum asserit vltimum regem Chaldæorum fuisse Baltassarem, eoque sublato victis Chaldæis Medos & Persas imperasse ac leges dedisse. *Resp. 1.*

6. Enimuerò & moderni & prisci Danielis & Isaiæ interpretes Berosi fragmenta viderunt per Iosephi & Eusebij industriam huc vsque conseruata: ea tamen non omni ex parte admiserunt, eo quod intelligerent, mox, Daniele cap. 6. attestante, post Baltassarem, regnum Babylonicum à Medis & Persis administratum. Nec est, quod quisquam Berosо Theodoretum aut Sulpitium adiungat. Berosus enim, & ex eo Megasthenes atque Abydenus vltimum Chaldæorum principem nulla consanguinitate cum penultimo coniunctum fuisse produnt: Theodoretus autem Oratione 6. cum hac de re multis egisset, tandē concludit, Darium Medum materno genere Nabuchodonosoris nepotem fuisse. siue vt paulo ante dixerat pronepotem. Sulpitius verò, hunc Darium putat fratrem Euilmerodach. Itaque non video rationem, qua Berosi fragmenta propugnari possint, cum omnibus particulis historiæ annexis. *Resp. 2. Berosum in quibusdā errare.*

7. Neque verò alienum est ab Ethnicis Scriptoribus falsa quædam subinde rebus ad Iudaicam vel Christianam historiam spectantibus aspergere, vt fecit Iustinus, qui lib. 36. inter cætera ait Iudæos Damascena ciuitate oriundos, primum eorum regem fuisse Damascum, secundum Azelum, tum Adorem, Abraham, Israëlem, Moysen filium Iosephi, ducem exulum factum, sacra Aegyptiorum furto abstulisse, *quæ repetentes armis Aegyptij domum*, inquit, *redire tempestatibus* *Ethnici falsa quædam habēt de rebus sacris.*

compulsi sunt. Et infra: *Post Mosen filius eius Aruas, sacerdos sacrù Aegyptij, nomi-*
tur, semperque exinde hic mos apud Iudæos fuit, vt eosdem regis & sacerdo-
Quemadmodum igitur Petauius lib. 10. cap. 17. ait in historia regum
Amasidis, quædam esse commentitia, & ab Aegyptijs contra fidem
addita: ita credibile est, Berosum quædam tradidisse, quæ à veritate
& ab ijs, quæ de vltimo Chaldæorum rege sacrarum literarum mo-
consignata sunt, sicut errauit Suetonius in Claudio, dum ait Iudæos
Christo assiduè tumultuantes Roma expulsos.

Quot annos regnauerit Baltassar.

8. Obijciunt aliqui Berosi defensoribus Baltassarem ad annum
tertium peruenisse, Dan. 8. vers. 1. ergo non fuisse Labosardachum, qui
non nisi 9. menses imperauit. Verum facilè respondeant illi
rent cum parente quatuor annis regnasse, tum solum 9. menses; in
citer quinquennium: Danielem autem annos numerasse, à
illius.

An fuerit filius Euilmerodachi.

9. Obijciunt etiam nonnulli illud Ieremiæ 27. vers. 7. *Et seruient*
gentes, & filio eius, & filio filij eius. Illi verò respondent, hoc dictum, esse
si idiotismo Latino diceretur; seruient Nabuchodonosori, & filio
eius, nempe Euilmerodacho, & Baltassari, qui ex filia fuit nepos Nabu-
nosoris. Hinc Petauius ait, vocem Hebraicam *ben*, hoc loco pro
citer vsurpari: *latè enim*, inquit, *interdum accipitur, vt generum etiam*
verò dicunt Baltassarem esse filium Euilmerodach, strictam vocis
nem retinent, & aiunt à Nabuchodonosore ad Euilmerodachum,
Baltassarem, huius filium peruenisse. Non licet autem dubitare,
sar vnus fuerit è posteris Magni Nabuchodonosoris, siue pater
num genus ab eo duxerit.

Corollarium 1.

10. Ex dictis colligo 1. Nabonidum Berosi, non fuisse Darium
nielis. Ita passim docent sacri interpretes, Isaiæ 21. & Danielis 5.
mus, Hugo, Lyranus, Pererius, Sanctius, Cornelius, Maldonatus,
Menochius, Haræus, &c. Torniellus, Salianus in Annalibus,
Gordonus in Chronologijs, Vincentius lib. 3. hist. cap. 10.

Corollarium 2.

11. Colligo 2. probabile videri, Nabuchodonosoris successores
merodach, Niriglissar, Nabonidus, siue Baltassar, vt habemus
dam exemplaria Canonis Mathematici. Fortè etiam
Labosardachus vocabatur ipse Bal-
tassar.

DAN. VII. v.1.3.25.

Initium regni Euilmerodachi & Baltassaris.

Anno 1. *Baltassaris regis.* Euilmerodach ex Berosi sententia biennium regnauit, & annus illius primus, vt sacra pagina indicat, cum anno 37. transmigrationis Iechoniæ concurrit, qui erat, vt supputo 26. ab excidio Ierosolymitano. Itaque annus primus Baltassaris meo iudicio non fuit 27. ab Vrbis euersione, sed posterior, quicquid aliqui in contrarium opinentur.

4. Imperia.

Vers. 3. *Et quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari.* Hæ significabant quatuor imperia, quorum initia & durationes alibi indicabam. Leæna repræsentabat regnum Chaldæorum: Vrsus secundam Monarchiam, in cuius ore tres ordines comparebant v. 5. nempe tria regna Chaldæum, Medicum, Persicum, quæ Cyrus in suam potestatem redegit, quasi tres bolos deuoraret, Pardus v. 6. designabat Monarchiam Græcorum: bestia quarta v. 7. Romanorum.

Error Caluinis.

Vers. 25. *Ad tempus & tempora, & dimidium temporis.* Bene notat Pererius errare Caluinum, qui ait his verbis tempus incertum significari: nam veteres passim per *tempus*, annum intelligunt; per *tempora* biennium, per *dimidium temporis*, dimidium annum. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, & alij in hunc locum. S. Augustin. lib. 20. ciuit. cap. 25. Irenæus lib. 5. cap. 30. Cyrillus Catechesi 25. Hippolytus de consum. sæculi &c.

DAN. VIII. v. 22.

Quatuor reges de gente eius consurgent. Agitur hic de Alexandro Magno, qui anno ante Chr. 324. extinctus est, eoque extincto post annos 12. surrexerunt quatuor principes, Antigonus, qui Asiæ præerat Philippus, qui Macedoniæ, Seleucus, qui Syriæ, & Ptolemæus Lagi, qui Ægypto.

QVÆSTIO VIII.

Quoto anno ante æram Christi obierit Alexander Magnus.

Ratio dubitandi.

1. IOsephus lib. 1. contra Apionem, *Alexandrum*, inquit, *professentur vniuersi* 114. *Olympiade fuisse defunctum.* Idem tradit Arrianus lib. 7. Diodorus lib. 17. & clarius Eusebius lib. 8. dem. 2. Mortuus est, ait; Alexander initio centesimæ & quartæ decimæ Olympiadis, post Cyrum annis 236. qui apud Persas regnare cœpit, ineunte Olympiade 55. Cum autem annus primus Olymp. 114. inierit anno ante Christi æram 324. & in æstatem anni sequentis desierit; quæstio est, vtrum hoc anno ante Chr. decesserit Alexander.

Epocha Philippi.

2. Æram Philippi, siue à morte Alexandri, quam ab Arabibus Tirik Dilkar-

P.
H. Philipp
Chronol
Vet. Testa
A IV
17

naim vocari tradit Petauius lib.10.cap.38.communis & vera Chronol
sententia ab anno ante Christi æram 324.nempe ab anno 1.Olympiad
exeunte,sed ineunte deducit,quibusdã frustra renitentibus, vt Iunt
uisio, Capello,qui horum annorum epocham anno 323. ante Christ
stituunt. Communem doctrinam confirmat S.Hieronymus,qui Dar
lexandro scribit: *cum triginta & duos annos ætatis haberet, & duodecimum re*
num, in Babylone veneno periit Sulpitius lib. 2.sacræ hist. *exacto*, inquit, *duode*
perij anno, septimo postquã Darium deuicerat apud Babyloniã defunctus est Eutro
igitur doctrina anno ante Chr.324.adijce 12.& peruenies ad an.336.
gnus Alexander Philippo parenti suo in Macedoniæ regnum succes
tur aduersarij, Caluisius, Capellus. Quo spectat illud 1.Mach.1.v.1.
Alexander annis 12. & mortuus est. Totidem annos illi post Philippum
annumerat Tertullian. contra Iudæos, & ex Eratosthene Clemens Alex
nus lib.1.Stromatum, qui vt bene aduertit Salianus, eo etiam nomine
ni sententiæ adstipulatur, quod à condita Roma, vsque ad obitum A
enumeret annos 429. intelligo exactos, vt mox de Censorij suppura
cam. Rursus anno isti 324. adde 7. & exurget annus 331. quo certum
rium ab Alexandro ad Arbela profligatum.

Fauet Censorin.

3. Huc accedit luculentum Censorij testimonium, qui lib.de die
cap.21.in aureo illo variarum ærarum nexu, annum Philippi, siue A
xandri 562.componit cum anno Iuliano 283.Vrbis 991.à 1.Olymp.1
annum fuisse æræ Christi 238.indubitatum est,huic adde 324.& repe
tem annum 562.à morte Alexandri: cui si adiunxeris 429.annos Vrbis
Alexandri mortem effluxere, pertinges cum Censorino ad annum Vr
Vnde etiam palam fit,ante mortẽ Alexandri numerãdas præcisè Olym
113.hoc est,annos Iphiti 452.quos si anno 562.ab obitu Alexandri
resultabit annus à 1.Olympiade 1014. vt colligit Censorinus. Quæ
lus in tabulis annum 1.ab excessu Alexandri cum 1.Olymp.114. apte
sic enim Alexandri mortem in annum ante æram Christi 324. tacite
quod disertè faciant Salianus & Petauius.

Nexus annorum Domini & Philippi

4. Itaque si dato cuilibet anno Dom.adijciantur 324 prodibit annus
te Alexandri, stylo Iuliano & Gregoriano. Si proposito anno Philippi
quam 324.demantur 324. relinquetur annus æræ Christi. Si propositus
Philippi, qui non superet 324. annus propositus tollatur de 325. vt resi
merus annum ante Chr. repræsentet. Si denique exhibeatur annus ante
324.non excedat,eum annum aufer à 325. & elicies annum à morte A
ineuntem. Quæ omnia intelligenda sunt, de annis Philippi, quorum
Kalẽdis Octob. deducatur, & qui sint Iulianis æquales: si enim vagi

principiũ, dato anno à morte Alex. adijciantur 424. vt habeatur annus Nabonassari, qui cũ eo cõgruit. v.g. anno 2. ab obitu Alex. adde 424. proueniet annus Nabonassari 426. cuius Thoth incidit in diẽ 12. Nouẽb. ann. ante ærã Chr. 323.

5. Hanc annorum consociationem aptissimè stringit annor. Nabonassari, & Philippi cõcursus, quẽ laudatissimus auctor Censorinus ad nos transmisit. *Vt à nostris inquit, ita ab AEgyptijs quidam anni in literas relati sunt, vt quos Nabonassari nominant, quòd à primo imperij eius anno consurgant. quorum hic nongentesimus octogesimus sextus est. Item Philippi, qui ab excessu Alexandri M. numerantur, & ad hunc vsque perducti, annos quingentos sexaginta duos consummant. Sed horum initia semper, à 1. die mensis anni sumuntur, cui apud AEgyptios nomen est Thoth, quique hoc anno fuit ante diem 7. Kalendas Iulias.* Itaq; vnus idemq; annus est Nabonassari 986. & 362. Philippi, qui incidit in fer. 2. die 25. Iun. Subaudi anno Iuliano 283. æræ Christi. 238. cyclo Solis 23. lit. Dom. G. Vnde colligimus annum 1. à morte Alexandri fuisse 425. Nabonassari, qui inijt anno ante Chr. 324. Siquidem ex Censorini computatione ab epocha Nabonassari inclusiuè, vsq; ad Epocham Philippi exclusiuè, intercedũt anni 424. ita vt annus 1. Philippi adiunctis sibi 424. repræsentet annũ 425. Nabonassari, sicuti ann. 362. Philippi, si ei 424. addãtur, exhibet 986. Nabonassari. *Probatur 1.*

6. Eadem est Ptolemæi Alphragani, Albategnij doctrina. Nã Ptolemæus expresse vltimum annum Alexandri tradit esse eandem cum 424. Nabonas. & vltimum Cleopatræ cum 718. Nabonassari ac 294 à morte Alex. Vide Canonem Mathem. vbi constanter, inter Epochas Nabonassari & Philippi Aridæi intermissum 424. annorũ cernere licet, vbi annus 7. à morte Alexandri, & 431. Nabonassari idem esse traditur cum 7. Philippi Aridæi, quem scil. Macedones sublato Alexandro, mox regem constituerunt, & Philippi nomine consalutarunt.

7. Pari ratione Alphraganus à Nabonassari primordio vsq; ad Iesdegirdem numerat annos æquabiles Persicos 1379. & 3. menses: ab Epocha verò Philippi vsque ad eundem Iesdegirdem annos 955. & 3. menses. De 1379. tolle 955. remanebit diastema Epochæ Nabonassari & Philippi annorum 424. ita vt apud Alphraganum annus 425. Nabonassari, à primo Philippi non distinguatur. Annus porrò 425. Nabonassari cœpit feria 1. die 22. Nouembris, vt clare ostendi *Opusc. de annis Dom.* & c. cap. 9. & 12. quod ipsum disertè fatetur Capellus ad ann. 3677. Ergo inijt anno ante Christ. 324. cyclo Solis 22. lit. Dom. A. ad diem 21. Nouembris affixa. Anno vero sequenti, hoc est, ante Chr. 323. fuit cyclus Solis 23. lit. Dom. G. quæ ostendit diem 12. Nouemb. incurrisse in fer. 2. quæ annum 2. à morte Alexandri aperiebat. *Probatur 2.*

8. Eodem modo suos calculos digerit Albategnius, c. 30. & communem sententiam trium eclipsium notatione cõfirmat, quarum prima fuit lunatis anno post mortem Alexandri 1206. die 23. mẽsis Tamuz, hoc est anno Dom. 883. *Probatur 3.*

Iulij

P.
H. Philipp
Chronol
Vet: Testa
AIV
17

Iulij 23. cum autumno præcedenti annus ille 1206. inijsset, ... Octobris anno Christi 882. Huic adde 324 ante Chr. exortos, & ... num 1206. ab excessu Alexandri. Nec est, quòd suspiceris hanc Lu... nem anno 884. tribuendam: nam vel ipsa Epacta illius anni, quæ ... cat diem 23. Iulij longè remotam à plenilunio, quo solo Luna ... *Secunda eclipsis* fuit solaris anno Philippi 1214. die 8. mensis Ab, ... quam tabulæ Mathematicæ anno Domin. 891. repræsentant, ... Octobris proximè transactis annus ille 1214. incepisset: qui ... annum Domini 890. apponantur 324. *Tertia eclipsis* fuit rursus Lu... no Philippi 1224. die 2. Ab siue Augusti, quæ incidit in annum Do... cyclo Lunæ 9. Epacta 7. sed anno præcedenti, nempe 900. Kalend... emerserat annus ille Philippi 1224. qui resultat, si ad annum Domi... ponantur 324.

Epocha duplex annorum Philippi.

9. Ex dictis duo corollaria deducuntur. Alterum annorum Ph... plex initium ab auctoribus vsurpari: quandoque enim fixum ad Ka... ctobris constituitur, quod tribus eclipsibus iam recensitis ex Alb... ctum patet; quandoque verò hi anni solutum ac vagum habent ... eo planè modo, quo Thoth Ægyptius in annis Nabonassari, vt ... pla ex Censorino, Ptolemæo; Alphragano nuper allata. Vago ... vsus est Albategnius, dum anno Philippi 1206. æquinoctium ... deprehensum die 19. Elul, nimirum anno Domini 882. die 19. ... Nam si ad annum illum methodo vsitata adijciantur 424 proderit ... bonassari 1630. ortus fer. 2. die 15. Februarij, vt tradidi *Opusc. de anno* ... & 12. Sic ista obseruatio facta est, die 8. mensis Pachon, quam in 19. ... Iuliani incidisse patet ex Opusc. cit. cap. 13. Alterum corollarium est ... audiendum auctorem libri *nouæ veræq; Chronologiæ*, dum occinit ... xandri in annum ante æram Christi 311. differendam. Vtrumque hoc ... rium egregiè declarat Petauius lib. 10. cap. 39. & 40.

QVÆSTIO IX.

Quot annis epocha regni Græcorum præcedat ... Christi.

Varia nomina horũ annorum.

1. HI anni sunt ijdem cum ijs, qui vulgo dicuntur Contrectum ... dum Chaldæos Seleucidarum, Syro-Græcorum, Syro-Ma... post Alexandrum, post mortem Alexandri Dilkarnaim, quo... tio passim occurrit in libris Machabæorum. Et licet in *Introd. Chron.* ... tius ea de re disputauerim; quia tamen communem quam ibi tradidi ...

quidam Neotericorum serio impugnant, rursus hic eadem confirmanda putaui, vt veritatis splendor clarius effulgeat.

Oriuntur an. 312. ante Chr.

2. Hæc æra consurgit ab anno ante Christi epocham 312. fluente, quo acta est Olympias 117. in qua Parmeno Mitylenæus palmam retulit: nempe duodecim annis à morte Alexandri completis. Ita censent Serarius 1. Machab. 15. Perer. libro nono in Danielem, Samerius & Gordonus in suis Chron. Petauius lib. 10. cap. 43. secuti antiquiores, Rabanum 1. Machab. 1. Sulpitium libro secundo sacræ histor. Bedam de 6. ætatibus ad annum m. 3669. vbi scribit: *Decimotertio Ptolemæi anno Syriæ & Babyloniæ, & superioribus locis regnare incipit Seleucus Nicanor, à quo tempore Machabæorum Hebræa historia Græcorum supputat regnum, & Edesseni sua tempora computant.* Eadem habet Adonis Chronicum ad annum m. 4537. Eusebius libro 8. dem. 2. cuius doctrinam hisce verbis reddit S. Hieronymus Daniel. 9. *Seleucus subiugata Babylone diadema totius Syriæ & Asiæ capiti suo imposuit, anno 12. mortis Alexandri, in quod supputantur omnes anni à Cyri imperio ducenti quadraginta octo. Ex qua æræ, Scriptura Machabæorum regum Græcorum enumerat.* Computat hosce 248. annos Cyri à primo Olympiadis 55. inclusiuè, vsque ad annum primum regni Græcorum exclusiuè. Consentit Iosephus, dum lib. 12. Antiq. cap. 7. refert captam Vrbem Ierosolymorum ab Antiocho, 143. anno ex quo primum ad Seleuci familiam Syriæ regnum deuenerat. Hoc enim anno ante Christi æram 170. gestum probabo 1. Machab. 1.

Probatur exemplis.

3. Exemplis rem declaraui in Introd. Chronol. *Primo*, exortæ hæreseos Manichæorum anno regni Græcorum, vt omnes fatentur 588. qui fuit ex Baronij & aliorum sententia, æræ Christi 277. quo fluente expletus est iste annus Græcorum 588. & initio Octobr. 589. inchoatus. *Secundo* Nicena Synodus habita est anno Domini 325. ad 13. Kalendas Iunias, vt tradunt vnanimi consensu historici: erat autem tunc decima nona mensis Dæsij, anno Græcorum 636. Tria alia exempla nobis suppeditat Albategnius, quæ in *Chron. Introd.* reperies.

Duplex initiũ horum annorũ singulorum.

4. Quemadmodum anni mortis Alexandri: ita etiam regni Græcorum siue Contractuum, aliquando principium habent fixum ad Kalendas Octobris; aliquando vagum instar annorum Nabonassari, vt explicatum est, quæstione præcedenti. Quando annis istis fixum datur exordium, hæ regulæ adhibeantur.

Regula pro capite annorum stabili.

Prima. Si ad annum Christi propositum adijciantur 312. exurget annus Græcorum, illo anno Christi labente exoriens.

Secunda. si anno contractuum proposito, maiori quam 312. subtrahantur 312. remanebit annus Christi, quo ille Contractuum aperitur.

Tertia, si annus Dilkarnaim non maior quam 312. subtrahatur, [illegible]quet annum ante Christ. quo ortus est.

Quarta, si annus ante Christum propositus non maior 312. sub[illegible] 313. relinquet annum regni Græcorum tunc emergentem.

5. Quod si vagum habuerint initium; his regulis vtendum erit.

Regula pro capite vago. *Prior*. Dato anno Contractuum, adde 436. & prodibit annus Na[illegible]ris, qui idem habet in anno Iuliano exordium. v. gr. quando [illegible] Contractuum? huic addantur 436. & conflabitur annus 440. Na[illegible] inceptum cum anno quarto Contractuum, anno ante Christ. 305. [illegible]uembris.

Posterior regula. De anno proposito Nabonassaris, qui excedat [illegible]stum numerum 436. & relinques annum Dilkarnaim tunc inchoa[illegible] Anno Nabonassaris 444. exime 436. remanebit annus Dilkarnaim [illegible] anno 444. Nabonassaris oritur anno ante Chr. 305. die 7. Nouembr[illegible]

Obiectiones 4. 6. Est tamen quorundam opinio, vt Tornielli & Saliani, qui [illegible]dem ex communissima Scriptorum, tam antiquorum, quam recen[illegible]tentia horum annorum epocham, anno ante Christum 312. constitu[illegible]

1. hilominus causas afferunt, cur ab ea supputatione recedant. Prima [illegible] ex 1. Machab. 4. v. 52. quo templum à Iuda Machabæo emundatum [illegible] anno regni Græcorum 148. ex communi autem sententia, hæc emu[illegible]

2. cideret in annum 4. Olymp. 153. contra Iosephi testimonium, qui lib. [illegible] cap. 7. hoc ad Olympiadem 154. retulit. *Secunda causa* deprominitur [illegible]chab. 6. vbi annus 150. regni Græcorum dicitur fuisse sabbaticus: qu[illegible] ex communi sententia ad annum ante Chr. 312. regni Græcorum epo[illegible]

3. videtur admittere. *Tertia causa* esse potest, quod totus ferè annus [illegible]leuci concurrat cum decimo quarto Ptolemæi Lagi, atque adeo no[illegible]

4. xandri, vt tradit Diodorus. *Quartam causam* suggerit liber 2. Mach[illegible]dum exigit, vt regnum Græcorum anno 2. Olympiad. 117. inchoetur. [illegible] quiunt, cùm prior liber dicat Antiochum Epiphanem mortuum [illegible] centesimo quadragesimo nono; posterior refert literas Eupatoris [illegible] eius datas anno centesimo quadragesimo octauo, & tamen post ob[illegible]tiochi. Vnde concludunt annum primum regni Græcorum incidisse [illegible]lymp. 117. & concurrisse cum 3. eiusdem Olympiadis: ac proinde [illegible]tractuum cœpisse anno ante vulgarem Christi epocham 311. Qu[illegible] meo iudicio nihil officiunt communi supputationi.

Ad 1. 7. Ad primam enim respondet Salianus ad an. m. 3742. num. 4. [illegible]modicam esse Iosephi in re Chronologica auctoritatem. Deinde [illegible] tunc annus æræ Iudaicæ 3597. quo necdum finito, celebrata est Olym[illegible]

Eo igitur sensu, secundum Iudaicam supputationem, templum dici potest à Machabæis diuino officio restitutum, Olympiade 154. quo S. Petrus martyrio affectus anno 14. Neronis, & Christus dicitur anno 4. Olymp. 204. in sententia Baronij, computatione Romanâ cruci affixus.

8. Ad 2. dico illum annum 150. Græcorum, inijsse anno ante Christi æram 163. & quidem à mense Nisan, Hebræa sacrorum annorum supputatione, qua vsus est auctor libri primi Machabæorum: ab isto autem mense Nisan, vsque ad Tisri per sex menses adhuc fluebat annus Sabbaticus, præcedenti autumno inchoatus, anno ante Christum 164. computi Iudaici 3598. Si Antagonistæ nostri æram annorum sabbaticorum cum Olympiadibus & annis, prout oportebat legitimè coniunxissent; concursum anni 150. Græcorum cum sabbatico, & anno ante Christum 163. reperirent, nec esset, cur à communi doctrina recederent. *Ad 2.*

9. Ad 3. sicuti epocha Christi vulgaris aliquantulum ab ipsa Christi Nativitate discrepat; ita exordium æræ Seleucidarum, ab enthronismo Seleuci distare potest, siue ea distantia paucorum sit mensium, siue plurium. Neq; enim opus est semper, vt quælibet annorum epocha, rem illam, à quo nomen habet rigore Mathematico attingat. Ex æquo & bono, morali quadam libertate, solemnes æræ qualis est regni Græcorum, Vrbis, Christi &c. institui possunt. Hinc Salianus vno anno, Torniell. biennio, signanda Christi natiuitate communem epocham Christianorum anteuertunt. *Ad 3.*

10. Ad 4. respondent nonnulli, æram illam, qua Seleucidæ reges in epistolis historiæ Machabæorum insertis vsi sunt, esse distinctam ab æra regni Græcorum, & vno anno tardiorem. Alij vnam tantum æram hic agnoscunt, & aiũt lib. 1. Machabæorum ab initio Nisan inchoari, à Seleucidis autem ab autũno: Antiochum Epiphanem interijsse, & Eupatorem eas epistolas misisse, ineunte anno regni Græcorum 149. computatione Hebræa, quando Seleucidæ fluentem adhuc 148. numerabant, eo modo quo Iudæi in suis Ephemeridibus singulos Christi annos à mense Tisri, tribus ferè mensibus ante nos auspicari soleũt. Quod pluribus, Deo dante ad libros Machabæorum explicabo. *Ad 4.*

DAN. IX. v. 2.

VT *complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni.* Hæc explicata sunt 2. Paralip. c. 7. num. 10. quia nempe desolatio istos 70. annos terminauit, quibus Babylonica seruitus perdurauit. Ad huius capitis intelligentiam, necessaria est disputatio de 70. Hebdomadibus Danielis, quæ cùm paucis non possit absolui, eam in plures quæstiones distribuo, seruato ordine quem ab initio huius libri, hucusque deduxi.

QVÆSTIO X.

Quid Hebræi de 70. hebdomadibus Dan[illegible] tradant.

Supputatio Hebræorum.

1. S. Hieronymus in commentarijs huius capitis, refert vnam He[illegible] opinionem, qua fatentur istas hebdomadas absolui annis [illegible] initio Darij Medi vsque ad euersam sub Hadriano Ierosolymam [illegible] nantur, ita vt 62. hebdomadas ab Dario Medo, vsque ad Titum; [illegible] reliquas vsque ad cladem Iudæis ab Hadriano illatam transactis [illegible] nonnulli eorum, vnam hebdomadam, partim sub Vespasiano, [illegible] driano decurrisse velint. *Hæc, inquit, loquuntur Hebræi non magnopere [illegible] mo anno Darij regis Persarum, vsque ad extremam subuersionem Ierusalem [illegible] driano eis accidit, supputari Olympiades 174. id est, annos 696. qui faciunt [illegible] Hebraicas 99. & tres annos.*

1. Error eorum.

2. Qua de re, hæc mihi notanda occurrunt, quæ ad Chronolo[illegible] ctant, omissis illis interpretationibus, quibus Hebræi sacrum [illegible] torquent. *Primum*, Hebræi Darium Medum, vna cum Cyro impe[illegible] mant, neque regnum Cyri Persicum distinguũt, ab eiusdem Mona[illegible] lonica. Constat autem anno 1. Olymp. 55. Cyrum Persidis regno [illegible] vero Hadriani 20. desinente, finita est Olympias 228. ac proinde ab [illegible] & Cyri, vsq; ad istum annum, erunt anni 696. qui numerus 70. [illegible] domadas longè excedit. Et confirmatur ex eo, quod annus 1. Olymp. [illegible] anno ante æram Christi 560. qui si addantur 136. anni eiusdem æræ, [illegible] ad annum 20. Hadriani excurrerunt, confient 696.

2. Error quod tempora distrahant.

3. Notandum *secundò*, quod Vespasianus imperium adeptus [illegible] Christi 69. Adrianus autem anno 117. quod si liceat vnam hebdoma[illegible] in partes distrahere, easque tot annorum interuallo seiungere, poterit [illegible] idem de singulis hebdomadibus statuere, & eorum durationem [illegible] annos extendere. Quo enim iure Hebræi tot annos inter duas [illegible] madæ partes inserunt; alius duplo plures, imò quotquot placuerit, [illegible] & hasce hebdomadas, ad mundi finem producet.

Alij errores.

4. Notandum *tertiò*, Hebræorum delirio validè à S. Hieron. [illegible] non vtatur accurata supputatione. Cyrus enim etsi vniuersè annos [illegible] rit: Babylone tamen non vltra nouennium imperauit, ab anno ante [illegible] ter 538. vt suo loco supputaui. Taceo controuersam de Dario Medo [illegible] taceo Hadrianum ante finem Olymp. 228. bellum Iudaicum confe[illegible] non erat, cur S. Hieron. Iudæis refellendis ad hasce minutias descende[illegible]

5. Aliam Hebræorum opinionem ex alijs refert hoc loco Pererius, qua asserunt hasce hebdomadas oriri ab excidio templi primi; desinere in excidium secundi, sub Tito. Hoc temporis spatium duas in partes secant: priore decem hebdomadas complectuntur, nempe à templo sub Nabuchodonosore diruto, vsque ad eiusdem post annos 70. sub Dario Hystaspis instaurationem. In alteram partem conijciunt reliquas 60. hebdomadas, id est, annos 420. quibus secundum templum stetisse asserunt: nempe sub regno Persarum 43. annis, tum sub Græcorum principatu 180. inde sub Machabæis 103. denique sub Herode, & posteris eius 103. qui omnes simul iuncti efficiunt 420.

Supputatio 1. Hebræorum.

6. Quod isti Rabbini perperam Danielem interpretentur, clarè docent huius propheriæ expositores Christiani, quod etiam in annorum calculatione hallucinentur, ostendo. Ex eo capite, quod 70. annos à templi casu, vsque ad annum 2. Darij, quo restaurari cœpit, enumerent; non redarguo: cùm non pauci orthodoxi idem censeant. Nec admodum resistam, si dixerint absolutam omni ex parte Domum secundam anno 9. Darij, post 78. annos ab vrbis destructione. Quod verò durationi istius secundæ Domus quadringentos duntaxat & viginti annos impatent, nullo modo ferendum est. Hæc enim teste sacro eloquio, extrui cœpit anno 2. Darij Hystaspis, qui inijt anno ante æram Christi 520. Tirum autem Ierololyma euertit, anno eiusdem æræ 70. ex quibus resultant anni, non 420. sed 590. extremis inclusis. Idem erit computus, si quis per Olympiadas annorum rationes exigat. Siquidem annus 2. Darij, incidit in annum 1. Olymp. 65. qui est Olympiadicus 257. & Titus secundam ædem incendit anno 2. Olymp. 212. ineunte, qui est 846. Olympiadicus.

Refutantur 1.

Templum 2. stetit annos non 420 sed 590.

10. Hebræi dum aiunt euolutos post decem primas hebdomadas, 43. annos sub Persis sub Græcis 180. sub Machabæis 103. sub Herodiadis 103. conficiunt annos 429. Ergo vel 70. hebdomadas excedunt, vel inter 10. & vndecimam, nouem annos vacuos interponunt, & in ea incommoda incurrunt, quæ iam num. 3. recensebam.

Refutantur 2.

11. Adhæc compertum est, victum ab Alexandro Magno Darium vltimum regem Persarum anno ante Christum 331. Olympiadis 112. secundo: Darium Hystaspis ad regni fastigia euectum, anno ante Chr. 521. Olymp. 64. quarto. Si ab initio Darij, vsque ad finem regni Persarum anni 190. elapsi sunt. Vnde igitur illi Rabbini 43. annos sub Persis transactos computare volunt? Mathathias parens Machabæorum, principatum & suæ gentis patrocinium suscepit anno regni Græcorum 145. cui si 19. addantur, perueniemus ad pugnam Persis fatalem ad Arbella commissam. Ergo à deuictis Persis anno ante Christum 331. vsque ad Mathathiam, qui anno ante Christum 168 populum defendere cœpit, non 180. sed 163. annos sub regno Græcorum putabimus. Præterea:

Pro annis 190. ponit 43.

Alij errores Hebræorum.

Herodes, à Romanis ad Iudææ regnum euectus est, anno ante æram 40. hunc numerum tolle de 168. ante eandem æram numerandis, quam thathias arma contra tyrannum arripuit; remanebunt, sub Machabæis 103. sed 128. Denique ab initio regni Herodis, vsque ad excisam à Tito lymam, non sunt anni 103. sed 110. è quibus 40. ante Christi Epocham sunt, & post eã 70. extremis in numerũ adscitis. Hæc fusius prosequor, lius intelligantur, & accuratius considerentur, quæ contra Iudæos Danielis interpretes afferunt, vt Cornelius in hanc prophetiam, Quam

Pererius explicatur

12. Pererius in Dan. lib. 10. q. 2. & lib. 12. sub initium ac alibi censet Medum regnare cœpisse Olymp. 54. moxque instante Olymp. 55. Babylonem Cyro subactos. Ego verò magis assentior illis, qui negãt vtrumque. Cyrus puto prius Persis vnũ & viginti, tum Babylonijs nouem annos imperasse, rius autem Medus, anno ferè præcedenti successit Baltassari, quam Cyrus bylonem suo imperio adijceret, vt plerique censent; vel annis circiter vt paucissimi opinãtur, ac proinde, annis nõ paucis Darius Medus post piadem 54. regno Chaldæo potitus est. Sed iam ad varias Christianorum domadibus Danielis opiniones, veniamus, quas prout mihi occurrerunt scripta retuli, saluo aliàs cuiusq; auctoris, vel sanctimoniæ vel antiquitatis

QVÆSTIO XI.

Quid Africanus hac de re scripserit.

Computatio Africani.

1. AFricani opinionem de hisce hebdomadibus refert Eusebius lib. monst. 2. & prolixè S. Hieronymus Dan. 9. his verbis. Africanus to temporum volumine de septuaginta hebdomadibus hæc locutus est. Capitulum quod in Daniele de septuaginta hebdomadibus legimus & mirabilia continet, quæ nunc longum est dicere: ergo quod ad præsens pertinet de temporibus disserendum est, nullique dubium, quin de Christi prędicatio sit, qui post septuaginta hebdomadas mundo apparuit, quem cõsummata sunt delicta, & finem accepit peccatum, & deleta tas & annunciata iustitia sempiterna, quæ legis iustitiam vinceret, & visio & prophetia. Quia lex & prophetæ vsque ad Baptistam Ioannem ctus est Sanctus Sanctorum: quæ omnia priusquam Christus humanum pus assumeret, sperabantur magis, quàm tenebantur. Dicit autem ipse 70. annorum hebdomadas, id est, annos quadringentos nonaginta, sermonis vt respondeatur, & vt ædificetur Ierusalem. Vicesimum

regis Persarum annum habere principium. Nehemias quippe huius pincerna, sicut in Esdræ libro legimus, rogauit regem, accepitque responsum, vt ædificaretur Ierusalem. Et iste egressus est sermo, qui extruendæ vrbis & circumdandæ muris daret licentiam, quæ vsque ad illud tempus vicinarum gentium patebat incursibus. Siquidem ad Cyri regis imperium qui volentibus reuerti Ierosolymam dederat potestatem, Iesus Pontifex & Zorobabel, & postea Esdras sacerdos, & cæteri qui cum eis proficisci voluerant, templum & vrbem, & muros eius ædificare conati sunt, prohibentibus in circuitu nationibus, ne impleretur opus, quasi hoc rex non iussisset. Manst itaque imperfectum opus, vsque ad Nehemiam & vicesimum annum regis Artaxerxis: quo tempore regni Persarum centum & quindecim anni fuerant euoluti: captiuitatis autem Ierusalem centesimus octogesimus & quintus annus erat: & tunc primum Artaxerxes, iussit muros extrui Ierusalem, cui operi præfuit Nehemias. Et ædificata est platea, & muri circumdati, & ex illo tempore si numerare velis, 70. annorum hebdomadas, vsque ad Christum poteris inuenire. Quod si harum principium, ab alio tempore volueris sumere, & tempora non concurrent, & multa reperiemus contraria. Nam si à Cyro, & prima eius indulgentia, qua Iudæorum est laxata captiuitas, septuaginta numerentur hebdomades, centum & eo amplius inueniemus annos, qui statutum septuaginta hebdomadarum excedant numerum, & multo plus, si ex qua die locutus est Danieli Angelus additurque amplior numerus, si captiuitatis exordium, volueris hebdomadarum habere principium. Permansit enim regnum Persarum, vsque ad initium Macedonum annis ducentis triginta, & ipsi Macedones regnarunt annis trecentis, atque exinde vsque ad annum quintumdecimum Tiberij Cæsaris, quando passus est Christus, numerantur anni sexaginta, qui simul conficiunt annos, quingentos nonaginta, ita vt centum supersint anni. A vicesimo autem anno Artaxerxis regis, vsq; ad Christum complentur hebdomadæ septuaginta, iuxta Lunarem Hebræorum supputationem, qui menses nõ iuxta solis, sed iuxta Lunæ cursum numerant. Nam à centesimo & quintodecimo, anno regni Persarum, quando Artaxerxes rex eiusdem imperij vicesimum regni sui habebat annum, & erat octogesimæ & tertiæ Olympiadis annus quartus, vsque ad ducentesimam secundam Olympiadem, & secundum eiusdem Olympiadis annum, Tiberijque Cæsaris annum quintumdecimum, colliguntur anni quadringenti septuaginta quinqué, qui faciunt annos hebraicos quadringentos nonaginta, iuxta Lunares, vt diximus, menses, qui secundum illorum supputationem possunt facere per singulos menses dies 29. & semis: ita vt Solis circulus per annos 490. plus habeat dies 365. & quartam diei partem, & per duodecim menses singulorum annorum, vndecim dies & quar-

Insignis computatio Africani.

& quarta diei pars amplius reperiatur. Vnde Græci & Iudæi per octo-
ium mensium ἐμβολισμοὺς faciuut. Si enim octies vndecim, & quar-
em volueris supputare; nonaginta dies, hoc est, tres menses efficies, &
ingentis septuaginta quinque annis, octonarij reperientur anni 59. &
es, qui simul faciunt plus minusue annos quindecim: quos si 475.
lueris addere, septuaginta annorum facies hebdomadas, hoc est, sim-
quadringentos nonaginta. Hæc Africanus eisdem verbis quibus ea
locutus est.

De 5. punctis eam recipio.

2. Hanc Africani doctrinam, quia multa continet, quæ ad Chron-
spectant, eam huc transcribendam & paucis examinandum putaui:
in quibusdam ei assentior; in quibusdam non omni ex parte. Assen-
mò, dum ab enthronismo Persico Cyri, vsque ad annum 20. Artaxer-
mani supputat annos 115. qui si completi accipiantur, includendus
1. Olymp. 55. quod ad finem inclinato Cyrus regnum adijt: sin autem
rente sumatur; annus 115. à Cyro currens incidet in 20. etiam curren-
stræ tabulæ ostendunt. Assentior illi *secundò*, dum coniungit annum
83. cum 20. Artaxerxis. *Tertiò*, dum ait Persarum regnum, nempe à p-
exordio, tenuisse annos 230. Macedones regnasse annos 300. nimirum
so Dario, vsque ad interitum Antonij & Cleopatræ. *Quartò*, dum ab
Olympiadis 83. vsque ad annum 2. Olymp. 202. colligit annos solat-
quidem anno ante æram Christi 445. inijt ille quartus Olympiadis
eiusdem æræ 30. ortus est 2. Olympiadis 202. *Quintò*, fateor ab anno
55. quo Cyrus regnum Persicum adeptus est, vsque ad annum 2. Oly-
reperiri annos 590. nempe 100. amplius, quam contineat Periodus 49-
rum, quibus hebdomades Danielis absoluuntur.

In 5. alijs reijcio.

3. In his autem ab Africani ratiocinijs discedo. *Primò*, annum
Ierusalem 185. & vicesimum Artaxerxis coniungit: at verò si nomine
intelligatur septuagenaria seruitus Babylonica, puto ab eius initio, vsque
annum Longimani, centum circiter ac sexaginta tres annos esse nume-
Sin verò *captiuitas Ierusalem* idem sit, quod eius excidium; annos supp-
Secundò, laxatam opinatur Iudæorum captiuitatem anno primo Cyri
sas regnantis: ego Cyrum annos 21. prius regnasse arbitror, quam Iudæ-
triam remitteret. *Tertiò* à soluta captiuiuitate, vsque ad annum 15. Tiberij
computat 590. & eo amplius: ego solum 566. nempe ante Christi epoch-
inde 28. *Vide tabulas annorum expansorum.* *Quartò* Passionem Domini
annum Tiberij 15. ego vel ad 17. vel ad 18. labentem differo, idque la-
in *quæstionibus de annis nati & passi Saluatoris, cap* 20. & 21. *Quintò*, annum
202. cum 15. Tiberij cõfundit; cum reuera anno æræ Vulgaris Christi

aut 20. Augusti mensis, Tiberius annum 15. imperij sit auspicatus, anno 4. Olymp. 201. paulo ante inchoato: annus verò 2. Olymp. 202. cœpit anno Dom. 30. Longino & Quartino Coss. sub finem anni 16. Tiberij. Denique si Christus passus est isto anno 2. Olymp. 202. necdum absoluto, vt velle videtur Africanus; passio Domini incidit, non in decimum quintum, sed decimum septimum annum Tiberij, iam ad finem pronum, vt clarè exposui illo *Opusculo de annis Saluatoris*, cap. 1. in serie Consulum, cap. 3. num. 9. & in tabulis annorum expansorum. Verum verò istæ hebdomadæ, annis Lunaribus constent, postea disputabo, q. 14.

QVÆSTIO XII.

Quid hac de re tradiderit Eusebius.

1. EVsebius Pamphili lib. 8. de demonst. Euang. cum Africani sententiam retulisset, suam triplicem adiungit, ac in primis ait illis verbis: *ab exitu sermonis* &c. nihil aliud intelligendum esse, quam seriem Pontificum, qui post illam propheriam populo Iudaico præfuerunt. Deinde supputat ab initio Cyri, vsque ad templum sub Dario Hystaspis perfectum, septem primas hebdomadas, nempe 46. annos, vsque ad annum 6. Darij, & ex Iosepho addit tres alios annos, quibus templo quædam extrinsecus adiecta sunt: sic fiunt anni 49. à Dario vsque ad obitum Alexandri Iannæi regis Iudæorum, post quem principatus in fœminam recidit, 62. hebdomadas impendit, vltimam autem hebdomadam longe ab alijs remouet, vt paulo post dicam. *1. Expositio Eusebij.*

2. Secunda supputatio illius in hoc solum differt à præcedenti, quod 62. hebdomadas, à septem primis distinctas, vsque ad captam à Pompeio Ierosolymam propagatas opinetur. Tertio denique modo hebdomadas 69. ait posse deduci à templi fabrica, anno 2. Darij repetita, vel vt alij interpretantur sexto, vel vt putat Salmeron, nono, vsque ad Augustum atque Herodem, quando Hircano perempto legitima successio principum Iudæorum defecit. *Secunda.* *Tertia.*

3. Dum hæc fusius explicat Eusebius, quædam notatu digna inserit. *Primum*, Alexandrum Magnum obijsse ineunte Olympiade 114. vel vt refert S. Hieronymus Olympiade 113. nempè vel ferè, vel omnino finita: excessit enim Alexander anno ante æram Christi 324. quando annus 4. Olymp. 113. effluxit, & primus Olympiadis 114. ortus est. *Secundum*, initium regni Græcorum constituit annis 12. ab obitu Alexandri, à primordio Cyri 148. transactis, incluso nimirum anno 1. Olymp. 55. sub cuius finem Cyrus regnare cœpit. *Tertium*, tradit librum 1. Machabæorum claudi morte Simonis anno regni Græcorum 177. ab exordio regni Cyri 425. nempè inclusiuè. *Quartum*, ab initio Cyri, vsque ad mortem Alexandri Iannæi numerat annos 482. subaudi exclusiuè. Quo etiam modo *5. Notabilia ex Eusebio.*

accipi debet numerus 495. annorum, quos à Cyro, vsque ad Ierosoly[illegible] Pompeio captam supputat. Siquidem hoc accidit anno ante Christum [illegible] tonio & Cicerone Coss. ex 63. autem & 495. colligitur annus 588. qu[illegible] annus 2. Olymp. 55. & primus Cyri.

Tres eius expositiones reijciuntur.

4. Porro tres illi modi, quibus hebdomadas explicat Eusebius [illegible] reijciuntur. Nam semper vltimam hebdomadam post Christi bapti[illegible] cit, ac proinde iuxta primum modum, quo morte Alexandri Iannæi [illegible] ta nouem hebdomadas claudit, inter penultimã & vltimam hebdoma[illegible] anni facile intercessissent; iuxta secundum modum circiter 80. iuxta [illegible] re 60. reperirentur. Quod si eiusmodi interualla comminisci licuerit, [illegible] quispiam quoad stabit mundi machina, Danielis hebdomadas pro[illegible] dixi q. 10. num. 3. Adhæc nulla prorsus est causa, cur vel obitu Iannæi, [illegible] à Pompeio Ierosolymis, vel regno in Herodem collato, sexaginta nou[illegible] domadæ finiantur. Præterea primus modus duplici vitio laborat: nam [illegible] ginta annos ab initio Cyri, ad initium Darij enumerat, cum 38. solum [illegible] rint, nempe 30. Cyri, Cambysis & Smerdis 8. Deinde anno primo, q[illegible] regno Persico potitus est supponit Iudæorum captiuitatem fuisse [illegible] Contrarium autem ostendi 2. Paralip. q. 3. Quomodo templum qua[illegible] annis ædificatum fuerit, explicui 1. Esdræ cap. 6.

Alii errores eius.

5. Huc accedit, quod Eusebius fateatur ἅλωσιν Ierosolymitanam [illegible] nis 495. post initum à Cyro regnum. Ergo ipso teste, quando Pompe[illegible] solymam cepit, iam 70. hebdomades præterierant, quia non nisi [illegible] continent, nisi forte inter ipsas hebdomadas vacua pro arbitrio spa[illegible] quat, & ea incommoda velit incurrere, quorum memini paulo ante q[illegible] 3. Rursus si hebdomades absoluuntur eo tempore, quo Augustus ann[illegible] ni sui Ægyptum, & orbem terrarum obtinuit, vt auctor ille supponit, [illegible] perientur anni 483. ab anno 2. Darij, vsque ad annum istum 15. Tiberij, [illegible] inde alibi quærendum est caput istarum hebdomadum. Ægyptus enim [illegible] gusti potestatem venit, anno 30. ante vulgarem Christi epocham, [illegible] dantur 483. peruenietur ad annum ante istam epocham 513. Annos [illegible] Darij septennio citius aduenerat.

Opinio quorundam falsa.

6. Denique monet S. Hieronymus, aliam etiam opinionem ab [illegible] proponi, nimirum, *quod plerique vnam hebdomadam in annos 70. extendant* [illegible] bene & succinctè refutat S. Doctor dum ait: *sed nescio quomodo superiores [illegible] das, septem & sexaginta duas per septenos annos, & hanc vnam per denos, id est, [illegible] annos possimus accipere.* Ipse autem Eusebius hanc opinionem non sequitur, vt rectè aduertit Petauius.

QVÆSTIO XIII.

Quid hac de re, teste S. Hieronymo, censuerit Hippolytus, Apollinarius, Clemens Alexandrinus.

S. Hieronymus in cap. 9. Dan. Hippolytus, inquit, de ijsdem hebdomadibus opinatus est ita. Septem hebdomades ante reditum populi supputat, & 62. post reditum, vsq; ad natiuitatem Domini, quarum tempora omnino non congruunt. Siquidem regni Persarum, ducenti & triginta supputantur anni, & Macedonum trecenti, & post illos vsque ad natiuitatem Domini anni triginta, hoc est, ab initio Cyri regis Persarum, vsque ad aduentum Saluatoris anni quingenti sexaginta. Nouissimam quoque hebdomadam ponit in consummatione mundi, quam diuidit in Eliæ tempora & Antichristi, vt tribus & semis annis, vltimæ hebdomadæ Dei notitia confirmetur, &c. Hæc in medium affert S. Hieronymus, de quibus hæc annoto. *Opinio Hippolyti.*

1. *Primo* notandum, accuratam esse, & ad vulgarem Christi æram quadrare huius sancti viri interpretationem, qua regno Persarum dat 230. annos, Græcorum 300. post istos vsque ad Christum numerat annos 30. Sedenim ab initio regni Cyri, vsque ad æram Christi nati, sunt anni 560. incluso nimirum, anno 1. Olymp. 55. quo fluente Cyrus regnum apud Persas est adeptus. *Insignis supputatio S. Hieronymi.*

3. *Secundo* notandum, triplici ex capite Hippolyti opinionem non mereri fidem: tum quia 49. annis ante laxatam à Cyro captiuitatem, inijssent istæ hebdomadæ, & longe ante Christum Ducem, imò ante Christum natum expirassent; quod nec Hippolytus ipse concesserit: tum quia postremam hebdomadam nimium quantum distrahit ac remouet à cæteris, vt iam dictum quæst. 10. numer. 3. Denique post 69. hebdomadas Hippolytus Christi natiuitatem ponit: cum Angelus post totidem septimanas Christum asseruerit occidendum.

4. Apollinarius autem Laodicenus docebat, ab exitu Verbi, quando Christus de Maria Virgine generatus est, vsque ad 40. annum, id est, finem septem hebdomadarum, Israelis expectatam pœnitentiam. Postea verò ab octauo Claudij Cæsaris anno, cõtra Iudæos Romana arma correpta. Triceſimo enim iuxta Euangelistam Lucam anno ætatis suæ cœpit in carne Dominus Euangelium prædicare, & iuxta Ioannem Euangelistam per tria paschata, duos postea impleuit annos, & exinde sex Tiberij computantur anni, & quatuor C. Cæsaris cognomento Caligulæ, & octo Claudij, id est, simul anni 49. *Opinio Apollinarij.*

qui faciunt hebdomadas annorum septem. Cum autem quadringenti
quatuor anni post hoc fuerint euoluti, id est, sexaginta duæ hebdomadæ
ab Elia, qui venturus est, iuxta sermonem Domini Saluatoris, vt restitu
patrum ad filios, in vltima hebdomada, ædificandam Ierusalem & te
per tres annos & semis, &c. Et paulo post subtexit S. Hieronymus: Ass
tem idem Apollinarius hanc se temporum capere iacturam, quia Ar
scriptor temporum, vltimam hebdomadam in fine mundi esse testa
posse fieri, vt iunctæ diuidantur ætates, sed omnia sibi iuxta prophe
nielis esse tempora copulanda. Hæc ibi: de quibus notanda quædam o

Eius falsitas.

5. *Primum*: huius opinionis falsitatem ipse temporis decursus iam
patefecit. Siquidem hebdomades istæ secundum Apollinarem ab ore
profluunt; anni 490. septuaginta hebdomadibus contenti nullo inter
temporis interiecto distrahuntur, & vsq; ad mundi finem propagantur
falsum esse liquido comperimus; sic enim mundus non vltra 490. Ch
num stetisset. *Secundum*, Christus ex communi sententia, post suum
ma, non biennio tantum, sed triennio superstes fuit, ante suam passio
ostendi *Opusc. de annis Saluatoris*, cap. 14. *Tertium*. Ex opinione huius
Christus non peruenisset ad annum vitæ mortalis 33. contra commu
ctorum sensum, vt docui ibid. cap. 15. Passus verò esset Tiberio V. &
Coss. quod alias probabile est. *Quartum*. Annus octauus Claudij in
tium Februarij anno Dom. 48.

Opinio Clem. Alexand. falsa.

6. Clementis Alexandrini sententiam ita describit S. Hieronymus: C
vir eruditissimus, presbyter Alexandrinæ Ecclesiæ parui pendens anno
merum, à Cyro rege Persarum, vsque ad Vespasianum & Titum Impe
Romanos, septuaginta annorum hebdomadas dicit esse completas, id
nos 490. additis in ipso numero, duobus millibus, trecentis diebus, de
supra diximus, Persarumque & Medorum & Cæsarum tempora in
madibus enumerare conatur, cum iuxta diligentissimam supputationem
mo anno Cyri regis Persarum atque Medorum, in quo imperauit &
vsque ad Vespasianum & euersionem templi supputentur anni 630.
Hieronymus.

Animaduersio Petauij in Clementē.

7. Dionysius autem Petauius lib. 12. cap. 30. Clementis ratiocinia
los reuocat accuratius & monet *primò*, ex sensu illius, hebdomadas
no 2. Cyri: huic enim annos trecentos, Cambysi vndevicenos assignat,
bus confiunt 49. anni, septem hebdomadibus completi, quas putat
Darij terminatas, & sic annum primum Cyri necessario excludit. Mo
dò, hebdomadas à Clemente, non continuari, sed temporibus distrahi
secum ipse pugnaret. Nam Persarum imperio 235. annos impertit, cum

1.
2.

ritum Cleopatræ 304. enumerat, ex quibus 539. anni constantur, ac ideo si anni 490. harum hebdomadum nulla diuisione interposita cohærent; sexagesima nona ad mortem Cleopatræ non pertingeret, tantùm abest, vt ad Christum duceretur. Vltimam verò hebdomadem palam à præcedentibus abiungit, dum eius initium capit ab extremis Neronis temporibus, & eam templi vastatione sub Vespasiano concludit.

8. De Clementis computatione his modis explicata, occurrunt ista. *Primum*: bene S. Hieronymus, ab anno 1. Olymp. 55. quo labente Cyrus Persarum cepisse imperium, vsque ad annum, quo Titus euertit Ierosolymam supputat annos 630. inclusis terminis, nempe anno ante Christi æram 560. & æræ eiusdem 70. *Secundum*: Cambyses post mortem Cyri, non imperauit annos vndeviginti, sed solum septem & menses quinque Cambysen secutus est, Smerdis Magus, per 7. menses, quibus octauus Cambysæ expletus est. Quo fit, vt annus 20. ab interitu Cyri, fuerit secundus Darij Hystaspis. *Tertium*: regnum Persarum ab initio Cyri vsque ad mortem Darij Codomanni non nisi 230. annos stetit; regnum Græcorum 300. Itaque ab initio Cyri, vsque ad finem Cleopatræ, non 539. sed solum 530. anni supputandi sunt. *Declaratur supputatio Clementis.*

QVÆSTIO XIV.

Quid hac de re visum fuerit Sulpitio, Q. Iulio Hilarioni, & Tertulliano.

1. SEuerus Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ sic scribit: Consummatio restitutæ vrbis trigesimo & secundo imperij Artaxerxis anno refertur: à quo tempore, vsque ad Christi crucem, id est, Fulium Geminium & Rebellium Consules, anni trecenti nonaginta & octo. Cætetum à restitutione templi, vsq; ad euersionem, quæ sub Vespasiano Consule, per Titum Cæsarem consummata est, anni quadringenti octuaginta & tres. Prædictum id olim à Daniele, qui ab instauratione templi, vsque ad euersionem, sexaginta & nouem hebdomadas futuras prænunciauerat. A die autem captiuitatis Iudæorum, vsque ad tempus restituræ ciuitatis fuerunt anni ducenti sexaginta. Hæc Sulpitius. *Computatio Sulpitij.*

2. Hic errauit (& cum eo Scaliger atque Caluisius) *primò*, quod templi instaurationem retulerit ad Darium Nothum, quem ipse Ochum appellat, vt dixi 2. Esdræ 1. q. 3. vbi probaui restaurati templi gloriam Dario Hystaspis filio tribuendam esse. *Errauit secundò*, quod sub Artaxerxe Mnemone Esdram & Nehemiam venisse Ierosolymam & mœnibus vrbem cinxisse putauerit. Hoc sibi Artaxerxes Longimanus vendicat, vt 1. Esdræ q. 6. probatum. *Tertiò*, quod absolutam vrbis reparationē anno 32. Mnemonis crediderit. Id anno 20. Longimani *6. Errores Sulpitij.* 1. 2. 3.

P.
H. Philipp
Chronol.
Vet. Testa
A IV
17 a

4. vel desinente, vel exacto contigit, iuxta ea quæ 1. Esdræ 6. v. 15. notabam tò, nec verum est, ab anno 32. Mnemonis, vsque ad Geminos Coss. pro annos 398. Annus enim 32. Mnemonis inijt anno ante Chr. 374. cui annus Domini 29. quo Rubellius & Fusius Gemini consulatum gessi confient anni 403. inclusis vtrimque terminis. Taceo non esse accommo supputationem, qua Geminis Coss. tribuitur passio Saluatoris, vt lo

5. bam in *quæstionibus de annis Saluatoris*. *Quintò*, à templi restitutione, vsque euersionem sub Vespasiano, sunt plures anni, quam 483. Nam anno Hystaspis perfecta est Domus secunda, die tertia mensis Adar, anno sti æram 515. huic adde annum Domini 70. quo Titus eam ædem incendi ficies annos 583. Nec est, quod recurras ad annum 6. Darij Nothi annus principium capit, ab anno ante Christum 419. cui si addideris istum 70. æræ Christi, quo Ierusalem cum templo in cineres concidit

6. bis annos 489. inclusiuè. *Sextò*, à captiuitate Iudæorum, sub rege Sedecia ad annum 2. Darij Hystaspis, sunt anni 70. vt declaratum 2. Paralip. adde reliquos 35. annos Darij, Xerxis 21. & Longimani 20. colliges ann ab vrbis excidio, vsque ad perfectam murorum eius reparationem. Sic tempus, vsque ad annum 32. Mnemonis extenderetur, addendi essent anni Longimani 20. Darij Nothi 19. & Mnemonis 32. ex quibus conf anni 217. à capto Sedecia, vsque ad annum 32. Mnemonis inclusiuè annum Sulpitius vrbis consummationem refert, & 260. annos illos fluxisse asserit. Fallitur itaque dum putat Danielem pronunciasse, ab tione templi, vsque ad euersionem eiusdem hebdomadas annorum nouem futuras.

Sector hic numeros, nõ glossas.

3. Aduertat Lector, me in hac tota de 70. hebdomadibus disputa eptas quorundam auctorum interpretationes dissimulare: quippe qui huius prophetiæ expositoribus corrigendas relinquo. Solos annorum ros consector, nisi quædam occurrant, quæ ad eos ritè colligendos, ne mihi attingenda videantur.

Hilarionis 5. asserta.

4. Q. Iulius Hilarion suum de hebdomadibus sensum his verbis *Primo*, eas orditur anno 1. Darij Medi, captiuitatis Ierusalem 21. abso

1. tas autem putat, anno 148. regni Græcorum. *Secundo*, illas solito more

2. partes diuidit, quarum prima septem hebdomadas complectitur, & Cyri completas asserit. Secundam partem 62. hebdomadibus comprehe vsque ad annum 141. regni Græcorum producit, nempe per annos 434 vna hebdomade contentam aperit anno 142. Græcorum, & 148. con

3. *Tertio*, ait Nabuchodonosorem captis Ierosolymis imperasse annos 18 tassarem triennium. Darium Baltassari successisse, & anno 1. Darij pos

de hebdomadibus oblatam Danieli. *Quarto*, ab anno 1. Cyri vsque ad imperium Alexandri numerat annos 263. quos in reges Persarum sic dispensat. Cyro dat annos 30. Cambysi 9. Mago menses 9. Dario Hystaspis 36. annos. Artaxerxi 72. Artabano 7. menses, Dario Notho annos 29. Ocho 22. Arseti 17. Dario 6. Ab Alexandro Macedone, vsque ad Antiochi tempora supputat ex libris Machabæorum 141. annos: ex quibus conficit annos 434. siue hebdomadas sexaginta duas. *Quinto*, asserit vltimam hebdomadam sub Antiocho durasse vsq; ad diem 25. mēsis 9. *anni regni Græcorū* 148. *in quo anno*, inquit, *cōplentur hebdomadæ omnes* 70.

4.

5.

Refutantur 5. annotationibus.

5. Hæc doctrina scatet erroribus, siue id ex Auctoris ignorantia, siue librariorum oscitantia, siue aliunde acciderit: nam *in primis* annus 148. regni Græcorum desijt anno ante Christum 164. Olymp. 154. primo. Adde annos 490. exunge annus ante æram vsitatā 654. quo cœpit 3. Olymp. 3. nempe 90. annis & amplius ante Cyrum; Hilarion autem ab origine hebdomadum, vsque ad Cyrum tantum 49. annos colligit. *Deinde* annis 141. Græcorum, quo 62. hebdomadas à Cyro inchoatas terminat, finitur anno ante æram Christi 171. adde illas 62. hebdomadas, hoc est, annos 434. proueniet annus ante Chr. 605. quo cœpit annus quartus Olymp. 43. vnde vsque ad Cyrum sunt plures quam 40. anni. Ergo illæ 62. hebdomadæ, aut ab anno 1. regni Cyri non oriuntur, aut in annum 141. regni Græcorum non desinunt. Taceo Judæos anno 1. quo Cyrus regnum Persicum obtinuit, libertati non fuisse restitutos. *Tertio*, Nabuchodonosor ante excisam Ierusalem regnauerat annos 18. siquidem anno eius 19. eam per Nabuzardam incendi curauit, vt patet 4. Reg. 25. v. 8. Inde Hilarion eidem regi non nisi alios 18. annos assignat: quo pacto triginta dum taxat & sex annos regnasset, contra omnium historicorum & Chronologorum fidem, qui Nabuchodonosorem 40. & amplius annos regnum administrasse testantur, vt dixi 4. Reg. q. 20. *Adhæc* Prisci auctores, suffragantibus vnanimi consensu recentioribus negant Darium Medum annis 49. regnasse ante Cyrum: quod tamen asserit Hilarion. *Quinto*, ab anno 1. Cyri, vsque ad imperium Alexādri prætierunt anni non 263. sed solum 230. Cambyses non nisi 7. annos, & 5. menses imperauit, Magus 7. menses. Nec mihi persuadere possum annos regum ritè apud Hilarionem consignari. Vide catalogum regum Persarum, ad calcem lib. 2. Esdræ. *Sexto* anni regni Græcorum exordium capiunt, non ex eo tempore, quo Alexander post mortem Darij, à Persis ad Græcos transtulit imperium: sed annis octodecim tardius, nimirum exactis ab excessu Alexandri 12. annis, vt tradidi hoc lib. q. 9. Itaque ab initio Alexandri vsque ad Antiochi tempora sunt anni non 141. sed 159. Denique dies illa 25. Casleu, anni 148. regni Græcorum incidit in annum ante æram Christi 165. non procul à 23. Nouembris, aut vno mense tardius, vt alibi dicebam.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

6. Ter-

Tertullianus in plurimis erranit.

6. Tertullianus libro contra Iudæos latè istarum hebdomadum C
logiam tractat, & tam multa peccat, vt iudice Pererio longum & n
foret, omnia eius errata refellere: aliqua tamen breuiter attingam. P
1. peccat, quod à Dario Medo hebdomadas aduocet. Nam ab initio hu
vsque ad Christi epocham, anni plures 530. sint euoluti: at verò à pr
hebdomadum vsque ad Christum Ducem, non sint integræ 70. sem
2. siue anni 490. *Secundò* peccat, quod mutile ac perperam tum annos, t
mina regum Persarum producat, vt patet ex 15, quæ tradebam. Eius
3. q. 4. *Tertiò*, quod anno 15. Tiberij Christi passionem attribuat. Vide Ori
4. *nis Saluatoris* cap. 18. *Quartò*, quod à Dario Medo vsque ad Christi na
non nisi 62. hebdomadas cum dimidia, hoc est, annos circiter 437. cu
6. plures enim quam 530. putandi sunt. *Sextò*, quod vitiosam pertexat C
giam Tiberij & sequentium aliquot Imperatorum Rom. quam facil
7. ex cap. 3. Opusculi iam nominati. *Septimò*, quod à natali Seruatoris, p
à Tito Ierusalem numeret tantum hebdomadas septem cum dimidia
anno ferè 53. hæc enim plaga Iudæos attigit, anno Domini 70. Alioq
res confutant Salmeron Proleg. 43. & recentiores Danielis expositor

7. Hic author licet prima fronte videatur natiuitatem Christi c
annum 41. post interitum Cleopatræ: aliud tamen nondocet, quam
natalem incidisse in annum 41. Imperij, quo post mortem Cleopatræ
sur Augustus. Porrò Christum natum anno 2. Olymp. 194. Lentulo
lino Coss. probabile esse probaui libello citato cap. 11. cum Baronio

QVÆSTIO XV.

Quid hac de re opinatus fuerit Origenes; sp. Theodoretus.

Opinio Origenis.

1. ORigenes, inquit Hieronymus, hæc in decimo stromatum volu
uiter annotauit: *studiosius requirenda sunt tempora, à primo anno De
fueri vsque ad aduentum Christi, quot anni sint, & quæ in illis gesta dicantur, q
est, an ea possimus aduentui Domini coaptare.*

4. Pugna contra Origenem.

4. Idem Origenes tomo 2. tract. 29. in Matthæum, quædam fabu
exotica. *Primum* hasce hebdomadas, non esse annorum; sed decem mo
vt vna hebdomada contineat annos 70. omnes verò hebdomadas simu
efficiant annos 4900. Verum tam in sacris, quam profanis literatur
mentis, sicut nomine hebdomadis dierum, septem dies intelligimus
domas annorum, simpliciter pro septem annis accipi debet, non a
2. septennio decies multiplicato. *Secundum*, has hebdomadas ab Adamo

Angelus autem Danielem docuit earum exordium, non à mundi conditu; sed ab exitu sermonis de instauranda Ierusalem capiendum esse. *Tertium*, sexaginta nouem decenniorum hebdomadas Christi natiuitate ita finitas, vt ab Adamo supputentur anni 4830. vsque ad 70. annos qui fuerunt post Oeconomiam Christi. Quem annorum numerum, nescio quis possit ad sacrarum literarum textum, siue Latinum, siue Hebræum, siue Græcum applicare. *Quartum*, vltimam hebdomadam ab ortu Christi ad destructionem Ierosolymitanam extendi, cuius in medio Christus cruci affixus fuerit. Ego verò existimo Christum anno 72. natum ante vastatam à Tito Vrbem sanctam. 3. 4.

3. Theodoretus sub finem orationis 9. in Danielem inter cætera docet *primò*, ab anno 20. Artaxerxis Longimani, vsque ad mortem Darij Arsamis siue imperium Alexandri Macedonis, decurrisse annos 114. Hinc vsque ad Iulium Cæsarem 282. tum vsque ad annum xv. Tiberij, numerat annos 7. Vniuersè ab anno 20. Artaxerxis, vsque ad xv. Tiberij 469. annos solares; lunares verò, 483. *Secundò*, ab ædificatione ipsius Ierusalem, inquit, quæ Nehemiæ & Eldræ memoria facta est, vsque ad Hircanum vltimum ex Assamonibus principem sacerdotum, quem occidit Herodes, duarum & sexaginta hebdomadum numerus expletur, & ab illius interitu, vsque ad tempus illud, quo Saluator noster ad Iordanem accedens apparuit, reliquæ septem perficiuntur hebdomades. *Tertiò* ait Christum post suum baptisma tres circiter annos prædicasse, & in medio vltimæ hebdomadis passum esse: Apostolos verò reliqua huius hebdomadis parte, prædicationibus & miraculis nouum Testamentum confirmasse. Itaque ex sententia Theodoreti, 70. Danielis hebdomadæ annis 490. lunaribus constant, ab anno 20. Artaxerxis Longimani oriuntur, & ad tres annos cum dimidio vltra Christi passionem excurrunt. Eodem penitus computo, vtitur Zonaras tomo 1. Annalium. Quæ vt clarius intelligantur, hæc in primis animaduertenda sunt. *Theodoretus tria affert.*

4. *Primum*. Darius Arsamis à Besso peremptus est, labente anno 2. Olymp. 111. ante Christum 330. huic adde 114. & peruenies ad annum ante Chr. 444. quo acta est Olympias 84. & annus 20. Longimani completus. *Secundum*. Iulius Cæsar Dictator vrbem occupauit anno ante Christum 49. cui si 282. adijciantur consurget annus ante Christum 331. Ergo illos annos 282. inclusiue supputauit Theodoretus. *Tertium*. Annus xv. Tiberij incepit Iunio Silano, & Silio Nerua Coss. anno Dom. 28. cui si 48. addantur, qui à Dictatura Cæsaris vsque ad æram Christi effluxerant, conflabuntur anni paulo plures, quã 37. quot Theodoretus colligit. Pari modo, si anno Domini 28. adiungantur anni 444. ab anno 20. Artaxerxis vsque ad Christi epocham transacti, colligentur in totum non 469. sed ferè 472. à vicesimo anno Artaxerxis, vsque ad xv. Tiberij. *Quartũ*. *Hic quinque notanda sunt.*

Hircanus ab Herode trucidatus est, paulo post pugnam Actiacam, [illegible] sub finem anni ante Christum 31. aut initium sequentis fluente anno [illegible] 187. Annus autem 20. Artaxerxis incidit in 4. Olymp. 83. ante Christ[illegible] Hinc tolle 30. annũ ante Christum, quo instante vel ineunte occisus [illegible] nus & remanebunt anni 415. solares: ex quibus nescio, qua calculatione [illegible] tur 62. hebdomades lunares, quæ annis 434. lunaribus absoluuntur [illegible] Ab occiso Hircano vsque ad Christi baptisma sunt anni ante Christ[illegible] 30. post eãdem 28. in totum 58. solares, siue octo hebdomades annorum [illegible] & amplius. Nõ est igitur legitima illa supputatio, quæ 7. duntaxat hebdo[illegible] bus, siue 49. annis solaribus hoc interuallum definit. Idẽ error deteg[illegible] Olympiadas reuocentur calculi: cædes enim Hircani incidit in anni [illegible] 187. Christi verò baptismus in 2. vel 3. Olymp. 201. Vide tabulas expa[illegible]

QVÆSTIO XVI.

Quid Hugo, quid Lyranus hac de quæstione censuerint.

Hugonis opinio explicatur.

1. HVgo ab anno 20. Artaxerxis Longimani, vsq; ad 18. Tiberij se[illegible] hebdomadas purè lunares, annis 475. solaribus deducit, & [illegible] passione concludit, quæ annorum solarium computatio, cum meis [illegible] congruit, aut vno saltẽ anno discrepat. Etenim Christi passionẽ, vel [illegible] & alijs pluribus ad annum 32. æræ vulgaris, vel ad 31. referendam [illegible] num autem 20. Artaxerxis auspicor labente ante eandem æram anno [illegible]

Lyra 1. à communi sententia discedit.

2. Lyranus disertè in primis occinit, se Latinorum Chronicorum [illegible] non sequi, ne fateri cogatur Mardochæum ad annũ ætatis 259. pertinen[illegible] eum circiter decennem, cũ Iechonia abductum, nec ante annũ 11. M[illegible] obijsse. Sed enim nõ erat, cur tantũ senium timeret Mardochæo, quan[illegible] non Mardochæus ipse, sed Cis proauus ipsius cum Iechonia transpor[illegible] neque ad Mnemonis tempora pertigit, vt scripsi Estheris 1. q. vnica [illegible] Assentior tamen Lyrano, dum ab enthronismo Cyri in Perside, vsq[illegible] num 20. Longimani, annos 115. enumerat ex fide Latinorum Chron[illegible]

Hebdomadas inchoat anno 5. Sedeciæ, & terminat passione Domini

3. Docet Lyranus *secundo*, cum quibusdam Hebræis, initium hebdo[illegible] anno quinto Sedeciæ regis Iuda inclusiuè sumendum esse: quia *à primo* [illegible] quit, *ex reuelatione Domini procedente, de reditu populi in Ierusalem, & per consequ[illegible] ædificandi ibi templum, & habitacula ministrorum, & populi ibidem habitantes* [illegible] *non esset data licentia reædificandi muros ciuitatis & fortalitia, debet hebdomada* [illegible] *putatio inchoari*. Hanc autem reuelationem Ieremiæ factam ait, sub fine [illegible] 4. Sedeciæ. & 70. hebdomadas terminari anno passionis Domini inclusi[illegible]

Varij com-

4. Docet 3. ab initio harum hebdomadum, vsque ad annum illum p[illegible]

Cyri, quo laxata est Iudæorum captiuitas annos non esse 58. tum Cyro triennium imputat, Cambysi sexennium, Assuero annos 39. Dario sexennium, vsque ad perfectam secundi templi instaurationem. Inde vsque ad templi casum sub Vespasiano prodit annos 420. in totum autem ab anno V.S edeciæ incluso, vsque ad Vrbem à Tito euersam colligit 532. De his autem tollit 42. quos ait secundum omnes historiographos à Dominica Passione, vsque ad secundi templi destructionem effluxisse. *putat eiusdem.*

5. Pererius lib. 11. in Danielem §. *Decima tertia opinio*, monet Paulum Burgensem, Varablum, Galatinum eiusdem fuisse cum Lyrano sententiæ (quorum opinionem de capite hebdomadum refutauerat lib. 10. q. 16.) & asserit *primo*, annum 4. Sedeciæ in Olymp. 35. passionē Domini in annum 4. Olymp. 202. competere, ac proinde illo temporis spatio contineri annos 670. *Secundo*, ab anno 4. Sedeciæ, vsque ad Cyrum annos 77. intetueniſſe. *Tertio* Cyrum non tres, sed 30. annos regnasse, ac denique templum secundum steriſſe annis 580. *Pererij supputatio.*

6. Ego verò annū 4. Sedeciæ refero ad 3 Olymp. 45. passionē verò Dominicā ad finem anni 2, vel 3. Olymp. 202. Quo fit, vt ab anno 4. Sedeciæ, vsq; ad passum Saluatorem concipiam annos 629. aut 630. nempe ante Christi epocham 568. post eam 31. aut 32. incluſiuè. Cyrum regnasse annos 30. diserte fatetur Lyranus, sed tres vltimos ait fuisse Monarchiæ ipsius: ego Cyrum prius 21. annos Persis regnasse arbitror, quam per nouennium Monarchiam obtineret. Ab anno 4. Sedeciæ, ad primū Cyri in Perside regnantis supputo 38. annos excluſiuè: at verò vsque ad Monarchiæ Cyri primordia 59. Ab anno 6. Darij Hystaspis, vsque ad euersionem templi secundi colligo annos ante æram Christi 516. post eandem 70. vniuersè 586. incluſis vtrimq; terminis. Cui supputationi suffragatur S. Hieronymus, Eusebius, & alij, qui ab anno 2. Darij, vsq; ad excidiū templi 590. annos repræsentāt, intelligē ab an. 520. ante Chr. quo acta est Olympi. 65. vsq; ad annū Domini 70. quo inijt 2. Olymp. 211. Vespasiano II. & Tito Coss. *Supputatio authoritate Lyrani.*

7. Quod *secundo* loco docet Lyranus, planè falsum est. Nam Cyrus occubuit anno ante Christum 529. aut circiter: cui si addantur anni Cyri & ij, quos ab anno 4. Sedeciæ, vsque ad Cyrum numerat, assurget caput hebdomadum, ad annum ante Christum, 750. Quod fieri nequit: siquidem eæ non ante Christi passionem absoluuntur, vt sæpe sepius inculcat Lyranus; cum suis. Imo arbitror annum 4. Sedeciæ incidisse in 598. ante Christum. Nego etiam à prima reuelatione, de reditu populi in Ierusalem, Vibis ac templi instauratione hebdomadum supputationem inchoari: id enim multis annis ante Ieremiam reuelatum fuerat Isaiæ 44. vers. 28. *Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem: Aedificaberis; & templo. Fundaberis.* Oriuntur autem hebdomades, ab eo tempore, quo Iudæis facta est Vibis instaurandæ pote- *2. Contra Lyran.*

potestas, ita vt inde vsque ad Christum Ducem, non plures hebdom[illegible] 69. effluant.

3. 7. Quibus animaduersis, facile detegitur falsitas eorum, quæ [illegible] ctor iste proponit. Cum enim hebdomades non nisi pluribus anni [illegible] interitum ortæ sint; longe à vero dissident illi, qui 58. annis ante [illegible] rium cœptas putant. Ab anno 5. Sedeciæ inclusiuè vsque ad Per[illegible] principatum numero annos 38 inde ad assertam Iudæis libertatem [illegible] ijcio. Quomodo intelligendus sit Iosephus de sexennio Cambysis, [illegible] Esdræ q. 2. cum reuera 7. annos & 5. menses imperauerit. Inter Cam[illegible] Darium nullus Assuerus 39. aut 40. annos: sed Smerdis Magus, [illegible] sibus intercessit. Ab anno 6 Darij Hystaspis, vsque ad casum templ[illegible] merantur anni 586. vt iam dictum num. 5. Denique anno 31. æræ Ch[illegible] 19. Augusti aperitur annus XVIII. Tiberij, quo Nicolaus de Lyra pa[illegible] uatorem, vtique ad Pascha sequentis anni, hoc est, 32. æræ Dionys[illegible] autem Ciuitatem expugnauit, anno eiusdem æræ 70. Non debe[illegible] Christi passione, vsque ad excidium Ierosolymorum anni 42. comp[illegible] modo 40. numerarari possint, breuiter admonui, *Opusc. de annis Sal[illegible]* 21, num. 10.

De annis Cyri Cambysis, Darij, &c.

QVÆSTIO XVII.

De ijs quæ Pererius 1. parte disputationis [illegible] 70. hebdomadis tradit.

70. Hebdomades obscuræ.

1. MYsterium 70. hebdomadum obscurissimum esse, atque ad[illegible] difficillimum bene probat ex S. Hieronymo, S. Augustino, [illegible] Esychio, ex varietate sententiarum, quæ apud Latinos, Græcos, Hebr[illegible] ctores hac de re leguntur. *Deinde* quod hęc disputatio historiam [illegible] & Chronologiam trium Monarchiarum, Persicæ, Græcæ, Romanæ [illegible] ctatur. *Tertiò* quod perarduum sit reperire initium & finem hanc [illegible] darum, iudicare vtrum eæ 490. annis, non pluribus, non paucioribus [illegible] explicare mysteria, quæ hic inuoluuntur.

Q. 1. quænam optima Chronographia.

2. Hæc præfatus octo quæstiones præmittit, *quibus*, inquit, *non [illegible] tis, ne digitum quidem in hac disceptatione progredi possemus: contra verò [illegible] plicatio incredibiliter conducet ad refellendas falsas opiniones, & quam [illegible] mus ad eam sententiam muniendam atq; confirmandam.* Primam quæstio[illegible] *quænam sit omnium probatissima Chronologia?* Respondet *primò*, Hebræ[illegible] nologiam esse mendosissimam, ac planè ridiculam, idque efficacib[illegible] mentis ostendit, quæ breuiter attigi in *quæstionibus de annis Domini* [illegible]

num. 7. & alibi, vt hic in refutatione opinionis Lyrani. *Secundo*, latè docet ineptam acfallacem esse rationem temporum, quam Ioannes Annius patrum nostrorum memoria, in publicum emisit, *nobilissimorum auctorum Berosi, Metasthenis, & Philonis nominibus fucatam & subornatam.* Tertio tradit eam Chronologiam esse probabilem, quæ reges cuiusque Monarchiæ, eorum ordinem, singulorum annos recenset; non tamen omnino certam: quia vbi est multitudo, & varietas, ibi sæpe confusio, & error contingere solet. Neque etiam omnes auctores in regum serie, idem de annorum numero sentiunt: nonnulli legitimos duntaxat reges nominant, nonnulli menses aliquot, quibus certi reges imperarunt, aut aliquot annorum interregna omittunt, alij annos inchoatos in numerum referunt, alij aliter annos principum dispensant. Atque causam fuisse arbitratur, cur Tertullianus, Clemens Alexandrinus, & alij inferioris notæ scriptores, in 70. hebdomadarũ decursu, longè à vero aberrarent. Asserit *quarto*, Chronologiam omnium laudatissimam, certissimam, atque optimis auctoribus vsitatam eã esse, quæ Olympiadum obseruatione notatione que constat. Quã Pererij doctrinam, quadruplici asserto in genere traditam puto verissimam, eamque laudaui, præsertim quoad Olympiades *Opusc. de annis nati & passi Saluatoris*, & de *anno Domini &c.* cap. 1. & 2. Vbi etiam monui, quantum prosit Chronologo mediocris saltem tabularum Astronomicarum notitia. Olympiades singulari disputatione exposui, & ad annos Christi sic applicaui, vt sine mora, sine labore, quiuis annus cuiuslibet Olympiadis cum annis Christi vel ante Christum possit componi. Mirificè verò in hebdomadum negotio, valent tabulæ annorum expansorum, quæ vno quasi aspectu & annos regum, & Olympiades certis notis Astronomicis illustratas repræsentant. *Sententiæ Auctoris.*

3. Quærit *secundo* Pererius: *quo tempore cœperit regnare Cyrus, Monarchiæ Persarum auctor & conditor?* Qua de re egi 2. Paralip. q. 3. & assensus sum communi auctorum sententiæ, qua Cyrus apud Persas regnum adijsse censetur, anno 1. Olymp. 55. quæ acta est, anno ante Christi æram 560. primo autem illius Olympiadis anno necdum exacto, Cyrus vt reor Persico regno potitus est anno ante æram Christi 559. & inde post annos 21. ad Persas Monarchiam transtulit anno ante Chr. 538. quam rouennium administrauit, vel vt aliqui volunt septennium: pauci triennium putant. *Q. 2. Initium regni Cyri.*

4. Quærit 3. *Quis fuerit Artaxerxes ille, cuius 20. anno missus est Nehemias ad reficiendos muros Ierusalem?* Hunc fuisse Longimanum dicebam 2. Esdræ cap. 2. v. 1. & latius q. 5. ibidem. *Q. 3. De Longimano.*

5. Quærit *quarto, sub quo rege Persarum, & quoto imperij eius anno ædificatio templi Ierosolymitani diu intermissa & repetita & perfecta fuerit?* Hanc laudem sibi vendicat Darius Hystaspis filius, vt probaui 1. Esdræ quæst. 3. cuius anno 2. resumpta *Q. 4. De templo.*

est templi restauratio, ante Christum 520. *Vide notas* 1. *Esd.* 4. v. 24.

Q. 5. De anno nati Christi.

6. Mouet *quinto loco*, quæstionem de ortu Domini nostri Iesu Christi. Natali cum Baronio & pluribus alijs consecrauit annum 45. Iuliano 194. Lentuli & Messalliæ consulatum desinentem, De annis natiuitatis cap. 11.

Q. 6. Quando Christus baptizatus.

7. Quærit 6. *quo tempore Christus baptizatus sit?* Id contigit anno Tiberij, Iuliano 74. Olympiadis 201. quarto, die 6. Ianuarij duobus Coss. cum ante octiduum ingressus esset annum ætatis suæ 31. *Vide Saluatorem, cap.* 13.

Q. 7. Quando Christus mortuus.

8. Quæstionem *septimam* instituit, de tempore quo Christus Dominus est. Probabile est cruci affixum fuisse, Tiberio V. & Seiano Coss. Iuliano 76. plures tamen, nec sine ratione passionem Domini inscribunt sequenti, qui fuit 77. Iulianus æræ vulgaris Christi 32. Ahenobarbo, Scipione Coss. desinente anno 3. Olymp. 202. vt disputabam libello citato, & 21.

Q. 8. Quando Titus euerterit Ierosolyma.

9. Quæstio illius *octaua, est de tempore excidij Ierosolymitani, quod dicitur Tito factum esse.* Anno 2. imperij Vespasiani, expugnata, incensa, & euersa sunt Ierosolyma, vt bene scribit Pererius. Addo tunc Paschæ Iudæorum diem 15. Aprilis incidisse, & octauam Septembris in sabbatum, Vespasiano & Tito Coss. anno 115. Iuliano: qui sunt characteres infallibiles anni 70. huic enim si addideris 45. prodibit annus ille 115. Iulianus, quo annus 2. Olymp. 212. vt clarè ostendi in *Comp. Eccl. & Tract. de Olymp.* ær. 70. æræ Christi, erat cyclus Solis 23. lit. Dom. G. affixa ad diem 5. Sept. cyclus Lunæ 14. Epacta * quæ Paschæ Iudæorum à 15. Aprilis non procul se ostendit. Vnde manifestè errorem illorum deprehendimus qui eam rum euersionem in annum 4. Olymp. 212. conijciunt: hic enim annus no Domini 72. cyclo Solis 25. lit. Dom. E. D. Ergo octaua Septembris ria 3. cyclo Lunæ 16. epacta 22. quæ pleniluniũ indicat circa 21. Aprilis

QVÆSTIO XVIII.

Quid notauerit de hisce hebdomadibus S. Cyrillus; quid S. Chrysostomus.

Computus S. Cyrilli.

1. S. Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 12. sexaginta, inquit, & nouem hebdomadæ annorum, constituunt quadringentos octoginta annos. Dixit igitur, quod post ædificationem Ierusalem, 483. annis peractis, nasceretur quidam alienigena rex, cuius tempore nasceretur Christus. Dixit

Medus ædificauit Ierusalem, octauo regni sui anno, primo autem anno secundum Græcos sexagesimæ sextæ Olympiadis, &c. Herodes autem regnabat 186. Olympiade, quarto eiusdem anno. A sexagesima ergo & sexta, vsque ad centesimam octogesimam sextam, intercessere centum viginti Olympiades, & paulo amplius. Congregentur igitur 120. Olympiadum anni, 480. præter tres annos, qui desunt fortassis ex eo, quod inter tertium & quartum assumitur: & habes iam hinc demonstrationem secundum Scripturam, quæ dicit ab exitu sermonis &c.

2. Hisce pauculis lineis S. Cyrillus non definit exactè harum hebdomadum spatium, cum vltimæ nullam faciat mentionem. Sedenim contra Iudæos obiter insinuat, ex prophetia Danielis, & illo Iacobi Vaticinio: non auferetur sceptrum de Iuda &c. Gen. 49. v. 10. Messiam iam pridem aduenisse. *Non est accuratus.*

3. Darium Medum confundit cum Dario Hystaspis filio, cuius anno octauo transacto, & nono currente absoluta est fabrica non totius ciuitatis Ierosolymitanæ, sed templi, quoad omnes partes fluente anno 4. Olymp. 66. at verò anno 6. Darij, Olymp 66. primo templum, quoad (saltem præcipuas partes) fuisse perfectum Scriptura docet, 1. Esdræ 6. v. 15. Nec dubium est, quin Herodes anno 4 Olymp. 186. fuerit in possessione regni Iudææ, expugnatis sub initium anni 3. Olymp. 185. Ierosolymis, ita vt anni 483. reperiri possint ab anno 6. Darij, vsque ad 4. Olympiadis 186. quando Herodes anno iam quinto, ablatum de Iuda sceptrum tenebat. Quo semel admisso corruit Hebræorum Chronologia, & legitimis argumentis ostendi potest, Herode regnante natum esse Messiam, quem tunc Iacob venturum denunciauit. Itaque S. Cyrillus perfectam hebdomadarum disputationem non absoluit, sed solum ad eam rudiore Minerua prolusit, nec ait aut Darium imperare cœpisse Olymp. 66. aut Christum Olymp. 186. natum, quicquid referat Petetius lib. 11. in Dan. p. 2. §. *Nonæ opus.* *Declaratur.*

4. S. Chrysostomus tomo 5. Orat. 2. aduersus Iudæos hanc rem perstringit obiter, & ab anno 20. Artaxerxis has septimanas accersit: finem earum non satis declarat. Hoc solum agere mihi videtur, vt ostendat Iudæos frustra Messiam, & Vrbis Ierosolymitanæ instaurationem expectare. Vtitur autem annis solaribus, dum à Cyro, ad Antiochum Epiphanem, numerat annos 394. Eosdem annos vsurpat S. Cyrillus, vt ex dictis liquet. *Sensus S. Chrysostomi.*

* * *

QVÆ.

P.
H. Philipp.
Chronol.
Vet: Testam
AIV
17 a

QVÆSTIO XIX.

Vtrum hebdomadum exordium ab anno 20. Artaxerxis post patris obitum regnantis petendum sit.

Authores multi id asserunt.

1. ID plurimi & grauissimi auctores censent, quos latè refert, & ... lianus ad annum m.3609.num.2.nempe Africanus apud S. H... Dan.9. Beda libro 3. Allegoricæ expositionis in Esdram, cap.16. de ... in Artaxerxe Longimano, & de ratione temporum ca.7. Theodoret... in Danielem, Rupertus in Dan.cap.15. S. Chrysost. hom.2. adu. Iud... ria Scholastica Dan.10. Zonaras tomo 1. Annalium, Antoninus ... cap.8 Galatinus lib.4.cap.16. Ioannes Lucidus lib.7. de emend. ... timo Pererius lib.10.& 11. in Danielem. Villalpandus tomo 3. p. ... Salmeron proleg.43. Suarius 3.p.tom.1 disp.1.sec.2. Torniellus, Gor... dit Salianus se eos omittere *qui annos priores Artaxerxis in paternos annos ... & decem minimum annis imperij Persici longitudinem minuunt, in quibus ... Samerius in suis Chronologijs, quibus præiuit Gerardus Mercator.* Hæc ibi.

Et probant tribus arg.

2. Probant hanc sententiam 1. quia neque Cyrus, neque Darius ... vrbis restaurandæ Iudæis potestatem fecisse videntur, sed templi ... candi: Deinde quia Christi mors in vltimam hebdomadam incidit ... *docet & communis Doctorum sententia confirmat*, inquit *Salianus*, 3. Quia ... mias laudatur, tanquam vrbis instaurator. Eccl.49.v.15. *Nehemias ... multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, ... nostras.* Addit auctor iam laudatus à dimissa anno 1. Cyri captiuitate ... Christi mortem reperiri annos 570. ab anno 2. Darij Hystaspidæ 57... 4. Sedeciæ 648.

Est probabilis.

Non est Salmeronis.

3. Hæc sententia tot tantorumque patronorum auctoritate ... omni temeritatis censura remouetur: nec tamen caret difficultate, ... pugnatores ipsius, siue sacri eloquij verba spectemus, quibus præ... fore, vt in dimidio hebdomadæ deficiat hostia. Enimuero Salm... istius supputationis aduocatos recensitus, non asserit absolutè, hebdo... anno 20. Artaxarxis originem ducere, sed solum refert modum, qu... leant deriuari, eundemque legitimum esse negat, & tandem conclu... *dicendum videtur, aut aliqua negligentia eorum, qui Olympiadas conscripserunt, ... tis verè assignatum annum Artaxerxis 20. in 4. anno 83 Olympiadis, & in ... posse inueniri præcisam rationem 70. hebdomadum, id est, 490. annorum.* Atq... tionem Olympiadum non modo ab Artaxerxe, sed vt minimum ab ...

primordio, vsque ad Christum legitimam esse, constans est omnium sententia. Annum etiam 20. Artaxexis, in 4. Olymp. 83. incurrisse clarè ostendi, cum de illius annis disputarem lib. 1. Esdræ, & in notis ad tabulas annorum expansorum adiunctis. Adhæc Salmeron solaribus annis hebdomadas istas metitur, & sæpius inculcat, Christum in medio septuagesimæ hebdomadæ occisum. Quæ duo pugnāt cum opinione illorum, qui ab anno 20. Longimani, Danielis hebdomadas putant. Idem ferè docet Suarius, dum ait, verisimilius esse, Angelum hic de annis solaribus locutum, & absolute tradit Christum fluente adhuc septuagesima hebdomade mortuum. Hoc posterius disertè affirmant Theodoretus, sub finem Orat. 9. in Danielem, & plures alij: ex quorum sententia hebdomades istæ annorum lunarium ad finem anni 32. æræ vulgaris Christi, non possunt propagari. Etenim annus 20. Artaxerxis inijt anno ante Chr. 445. cui ineunti si addas 30. post Christum inchoatos; confient anni solares 475. Lunares 490. incepti. Sic huius opinionis assertores fateri debent, aut 70. hebdomadas anno 20. Artaxerxis Longimani exortas, vel ante Christi mortem effluxisse; vel Saluatorem anno æræ vulgaris 31. vel saltem 32. cruci affixum. Videat proinde quilibet, quo sensu Scriptura dicat: *in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium.* De quo paulo post, q 23. num 5. *Corollar. quibusdā dictum.*

4. Argumenta numero 2. iam proposita non multum roboris mihi habere videntur. *Primum* pro concesso sumit, cuius contrarium probabilius esse, infrà probabitur, q. 22. nempe Cyrum & Darium Vrbis restituendæ Iudæis potestatem fecisse. Passio Christi ad vltimam hebdomadam referenda est, vt habet 2. argumentum: sed facilius id assequuntur ij, qui ab anno 7. Longimani, quàm quia 20. hebdomadas accersunt, vt infra palàm fiet, q. 25. Qui verò Christi passionem cum Onufrio, Saliano, & quibusdam alijs ad annum æræ Christi 33. dilatam contendunt, docere nequeunt, quìnam 70. hebdomadæ ad eam pertigerint, si ab anno 20 Longimani propagentur: annus enim iste vigesimus desijt anno ante Chr. 444. cui si addideris 31. æræ eiusdem, habebis annum solarem 475. atque adeò vltimum vltimæ hebdomadæ ineuntem, anno verò 32. eiusdem penitus exactum. *Ad duo arg.*

5. Tertium argumentum vim haberet, si à muris Ierusalem perfectis hebdomadæ profluerent: cum verò proueniant ab edicti de Vrbe restituenda promulgatione; laus sua Nehemiæ integra relinquitur, quia manibus erigendis ea præstitit, quæ vires aliorum & industriam superabant Esto ex quorundam sententia probabilius sit, ante Nehemiam ab Esdra facultatem Vrbis iterum restituendæ obtentam, & regium ea de re edictum, iam ab annis 13. promulgatum. Denique ego etiam à laxata anno 1. Cyri Iudæorum captiuitate, vsque ad passionem Dominicam supputo annos circiter 570. inclusiue: à 2. *Ad 3.*

Darij 639. & cum Saliano arbitror à nullo istorum annorum hebdo… proficiſci.

QVÆSTIO XX.

Vtrum hebdomades iſtæ oriantur ab anno 20. … Artaxerxem ad imperium viuo adhuc Xerxe prouectum.

Aſſerit Petauius. Ratio.

1. PEtauius lib. 12. cap. 32. cenſet aliunde commodius hebdomadem … nem peti non poſſe, quam ab anno 20. poſt Longimanum regn… patre ſuo nobilitatum. Quod vt clarius perſpiciatur, præmonet lib. 11. … apud Perſas morem fuiſſe, vt rex non prius in grauem expeditionem … hoſtes moueret, quam regni hæredem declaraſſet, quod Darium … bellum apparantem feciſſe tradit Herodotus. *Mouente*, inquit, *Dario … gyptios & Athenienſes, ingens à filijs de principatu eſt orta contentio, cauſantibus … illum, antequam in expeditionem proficiſceretur, regem ex Perſarum lege, conſtitu…* ratione Longimanum à Xerxe viuo adhuc & imperante, in regni ſoli… &um colligit Petauius ex Thucydide, qui libro 1. ſcribit Themiſtocle… nis profugum, ad regem Perſarum veniſſe, ac prius quam adiret, … taxerxem, qui non ita pridem regnare cœperat, miſiſſe. Charon etiam … cenus tradit, Themiſtoclem ad regem Artaxerxem profugiſſe, vt habet … chus in Themiſtocle, aſſentiente aut potius præeunte Cicerone lib. … ticum, Probo in vita Themiſtocis, Philoſtrato, lib. 1. de Vita Apollon… verum eſſe non poteſt, niſi eo tempore, quo Themiſtocles ad Perſas … iam Artaxerxes rex & ſucceſſor declaratus fuerit. Adhæc fuga Themiſt… Xerxem, & Artaxerxem præceſſit Olympiadem 77. hac enim ineunte … tuum Themiſtoclem aſſerit Diodorus, lib. 11. & Euſebius in Chronico. … autem non niſi ſub finem Olymp. 83. aut initium 89. regnandi pariter … di finem fecit.

Tria ei obijciuntur.

2. Huic doctrinæ tria opponit Pererius, lib. 11. in Dan. diſp. de hebdo… ſub finem. *Primum*, quod à grauiſſimis auctoribus traditum ſit, Themiſt… ad Xerxem (non Artaxerxem) profugiſſe, nempe ab Ephoro, Dinone, … cho, Heraclyde, vt refert Plutarchus lib. citato, ſuffragante Diodoro … *Secundum*, ſi Xerxes ad bellum proficiſcens aliquem ad imperium … veriſimilius eſt, id eum facturum fuiſſe, eo tempore, quo in Græcos … nem ſuſcepit, nimirum ineunte, aut inſtante Olymp. 75. Inde verò … xerxis numerentur, viceſimus Longimani concurret cum 4. Olymp. 79. … *anno* inquit Pererius, *vſque ad 4. annum poſt Chriſti Paſſionem colligentur … plures nempe, quam ſint, in 70. hebdomadibus. Tertium*, Artaxerxes erat minor …

filiorum Xerxis; maximus verò Darius: ergo huic potius successio debebatur, quàm Artaxerxi. Hinc Artabanus cum regnum affectaret, Xerxe peremptо, primò Darium aggressus est, deinde Artaxerxi insidiatus, vt imperio potiretur.

3. Hæc tamen obiecta, Petauium non dimouent à sententia. *Primum* suæ causæ fauere ostendit: quia Pererius & illi qui negant sub Themistoclis fugam, Longimanum iam regem fuisse, grauissimos illos auctores, qui Themistoclem narrant venisse ad Artaxerxem iam regem, fœdissimi erroris redarguunt. Petauius autem, & horum dictis fidem adhibet, & illorum narrationi, qui profugum illum ad Xerxem regem aduenisse referunt. Nempe Themistocles ad vtrumque accessit, quorum vterlibet rex erat: Xerxes iam pridem; Artaxerxes νεος (vt habet Thucydides) imperabat, à parente rex saltem titulo tenus constituus. Sic auctores qui prima facie inter se dissidere videbantur, facile concordes reperiuntur. Quam rationem auctorum conciliandorum eo minus Chronologis improbandã ait Petauius, quod ipsimet similem exitum in difficillimis temporum quæstionibus expedire cogantur, præsertim sacrorum. „ Nam vt regum Iudæ inquit, atque Israelis annos inter se concilient, eò plerumque necesse habent confugere, vt cum parentibus filios regnasse dicant, tametsi „ nullum cur id affirment argumentum aliud habeant, præter historici loci difficultatem. Nobis verò cum præter alias opportunitates historicas, nobilissimorum auctorum testimonia suffragentur, cur duplicem illam Artaxerxis epocham affirmare verebimur, & ab earum priore interualli nostri primordium „ accersere? *Ad Rosp.*

4. Ad *tertiam* obiectionem excipit Petauius fuisse quidem Artaxerxem natu minorem, non tamen defuisse causam, etsi minus notam, cur maiori fuerit antepositus, ne videlicet grauissima Scriptorum testimonia, tanquam falsa reijciantur, quibus viuo Xerxe, Artaxerxi, non Dario fratri eius regium nomen tributum asseritur. Deinde teste Diodoro Siculo lib. 11. Artabanus occiso Xerxe, ad Longimanum accurrit, & mentitus interfectum à Dario Xerxem, volente regnum ad se pertrahere, *hortabatur eum, vt antequam regnum ille occuparet, prouideret sibi, ne per socordiam seruiret.* Vnde colligit Petauius Artaxerxem videri ius ad regnum habuisse, quod regnum Darius περιεσπᾶν, (vt habet Diodorus) id est, ad se traducere, & inuertere cupiebat. Et probabilem coniecturam affert, cur Darius Artaxerxi præpositus fuerit: fidem enim faciunt historiæ Darium à Xerxe necdum rege procreatum; Artaxerxem autem parente iam ad regnum euecto natum credibile est, ac idcirco fratri prælatum, sicuti ob similem rationem Xerxes ipse Dario Hystaspis iam regnante natus regnum præripuit Artobazani, qui eodem Dario, sed adhuc priuato genitus fuerat, vt idem auctor *Ad 3.*

latius explicat illo lib. 10. cap. 25. Idem quoad hanc & primam obs… docet Ioan. Deckerius in Thesib. annot. 33.

Ad 2. 5. Ad *secundam* respondebit ex dictis quispiam, Xerxem in Grae… turum, id cum proceribus egisse, vt nullius imperij successor declaret… tè forsan considerando Artaxerxem tunc per ætatem moderandis reg… nis minus idoneum, cui tamen vt porphyrogenito tradere cupiebat… Quicquid autem sit de hoc negotio, si anni Artaxerxis numerentur a… Xerxis in Græciam, qui fuit anno ante Christum 480. vicesimus anni… xerxis inchoabitur anno ante eandem æram 459. qui si esset primus… darum, vltimus earundem, hoc est, 490. inciperet anno æræ Chr… bile est Christum oppetijsse mortem. Si verò anno 20. Longimani, … consurgebant 70. hebdomadæ, vltimus earum annus inijt anno Dom… que verò opus est, septimanas istas vsque ad annum 4. à Passione D… propagare, vt infra patebit.

Petauij supputatio accurata. 6. Petauius sic accuratè tempora digerit. Anno Periodi Iuliana … Christi æram 474. *Videtur*, inquit, *Artaxerxes, à patre Xerxe in regn… adscitus.* Hoc initio posito, *annus vigesimus Artaxerxis* (ait lib. 12. cap. 32. … *Iulianæ* 4259. (qui est ante Chr. 455.) *Olympiadis* videlicet 81. *secundæ… hebdomades putatæ siue anni* 490. *desinunt in annum Periodi Iul.* 4748. *qui… passionem Domini quartus. In tertio anno hebdomadis septuagesimæ* Christ… Christi Passionem signat anno Domini 31. Ex qua supputatione … quadringentos quinquaginta quinque annos huius interualli … 455. ante vulgarem Christi epocham. Sunt igitur 35. residui, post … cham inchoandi: siquidem ex 455. & 35. resultant 490. Qua ratione … idemque vltimus hebdomadarum anno æræ Christi 36. currente … rit: anno verò Christi 31. finitus annus secundus vltimæ hebdomadis … inchoatus.

Contra… rium 1. 7. Quod Artaxerxes viuo parente, aliquot annis regis nomen & … perium obtinuerit, probabile mihi videtur, & asserit in Thesibus … Duo tamen sunt, quæ me remorantur, quo minus Petauium iam … *rum*, quod inde sequeretur à baptismo Christi vsque ad passionem … tantum annos cum paucis mensibus intercessisse: quod etsi auctor … doceat: pluris tamen apud me sunt auctores & rationes, quas in … *2.* retuli, *Opusc. de annis nati Saluatoris. Alterum* est, quod existimem ab … cipio computandos Artaxerxis annos septimum & vicesimum sacro … pressos. Arqui liber primus Esdræ cap. 7. annum septimum, quo … Ierosolymam, non supputat ab illo anno 455. ante Christum, vnde … annum 20. accersit. Sic enim Esdræ profectio incidisset in annum ante …

epocham 468. vel 467. biennio vt minimum ante Xerxis interitum. At verò Esdræ discedenti ea concessit Artaxerxes, quæ non nisi ab eo concedi possunt, qui regia potestate regni habenas moderatur. Ergo tunc non solum titulo tenus rex erat, sed illius etiam gerēdis negotijs gubernacula dirigebat. Quod cum viuo parente non fecerit, vt ex profanis historijs licet intelligere; arbitror tum annum septimum, quo Esdras lib. 1. cap. 7. tum vigesimum, quo Nehemias libro 2. Esdræ cap. 2. in Iudæam venit, ab obitu Xerxis numerandos. Alias sine dubio in ijs, quæ de Esdra referuntur, Xerxis aliqua fieret mentio, eiusq; auctoritas interponeretur. Taceo Christum anno 29. ætæ eiusdem baptizatum fuisse, die 6. Ianuarij, quando ex Petauij supputatione, necdum inierat annus primus vltimæ hebdomadis. Nam anni Artaxerxis, post Nisan oriebantur, vt ostendi in notis ad cap. 1. & 2. libri 2. Esdræ: ac proinde, non ante Nisan cœpit annus hebdomadarum 484 anno Dom. 29. si annus 20. Artaxerxis anno ante Christum 455. inchoatus est. 3.

QVÆSTIO XXI.

Vtrum ab anno 23. Artaxerxis hæ hebdomadæ profluant.

1. NEmo, quod meminerim, hactenus docuit, hebdomadas emanare ab anno 23. Artaxerxis post patris obitum imperantis: si verò annus iste ex eo tempore numeretur, quo Artaxerxes regni hæres à parente declaratus fuisse à quibusdam creditur, putat Deckerius 4. p. Thesium, ab isto anno 23. petenda esse hebdomadum primordia. Quod vt doceat, hæc præmittit. *Primum*, Christum baptizatum exactis 69. hebdomadibus, iuxta illud Dan. 9. v. 25. *Ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum Ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt*, hoc est, anni 483. *Deckerius docet 1.*

2. *Secundum*, Christum occisum hebdomade septuagesima, nempe *post hebdomadas sexaginta duas*, vt hic dicitur v. 26. subaudi præmissis illis septem hebdomadibus, quibus restauratio Ciuitatis attribuitur. Imò in medio istius hebdomadæ fuisse Dominicam passionem, quia *in dimidio hebdomadu* (nempe vltimæ) *deficiet hostia & sacrificium*, inquiebat Angelus v. 27. Christo scilicet moriente. 2.

3. *Tertium*, Christum baptizatum Silano & Nerua Coss. anno ætæ Christi 28. tum annis tribus & mensibus aliquot exactis cruci affixum, Tiberio V. & Seiano Coss. anno ætæ Christi 31. Quæ magno apparatu, varijsque argumentis explicat p. 2. & 3. Thesium, quas Grætij in Styria Laurentius Susliga propugnauit. 3.

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17

Putat Hebdomadas ab anno ante Chr. 457.

4. Hisce præmissis censet caput hebdomadum necessario pe[illegible] anno 457. ante Christum; hinc enim si anni ordine digerantur, [illegible] simus octogesimus tertius finietur anno æræ Christi 27. anno ver[illegible] Christus Dux & Legifer noster aquis Iordanis tinctus est: tum [illegible] aliquot mensibus decurso, sua morte hostijs & sacrificijs antiquæ [illegible] attulit, in dimidio postremæ hebdomadis, anno videlicet quarto [illegible] non finito.

Quomodo Danielem interpretetur.

5. Quæ computatio, si numeros annorum spectes legitima est, [illegible] difficultas de hebdomadum initio ad annum ante Christi æram [illegible] applicando, quam ipse hoc modo superare nititur. Septuaginta [illegible] dum riuos in Christi passione deprehensos, ait, non ab edicto [illegible] de reædificanda Vrbe tanquam à fonte & capite defluere, sed [illegible] inquit, *& dedicata Ierosolyma, anno quem acer scriptor, & Græcus Liuius* [illegible] *tè prodidit 28. ab exordio Xerxis.* Hic enim auctor lib. 11. Antiq. cap. [illegible] hemiam anno regni Xerxis (hoc est, ex quo regnare cœperat) vice[illegible] Ierusalem peruenisse, mœnia annis duobus & tribus mensibus ab[illegible] no 28. Xerxis, mense nono. Hunc autem annum ab exordio Xerxis [illegible] octauum, fuisse Artaxerxis Longimani à morte parentis, partim o[illegible] tim septimum; ex quo verò cum Xerxe regnare cœperat vice[illegible] planè asserit Deckerius Annot. 30. ita vt profectio Nehemiæ inci[illegible] num 20. Artaxerxis, ex quo à patre rex fuerat declaratus.

A cõmuni sententia recedit.

6. Obiecerit quispiam, hebdomadum originem solere ex co[illegible] tentia reduci ad edictum, quod Vrbis instaurationem præcessit. [illegible] ctioni tacitè occurrit Annot. 31. §. 3. sub finem, asserens historiæ [illegible] latæ veritatem & calculum, quem de annis baptizati & passi Redem[illegible] suit, reclamare: *palamq; ostendunt*, inquit, *hanc posse esse vnicam mentem* [illegible] *non ab initio, sed ab exitu & fine ædificationis, & reductionis Ierusalem,* [illegible] *veniant supputandæ.* Denique vocem Hebræam *motza*, Græcam [illegible] nam *exitus* suæ expositioni fauere contendit.

Ordior hebdomadas ab illo anno 457.

7. Equidem hebdomadum seriem ab anno illo ante Christum [illegible] cersendam iudico: Christum baptizatum & passum annis à Decker[illegible] ratis, probabile esse dixi, *de annis Saluatoris* cap. 13. num. 17. cap. 20. [illegible] nu. 12. Fortè etiam Artaxerxes duo regnandi initia habuerit: Doct[illegible] Deckerij non subscribo. Nam in primis arbitror, tam annum septi[illegible] vicesimum Artaxerxis lib. 1. & 2. Esdræ notatos, ab eodem regni pr[illegible] merari, nempe à sublato post Xerxis interitum Artabano. Ex opin[illegible] Deckerij anno 7. Artaxerxis, quo Esdras Ierosolymã venit, Xerxes [illegible] superstes quod mihi creditu difficile est, vt dicebam, quæst. præcede[illegible]

8. Iosephus illo lib. 11 cap. 5 hallucinatur, vt plerique notant, dum partem eorum quæ sub Artaxerxe Longimano gesta sunt, regnante Xerxe contigisse tradit, dum historiam Esdræ recensens Xerxis nomen ponit, vbi sacra eloquia Artaxerxem nominant. Nam 1. Esdræ 7. versu 12. sic legimus: *Artaxerxes rex regum Esdræ sacerdoti.* Iosephus autem scribit: *Rex regum Xerxes Esdræ sacerdoti.* Errat etiam dum murorum instaurationem ait tenuisse duos annos & tres menses, mense Casleu finitos. Nam *completus est murus vigesimo quinto die mensis Elul. quinquaginta duobus diebus.* 2. Esd. 6. v. 15. nempe eodē anno, quo Nehemias Ierosolymam peruenerat, vt contra Iosephum vnanimi consensu, aut disertè docent, aut tacitè concedunt sacri interpretes & Chronologi, qui Xerxi non nisi 10. aut 21. annos adscribunt, vt bene monet Cornelius: Iosephus autem ei 28. tribuit; quod ex filo narrationis eius patet. Itaque nimis benigna est interpretatio Deckerij qua hos 28. annos ab exordio quidem regni Xerxis aduocat, & vltra mortem eiusdem excurrisse dicit. Siquidem Iosephus caput illud quintum, & narrationem eorum quæ sacra Scriptura Nehemiæ attribuit, his verbis concludit: *Atque hæc sunt, quæ Xerxe regnante gesta sunt.* Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ Ξέρξου βασιλέως ἐγένετο. Tum sequentis capitis exordio: *eo*, inquit, *mortuo, regnum ad filium eius Cyrum, quem Græci Artaxerxem nominant, peruenit.* Vnde clare intelligimus ex sensu Iosephi, (vtique falso) Nehemiam viuo Xerxe muros Vrbis excitasse.

Errat Iosephus 1. in gestis Xerxis.

Errat 2. in muris vrbis.

Errat 3. in annis Xerxis.

9. Denique ille mihi contra Scriptorum torrentem nequicquam niti videtur, qui *exitum sermonis*, vnde profluunt hebdomades, de finita ciuitatis instauratione interpretantur: cum alij ab edicto, quod ipsam instaurationem præscripsit aut disertè aut tacitè æram hebdomadum auspicentur. Theodoretus orat. 9. Africanus, Eusebius, Hugo, Lyranus, & clarissime Zonaras, qui vt ad initium hebdomadarum perueniatur, iubet à Christo tempora sursum relegere vsque *ad annum* 20. *Artaxerxis, quo Nehemiæ concessum fuit redire Ierosolyma.* Torniellus ad ann. m. 3516. *à diuulgatione edicti de Ierosolyma reædificanda.* Idem habet Salianus ibidem num. 90. *Scito initium capiendum esse, ab eo tempore, quo princeps Persarum, in cuius potestate erat Iudaicus populus, permittet iterum ædificari Ierosolymam.* Idem censent in hunc locum Sanctius, Pererius, Mariana, Sa, Menochius, & Cornelius, qui dum explicat τὸ *ab exitu sermonis*: Hæc phrasis, inquit, Hebræis significat, non finem, nec executionem, sed initium loquendi, puta ipsum loquentis & mandantis imperium: maximè quia sequitur, *vt ædificetur*, vel vt in Hebræo est, *ad ædificandum Ierusalem.* Hoc ipsum indicat versio Græca, quæ habet: *ab ingressu sermonis, vt respondeatur, & vt ædificetur Ierusalem.*

Quid hic exitus sermonis.

10. Addit nonnemo, exitum sermonis de instauranda Vrbe, siue edictum illud

Obiectioni

tacitè accurritur. illud à quo numerantur hebdomades peculiare aliquid ac præcipuum, quod reliquis edictis minimè conueniat: hoc verò nihil aliud esse, quàm reuera vti decretum erat, opus ipsum deinceps vrgeri cœperit, quòd non tineri nondum potuerat. Hoc autem glossema indiget explicatione. Vult post decretum, mox ita processisse ædificationem, vt eam nulla hostium vis hostium remoraretur; id iure negari potest: quia Angelus solum hebdomadum designat edictum siue exitum sermonis, vt iterum ædificaretur Ierusalem, siue extemplò opus fuerit completum, siue aliqua remorationibus iniecta fuerit, vt putant omnes, qui ante annum 20. Artaxerxis eas hebdomadas. Satis est, quod facta fuerit potestas Vrbis denuo condendæ, vt reuera, à tempore huius edicti, vsque ad Christum Ducem 69. hebdomades intercederent, post quas, hoc est, septuagesima hebdomada Christo daretur, ac in dimidio illius hebdomadæ, sacrificium & hostia legis aboleret. Hæc enim in communi quærunt auctores, vt hebdomadarum numerum definiant. Itaque superfluum videtur inquirere, vtrum vis edicti tisper elusa fuerit, nec ne. Etsi enim ij, qui epocham horum 490. annorum ab annum 20. Artaxerxis affigunt, modò ab edicto, modò ab ipsa murorum instauratione annos enumerent; quia vtrumque in idem ferè tempus incidit, tamen iure negant, ex Scriptura colligi, indultum & rei indultæ potestatem vno eodemque anno contigisse.

QVÆSTIO XXII.

Vtrum solus Artaxerxes Iudæis potestatem fecerit Ierusalem instaurandæ.

1. Opinio affirmat. 1. AFfirmant Sulpitius, Lyranus, Lucidus &c. quos sequuntur Tornielius & Salianus ad annum m. 3609. num. 4. idque ex eo probant, quòd in Cyri & Darij decretis Vrbis restituendæ nulla mentio habeatur.

2. Negat probabilius. 2. Longè verò probabilior est eorum sententia, qui etiam à Cyro hanc facultatem concessam tradunt, vt Africanus à S. Hieronymo relatus Dan. 9. ait, *ad Cyri regis imperium Iudæos templum & Vrbem, & muros eius ædificare potuisse, prohibentibus in circuitu nationibus, ne impleretur opus, quasi hoc rex non iussisset.* Quod asserit Eusebius lib. 8. Dem. 2. Basilius Seleuciensis demonst. contra Iudæos. Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 1. vbi clarè narrat, Cyrum conuocatis Ciliciæ apud Babylonem Iudæis dixisse, *se illis permittere, vt proficiscantur in patriam, rebemque Ieroſolymam, & Dei templum ædificent denuo.* Quibus assentitur Dan. 9.

4.p.Thesium,Annot.31.Petauius lib.12. cap.31. Iansenius cap.122. Concord. Sanctius Dan.9.num.90.Fauet Suarius 3.p.disp.1.sect.2.§.*Quidam igitur*. Imò Deus hoc ipsum per Isaiam olim prædixisse videtur,cap.44.v.26. *qui dico Ierusalem, habitaberis*.q.d. Ego te ô Ierusalem à Chaldæis euersam per Cyrum reædificabo & restaurabo, inquit ibidem Cornelius. Et ver.28. *Qui dico Cyro,pastor meus es, & omnem meam voluntatem complebis. Qui dico Ierusalem. AEdificaberis, & templo:Fundaberis*. Vide loci illius interpretes,ac in primis S.Hieronymum, qui de Cyro agens;huic,inquit,Deus inspirauit,vt suam faceret voluntatem,& illius præcepta compleret,signanterque addidit:*qui dico Ierusalem, ædificaberis,& templo, fundaberis*.Sub Cyro enim iussum est,vt ædificaretur Ierusalem, & templum,cuius tantum illo viuente iacta sunt fundamenta. Hæc S.Hieronymus. Et cap.45.v.13.De Cyro loquens Propheta sic vaticinatus est: *ipse ædificabit ciuitatem meam*.

3. Respondet Torniellus illo ann.m.3609.num.4.apud Isaiam,vel ciuitatem pro templo vsurpatam esse,vel Prophetam non de materiali murorum structura loqui,sed de ciuili ædificatione, *quæ fit, per ciuium coadunationem*, inquit,*& cohabitationem*. Idem ferè Saliano ibidem dum ait:*ea prophetia est, non decretum principis:ibique ciuitas proprie pro ciuium congregatione ponitur,non pro murorum ædificio*. *Effugium Tornielli.*

4. At verò longe potior est mihi S.Hieronymi & aliorum interpretatio, qui docent prophetiam Isaiæ, non esse quidem principis decretum, sed verum de futuro principis decreto vaticinium,nec solum templi restaurandi; sed Vrbis etiam restituendæ. Neque mihi persuadeo Prophetam nomine ciuitatis templum solum intellexisse:hæc enim duo,templum,inquam,& ciuitatem clarè distinguit,& sicuti de materiali structura templi vaticinatur;ita sine amphibologia,de materiali Vrbis reparatione loqui censendus est. Adhæc Iudæi in patriam reduces,non solum templi fundamenta ex indulto Cyri posuere, sed & materialem ciuitatis fabricam aggressi sunt, *extruentes muros eius,& parietes componentes*.1.Esdræ 4.v.12. Quem locum duriusculè exponit Torniellus dum ait:*si verum est,quod ibi hostes calumniabantur,nimirum, quod Iudæi tunc etiam Vrbem aliquo modo ædificarent:certè id non de expressa Cyri licentia faciebant*.Sic enim aut luculentum de re notoria mendacium hostibus Iudæorum impingitur, aut temerariæ præsumptionis nota Iudæis,sine iusta ratione inuritur. *Conuellitur Isaias de Cyri decreto vaticinato.*

5. Etiam sub Dario Hystaspis Vrbē restaurari cœptam,patet ex Aggæo,c.1. v.2. & 4.vbi eos castigat,qui suis ædibus erigendis plus æquo intēti, ædis sacræ fabricam negligebant.*Nunquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta?* Deinde 3.Esdræ cap.4.v.43. quamuis apocrypho, magnæ tamē auctoritatis libro,dicitur Dario: *Memor esto voti,quod vouisti,ædificare Ierusalē*. *Darius vrbis restitutionē induisit.*

Et v. 63. *Vt ascenderent, & ædificarent Ierusalem, & templum.* Est locus Sanctij, Petauij, &c.

Occurritur tacitæ obiectioni.

6. Nec obstat, quod in Cyri & Darij diplomatis solius templi mentio fiat: templum enim magnificentissimum erat futurum, & non vnica Basilica: ideo non decebat, vt in medijs Vrbis combustæ ruinis inter mapalia rustica, quasi in pago cuiuis peruio constitueretur. Denique bis restituendæ facultate, admodum ieiuna erat templi denouo erigendi copia. Templum religionis causa, erat principale: Vrbis ædes & mœnia tam de templo licentiam, tanquam necessario accessoria sequebantur. Docent Sanctius, Suarius, Petauius &c. Vir nobilis non magni facit Regis licentiam, si famulitij decentis comitatus ei denegetur.

QVÆSTIO XXIII.

Quomodo dicatur Christus post 62. hebdomadas occidendus, & sacrificium in dimidio hebdomadis desiturum.

Post 69. hebdomadas Christus est baptizatus.

1. CVm Daniel cap. 9. v. 25. dixisset: *ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum Ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt*, &c. subtexit v. 26. *Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus*, notandum 1. hic numerari 7. & 62. hoc est, 69. hebdomadas, vsque ad Christum, non infantem, sed Ducem, & Legislatorem, id est, vsque ad baptismum ipsius tempus: *quando*, inquit Theodoretus, *ad Iordanem apparuit, quando cœpit docere, & miracula facere, Saluator & Dominus noster cœpit.* Idem tenet Lorinus tom. 1. Annalium. Quam interpretationem sequuntur, plerique recentiores interpretes, ne dicam omnes, vt Perer. li. 10. in Dan. q. 17. Dionys. Lucidus laudat & sequitur Sanct. in hoc cap. nu. 119. Ianſen. c. 122. Concord. Prol. 43. Cornel. Mariana, Sa, Menoch. in huius vaticinij explicatione.

Hic vna hebdomas continet 7. annos.

2. Notandum 2. hanc supputationem nõ esse singulorum annorum, sed lunarium hebdomadum, vt sit sensus: ab exitu sermonis vsq; ad Christum Ducem sunt 69. hebdomades, nõ plures, nec pauciores hebdomades. Et licet 69. hebdomadaria constent annis 483. non est tamen hoc oraculum ita rigidè accipiendum, vt anno 484. siue anno 1. hebdomadæ septuagesimæ, Christus se ostendere debuerit. satis est, ad oraculi veritatẽ, quod currẽte septuagesima hebdomada Christus Dux ad Iordanem cõparuerit, patre æterno attestante: *hic est filius meus dilectus*, Matt. 3. Quemadmodum si quid post tres dies euenturum dicatur, non est opus, vt prima hora, quartæ diei contingat: sed sufficit, si quarta die exacta repræsentetur, nisi forte, aliquid ex alio capite adiectum fuerit.

3. Pari ratione, cũ post 69. annor. septenaria Christus dicitur occidẽdus, nõ sic intelligendũ est, quasi annus 484. morti Messiæ designetur. Sicuti si dixeris post tres dies, qui continent 72. horas, te aliquo venturum; vt stes dictis non est necesse, vt hora 73. venias: ita licet Christus nõ sit occisus anno huius interualli 484. sed aliquo è sequẽtibus, cõstabit nihilominus prædictioni sua Veritas, modo ante Christi mortem tota septuagesima hebdomada nõ effluxerit, nec dici possit Christus post 70. hebdomadas occisus. Vnde præclarè Petauius lib. 12. c. 32. Ita existimandũ est, ait, nõ sic interuallũ illud hebdomadum 70. oportere sumi, vt totæ integræ, ante illud, cuius gratia præfinitæ sunt, mysteriũ decurrerit; sed satis esse, vt in hebdomade postrema, eaq; labente necdũ finita, peractũ fuerit. Vnde non post hebdomadas 7. & 60. tres, id est, absolutis 70. Christum occisum iri, prædicit Angelus, quod vtiq; dicendum erat, si ad Christi necem 70. hebdomades completæ numerarentur. Verum post septem & sexaginta duas, quæ sunt 69. nempe in 70. eundem dixit occidendũ. Et Pererius in huius versiculi commentario asserit verba Angeli hanc habere sententiam: *post septem & sexaginta duas hebdomadas ab ædificatione Ierusalem numeratas, fore vt Messias occideretur. Et quia Gabriel suprà non nisi 70. hebdomadas constituerat, ex eo concluditur Messiæ mortem in 70. & vltima hebdomade futuram.* In eandem interpretationem conspirat Salianus ad an. m. 3516. nu 91. vbi tradit verborum Angeli hunc esse sensum: *postquam elapsæ fuerint septem illæ & 62. hebdomades, siue 69. occidetur Christus intra proximè sequentem hebdomadam septuagesimam.*

Id post 69. hebdomas fieri dicitur quod sit sequẽte annorum hebdomade.

4. Hinc manifesti erroris redarguuntur Græca illa exemplaria, quæ hic obtudunt 74. hebdomadas: siquidem non solum Latini, & Hebræi codices non nisi 62. exhibent. Sed & translatio 70. Sixti V. & Græca editio Francofurtensis eundem numerum 62. retinent, & sic iam olim in Græcis legerunt Tertullian. Theodoret. Euseb. vt annotant Pererius & Nobilius. Addit ille, erratũ præterea in Chronolog. S. Chrys. orat. 2. contra Iudæos, dum pro 62. hebdomadis numerat 70. Dici quidẽ posset Christus post 70. hebdomadas ab Angelo cõsignatas occisus, eo sensu, quo circũcisus dicitur, *postquã* à natiuitate ipsius, *cõsummati sunt dies octo.* Lucæ 2. v. 21. sed non ausim dicere S. Chrysost. eo sensu locutum.

Caue ne pro 62. legas 74. aut 70.

5. Ver. 20. *In dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ.* Theodoretus orat. 9. in Dan. sub finem clarè docet, hæc intelligi de 70. siue postrema hebdomade, qua Christus testamentum, pactum ve confirmauit, partim per se ante crucem, partim deinde per Apostolos: cum enim annos, inquit, circiter tres cum dimidio prædicasset Dominus, sanctosq; suos discipulos doctrina & miraculis cõfirmasset, tunc passus est, ac post crucem & mortem, & resurrectionem, & ad cœlos ascensum & sanctissimi Spiritus aduentum, reliquum hebdomadis tempus Ierosolymis prædicantes &c. Et loquens de vltima hebdomada ait: in me-

Hebdomade 70. nec dum finita defecit hostia

» medio huius hebdomadis auferetur sacrificium & libamẽ, hoc est le
» secundùm legem deficiet, oblato immaculati Agni, qui tollit peccat
» vero sacrificio. Et paulo inferius: Diuus Archangelus B. Daniel, post
» inquit testamentum hebdomada vna, tempore ante crucem Domi
» sancti Apostoli post Saluatoris resurrectionem Ierosolymis docere
» collectorum bifariam diuidit hebdomadam, & ait: in dimidio hui
» auferetur sacrificium & libamen: oblato enim vero sacrificio, finem
» bra legis Hæc prolixius ex Theodoreto retuli tum quia poste
tum quia ex dictis clare patet eum in ea fuisse sententia, vt Christ
crederet, postrema hebdomade, non finita, sed adhuc labente, tam
confirmando partem aliquam huius hebdomadæ reliquerit Apost
etiam docent Zonaras tom. 1. Annal. S. Thomas in hunc locum, Lyr
go, Iansenius locis antè notatis, Salmeron illo proleg. 4. Sanctus P
219. & 124. Cornelius ibid. concl. 2. vbi disertè contra Africanum, Ba
Brdam, & quosdã alios negat hebdomadas præcisè finiri anno pass
sti: sic enim, inquit, dicere debuisset Gabriel: in *fine* (nõ in dimidio) hebd
occiso Christo, *deficiet hostia*. Consentiunt Mariana, Menochius, &
Petauius lib. 12. c. 35. Fauent ex parte Pererius & Salian. vt patet ex
quæ iam num. 3, referebam. Imò Salianus id apertè significare videtur
no 3516. num. 92. vbi loquens de 70. hebdomade ait: *In dimidio ver*
da hostia & sacrificia Iudaica, per Christi mortem deficient, sic vt manna &
reddantur, vtpote per Christi sacrificium impleta. Et anno 3609. nu. 1. in
domadem cadere Christi mortem, & Scriptura ipsa clarè loquitur, & co
» *sententia confirmat.* Fauet etiam Suarius illa sect. 2. dum sic scribit: D
» potest intelligi verbum illud quod postea subiecit Angelus, scilicet: C
» *bit autem pactum multis hebdoma vna, & in dimidio hebdomadis defi*
» *cium.* Significatum est enim his verbis, Christũ in dimidio hebdomad
» in tempore trium vel quatuor annorum confirmaturum pactum
» nouum testamentum & legem: confirmaturum inquam, miraculis, &
» morte ipsa, per quam sacrificia & hostiæ legis veteris erant exclusa
» itaque dimidia hebdomada dupliciter sumi potest, scilic. vel vt priore
» dia pars septuagesimæ hebdomadis, vel vt intelligatur esse posterior
» ma hebdomada in duas dimidias partes diuidatur, & in posteriorem
» annis intelligatur futura confirmatio Euangelij, per Christi prædica
» vsque ad mortem eius: & iuxta priorem sententiam, hebdomadem
» tur aliquot annis post mortem Christi, iuxta posteriorem verò, ipsi
» Christi. Et vterque sensus est facilis, & probabilis, & ille erit eligendus
tio temporis melius accommodari poterit. Hæc ille.

6. Dixeram num præcedenti, Pererium & Salianum ex parte fauere, quà nimirum passionem Dominicam, in finem postremæ hebdomadæ necdum finitæ conijciunt: atque ita quoad rem ipsam ad eorum sententiam accedunt, qui hebdomadas Christi morte concludunt. At verò idem Salianus & Torniellus, hostias & sacrificia defecisse volunt, in dimidio peculiaris cuiusdam hebdomadæ, quæ nec fuerit septuagesima, nec septuagesima prima; sed ex parte dimidia septuagesimæ, & dimidia septuagesimæ primæ constiterit. Priori medietate aiunt Christum per se; posteriori per Apostolos confirmasse pactum siue testamentum nouæ legis. Quam opinionem Torniellus ad an. m. 3516. num. 11. sic explicat. Quod si etiam scire cupis, quænam erit hebdomada hæc, qua tot mirabilia fore patranda diximus; proculdubio non erit tota septuagesima, nec tota septuagesima prima: sed illa, quæ ex posteriori medietate septuagesimæ, & priori septuagesimæ primæ conficietur, nimirum illa in cuius dimidio propter verum ac Deo Patri acceptissimum sacrificium in ara crucis à Christo oblatum, cessabunt quoad eorum valorem omnia Mosaicæ legis sacrificia, quæ illud significabãt. Et paulo post: In postera medietate hebdomadis septuagesimæ hæc perficientur: baptismus, prædicatio, miracula, passio, morsque nostri Redemptoris; in priori autem medietate subsequentis hebdomadæ eiusdem Christi resurrectio, ascensio, missio Spiritus S. & Apostolis Euangelizantibus, &c.

Quorundam interpretatio singularis.

7. Hæc interpretatio *dimidij hebdomadis*, minus plana mihi videtur: eo enim tendit, vt dicamus Danielem non meminisse peculiariter septuagesimæ hebdomadis, sed ea tacitè prætermissa, v. 27. de alia quadam locutum ex parte duarum hebdomadum composita. Deinde valde rigidè ille & Salianus istas medietates ad calculos reuocant, dum ad finem penitus septuagesimæ hebdomadæ Christi passionem alligant: quod non facilè accommodabunt, ad ea quæ de anno Passionis Dominicæ, & initio harum hebdomadum varijs in locis tradiderunt, vt q. seq. patebit.

Refutatur.

8. Quidam vt Beda & Rupertus in dimidio vltimæ hebdomadis, cum Christus baptizaretur, dicunt hostias & sacrificia legis antiquæ defecisse, non quidem quoad vsum, virtutem, obligationem, quæ vsque ad Christi mortem in suo vigore fuerunt; sed quia introductio baptismi, qui est primum sacramentum nouæ legis certò demonstrabat legalia Moysis extemplo desitura. Alijs verò plerisque auctoribus hæc interpretatio longè petita, nec admittenda videtur: latum est enim discrimen inter signum rei post paucos annos desituræ, & ipsam desitionem. Alias dixerit quispiam legalia desijsse vel ortu Saluatoris, vel trium Magorum aduentu.

Christi baptismo non defecit hostia.

9. Hisce præmissis existimo *primò*, Angelum v. 27. de vna eademque nimirum septuagesima hebdomada fuisse locutum, quando prædicebat: *confirmabit pactum*.

Eadẽ hebdom. confirmatur.

pactũ qua defecit hostia.

pactum hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia. Ita docent Abu. Theodoretus, Beda, Rupertus, Zonaras, Suarius, Sanctius, Deckerius, Cornelius, Perauius &c. Quia non est ratio, cur tam breuis verborum cum amphibologiam inuoluere putetur.

Duplex sensus huius loci.

10. Existimo *secundò*, prædicta Angeli verba duplici modo posse[illegible] paulo antè ex Suario monebam, & vtrumque probabilem esse. Prior [illegible] Deckerius, Sanctius, Cornelius, Perauius, cum Theodoreto, Zonara, [illegible] qui Christi mortem fini hebdomadum anteponũt. Posterior cum [illegible] cito congruit, qui vltimo anno harum hebdomadarum Christi pass[illegible] signant, in quibus est Beda, Rupertus, Torniellus, Salianus, & Pere[illegible] huius disp. dum ait: Illud, *in dimidio hebdomadis* non significat medium [illegible] qui est quartus septuagesimæ hebdomadis. Et paulo post: itaq; quod [illegible] dixit: *in dimidio hebdomadæ deficiet hostia*, id sane de posteriore dimidio [illegible] domadis, & de fine eius dimidij debet intelligi. Quam in sententiam [illegible] Historiam Scholast. Dan. 10. & Dionysium Dan 9. Quamobrem dicit [illegible] Angeli, si sola verba spectes tãtum significat, sacrificia legis antiquæ in [illegible] dietate vltimæ hebdomadis, non autem tota hebdomade septuagesim[illegible] tus transacta: vtrum autem in priori medietate, an verò posteriori; [illegible] tio, medio, an fine huius illiusue medietatis, aliunde inquirendum.

Quid hic significet dimidiũ.

11. Existimo 3. non esse spernendam Salmeronis annotationem, [illegible] non ita præcisè capiendum esse hoc loco *dimidium*, vt partes huius hebd[illegible] omnino debeãt æquales existere, & æquè ab extremis distare; hoc enim [illegible] dium Mathematicum: hîc verò ciuiliter accipitur, more Scripturarum, [illegible] *lud quod est inter duo extrema, medium habetur & vocatur, etiamsi non æqualiter [illegible] illis.* Ita dicitur Ps. 73. *operatus est salutem in medio terræ.* Et Habacuc 3. v. 2. [illegible] *annorum viuifica illud.* Et Sap. 18. *nox in suo cursu medium iter habebat.* Idem [illegible] Sanctius: quam explicationem meo iudicio, sine causa idonea reda[illegible] nus ad an. m. 3516. num. 93. Fatentur enim omnes, medium à dimidio [illegible] sed in hoc conueniunt, quod & medium & dimidium, latè & vulgo [illegible] quandoque possint accipi, pro eo quod non æqualiter distat ab extremis [illegible] fecit vulgatus interpres Isa. 38. v. 10. *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam portas inferi.*

Quædam interpretationes ineptæ.

12. Omitto obsoletas quasdam explicationes, quæ nomine Christi [illegible] canum, vel Herodem Agrippam intelligunt, vel abolitionem sacrificij [illegible] hic est sermo, vsque ad Antichristum differunt. Hoc enim ad primum C[illegible] aduentum spectat, cuius morte, ita legalia sunt obolita, & mortua, vt non [illegible] tim essent mortifera, sed Synagoga cum honore sepeliretur, vt ex com[illegible] Theologorum & sacrorum interpretum sententia constat: quia vt [illegible]

Leo hom. 8. de Passione, *omnes differentias hostiarum, vna corporis & sanguinis Christi implet oblatio.*

QVÆSTIO XXIV.

Vtrum istæ hebdomades constent annis Lunaribus.

1. IDaffirmant Theodoretus, Beda, Rupertus, Zonaras, Albertus, Pererius, Torniellus, Gordonus, Salianus &c. nec aliud asserere possunt, quicumque anno 20. Artaxerxis Longimani post Xerxis obitum supputato hebdomadas inchoant, easque sub Christi mortem finitas volunt, vt bene aduertit Salianus, ad an. m 3609. vbi num. 9. ait, id non obscure innuisse Angelum, quando has hebdomadas vocauit abbreuiatas, vtpote per singulos earum annos, vndenis diebus decurtatas. Quinam verò auctores æram hebdomadum ab illo anno 20 aduocent, & quas ob causas supra disputatum est, q. 19. *1. Opinio affirmat.*

2. Alij, vt in alijs Scripturæ locis, ita in præsenti, annorum solarium summam intelligũt, quorum singuli si communes fuerint, constant diebus 365. bissextiles verò 366. Est Cedreni, Lyrani, Driedonis, Lucidi, Galatini, Genebrardi, Hebræorum passim, Sanctij, Deckerij, Cornelij, Petauij, & magis in hanc, quam in aliã partem inclinat Salmeronillo proleg. 43. & Suarius illa sec. 2. Nec aliud sentire possunt, qui regum Persarum & Græcorum annis 490. hebdomadas definiunt, vt Tertullianus aduersus Iudæos, cap. 8. Eusebius lib. 8. demonst. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, & quotquot per alienorum principũ ætates has annorũ hebdomadas impletas esse contendunt, inquit Sanctius n. 67. subaudi si annos 490. supputent; qui enim solum 475. colligunt, ij Lunaribus annis vtuntur. Itaq; solares hîc annos computãt Cyrillus Ierosolym. S. Chrysostomus, Origenes, Hippolytus, Sulpitius, Paulus Burgensis, Vatablus. Ratio est, quia nullum prorsus indicium habemus, quo vel sacra Scriptura, vel Synagoga Hebræorum vnquam, à tempore Moysis, vsq; ad nostram ætatem videatur per septennũ, nedum per septem septuagenas annorum annis purè Lunaribus (quorum singuli diebus 354. absoluantur) tempora definiuisse. Vtebantur quidem olim Hebræi, ac etiamnum vtuntur mensibus Lunaribus, ordinariè alternis 29. & 30. dierum, annumq; communem 12. mensibus absoluũt, sed anno tertio, aut etiam secũdo mensem tertium decimũ adiungunt, quem ipsi Veadar nominant, vt dicebam Opusc. de annis Dom. &c. cap. 14. Neque lex permittebat vsum annorum purè lunarium, quippe, quæ cauebat vt Pascha circa æquinoctium Vernum; inde septem dierum hebdomadibus interiectis Pentecoste celebraretur. Vnde bene in hunc locum Lyranus: *falluntur, qui putant Hebræos tabulis annis vsos aliquando; alioquin tota Veteris instrumẽti series vacillat.* Quocirca, non est opus, hoc loco, exoticam aliquam plurium annorum computationẽ excogitare, alibi in tota Scriptura nusquam vsitatam, apud Hebræos inauditam. *2. Opinio vera magis. Ratio.*

3. Duo-

P.
H. Philipp
Chronolo
vet: Testan
A IV
17 a

3. Duobus autem modis anni solares huc admittuntur. 1. Si anno 20. Lon-
mani ex quo in regni consortium à patre vocatus est, constituantur epo-
manarum, vt faciunt Deckerius & Petauius. 2. Si ad annum septimum
post occisum Xerxē imperantis figatur hæc epocha, vt q. sequēti de-

Quidam 1. opinionis assecla sibi nō constāt.

4. Sunt quidem & numero & auctoritate Scriptores planè insigni
annos lunares hic vsurpant: plerisque tamen hoc in negotio potest op-
ceptio, dum in sua sententia explicanda, aut secum, aut cum veritate
decepti velitantur. Paucorum è multis ratiocinia propius inspiciamus.
doretus clarissimè ait Christum prædicasse, fluente vltima hebdomada
nio, & ferè trimestri, mortuum in medio septuagesimæ hebdomadis
eiusdem hebdomadæ partem Apostolos nouo testamento confirma-
pendisse. Docet quoque septuaginta hebdomadum interuallum ab an-
Longimani exortum, annis 475. solaribus contineri. Annum istū 20. Ar-
cum 4. Olymp. 83. bene componit Africanus apud S. Hieronymum
Pererius 3. p. huius disp. Torniellus in Tabulis, Salianus ad an. m. 60
notaui ad Tabulas expansas in Longimano. Certum est autem hunc
Olymp. 83. inijsse anno ante Vulgarem æram Christi 445. sic tardius
possunt hebdomades, quam anno ante Christi 444. huic adde annum
Christi, confient anni 475. qui finiuntur anno Domini 32. hinc si ante
nium, quod Theodoretus Apostolis post Christi necem tribuit,
an. æræ Christi 29. in quem ex Theodoreti calculatione passio Domini
ret: quod nulla ratione fieri potest. Vide errores à Theodoreto, in di-
dis 70. hebdomadum annis commissos, supra q. 15. Eodem prorsus mo-
cedit Zonaras, ita vt horum testimonia, in hac lite iustam patiantur
nem. Sed ad recentiores veniamus.

Pererius explicatur

5. Ioannes Lucidus terminum hebdomadarum reijcit in annum 4. à
Passione, eumque putat fuisse 490. solarem ab anno 20. Artaxerxis
sunt ἀσύστατα, neque ad annos Lunares vllo modo quadrare possunt.
annum 20. regis Longimani fatetur fuisse quartum Olympiadis 83. &
nem Domini signat anno 4. Olymp. 202. æræ Christi 33. die 3. Apo-
autem 4. Olymp. 83. inijt anno ante Christi æram 445. vnde exurgunt
inclusis terminis ab anno 20. Longimani, vsque ad annum passionis
Ergo Christus non est mortuus ante finem hebdomadarum, quæ vt
non nisi 475. annos solares complectuntur. Respondet: hoc interuallo
nes per Olympiadas instituantur, reperiri quidem annos 477. sed Ange-
vsum supputatione exclusiua, vt integrum numerum 70. hebdomadum
meret, & sic annos solares tantum 475. numerasse. Sed in primis non
Angelus dicatur exclusiuam annorum supputationem adhibuisse;

dixit ab anno quo sermo exibit, sed *ab* ipso *exitu sermonis*, hebdomadas inchoari, & sic terminos hebdomadum non constituit annos edicti & passionis, sed tempus edicti & Passionis Christi. Adhæc annus 4. Olympiadis 202. quem ipse ait esse annum Passionis totus excluditur à numero hebdomadum: siquidem vt ipse vult, expletæ sunt, antequam oriretur annus 4. Olymp. 202. qui cœpit ad ætatem anni Christi 32. nempe octo vt minimum solidis mensibus, ante diem illum 3. Aprilis, quem Pererius Dominicæ passioni & legis antiquæ abrogationi consecrat. Itaque ex hac opinione, reuera Christus post hebdomadas septem & sexaginta tres occisus est: Angelus autem ponit 7. & 62. Quonam igitur pacto vera censebuntur, quæ ab eodem Pererio scripta retuli quæst. præced. num. 3. & 5. nempe Messiæ mortem in septuagesima hebdomade fuisse; atque in dimidio vltimæ hebdomadis antiquæ legis sacrificia defeciſſe.

6. Non minori difficultate premuntur Saliani ratiocinia, qui anno ante vulgatem Christi æram 445. dat hebdomadibus initium: mortem autem Christi, qua ipso iudice legis veteris sacrificia expirarunt, anno Vulgaris æræ 33. cõsignat, ex his enim conflantur anni 478. inclusis terminis. Vnde fateri debet 1 hebdomadam septuagesimam, nulla sui parte attigisse passionem Saluatoris, contra sua effata quæst. præced. relata. 2. Veram esse hanc sententiam: Christus passus est. post 7. & 63. hebdomadas; esto Angelus non nisi 7. & 63. hoc intervallo designarit. *Monetur Salianus.*

7. Illud: *septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt*, συνετμήθησαν ita accipiendũ est, vt ab Hebræo fonte nõ dissideat, qui nullo modo decurtationẽ significat, quasi singulis annis vndecim dies sublati fuerint, siue Solares hic annos, siue Lunares computare velis. Verbum enim *nechtach*, idem valet quod decisum, præcisum, definitum, constitutum, determinatum est, nec magis ad exigui, quam longi temporis spatium refertur. Non dicuntur igitur *abbreuiatæ*, quod annis purè lunaribus constent, sed quia Deus paucas illas præcisè definiuit. Vnde bene suggerit Sanctius ex communi sententia in hebdomadum abbreuiatione, definitionem seu decretum breuis spatij considerari, vt faciunt Theodoretus, Lyranus, Galatinus, Suarez, Dionysius, Iansenius, Vatablus. Quam interpretationem amplectitur Salianus, ad an. m. 3506. num 88. vbi ait, eo sensu hebdomadas dici abbreuiatas, quo dicuntur dies abbreuiati Mat. 24. v. 22. *nisi breuiati fuissent dies illi*, persecutionis scilicet Antichristi, *ad ist*, inquit, *pauci constituti fuissent. sic breuiatæ dicuntur* (latino textu) *hebdomades, quia paucæ futuræ sunt, habita ratione temporis elapsi, ab Orbe condito, à cuius initio promissus est Messias.* Adde vel comparatione spatij, quod Deus ab æterno absolutè decernere potuisset. Idem sentit Cornelius Dan. 9. v. 24. & Petauius qui ait nostrum interpretem vsum vocabulo abbreuiandi, siue quod ex incerto, & infinito tempore ad certum & constitutum *Quo sensu 70. hebdomades abbreuiatæ dicantur.*

P.
H. Philipp
vsurpant, vt nimirum prophetia, quæ certis temporum notis caret, reuocetur ad tempus ab alio vate antecedente proximè notatum: proximè autē Amos 1. v. 1. exprimitur biennium ante terræ motum, (qui contigit anno 27 Oziæ) quādo adhuc in viuis degebat Ieroboamus. Vnde bene concludunt sacri interpretes Amos prophetare cœpisse anno 25. Oziæ, *in diebus Ieroboā filij Ioas regis Israel.* Itaq; nō video, cur Ionas cōtra Niniuen intonuisse putetur ante 25. annum Oziæ, licet fortè prius de restitutione terminorum Israel sit vaticinatus. Quod tamen valde incertum est, cum non constet, vtrum Ieroboamus illos terminos Israeli asseruerit ante annum regni sui quadragesimum, Oziæ vicesimum quintum.

Ionas contra Niniuen nō ante ann. 25. Oziæ prophetauit.

Latet tēpus quo de terminis Israel vaticinatus est.

5. Si Ionas iste, qui inter 12. minores prophetas locum habet, fuit Sareptanæ filius, ab Elia ad vitam reuocatus, vt nonnulli putarunt; necesse est, eum valde grandæuum fuisse, vt palam faciunt ea, quæ referebam q. 6. num. 4.

Non videtur fuisse filius Sareptana.

QVÆSTIO VIII.

De tempore, quo euersa est Niniue.

1. HAc de re latè disputat Cornelius Amos 2. & alij, quos laudabam in Tobiam q. 4. Quibus adde *primò*, iuxta meas rationes ab vltimo anno Ioatham regis Iuda, vsque ad decimum tertium Iosiæ, colligi annos 115. non tamē ideirco asseruerim, Ninum anno 13. Iosiæ destructam. Nahum enim fuit synchronus Michææ, ad quem sermo Domini factus est, *in diebus Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iudæ.* At verò non constat, vtrum sub Ioathamo, an verò sub Achaz, aut potius sub Ezechia, contra Ninum prophetauerit, ac proinde Iosephi auctoritas de interitu Niniues, non est magni ponderis, vt cum Petauio dicebam q. 4. in Tobiam. Imò Cornelius ait Iosephum errare, dum ait Nahum cœpisse prophetare sub Ioathamo, cum cœperit sub eius nepote Ezechia. Vide notas in Nahum.

Annus 13. Iosiæ fuit 115. aut 116 ab obitu Ioathæ.

2. Adde 2. Annos 70. captiuitatis non esse supputandos ab anno 13. Iosiæ aut vltimo Ioatham: sed à primo Nabuchodonosoris, vt latè declaraui sub finem lib. 2. Paralip.

Vnde computentur anni 70. captiuitatis Bab. De annis Cyri.

3. Adde *tertiò*, illam supputationem mihi videri cæteris probabiliorem, quæ Cyrum anno 21. quàm in Perside regnauerat, cepisse Babylonem, ita vt annus primus Monarchiæ Cyri Babylonicæ esset vigesimus secundus regni Persici.

4. Adde *quartò*, ex multorum auctoritate præstantium, ab euersis Ierosolymis, vsque ad annum 2. Darij Hystaspis colligi annos 70. vt latè alibi retensui. Vnde fit, vt anni 70. captiuitatis, quam Cyrus anno 1. suæ Monarchiæ laxauit, non proueniant ab anno vltimo, sed quarto Ioachimi. Itaque anni

Excisa Ierosolyma annis 70. ante an. 2. Darij Hystaspis.

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17

anni 21. Cyri: 35. Astyagis, & 14. vltimi Cyaxaris, adæquate respond
70. Babylonicæ seruitutis.

Explicatur Euseb.

5. Adde *quintò*, Eusebium non satis sibi constare (vt bene adu
nelius in cap. 2. Nahum) dum primordia Cyaxaris refert, ad annum
expugnationem Niniues inchoatè ad annum 28. eiusdem Iosiæ; com
rò, ad annum quartum Ioakimi filij Iosiæ. Sic enim Cyaxares Ninu
gnasset, anno regni sui decimo tertio, aut saltem vicesimo circiter, cu
teste Herodoto, elapsi sint anni 28. inter obsidionem Niniues, & exp
nem eiusdem, regnante Cyaxare: quo annorum interuallo Scythæ
Asiæ vsurpabant.

Niniue nõ est euersa à Cyaxare anno 24. Nabuch.

6. Adde *sextò*, calculos eorum non videri legitimè dispositos, qu
Nabuchodonosoris, Ægypto iam subiugata, putant Niniuen ab ip
regnante Cyaxare: Cyrus enim anno ante Christum 560. aut pot
gnum Persarum adijt, cui si adijcias annos 35 Astyagis, consurget an
ante Christianam epocham, quo inijt annus 15. Nabuchodonosoris
ro 24. eiusdem Cyaxares iam pridem obierat. Adhæc anno 27. tra
tionis Iechoniæ, qui erat 33. aut 34. Nabuchodonosoris, Ægypti va
prædicit Ezechiel cap. 29. v. 17. Ergo necdum eam subiugauerat Nab
nosor anno regni sui 24.

An Alexandria prius vastata fuerit quàm Niniue.

7. Nec obstat, quod Nahum 3. v. 7. & 8. Niniue dicatur subuer
ut Alexandria. Nam in primis vtraque ciuitas sæpius capta est. Deind
apertè Propheta fore, vt prius à Nabuchodonosore Alexandria vast
Niniue destruatur Aprie à Chaldæis deuicto: sed fortè solum deru
melius actum iri cum Niniue, quàm cum Alexandria. Denique cer
tempore, quo Nahum ista vaticinabatur, Alexandriam à Nabuchod
captam non fuisse, ac idcirco S. Vatem aut de aliqua vastatione Ale
quæ tempora Nabuchodonosoris præcesserat, locutum, aut solum p
Alexandriam & Niniuen pari calamitate affectum iri, siue illa ante
sa fuerit, siue non.

QVÆSTIO IX.

Quo tempore Michæas prophetauerit.

Quando regnare cœperint, Ioatham, Achaz, Ezechias.

1. HAnc ipse quæstionem in genere soluit initio suæ prophetiæ, d
Verbum Domini ad se factum in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ
da quod vidit super Samariam & Ierusalem. Ioatham regnare cœpit anno
Christi 760. Achaz 744. Ezechias 729. quem anno 700. ante eandem
obijsse puto. Itaque si toto istorum regum interuallo Michæas prop

eius prophetiæ ad annos fere 600. erunt protendendæ. Est autem incertum, quoto anno Ioatham inceperit, quoto Ezechiæ prophetare desierit: ac proinde non constat quot annos prophetæ munus obierit. Bellarminus initio regni Ioatham Michææ vaticinia adscribit. Quod de quibusdam intelligi potest. Quædam etiam vltra annum 6. Ezechiæ differri non possunt, quibus nimirum Samariæ calamitas denunciatur, cum illo ipso anno 6. Samaria excisa, atque adeo regnum Israelis euersum. *Anno sexto Ezechiæ, id est, nono anno Oseæ, regis Israel capta est Samaria, & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios.* 4. Reg. 18. vers. 11.

2. Hinc bene notant recentiores huius prophetiæ interpretes, istum Michæam esse diuersum ab illo Michæa, qui Achab regi impio cladem & interitum prædixit. 4. Reg. 22. ver. 17. Interempto enim Achabo, regnauit Ochozias filius eius annos 2. Ioram 12. Iehu 28. Ioachaz 17. Iosias 15. Ieroboam 41. tum elapso annorum circiter 12. interuallo regnauit Zacharias 6. menses, Sellum mensem vnum, Manahem annos 10. Phaceia 2. Huic successit Phacee, cuius anno 2. regnare cœpit Ioatham. 4 Reg. 15. vers. 32. Sic annis 140. & eo amplius Michæas filius Iemla præcessit Ioathamum, sub quo Michæas Morasthites vnus è 12. minoribus prophetis in Samariam & Ierusalem detonare cœpit. Itaque diuersi omnino Vates fuerunt communi Michææ nomine appellati, quorum posterior paulo post Oseam, Ioelem, Abdiam, & Ionam vaticinari aggressus est, & cum eis idem postea munus vsurpauit, vt bene monent Cornelius & Menochius, contra Epiphanium & Dorotheum in vita Michææ, qui scribunt eum sub rege Achab claruisse. Cornelio præiuit Ribera præludio 2. in minores Prophetas numer. 22. vbi obseruat Michæam initio suæ prophetiæ subticuisse nomen Oziæ: sed tantum nominasse Ioatham, Achaz & Ezechiam, vt indicaret se post Oseæ, Amos & reliquos, qui ad eorum tempora referuntur ad vaticinandum accessisse. *In quo perspicuè cernimus*, inquit, *ordinem temporis fuisse seruatum, vt idem fieri intelligamus in cæteris, qui prophetiæ suæ tempora tacuerunt.*

Hic Michæas est diuersus à Michæa filio Iemla

QVÆSTIO X.

De tempore quo Nahum prophetauit.

1 CErtum est Nahum, post Ionam vaticinatum esse: siquidem Niniuitæ ad Ionæ prædicationem pœnitentiam egerunt, *& misertus est Deus super malitiam quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.* Ionæ 3. v. 10. Sed cum postea in peccata proxima relapsi essent, & immani crudelitate, tum in alios, tum verò maximè in Israelitas sæuijssent, post Ionam, imminens ipsis interitus per Nahum denunciatur.

Ionas fuit ante Nahũ

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17 a

Non præcessit Nahũ post Ezechielẽ.

2. Sub quo autem potissimum rege prophetauerit, non est vna omnium sententia. Apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Strom. Nahum post Ezechielem prophetasse legitur. Verum id passim ab auctoribus negatur. Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 11. sub Ioatham id factum existimat, Hebræi in Seder Olam, Arias, Genebrardus, Vatablus sub Manasse, sed eius vtpote regis impietatem tacuisse.

Sed sub Ezechia.

3. Alij probabilius Ezechiæ temporibus hanc prophetiam inferunt. S. Hieronymus, Theophilactus, Remigius, Haymo, Albertus, quos sequuntur Neoterici, Ribera, Bellarminus, Sa, Castrius, Cornelius & Tirinus ad ann. m. 3521. opinatur Nahum prophetare cœpisse anno vno ante captam ab Sennacherib Ierosolymam, nempe anno 13. Ezechiæ, Cornelius anno 6. eiusdem. Annum illum quo primum suas prophetias Nahum edidit, valde incertum puto: esto plures & melioris notæ auctores, eamque sententiam constituant, inter annum sextum Ezechiæ quo 10. tribus abductæ sunt, & annum quartum, quo Sennacherib Iudæam inuasit: quia inter causas cur Niniue dicitur exscindenda, assignatur fœnitia Assyriorum, qua in 10. tribus impie bacchati. Hinc S. Hieronymus præf. in Nahum: Post Ionam Michæam legitur, & post Michæam Nahum, qui interpretatur consolator: iam enim decem tribus deductæ fuerant in captiuitatem, sub Ezechia rege Iuda, sub quo erat futura in consolationem populi transmigrati aduersus Niniuen visio cernitur. Non erat parua consolatio, tam his, qui iam Assyrijs seruiebant, quam reliquis, qui sub Ezechia rege de tribu Iuda & Beniamin ab ijsdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios à Chaldæis esse capiendos.

Quot annis Nahũ sit Ionæ posterior.

4. Cornelius censet ab initio Ionæ, vsque ad Nahum fluxisse annos 97. aut 97. contra Hebræos, qui non nisi 40. numerare volunt: initium autem Ionæ prophetantis componit cum exordio regni Oziæ, qui regnauit annos 52. Ioatham 16. Achaz 16. Ezechias ante vaticinia Nahum 6. vel forte 13. ergo prædictus annorum numerus conflatur. Mihi vero Ionas contra Ninuen haud videtur prophetasse ante Amos, cuius prophetiarum exordia ad annum 25. Oziæ reuoco: quicquid sit de tempore, quo Ionas de victorijs Ieroboam vaticinatus est. Regi Achab non nisi 15. annos Chronologicos impero. Annum 6. Ezechiæ completum arbitror anno ante Christum 727. cui aptem vt perueniam ad annum ante Christ. 788. quo vigesimum quintum Oziæ ceptum puto. Cum autem nos lateat, quoto anno Oziæ Ionas, quoto Ezechiæ Nahum prophetandi initium dederit, idcirco non ausim horum prophetarum diastema certo annorum numero definire, sicuti, nec asserere quot annis Nahum prædixerit Niniues excidium antequam eueniret. Si Nahum cepisse no 6. Ezechiæ, & Niniue anno 5. ab euersis Ierosolymis deleta est, non

Con-

Cornelius isto interuallo supputat annos 133. Annus enim quintus à destructione Ierusalem, oritur mihi anno ante Chr. 586. cui additi 138. conficiunt annum ante Chr. 724. in quem sextum Ezechiæ conijcio: at vero anno illo 5. diruta Ierosolymæ Cyaxare iam vita functo regnabat Astyages, ac proinde Cyaxares non euertisset Niniuen, nisi inchoatè, quando necem parentis sui vlciscens, copias Assyriorum deleuit, annis vt minimum octo & viginti ante Niniuen euersionem.

5. Dictis non aduersatur, quod ex S. Hieronymo Glossa ordinaria transcribit, videlicet; Nahum prophetam ante aduentum regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat fuisse Hebræorum traditio confirmat. Non enim id intelligitur de eodem rege numero; sed tantum de principe eiusdem regni, q. d. Prophetam Nahum oracula fudisse ante aduentum regis Assyriorum Sennacheribi in Iudæam anno 14. Ezechiæ, post translatos à Salmanasare 10. tribus rege eorundem Assyriorum anno 6. Ezechiæ, vt scitè monet Ribera prælud. 2. num. 14. *Explicatur Glossa.*

QVÆSTIO XI.

De prophetia Habacuc.

1. HAbacuc nullam temporis notam suæ prophetiæ imprimit, sed hæc solum verba præmittit: *Onus quod vidit Habacuc propheta.* Ex ipso vero prophetiæ decursu bene plerique colligunt, hic prædici Chaldæorum euersionē, *vt quomodo prior propheta Nahum*, inquit S. Hieronymus in huius prologo, *quem Habacuc sequitur vaticinium habuit contra Niniuen & Assyrios, qui vastauerunt 10. tribus, quæ vocabantur Israel, ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor, à quibus Iuda & Ierusalem templumq; subuersa sunt.* *Habacuc vaticinatus est contra Babylonem.*

2. Vnde certo colligimus hunc prophetam longe antiquiorem fuisse Aggæo, Zacharia, Malachia, qui post euersum Chaldæorum imperium sua vaticinia ediderunt. *Præcessit Aggæum.*

3. Benè etiam aduertunt, Ribera, Bellarminus, Cornelius cum Epiphanio lib. de vita & interitu Prophetarum, Habacuc ante Vibis Ierosolymitanæ excidiū prophetasse. Neq; enim solent prophetæ præteritas historias per verba futuri temporis attexere: sed è contrario verbis præteriti temporis denunciare futura, quod hic facit Habacuc cap. 1. v. 6. *Ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua.* Et vers. 10. *Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt.* Quibus verbis prædicit Chaldæorum potentiam & victorias ab illis de Iuda, aliisque gentibus reportandas. Neque enim Habacuc de vno Babyloniorum casu agit, sed etiam de gentibus, quas ipse Nabuchodonosor in suam potestatem *Stante adhuc Ierosolyma claruit.*

redacturus erat. Sic nempe læta quædam tristibus admiscet, in consolationem duarum tribuum, non quod iam captæ essent, inquit Ribera, sed tum quia manus hostium venissent, consolarentur sese, videntes euenisse sibi multa de se Dominus per Prophetam prædixerat, nec dubitarent de euentu Chaldæorum imperio, suaque libertate, ac futuro in patriam reditu, prædem Vatem prænunciato.

Fortè sub Manasse propheta uit: sed incepit sub Ezechia.

4. Ast sub quo, aut quibus regibus Habacuc propheta partes [illegible]. Nonnulli absolutè asserunt sub Manasse, paulo post Nahum, & hanc communiorem esse sententiam tradit Cornelius, consentientibus Hebræis, Caietano, à Castro, Aria, Vatablo & alijs arbitrantibus hunc prophetam, vnum ex [illegible] fuisse qui Manassæ impietatem redarguebant 4. Reg. 21. v. 10. Ego autem uo meliori iudicio, hæc vaticinia ad illud tempus referenda puto, quando suæ prophetiæ indicat Michæas, vbi ait, factum esse ad se Verbum Domini *diebus Ioatham, Achaz & Ezechiæ regum Iuda*, ita vt ad minimum sub vltimorum regum, nempe Ezechia ortus fuerit vaticinari. Esto etiam sub Manasse prophetandi officium non deseruerit.

Alius fuit Habacuc tempore Danielis prophetæ.

5. Hinc colligimus istum, quo de agimus Habacuc diuersum ab illo pheta fuisse, qui Danieli in lacum Leonum deiecto prandium è Iudæa lonem detulit. Dan. 14. v. 33. Hæc enim Danielis historia, post exactam solymitanum accidit; Vaticinia autem hoc libello descripta, edita sunt zechia, aut saltem sub Manasse, qui regnauit annos 55. Amon 2. Iosias kim. 3. tum secuta est captiuitas 70. annorum: ac proinde Habacuc ad lis tempora non pertigit, eo præsertim vigore, quo messoribus cibum Esto aliqui, vt Remigius, Albertus, Hugo, Lyranus vnum eundemque cuc fuisse putauerint. Quibus fauere videtur S. Hieronymus hic in verum non tam ex suo, quam aliorum sensu hanc refert opinionem. Sed enim: *si quis recipit scripturam illam, siue non recipit, vtrumque pro modo est, cipit, & iam post factam rem liber Habacuc texitur, aut non recipit, & quasi bit qua ventura cognoscit.*

Conclusio.

6. Quocirca sicuti duo fuerunt Abdiæ, & duo prophetæ Michææ, filius Iemla, de quo, 3. Reg. 22. ver. 8. alter qui vnus est è duodecim prophetis: ita duo diuersi vates communi nomine Habacuc diuersis bus floruere. Nec video cur senior Habacuc ad Ezechiam non referatur, xta regulam iam sæpius vsurpatam, de prophetis, qui nullum in suis pus assignant.

Habacuc non fuit filius Sunamitidis.

7. Ex dictis colligimus 2. hunc vatem non fuisse illum Sunamitidis quem Helisæus ad vitam reuocauit, 4. Reg. 5. Id enim si verum esset, sub Iosaphat cum Helisæo vixisset. Atqui post Iosaphat regnauit Ioas

Chronologicos, & octauum eiusdem annum compleuit Ochozias, Athalia 6: Ioas 40. Amasias 29. Ozias 52. Ioatham 16. Achaz vt minimũ 15. Ezechias 29. ex quibus facile confiunt anni 195. ab obitu Iosaphat, vsque ad initia regni Manassæ. Si ergo Habacuc ad Manassæ tempora peruenit, vt fert communis auctorum sententia, idem ad annos circiter 200. vitam produxit, quod creditu non est procliue.

QVÆSTIO XII.

De Sophonia.

Sophoniæ sub Iosiæ prophetauit.

1. SOphonias clarè præfatur, *verbum Domini ad se factum, in diebus Iosiæ, filij Amon regis Iuda.* Primordia regni Iosiæ, qui 31. annis regnauit, refero ad annum ante Chr. 645. Cornelius ad 644. Aliqui vt Ribera Sophoniæ 1. numer. 3. putant Sophoniam vaticinatum ante annum 18. regni Iosiæ, & suæ coniecturæ hanc afferunt rationem: quia Sophonias inuehitur in idololatriam duarum tribuum: Iosias autem anno 18. regni sui hortatus est Iudæos, vt abiectis idolis, Deum patrum suorum sequerentur, acquieuitque populus monitis, confracta sunt omnia idola. Verum hanc rationem certo concludere, bene negat Cornelius in Argumento huius prophetiæ. Nam Ieremias ab anno 13. Iosiæ, cœpit, nec sequentibus annis destitit in idola detonare: quia licet publicus idolorum cultus ab Iosia sublatus esset; non deerant tamen, qui priuatim ea detinerent, & colerent. Itaque non constat quoto anno regni Iosiæ Sanctus hic Propheta suis vaticinijs dederit initium.

Regno Israelis iam destructo.

2. Opportunè autem occasione huius loci monent aliqui cum S. Hieronymo sub initium cap. 1. Sophon. hîc non fieri mentionem regum Israel: sed tantum regis Iudaiam enim 10. tribus deductæ erant in captiuitatem, sub rege Ezechia, qui fuit parens Manassæ, auus Amonis, proauus Iosiæ.

Fuit synchronus Ieremiæ.

3. Bene quidam monent 2. sub eodem rege Iosia vaticinatum Ieremiam, ab anno regni illius decimo tertio. Ierem. 1. v. 2. idcirco Sophoniam & Ieremiam fuisse synchronos. Quod verò Sophonias ordine temporis præponendus sit Baruch, Ezechieli, Danieli, Aggæo, Zachariæ, Malachiæ, demonstrant ea, quæ de ratione temporum cuiuslibet prophetæ suis locis in medium attuli. Baruch scriba Ieremiæ librum suum legit anno 5. ab euersis Ierosolymis. Ezechiel primum suorum oraculorum fudit, anno 5. transmigrationis Iechoniæ. Ezech. 1. v. 2. Daniel abductus est anno 3. Ioakim: idem ætate adhuc iuuenili existens Susannam calumnijs seniorum eripuit, primum somnium Nabuchodonosori interpretatus est, anno 2. non regni sed Monarchiæ ipsius, qua non tantum Chaldæis, sed Ægypto, & multis alijs nationibus imperabat. vt ex Hieronymo, & Iosepho notat Ribera illo prælud. 2. Denique Aggæus, Zacharias & Malachias

Præcessit Baruchũ, Danielẽ, Aggæum, Zachariã, Malachiã.

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
AIV
17a

post relaxatam captiuitatem Babylonicam floruerunt; Sophonias ante inchoatam.

Ante casũ Vrbis 9. prophetarunt post reliqui tres.

4. Nouem primi è minoribus prophetis, nempe Osee, Ioel, Amos, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, ante Templi & Vrbis prophetauerunt. Vrbs enim ac Templum conflagrarunt ineunte ante Nabuchodonosoris: vltimus verò illorum 9. prophetarum, prophetauit Iosia, qui triennio ante Nabuchodonosoris enthronismum ortus est.

IN PROPHETIAM AGGÆI

IN anno secundo Darij regis in mense sexto, in die vna mensis, factum est Verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iosuam Iosedech sacerdotem magnum. Agg. 1. v. 1.

QVÆSTIO XIII.

Quisnam fuerit hic Darius.

Non fuit Darius Medus.

1. PRima opinio est Philonis apud Annium, Genebrardi, Mercatoris, Chronologijs, Cyrilli Ierosolymitani Catechesi 12. Tertulliani lib. Iudæos tit. de Passione Domini, qui falso errore decepti, putauerunt Darium sub quo prophetauit Aggæus fuisse Darium Medum. Secus autem se habere constat ex 1. Esdræ 4. v. 24. tunc intermissum est opus domus Dominicæ Ierusalem, & non fiebat, vsque ad annum 2. regni Darij regis Persarum. Incertum est sermonem esse, de eo Dario rege, qui Cyro iam pridem è vita sublato post Cambysem regnabat: at verò Darius Medus Cyrum & Cambysem non est secutus, sed Baltassarem proximè excepit. Nam nocte interfectus est Baltassar rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum annos natus sexaginta duos. Dan. 5. v. 30. Adhæc Darius sub quo templum restauratum est, sex minimum annis Cyro superstes fuit (imo 36. regnauit) anno enim 6. illius templum fuit absolutum: quod Dario Medo minime conuenit.

Neq; Longimanus.

3. *Secunda opinio* est Iansenij Conc. Euang. cap. 9. qui sine idonea ratione hunc Darium arbitratur fuisse Artaxerxem Longimanum: quia alia non occurrebat ratio explicandi dictum illud Iudæorum, Ioan. 3. v. 30. *Quadraginta annis ædificatum est templum hoc.* Verum quomodo hoc intelligendum sit, ex notis ad lib. 1. Esdræ.

Neq; Darius Nothus.

3. *Tertia* est Sulpitij, Scaligeri, Sethi & quorundam aliorum maximè Iudæorum, qui volunt regem istum fuisse Darium Nothum: sed hallucinantur. Etenim Cyrus, qui anno 1. suæ Monarchiæ soluit captiuitatẽ imperauit

9. Cambyses & Smerdis 8. Darius Hystaspis 36. Xerxes, vt minimum 20. Artabanus menses 7, Artaxerxes Longimanus annos 40. Xerxes II. & Sogdianus menses 9. & tum demum Darius Nothus capessiuit imperium: ac proinde supra modum longæui fuissent Zorobabel & Iosue siue Iesus filius Iosedec, quorum meminit Aggæus, vt paulo post, clarius ostendam.

4. Alstedius prædictam opinionem Chronologia 17. quæ est Monarchiæ Persarum, templi instaurationem Dario Notho attribuit, nec aliter probat, quam locis aliquot è libro 1. Esdræ citatis. In fundamentis sui thesauri Chronologici, loco 27. hoc constituit. *A primo anno Gyri ad 2. annum Darij Nothi, seu à solutione captiuitatis Babylonicæ, ad instaurationē templi Zorobabelis, esse annos* 107. Huius intervalli captiuitatem fatetur in sacris codicibus nō exprimi: *ex notatione tamen alioqui, apud Ptolomæum per annos Nabonassaris, indubitatò erui posse veritatem.* Triplex autem regnandi exordium tribuit Cyro. *Primum* regni Persici, quod omnes ad vnum, inquit, referunt ad primum annum Olymp. 55. *Secundum* ait esse Babyloniæ expugnatæ anno Nabonassari 207. regni Persici Cyri 21. *Tertium* initium vocat Monarchiæ Babylonicæ, & putat fuisse trigesimum secundum regni Cyri in Persia, illoque captiuitatem solutam, & ad hoc initium respexisse Danielem dum meminit anni primi & tertij regis Cyri. *Supputatio Alstedij*

5. Hæc Alstedij supputatio mihi non probatur, *primò*, quia scripturæ testimonia quæ ad suam opinionem adstruendam ex libro Esdræ producit, regem istum non asserunt fuisse Nothum: sed tantum vocant Darium. *Secundò*, quia reclamant infiniti propemodum auctores, antiqui & recentes, qui ab excidio Ierosolymitano ad templi Zorobabelis restitutionem sub Dario factam, non nisi 70. annos enumerāt, vt latè recēsui, q. 1. in libros Paralipomenon. *Tertiò*, si à soluta captiuitate Babylonica vsque ad restaurationē templi secundi intercurrerent anni 107. nō paucioribus annis Zorobabel genti suę præfuisset, & sic facile ad annum ætatis 130. circiter accessisset. Ipse enim sub Cyro populum è captiuitate reduxit, & restaurationi secundæ Domus præfuit, vt ex diuinis literis colligimus. Imo ipse Alstedius initio 9. Chronologiæ, quæ est *Ducum apud Iudæos post captiuitatem Babylonicam*, triginta duos duntaxat annos Zorobabeli imputat, soluta captiuitate, eosque deducit ab anno suo mundi 3421. vsque ad 3453. Chronologiæ verò 17. initium Darij Nothi refert ad annum 3527. Ergo Zorobabelis obitus plurimis annis enthronismō Darij Nothi antecessit. Adhæc Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 4. & auctor libri 3. Esdræ cap. 3. v. 4. referunt tres illos, qui coram Dario templi restauratore perorarunt, fuisse iuuenes & corporis filius custodes: horum autem satellitum vnus erat Zorobabel ib. cap. 4. v. 13. Præterea Iosue filius Iosedec iam summum Pontificatū gerebat, quando Cyrus Iudæis in patriam reditum indulgebat, nec est verisimile eum ante 30. ætatis suæ

Refutatur 1. 2. 3.

Zorobabel obijt ante regnum Darij Nothi.

an-

annum ad eam dignitatem euectum. Sic anno 6. Darij Nothi [illegible] quam 140. annorum. Denique Alstedius *Chronologia* 14. nempe [illegible] *decorum* scribit hunc Iosue pontificatum inijsse, anno m. 3400. [illegible] 50. succesisse Ioachim anno m. 3450. Ioachimo Eliasibum an. m. [illegible] autem Nothi signat an. m. 3527. Qua ratione non solũ Iosue, sed [illegible] multis annis obierunt ante imperium Darij Nothi, itaque hic [illegible] cum veritate pugnat, dum templi Zorobabelis restaurationem [illegible] tur vsque ad annum 2. Darij Nothi.

Alstedius secum pugnat.

Nec bene digerit annos Nabonassari.

6. *Quartò*, mihi persuadeo, veritatem ab Alstedio indubitat[illegible] notatione eclipsium apud Ptolomæum expressa: siquidem *Fundam.* [illegible] ait *æras Olympiadium, Vrbis conditæ & Nabonassari, ritè connexarum* [illegible] *columnas Chronologiæ sacræ & prophanæ.* Quod vnanimi consensu [illegible] rum verum esse existimo. At ille ipse Alstedius, isto Fundam. XXV. [illegible] bonassari cum æra Christi non apte componit, dum anno primo [illegible] Dionysianæ copulat annum Nabonassareum 747. contra communem [illegible] ram) harum ærarum concordiam, qua *annus* 749. *Nabonassareus* [illegible] *æra Christiana labente anno omnium Mathematicorum suffragijs*, excepto [illegible] Heluico) *qui ponit isto loco annum* 748. vt totidem verbis ibidem confi[illegible] pondet nihilominus epilogismum captiuitatis solutæ, & 70. hebd[illegible] Danielis causam esse, cur non retineat connexionem anni 749. N[illegible]

Nec sibi nec alijs satisfacit.

cum primo æræ Dionysianæ. Denique *ingenue fateor*, inquit, *me* [illegible] *facere, in hac mea connexione.* Hebdomadas autem Danielis, ab anno [illegible] thi, vsque ad excidium templi secundi protendit. Nempe ex falsis [illegible] suis & annorum Nabonassari ignorantia accidit vt nec ipse sibi, [illegible] rum rerum peritis satisfaciat. Præterea *Fundam.* XXV. quæ [illegible] Nabonassari à Ptolomæo ad annos Domitiani, Traiani, Adriani, [illegible] plicatis, aitque ibi esse nodum ἀδιάλυτον & concludit: *ego* [illegible] *solutionem.* Vnde colligimus hunc auctorem, ex notatione eclipsium [illegible] veritatem indubitatò: quod tamen *Fundam.* XXVII. fieri posse [illegible] nodus iste quem insolubilem asserit, facile expeditur, ijs intellectis [illegible] tabam *Opusc. de annis Domini, Nabonassari* &c. sub finem cap. 11.

Malè supputat annos Cyri.

7. *Quintò* mihi non arridet, quæ adnectit de initio tertij [illegible] nempe annum 32. regni illius Persici, esse primum imperij Monarchici [illegible] regni Persici, secundum & vltimum imperiorum & vitæ ipsius. Nam [illegible] hoc pugnat cum scitis antiquorum, qui Cyro vniuersè, non [illegible] cedunt. Imò falsitas doctrinæ Alstedij deprehenditur, apud Ptolom[illegible] notatione eclipsis Lunaris, quæ fuit anno 7. Cambysis, Nabonassari [illegible] Phamenoth, hoc est, 16. Iulij, anno ante Christi æram 523. Cum [illegible]

annos Cambysis proximè elapsos, & ex Alstedij ratiocinijs 33. integros regis Cyri, consurget annus ante Christum 562. quo inijt tertius Olymp. 55. & biennio post acta sit Olympias 55. *ad cuius annum primum omnes ad vnum* referunt exordia Cyri vt fatetur Alstedius.

8. Hanc petitionem declinare conatur *Chronologia IV. eclipsium*, vbi pag. 55. (2. editionis) §. Eclipsis X. istum Lunæ defectum notat cyclo solis 21. Lunæ 13. eumque pag 65. reuocat ad annum 4193. Periodi Iulianæ, qui est ante æram Christi Dionysianam 521. conatur, inquā, sed conatu prorsus irrito. Hæc enim Lunaris defectio incidit in 16. Iulij, fer. 4. vt omnes testantur, ipso Alstedio assentiente, illa pag 65. Anno autem Periodi Iulianæ 4193 fuit quidem cyclus solis 21. lit. Dom. C. B. & cyclus Lunæ 13. Sed hoc modo dies 16. Iulij incurrit in sabbatum aliquot diebus ante plenilunium. Ast anno Periodi Iulianæ 4191. ante Christum 523. dies 16. Iulij fulgente Aureo numero 11. cyclo Solis 19. lit. Dom. E. epacta 25. dies 16. Iulij fer. 4. plenilunio collustrabatur. Huic anno ante æram Christi 523. adijce 6. annos Cambysis, & 30. Cyri: sic deprehendes anno ante eandem æram 559. primum Cyri regis exordium labente anno 1. Olymp. 55. Annum 2. Darij Nothi opinor cœpisse anno ante Christi epocham 423. quo pariter aperiebatur annus 137. à primo Cyri regnantis initio: de his 137. annis tolle 21. quibus ante captam Babylonem Cyrus Persis regnauerat & colliges annos 116. ab anno 1. captæ à Cyro Babylonis vsque ad annum 2. Darij Nothi. Verum ab anno 1. Monarchiæ Cyri, quo Iudæos libertati asseruit vsque ad templi Zorobabelis instaurationem anno 2. Darij Hystaspis resumptam supputo annos 19. inclusiuè. Atque hæc dicta sint in gratiam eorum, qui templi secundi restitutionem vsque ad Darium Nothum protrudunt, & Cyro plures annos regni quam 30. impendunt.

Nec bene notat eclipsin Lunæ.

Darius Nothus quando regnare cœpit.

9. S. Hieronymus prologo in Aggæum, cum dixisset anno 2. Darij regis Persarum filij Hystaspis septuagesimum annum desolationis templi fuisse expletum, & tunc temporis, prophetantibus Aggæo, & Zacharia templum denuo ædificatum, addit: *quo tempore apud Romanos, septimus à Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habens annum imperij vicesimum septimum, qui post octo annos expulsus est à Bruto, ac deinde Rempublicam per annos quadringentos sexaginta quatuor, vsque ad Iulium Cæsarem Consules administrauerunt.*

Sententia S. Hieronymi.

10. Qua de Chronographia, mihi in primis legitima videtur ea computatio qua annum 70. à casu templi completum asserit anno 2. Darij Hystaspis. Tunc etiam apud Romanos Tarquinium Superbum regnasse, non inficior: quomodo autem annus 27. Tarquinij cum 2. Darij congruat, & post octennium Tarquinius à Bruto sit expulsus; non assequor. Nam hoc modo regnasset annos 35. cum vicesimum quintum ex communiori sententia delibauerit

Explicatur.

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17 a

Quot annos regnauerint reges Romanorum.

tantùm Romulus 37. annos vt minimum regnauit: tum post [illegible] annorum interregnum, Numa Pompilius annos 43. Tullus Hostilius [illegible] Martius 24. Tarquinius Priscus 38. Seruius Hostilius 44. quibus [illegible] 35. Tarquinij Superbi, colligerentur ab Vrbe condita, vsque ad [illegible] anni ferè 254. cũ non nisi 244. soleant numerari. Deinde annus 2. [illegible] spis concurrit cum 1. Olymp. 65. qui est Iphiti 253. cui si 8. anni [illegible] piades addantur, consurget annus 1. Olymp. 67. Vrbis 242. At verò [illegible]

Duæ eclipses Lunæ sub Dario Hyst.

à Bruto expulsus est, instante anno Vrbis 245. labẽte anno 4. Olymp. [illegible] autem annus 2. Darij Hystaspis componendus sit cum 1. Olymp. [illegible] bam lib. 1. Esdræ, cum annus huius Darij supputatem, idque [illegible] Lunares eclipses, quarum prior commissa est anno 20. Darij Nabon. [illegible] Christum 502. Altera visa est anno 31. Darij, Nabon. 257. ante Chr. [illegible] bi sæpius inculcaui. Vide *Opusc. de annis Nabon. cap. 9. & de Olymp. 45. Tabularum expansorum, de Dario.* Vnde concludo annum Tarquinij Superbi [illegible]

Quando reges Vrbe exacti.

simum septimum, sed bis septimum, siue decimum quartum concurrit [illegible] 2. Darij, tum post annos 10. exactos reges & primos Consules Romæ [illegible] anno ante Chr. 509. Vrbis 244. desinente: quibus appone 464. [illegible] cursu. Consules Rempl. gubernarunt, & colliges annum Vrbis 708. [illegible] sare III. & M. Æmilio Coss. cum Cæsar ante triennium Vrbem [illegible] Marcello & Lentulo Coss.

Esdras floruit stante templo 2.

11. Anno 5. ab exactis regibus celebratam esse Olympiadem 6[illegible] nysius, anno nimirum ante Chr. 504. Itaque reges exacti sunt anno [illegible] stum 509. qui erat 13. Darij Hystaspis, cuius annum 2. memorat Aggæus [illegible] pheta. Quod fateri debent omnes, qui ad tempora Longimani [illegible] & Nehemiæ aduentum in Iudæam: quia tunc iam stabat fabrica [illegible] di, vt innuit Nehemias cap. 6. v. 10.

Templum instauratum sub Dario F. Hystaspis.

12. Gloriam templi restaurati Dario Hystaspis filio disertè tribuunt [illegible] mens Alexand. Hieronymus, Theodoretus, Albertus, Iosephus, [illegible] migius, Ribera, Mariana, Sa, Cornelius, Menochius, Torniellus, [illegible] Vide in lib. 1. Esdræ q. 3. Quando igitur Aggæus vaticinium primo [illegible] scriptum cecinit, currebat, vt supputo, annus mundi 3521. ante Christi [illegible] epocham 520. Periodi Iulianæ 4194. instabat annus æræ mundi Græcæ [illegible] Iudaici computi 3242. Semitæ primus. Transierant à primo certamine [illegible] pico 64. Olympiades in solidum, ab Vrbe cond. 233. ab excidio [illegible] rosolymitano 70. ab initio Monarchiæ Cyri 18. Tarquinij Superbi 13.

IN CAPVT I. AGGÆI.

VErs.1. *Anno secundo Darij regis in mense sexto in die vna mensis &c.* Tria hic disputari solet. 1. Quisnam fuerit iste Darius. 2. Vnde computetur apud Hebræos sextus iste mensis. 3. Quomodo hæc notatio temporis cum annis & mensibus Romanis congruat: de primo actum est q præcedenti, de reliquis q. sequenti agendum.

QVÆSTIO XIV.

Quis hic mensis sextus sit Hebræis, quis Romanis.

1. QVidam vt Lyranus initio cap.2. Aggæi, & Vatablus ad calcem cap. 1. hunc sextum mensem putant esse anni ciuilis Adar dictum, ac proinde à Tisri numerandum. Rationem afferunt, quod ad fabricas inchoandas mensis Adar aptissimus sit, vt per æstatem possit opus promoueri. *Quidam putant fuisse Adar.*

2. Alij numero & auctoritate longe superiores ad meliorem libellam huius temporis momenta exigunt, & censent hunc mensem esse anni sacri ordine sextum à Nisan. Ita Remigius, Albertus, Hugo, quos laudant & sequuntur Ribera atque Cornelius. Consentiunt Mariana, Sa, Menochius, in hunc locum. Salianus ad an.m.3533 n.30. Fauet Glossa ordinaria, dum ait hunc mensem non habere solemnitates, sicut habet septimus, nempe Tisri. Ratio est, quia numerus mensium quem sacra Scriptura præsertim in minoribus prophetis, exprimit de mensibus anni sacri solet intelligi, nisi forte aliunde contrarium probetur. Enimuerò menses à Nisan computantur, apud Zachariam, cap.1. v.7. & cap.7.v.1. vbi vndecimus mensis vocatur Sabat, & nonus Casleu. Imò Lyranus & Vatablus menses apud Zachariam à Nisan deducunt, sicut & mensem nonum ab Aggæo cap.2.v.11. notatum. Nulla autem subest causa cur à diuersis originibus horum mensium fluxum deriuent, præsertim cum fateantur Aggæum & Zachariam eodem anno prophetare cœpisse: illum mense 6. hunc 8. Vide comp. Eccl. cap.16. num.3. *Sed fuit Elul.* *Ratio.*

3. Commodè autem Propheta mense Elul Iudæos ad templi ædificationē excitabat, vt hîc monēt nonnulli sacrorum interpretum. Nam tunc experiebātur, quam ieiuna messis, quam paucæ fruges essent, cuius rei causam explicat Aggæus, quia nimirum Domo Dei neglecta, quisque rerum tantum suarum sagebat. Idcirco *seminastis multum*, inquit, *& intulistis parum*. v.6. Inde sumpta occasione subdit v.8. *Ascendite in montem, portate ligna, ædificate Domum, & acceptabilis mihi erit.* Non erat igitur aptior ad hoc negotium mensis Adar, quam Elul. *Cur mense Elul persuasa Iudæis Templi restauratio.*

4. De *tertio* nō est magna difficultas, si memori mente ea repetantur, quæ dicebam q. præcedēti, & cap.16. Computi Viennensis n.4. Inde etiā intelligimus eum *Quotannis ante Christ. quo mense.*

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17a

quo die Romanis. eum annum fuisse 520. ante Christi Epocham, & ex Epacta inquirendo ses Iudaicos populari supputatione. Tunc autem erat cyclus Solis 22. A. cyclus Lunæ 14. litera æquationis H. epacta 28. quæ ostendit. Nemo 6. mensis non procul abfuisse à 27. Augusti, stylo Iuliano, fer. 1. quando increpabat Aggæus, quod spreta templi fabrica, suas ædes & proprium curarent sine fructu. *Qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.*

IN CAPVT II. AGGÆI.

V. 1. *In die vigesima & quarta mensis in anno secundo Darij regis.* Hæc temporis tatio ad finem capitis præcedentis referenda est, vt ex doctrina S. Hieronymi docent hîc plerique recentiores interpretes & Salianus ad annum 31. præeuntibus Theodoreto, Ruperto, Haymone, Remigio, vt intelligat populum Iudaicum templo restaurando manum adhibuisse, quod ad primi capitis sacer textus his verbis exprimit: *Et ingressi sunt, & faciebant domo Domini exercituum Dei sui.* Nempe montem ascendebant: lustrabant cræ locum: considerabant fundamenta sub Cyro iaci cœpta à Iudæo nio reuersis anno 2. sui reditus de quibus 1. Esdræ 3. v. 8 & 10. ligna cæ pides conuehere incipiebant. Fundamentis verò superstruendis in re mense nono, die 24. vt legimus hoc cap. v. 19. oraculo autem sub fine tis præcedētis descripto. Vates erigit animos Iudæorum, præsentem D affore prædicens, cuius monitis audientes Hebræi res fabricæ templi rias congerere incipiunt.

Fabricæ templi manus adhibetur.

Corollarium. 1. 2. Ex dictis hoc & præcedenti capite deducimus *primò*, ex quo die hortatus est Iudæos ad templum rursus ædificandum, vsque ad diem quo populus id facere aggressus est, transijsse 22. dies seiunctis vtrinque nis, nimirum à prima die mensis Elul, vsque ad 24. eiusdem exclusiuè.

2. 3. Deducimus 2. hanc diem 24. sexti mensis non procul abfuisse à temb. Iuliani ad ea tempora reuocati: siquidem huius mensis origo 27. diem Augusti.

3. 4. Colligimus 3. confirmari ea, quæ dicebam in Ierem. cap. 27. 6 Similem etiam diastolen reperiri Ierem. 28. v. 1. monet Cornelius huius capitis.

In vna die mensis, hoc est, prima die mensis Elul.

Vers. 2.

In septimo mense, vigesima & prima mensis, factum est verbum Domini &c.

Mense Tisri. 1. Hunc mensem septimum à Nisan accerso, Tisri appellatum cum & alijs auctoribus cap. præced. v. 1. num. 2 laudatis, contra Lyranum blum. Aduertūt nonnulli, hoc oraculum vno ferè mense tardius datum

materia templi ædificandi cœpissèt congeri. Prius contigit 24. sexti mensis, posterius 21. septimi.

2. Celeberrima est hæc prophetia, qua Christus venturus prædicitur, & sua præsentia effecturus, vt templū secundum gloriosius sit templo Salomonis. *Et veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria*, v. 8. *Magna erit gloria domus istius nouissimæ quam primæ*, ver. 10. Hoc vaticinium puto editum anno ante Christum 520. circa 16. Octobris, quæ tunc in fer. 2. incidit, vt ex dictis cap. 1. liquet. *Editur hoc oraculum anno ante Chr. 520. circa 16. Octob.*

Vers. 11.

In vigesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darij regis. Hic mensis erat Casleu, nonus anni sacri à Nisan inchoati, vt diserte tradit S. Hieronymus in v. 19. huius cap. Quod ipsum indicare videtur S. Vates, dum canit: *A die vigesima & quarta noni mensis, à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum: nunquid iam semen in germine est, & adhuc vinea & ficus, & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die ista benedicam.* Quæ verba consentientibus alijs interpretibus sic exponit S. Hieronymus: vtique nono mense, vt diximus Decembri, futurarum nulla sunt signa frugum. Ne igitur dicatis, hoc me prudenti ratione conijcere, & futuram fœcunditatem de floribus arborum, herbisque segetum suspicari: ecce nulla signa sunt, & tamen prædico vobis, qui cœpistis ædificare templum meum frugum omnium fœcunditatem. Cum S. Hieronymo sentiunt Ribera, Cornelius, Menochius. Ex quibus confirmantur ea, quæ annotabam ad cap. præced. ver. 1. num. 1. Sicut enim hic mensis nonus est Casleu, & à Nisan locum nonum habet: ita mensis sextus & septimus, quorum iste Propheta meminit, suum numerum ab eodem principio sortiuntur. Sic dies ista 24. mensis noni mihi incidit in 17. (aut circiter) Decembris, quæ tunc erat dies Solis siue Dominica, ann. ante Chr. 520. quando post resumptam sacræ ædis fabricam, Propheta pollicitus est, commodè actum iri cum Iudæis, quorum acta non erant Deo accepta, quamdiu noui templi structuram non curabant. *Mense Casleu.* *Circa 17. Decemb.*

Vers. 19.

A die vigesima & quarta noni mensis à die, qua fundamenta iacta sunt templi Domini. Quatuor diuersis temporibus inchoata dici potest secundæ domus fabrica. Primò, sub Cyro, quando Iudæi post suum è captiuitate reditum, necessariam templo extruendo materiam præparabant. Quo spectat illud 1. Esdræ 3. vers. 7. & 8. *Porrò templum Dei necdum formatum erat. Dederunt autem pecuniam latomis & cæmentarijs, cibum quoque & potum & oleum Sidonijs, Tyrijsque, vt deferrent ligna cedrina de Libano, ad mare Ioppe.* Secundò sub eodem Cyro, quando locatæ fuerunt primæ partes fundamenti, vt refertur ibidem v. 8. *Anno autem secundo aduentus* *Resumptio fabricæ templi primò.*

eorum ad templum Dei in Ierusalem mense secundo cœperunt Zorobabel filius & Iosue filius Iosedec. &c. & constituerunt Leuitas à viginti annis & supra, ad opus Domini. Tertiò, quando resumpruri secundæ domus instaurationem 3. Dario Hystaspis, anno imperij eius secundo die 24. mensis Elul, rerum fabricæ opportunas comparabant: quo de initio Aggæus cap. 1. v. 14. *Et fecerunt, inquit, & faciebant opus in domo Domini,* nempe fodiendo, antiqua fundamenta detegendo, ligna, lapides, cæteraque id genus congregando. 4. quando eodem anno die 24. Casleu fundamentis sub Cyro ante annos circiter 17. inceptis, superstruere cœperunt, vt hoc 2. cap. v. 19. legitur, vbi dicuntur iacta templi Domini fundamenta, subaudi, quoad eas partes, quæ adhuc necdum fuerant collocatæ.

Vers. XXI.

Et factum est verbum Domini secundo ad Aggæum, in vigesima & quarta subaudi Casleu: quo die Propheta sub nomine Zorobabelis de M. cinatur; nimirum aliquando fore, vt regna gentium subuertantur, & Christi fit curæ Deo singulariter, sicuti annulus signatorius esse solet bus. Sic ista die Aggæus bina reddidit oracula, & fundamentorum ædificatio resumpta est. Porro Aggæi prophetiæ huius libelli monimenta signatæ, ad tres menses non omnino integros porriguntur, scilicet à sexti mensis, vsque ad 24. noni.

Initiũ & finis prophetiarũ Aggæi.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN PROPHETIAM ZACHARIÆ

Aggæus 2. ferè mensibus præcessit Zachariam.

ADuertunt plerique cum S. Hieronymo in cap. 1. Zachariæ, Aggæum fuisse synchronos, ita vt Aggæus Zachariam duobus tum mensibus præcesserit. Ille enim prophetare cœpit mense hic octauo: vterque anno 2. Darij Hystaspis. Quod si apud Aggæum mensem à Tisri; apud Zachariam à Nisan computarentur, vt Lyranus & tablus opinati sunt, magna æquiuocatio fingenda hoc loco foret, quod tur: Aggæus vaticinari cœpit sexto mense, anni prophani, Zacharias mense octauo anni sacri. Vnde sequeretur, quod Aggæus Zachariam mensibus aut circiter præcessisset, aut, eum 4. ferè mensibus fuisset subsecutus. Aut enim eodem anno periodi Iulianæ, (hoc est, à Calendis Ianuarij pto) vterque Vates prophetare cœpit; aut diuerso. Si eodem: Aggæus Februarium, Zacharias circa Octobrem fecisset initium vaticinandi. Si diuerso anno Iuliano suas prophetias auspicati sunt; dicendum erit quod Zacharias circa Octobrem, tum Aggæus circa Februarium anni sequentis

rente adhuc anno 2. Darij, prophetare sit adorsus. Ego verò ex communi sententia in eundem annum Iulianum vtriusque Prophetæ exordia conijcio, & bimestri ferè spatio Aggæum Zachariæ antepono.

IN CAP. I. ZACHARIÆ.

Vers. 1. *In mense octauo, in anno 2. Darij regis, factum est verbum Domini ad Zachariam.* Hic mensis erat Marchesuan, ordine octauus à Nisan, vt fert communis sententia, cui subscribunt Lyranus & Vatablus. Horratur populum Zacharias ne prauos suorum parentum mores imitetur, qui cum Prophetas audire noluissent, iustas Deo pœnas exsoluerunt. *Mense Marchesuan.*

Vers. 7. *In die vigesima & quarta vndecimi mensis Sabat, in anno secundo Darij.* Hinc apparet Prophetam vsurpare menses anni sacri; in anno enim profano, mensis vndecimus est Ab, Octauus, Iiar. Cum autem dies 24. noni mensis inciderit in, vel prope 17. Decembris, vt notabam Agg. 2. ver. 11. consequens est, vt Oracoraculum differatur in annum sequentem Iulianum, qui fuit ante Christum 519. cyclo Solis 23. lit. Dom. G. Cyclo Lunæ 15. lit. æquat. H. Epacta 9. quæ initium mensis Sabat conijcit ad diem circiter 22. Ianuarij, diem autem 24. Sabat ad 14. Februarij, fer. 4. Tunc Zachariæ ostensa sunt, quæ hic, à vers. 8. describuntur. *Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum* &c. Hæc prophetia duas continet visiones. Prior est equitis stantis in myrteto: hoc est Angeli conquerentis, necdum miserijs Iudæorum finem esse impositum, anno septuagesimo: cui bona verba & consolatoria diuini responsi adiunguntur de templi & Vrbis instauratione. Posterior visio est quatuor cornuum & totidem fabrorum, significantium opem cœlestem Iudæis affuturam. *Anno ante Chr. 519. circa 14. Febr.*

Vers. 12. *Domine exercituum, vsquequo tu non miserebris Ierusalem & Vrbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est.*

QVÆSTIO XV.

Quodnam istorum 70. annorum initium, quis finis.

1. CErtum est, hæc verba: *iste iam septuagesimus annus est*, prolata fuisse ab Angelo, labente anno 2. Darij, vt indicat vers. 7. huius capitis, decimo, vt reor, ab obitu Cyri, qui anno 1. suæ Monarchiæ laxauit annorum 70. captiuitatem. Quo fit vt annus secundus Darij, non fit septuagesimus captiuitatis Iudæorum, quam soluit Cyrus, vt fidem facit liber 2. Paralip. cap vltimo, & exordium primi Esdræ. Quanam igitur ratione dicitur hoc loco iam septuagesimus annus iræ Domini in Ierusalem & Vrbes Iuda? *Hæc prolata sunt anno 10. ab obitu Cyri.*

2. Prima opinio est eorũ, qui nõ distinguũt hosce annos ab annis 70. seruitutis Babylonicæ, de qua vaticinatus est Ierem. c. 25. cosq; anno 1. Cyri finitos esse confi- *1. Opinio.*

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17 a

confitentur: hunc autem Zachariæ textum per admirationem, vel in
tionem legendum putant, q.d. Domine Virtutum, nunquid iste est an
tuagesimus seruitutis populi tui, à Ieremia prædictus? Imo iam pridem
est, nec tamen misertus es Ierusalem, & Vrbium Iuda, nec vllus ...
paret nostrarum miseriarum finis. Ita Albertus, Hugo, Lyranus, Ma...
lianus. Quibus fauere videntur ij, qui S. Hieronymum secuti in prolog...
& ad initium cap. 1. Zachariæ sic scribentem: Secundo anno Dar...
septuagesimum desolationis templi annum qui ab Ieremia prædictus ...
completum ipse Zacharias testis est dicens: *Domine exercituum, vsq...*
misereberis Ierusalem, &c.

2. Opinio probabilior.

3. Altera opinio, cui adhæreo est eorum qui fatentur quidem annos ...
tionis templi, cum annis captiuitatis aliquando confundi: propriè ...
ab illis distinctos. De annis captiuitatis, intelligendum esse illud Ieren...
25. v. 11. *Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.* De annis ...
tionis templi Angelum apud Zachariam locutum asserunt, & hos acce...
excidio Ierosolymitano. In hanc sententiam conspirant è Neotericis ...
Christophorus à Castro, Sanctius, Mariana, Sa, Cornelius, Vatabl...
Clementem Alex. Hieronymum, Augustinum; quibus adde alios, qu...
sebam in lib. Paralip. q. 1. cum enim Iudæi 70. annos templo caruerint, ...
Deus Ierusalem & Vrbibus Iuda dicebatur iratus, quod nullum in ...
templum diuinis officijs celebrandis ædificatum esset. Sic enim ...
iacente, eueniebant illa, quæ Aggæus exaggerat, cap. 1. v. 6. *Seminastis ...*
intulistis parum, comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: ...
& non estis calefacti: & qui mercede congregauit, misit eas in sacculum perc...
huic interpretationi Zacharias cap. 7. v. 5. dum anno 4. Darij de ...
gens, *cum ieiunaretis*, ait, *& plangeretis in quinto & septimo, per hos 70. annos ...*
particula demonstratiua *hos*, respexisse videtur ad annos haud pridem ...

Opinio Torniellii partim acceptatur, partim reijcitur.

4. Torniellus ad annum m. 3462. cum prædictis auctoribus scire ...
annos 70. desolationis, quos hîc promit Zacharias, ab annis 70. cap...
anno 1. Cyri absolutis. In eo verò ipsi non assentior, quod annos Zach...
diatur ab anno 27. transmigrationis Iechoniæ, qui fuit 16. ab euersione ...
lymorum. Nam ideo, à casu templi vsque ad annum 2. Darij essent ...
contra auctoritatem tot tantorumque Scriptorum, qui 70. duntaxat ...
isto temporis interuallo computarunt. Nec iuuat Torniellum, quod ...
27. transmigrationis, Ægyptus à Nabuchodonosore vastata fuerit, & ...
rum reliquiæ, quæ eo confugerant, in Babyloniam deportatæ: Angelus ...
apud Zachariam loquitur, non de Iudæis vltimo Babylonem traductis ...
Ierusalem & Vrbibus Iuda, quæ ab eo tempore, quo ciuitas & ...

conciderant, grauem offensi numinis iram veteres incolæ sentiebant, non minus ante populationem Ægypti, quàm post eam.

1461	2580	37
1460		38
1459		39
1458	I	40

Septima tonitrua, fulmina, grando. *Octaua* locustæ. *Nona* triduanæ tenebræ. *Decima* mors primogenitorum.

De his plagis agitur Exodi cap. 7. & seqq.

Notum est Hebræos cum ex Ægypto migrassent mare rubrum intra paucos dies transiuisse, AEgyptios eodem submersos perijsse. Tum ad medium mensis secundi primùm manna pluisse, die sexta tertij mensis in monte Sinai legem datam: ac proinde vna eademque æra seruire potest Exodo, plagis AEgypti, mannæ primum acceptæ, & legi diuinitùs datæ.

Annus 430. à promissione incidit in annum 80. ætatis Moysis, qui erat moræ ipsius in Madianitide quadragesimus de quo illud Act. 7. v. 30. *Et expletis annis quadraginta in deserto montis Sina, Angelus in igne flammæ rubi*, apparuit illi.

Habitatio filiorum Israel & patrum illorum in AEgypto & terra Chanaan (vt habent 70.) fuit annorum 430. Exodi 12. v. 40.

Egredientes de Aegypto Israelitæ *profecti sunt de Rameſſe mense primo, decima quinta die mensis primi altera die Phase.* Num. 33. v. 3.

Assentior ijs, qui Exodum putant fuisse feria 6. manna primùm pluisse die Dominica, legem datam sabbato, ita tamē vt illis temporibus Nisan cauus fuerit, hoc est, 29. dierum. Quo fiebat vt ea dies, quæ nunc Iudæis, est 15. mensis secundi, tunc esset 16.

Anno primo Exodi data est lex Hebræis post annos à promissione facta Abrahæ 430. Hinc S. Paulus Galat. 3. v. 27. *Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex non irritum facit ad euacuandam promissionem.*

Annis Exodi si 80. addideris, habebis annos à natiuitate Moysis: Aaron autem erat triennio senior.

Liber Exodi continet annos 145. qui à morte Iosephi, vsque ad erectionem Tabernaculi, anno 2. Exodi factam effluxerunt.

Anno 2. Exodi prima die mensis primi dedicatum est Tabernaculum cum vasis suis, nube diuinitùs obumbrante. Die octaua eiusdem mensis, *ignis egressus à Domino deuora-*

P.
H. Philippi
Chronolog
Vet: Testam
A IV
17 a

uit holocaustum & adipes, qui erant super altare. Exodi 4. Leuit. 9. Num. 3. Ios. 3. Antiq. 9.

Anno item 2. Exodi mittuntur à Moyse, qui terram promissionis ex... in quibus Caleb annos 40. natus. Num. 13. v. 6. Inde post annos 45 ... filios Israel distributa est.

Notat Cornelius ad initium Leuitici.

Primo, omnia dicta & acta esse in 12. mansione, nempe admodum ... quæ narrantur à cap. 19. Exodi, vsque ad finem eiusdem libri, quæque ... Leuitico, & libro Numerorum vsque ad cap. 10. referuntur.

Secundo. Decalogum in ipso monte Sina, præcepta autem Leuitici ... bernaculo recens fabrefacto data esse, vt patet Leuit. 1. v. 1.

Tertio. Leuiticum dictatum esse anno 2. Exodi (ante Christum ... mense primo. Quod colligi potest, si initium & finis Leuitici confertur ... cap. vltimo Exodi. v. 15. & principio libri Numerorum.

Quarto. Leuiticum non vno die, sed pluribus successiue mensis primi ... bus datum esse, vt patet cap. 9. cap. 10. cap. 19.

Quinto. Librum Numerorum incipere à die prima mensis secundi ... pariter secundo egressionis ex Ægypto. Num. 1. v. 1.

Celebres sunt 42. mansiones filiorum Israel ex Ægypto in terram pro... sionis tendentium, quæ ordine recensentur Num. cap. 33. & explicantur ... terpretibus eiusdem capitis, ac in primis à S. Hieronymo epistola ad ... lam de 42. mansionibus. 1. fuit Rameſſe. 2. Soccoth. 3. Etham. 4. ... hiroth: inde mare rubrum transierunt. 5. Mara. 6. Elim. 7. Iuxta ... rubrum. 8. In deserto Sin, vbi primum manna datum. 9. Daphca. ... lus. 11. Raphidim, vbi defuit aqua. 12. Desertum Sinai, vbi lex data. ... pulchra concupiscentiæ. 14. Haseroth. 15. Rethma. 16. Remmon ... 17. Lebna. 18. Ressa. 19. Ceelatha. 20. Sepher. 21. Arada. 22. Mak... 23. Thahlath. 24. Thare. 25. Methca. 26. Hesmona. 27. Mos... 28. Bene-iaacan. 29. Gadgad. 30. Ietebatha. 31. Hebrona. 32. Asiongaber ... 33. Cades. 34. Mons Hor, in quo moritur Aaron. 35. Salmona. 36. Phunon ... 37. Oboth. 38. Iiebarim. 39. Dibongad. 40. Helmon deblathaim. ... Montes Abarim contra Nabo. 42. Campestria Moab contra Iericho ... castra metati sunt, de Bethsimoth vsque ad Abelsatim.

Tolle de annis mundi 1656. remanebunt anni à diluuio.
Annis Exodi adde 887. habebis annos à diluuio.
Annis Exodi adde 430. habebis annos à Promissione.
Annis Exodi adde 215. habebis annos à descensu in Aegyptum.

Liber Numerorum continet gesta annorum ferè 39. scilicet à mense secundo, anni secundi egressus de Ægypto, vsque ad mensem vndecimum anni quadragesimi.

I Maria soror Moysis è vita excessit.

I *Ascendit Aaron in montem Hor, iubente Domino, & ibi mortuus est, anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Aegypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset annorum centum viginti trium.* Numer. 33. vers. 38. Successit Aaroni in pontificatu Eleazar.

Deuteronomium dixit Moyses anno 40. ab Exodo, mense vndecimo, die prima. Deuter. 1. v. 3. Erat iste annus ante vsitatam Christi æram, 1457.

Anno quadragesimo ab Exodo, quo prima die mensis quinti obijt Aaron, Chananeus rex Arad cum suis ad internecionem deletus est, Serpens æneus à Moyse erectus, Balaam asina loquente redargutus viqúe diuina impulsus DEI populo benedicit, ac vaticinatur: *orietur stella ex Iacob.* Victis quinque Madianitarum regibus prædam ingentem reportant Israelitæ, *ouium sexcenta septuaginta quinque millia, boum septuaginta duo millia, asinorum sexcenta millia & mille, &c.* Num. 31. v. 30. Hæc æra peculiari non indigent, siquidem haud longo tempore ante ingressum in terram contigerunt.

Hebræi Duce Moyse versati sunt in deserto annos 40. tantum, non autem 42. Nam anno vltimo huius peregrinationis mortuus est Aaron annos natus 123. obijt etiam Moyses eodem anno, cùm esset annorum 120. quorum ille anno primo Exodi erat 83. annorum; hic vero 80. vide Exodi 7. & Numer. 33.

Tres annorum quadragenas vixit Moyses: 40. annos in Aula Pharaonis, totidem in terra Madian pastor animalium, totidem in deserto princeps Hebræorum.

Anno quadragesimo Exodi desinente mortuus est Moyses, cum esset 120. annorum Deuter. 34. v. 7. De die obitus Moysis nonnulla est controuersia: esto constet eum vita functum, mense vndecimo, aut sub initium duodecimi. Porro à morte Moysis incipit liber Iosue.

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testam
A IV
17 a

Ante Chr.	Mũdi.	Exodi	Iosue.
1457		41	1
1456	2985	42	2
1455		43	3
1454		44	4
1453		45	5
1452	K L	46	6
1451	2590	47	7
1450		48	8
1449		49	9
1448		50	10
1447		51	11
1446		52	12
1445		53	13
1444		54	14
1443		55	15
1442		56	16
1441	2600 M	57	17 Othoniel.
1440		58	1
1439		59	2
1438		60	3
1437		61	4
1436		62	5
1435		63	6
1434		64	7

Populus autem ascendit de Iordane die decim[illegible] primi. Iosue 4. v.19. subaudi proximè post [illegible] Moysis. Ab hoc mense & die oriuntur anni [illegible] sus in terram promissionis. Eodem anno [illegible] facta est circumcisio in Galgalis, muri [illegible] tubarum clangorem corruerunt: cùm eodem [illegible] & mense manna defecisset. Quorum omnium [illegible] ut Deuteronomij, mortis Moysis, siccat [illegible] æram anno ante Christum 1457. quo & [illegible] cipatum aperio.

K Currente anno sexto Iosue, siue in [illegible] terram, puto cœptam agrorum diuisionem [illegible] Caleb annos natus 85. accepit Hebron, [illegible] tus quàm cùm ante 40. annos iussu Moysis [illegible] promissionis exploraret, Iosue 14. v. 7.

L Ab autumno anni 47. ab Exodo, ante [illegible] sti. 1451. ordior seriem annorum Sabbatorum [illegible] Iubilæorum.

Tolle de annis mundi 1656. habebis annos [illegible]

Seruiuit Israel Domino cunctis diebus Iosue [illegible] rum, qui longo vixerunt tempore post Iosue, & [illegible] omnia opera Domini quæ fecerat in Israel. Iosue [illegible]

Iis autem mortuis dicuntur Israelitæ [illegible] *in conspectu Domini, & seruijsse Baalim.*

M Ex æquo & bono, ante 40. annos [illegible] thonieli adscribuntur, præmitto 17. annos [illegible] si placet Seniorum: vide quæ annoto q. 5. [illegible] num. 7.

Ad primos annos qui Othonieli tribuuntur [illegible] fero historiam de Idolo Michæ, colonia [illegible] in Lais, & tragœdia Beniaminitarum: quæ [illegible] buntur Iudic. cap. 17. & seqq.

Iratusq; contra Israel Dominus, tradidit eos [illegible] Chusan Ramathaim regis Mesopotamiæ, [illegible] octo annis. Iosue 3. vers. 8. Hæc est prima [illegible] tempore Iudicum in Hebræos incubuit; [illegible]

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.	Iosue.
1433		65	8
1432		66	9
1431	2610	67	10
1430		68	11
1429		69	12
1428		70	13
1427		71	14
1426		72	15
1425		73	16
1424		74	17
1423		75	18
1422		76	19
1421	2620	77	20
1420		78	21
1419		79	22
1418		80	23
1417		81	24
1416		82	25
1415		83	26
1414		84	27
1413		85	28
1412		86	29
1411		87	30
1410		88	31

ratio est pars illorum 40. annorum, de quibus ibidem v. 11. *Quieuit q; terra 40. annis, & mortuus est Othoniel.* Quorum verborum sensus esse videtur, quod exactis à morte Iosue, & fortè Seniorum, 40. annis, cum Israelitæ in terra sua pace fruerentur, mortuus sit Othoniel. Non enim hæc ita accipienda sunt, quasi omnes istos annos, quies terræ duraverit, sed quia pax & mors Othonielis eos compleuerit. Vt in simili docet S. Augustinus lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 14. Abulensis Iosue 3. q. 12. cap. 6. q. 9. cap. 7. q. 26.

Singulis Iudicibus tribuuntur anni eo numero, qui sequitur.

Iosue 17.
Othonieli. 40. *Iud. 3. v. 11.*
Aodo. 80. *ibid. v. 30.*
Barac. 40. *Iud. 5. v. 32.*
Gedeoni. 40. *cap. 8. v. 28.*
Abimelech. 3. *cap. 9. v. 22.*
Tholæ. 23. *cap. 10. v. 2.*
Iair. 22. *cap. 10. v. 3.*
Iephte. 6. *cap. 12. v. 7.*
Abesan. 7. *ibid. v. 10.*
Eloni. 10. *ibid. v. 11.*
Abdoni. 8. *ibid. v. 14.*
Samsoni. 20. *cap. 15. v. 20.*
Heli. 40. *1. Reg. 4. v. 18.*

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testamē
A IV
17 a

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.	Othoniel.
1409		89	32
1408		90	33
1407		91	34
1406		92	35
1405		93	36
1404		94	37
1403		95	38
1402		96	39
1401	2640	97	40
			Aod.
1400	N	98	1
1399		99	2
1398		100	3
1397		101	4
1396		102	5
1395		103	6
1394		104	7
1393		105	8
1392		106	9
1391	2650	107	10
1390		108	11
1389		109	12
1388		110	13
1387		111	14
1386		12	15

N *Seruierunt q; filij Israel Eglon regi Moab* 10 *&* 8. *annis: & postea clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis Saluatorē vocabulo Aod.* Iud. 3. v. 14. Huius secundæ seruitutis tempus ad annos Aodi referendum est, cui tribuuntur anni 80. ex Iud. 3. v. 30. *Humiliatu q; est Moab in die illo sub manu Israel: & quieuit terra octoginta annis. Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philistijm sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel.* Sensus est, post annos 80. à morte Othonielis, pax fuit, quando officio iudicis & vita pariter defunctus est Aod, cui ad breue tēpus successit Samgar. Hoc autem exiguum tempus, quo Samgar defendit Israelem cū annis Barac & Deboræ à quibusdā cōputatur, ab alijs ad vltimum Aodi annum refertur.

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.
1385		117
1384		118
1383		119
1382		120
1381	2660	121
1380		122
1379		123
1378		124
1377		
1376		
1375		
1374		
1373		
1372		
1371	2670	
1370		
1369		130
1368		
1367		
1366		
1365		
1364		
1363		
1362		

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.	Aod.
1361	2680		40
1360			41
1359			42
1358		140	43
1357			44
1356			45
1355			46
1354			47
1353			48
1352			49
1351	2690		50
1350			51
1349			52
1348		150	53
1347			54
1346			55
1345			56
1344			57
1343			58
1342			59
1341	2700		60
1340			61
1339			62
1338		160	63

O *Erat Debbora Prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in tempore illo.* Iud. 4 v. 4. quo nimirum *Iabin rex Chanaan per viginti annos vehementer oppresserat* Israelitas, vt hic præmittitur, v. 3. Huius tertiæ seruitutis duratio continetur in annis, quibus Barac & Debbora iudicarunt Israelem.

Quieuitque terra per quadraginta annos. Iud. 5. v. 32. intellige Ducibus Barac & Debbora, eo sensu quo dictum est, de totidem annis quos morte sua clausit Othoniel.

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.	Aod.
1337			64
1336			65
1335			66
1334			67
1333			68
1332			69
1331	2710		70
1330			71
1329			72
1328		170	73
1327			74
1326			75
1325			76
1324			77
1323			78
1322			79
1321	2720		80
		O	Barac 1
1320			
1319			2
1318		180	3
1317			4
1316			5
1315			6
1314			7

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testam
A IV
17 a

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.	Barac.
1313			8
1312			9
1311	2730		10
1310			11
1309			12
1308		190	13
1307			14
1306			15
1305			16
1304			17
1303			18
1302			19
1301	2740		20
1300			21
1299			22
1298		200	23
1297		201	24
1296			25
1295			26
1294			27
1293			28
1292			29
1291	2750		30
1290			31

P Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manu Madian septem annis. Iud.6. v.1. Hi 7. anni sunt pars illorũ de quibus dicitur cap.8 vers.28. *Quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit.* Eo sensu, quo in Othoniele declaratũ est: quia Gedeonis præfectura istos 40. annos parta pace terminauit.

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.
1289		
1288		210
1287		
1286		
1285		
1284		
1283		
1282		
1281	2760	
1280		P
1279		
1278		220
1277		
1276		
1275		
1274		
1273		
1272		
1271	2770	
1270		
1269		
1268		230
1267		
1266		

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.	Gedeō
1265			16
1264			17
1263			18
1262			19
1261	2780		20
1260			21
1259			22
1258		210	23
1257			24
1256			25
1255			26
1254			27
1253			28
1252			29
1251	2790		30
1250			31
1249			32
1248		250	33
1247			34
1246			35
1245			36
1244			37
1243			38
1242			39

Q Regnauit Abimelech super Israel tribus annis. Iud. 9. v. 22.

R Thola iudicauit Israelem vigintitribus annis. Iud. 10. v. 2.

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.	Gedeō
1241	2800	Q	40 Abim. 1
1240			
1239			2
1238		260	3
1237		R	Thola 1 2
1236			
1235			3
1234			4
1233			5
1232			6
1231	2810		7
1230			8
1229			9
1228		270	10
1227			11
1226			12
1225			13
1224			14
1223			15
1222			16
1221	2820		17
1220			18
1219			19
1218		280	20

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testamē
A IV
17 a

Ante Chr.	Mũ-di.	Exo-di.	Thola.
1217			21
1216			22
1215			23
1214		S	Iair. 1.
1213			2
1212			3
1211	2830		4
1210			5
1209			6
1208		290	7
1207			8
1206			9
1205			10
1204			11
1203			12
1202			13
1201	2840		14
1200			15
1199			16
1198		300	17
1197			18
1196			19

S Tholæ succeßit Iair Galaadites, qui iudicauit Iſraelem per viginti & duos annos. Iud. 10. v. 3.

Filij autem Iſrael peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierũt Idolis, Baalim & Aſtaroth, & dijs Syriæ ac Sidonis, & Moab & filiorum Ammon & Philiſtijm: dimiſeruntq; Dominum & non coluerũt eum. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manu Philiſtijm & filiorum Ammon. Afflictiq; ſunt & vehementer oppreßi per annos decem & octo. Aliqui hãc quintam ſeruitutem annis ſequentium iudicum aſpergunt; alij probabilius putant cœpiſſe circa quintum aut ſextum annum Iairi; finitam anno primo, aut ſecundo, quã Iephte ducatũ inierat.

T Iudicauit Iephte Galaadites Iſrael ſex annis. Iud. 12. v. 7.

V Poſt Iephten Abeſan de Bethlehem iudicauit Iſrael 7. annis. Iud. 12. v. 9.

Ante Chr.	Mũ-di.	Exo-di.
1195		
1194		
1193		
1192		T
1191	2850	
1190		
1189		
1188		
1187		
1186	V	
1185		
1184	X	
1183		
1182		
1181	2860	
1180	Annus	
1179		
1178	B	
1177	Aſcanius	
1176		
1175		
1174		

X Excidium Ilij ſignandum eſſe ad annum 1184 ante vulgarem Chriſti æram alibi admonui, ex auctoritate veterum, qui ab euerſa Troia ad obitum Alexandri Magni nume-

Ante Chr.	Mũ di.	Exo- di.	Elon.
1173		325	7
1172		326	8
1171	1870	327	9
1170		328	10
1169	C	329	Abdon 1
1168		330	2
1167		331	3
1166		332	4
1165		333	5
1164		334	6
1163		335	7
1162		336	8
1161	1880	337	Samson 1
1160	D	338	2
1159		339	3
1158		340	4
1157		341	5
1156		342	6
1155		343	7
1154		344	8

numerant annos 860 *ad primam Olympiadem* 407. aut 408. intelligo termi nis exclusis: *ad Vrbẽ conditam* 432. *ad finem belli Peleponesiaci* 779.

A Mortuo Latino, Rege primo Latinorum, succedit Æneas per triẽniũ, ab an. Christi 1180.

B Abesano succedit Elon, siue *Ahialon Zabulonites, & iudicauit Israel decẽ annis.* Iud. 12. v. 11.

Ascanius 3. Rex Latinorum annos 38. ab anno ante Christum 1177.

C Post Ahialonem *iudicauit Israel Abdon octo annis.* Iud. 12. v. 14.

D *Samson iudicauit Israel in diebus Philistijm 20. annis.* Iud. 15. ver. 20. Dicitur in diebus Philistijm: quia Samson fuit Iudex intra spatium 40. an. sextæ seruitutis, de qua Iud. 13. v. 1. Rursumque filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philistinorum 40. annis Hinc illud Iud. 14. v. 4. *Eo tẽpore* (quo scil. Samson petebat vxorem) *Philistijm dominabantur Israeli.* Et cap. 15. dicebant viri Iuda Samsoni: *nescis quod Philistijm imperent nobis?* Morte Samsonis finitur liber Iudicum anno ante Chr. 1141. quo init Heli præfectura, & liber primus Regum.

Ante Chr.	Mũ di.	Exo- di.	Samson.
1153		345	9
1152		346	10
1151	2890	347	11
1150		348	12
1149		349	13
1148		350	14
1147		351	15
1146		352	16
1145		353	17
1144		354	18
1143		355	19
1142		356	20
1141	2900	357	Heli 1
1140	E	358	2
1139		359	3
1138	*Siluii* F	360	4
1137		361	5
1136		362	6
1135		363	7
1134		364	8

E Heli iudicauit Israelem quadraginta annis, 1. Reg. 4. v. 18.

F Siluius Æneæ ex Lauinia filius, IV. Rex Latinorum. Ab hoc Rege successores Siluii dicti sunt, vt notat S. Augustinus 18. Ciuit. 19. regnat annos 29. Regnare cœpit ann. ante Chr. 1138.

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testam
A IV
17

Ante Chr.	Mũdi.	Exodi.	Heli.
1133		365	9
1132		366	10
1131	2910	367	11
1130		368	12
1129		369	13
1128		370	14
1127		371	15
1126		372	16
1125		373	17
1124		374	18
1123		375	19
1122		376	20
1121	2920	377	21
1120		378	22
1119		379	23
1118		380	24
1117		381	25
1116		382	26
1115		383	27
1114		384	28
1113		385	29
1112		386	30
1111	2930	387	31
1110		388	32

G Æneas Siluius V. Rex in Latio, annos 31. ab anno ante Chr. 1109.

H Annos quadraginta qui Dauidis Regnum antecedunt, ex communi sententia tribuo Samueli & Sauli, eosque ordior ab anno Exodi 397. quot vero annos Saul regnauerit solus, examinaui 1. Reg. q. 6. & 7.

Annis Exodi adde 430. vt habeas annos à promissione.

Annis Exodi adde 505. vt habeas annos nati Abrahæ.

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.
1109	Siluius G	389
1108		390
1107		391
1106		392
1105		393
1104		394
1103		395
1102	H	396
1101	2940	397
1100		398
1099		399
1098		400
1097		401
1096		402
1095		403
1094		404
1093		405
1092	Dauid nascit.	406
1091	2950	407
1090		408
1089		409
1088		410

Ante Chr.	Mũdi.	Exodi.	Samuel Saul.	
1087		411	15	
1086		412	16	
1085		413	17	
1084		414	18	I Latinus Siluius VI. Rex Latinorum an. 50. aut 51. ab anno ante Chr. 1078.
1083		415	19	
1082		416	20	K Dauid cùm esset 20. annorum aut circiter in Regem à Samuele priuatim inungitur. 4. Reg. 16. Abulensis, Salianus Petauius.
1081	2960	417	21	
1080		418	22	
1079	I	419	23	
1078	Latinus.	420	24	
1077		421	25	L Vincitur Goliath à Dauide annos circiter 22. nato.
1076		422	26	
1075		423	27	M Moritur Samuel biẽnio ante Saulem. Clemens Alexandrinus, Vincẽtius, Cõestor, Torniellus, Salianus, Petauius.
1074		424	28	
1073		425	29	
1072	K	426	30	
1071	2970	427	31	
1070	L	428	32	
1069		429	33	
1068		430	34	
1067		431	35	
1066		432	36	
1065		433	37	
1064	M	434	38	
1063		435	39	
1062	N	436	40	
			Dauid.	
1061	2980	437	1	
1060		438	2	
1059	O	439	3	
1058		440	4	
1057		441	5	
1056		442	6	

N Morte Saulis clauditur Liber primus Samuelis siue Regum: nuncio de ea ad Dauidem allato aperitur secundus.

Filius triginta annorum erat Dauid cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit. In Hebron regnauit super Iudam septem annis & sex mensibus: in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. 2. Reg. 5. vers. 4.

Gesta Dauidis Regis narrantur ab initio Libri secundi Regum, vsque ad Libri tertij, cap. 2. v. 11. inde texuntur, quæ sunt Salomonis.

O Cum Isboseth septem annos & sex circiter menses regnasset, occiditur, & Dauid omnibus tribubus imperat, 2. Reg. 4. & 5.

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testam
A IV
17 a

ante Chr.	Mũdi.	Exodi.	Dauid.
1055		443	7
1054	P	444	8
1053	Q	445	9
1052		446	10
1051	2990	447	11
1050		448	12
1049		449	13
1048		450	14
1047		451	15
1046		452	16
1045		453	17
1044		454	18
1043	R	455	19
1042		456	20
1041	3000	457	21
1040	S	458	22
1039		459	23
1038		460	24
1037	T	461	25
1036		462	26
1035	V	463	27
1034		464	28
1033		465	29
1032	X	466	30

P Cum Isboseth à morte Saulis biennio ... set, commissa est pugna robustorum ... qua 2 Reg 2.v.14. *Surgant pueri & ludant.* ... sael, Ioabi frater, ab Abnero peremptus est.

Q Dauid expugnat arcem Sion, Iebu... pellit, mox geminum cum Philistæis bellum ... gerit, ac Regiam in monte Sion ædificat.

Arca prius è Cariathiarim in domum ... dom, inde post tres menses in Sion ma... tu transfertur, circa annum decimum ... mum regni Dauid, 2.Reg.6. Torniellus, ... Petauius.

R Circa hunc annum Amnon Thamar ... primit. Aliqui probabiliter hoc, biennio ... cidisse putant.

S Post biennium ab incestu, Absalom ... suum occidit, cap.13.v.23. Ad Regem Gessur ... git, ibique triennium moratur. v.38.

T Post triennij exilium redux *Absalom ... Ierusalem duobus annis, & faciem Regis non ...* 14. vers.28.

V Biennio à suo reditu transacto, ... *salom, & venit ad Regem, & adorauit ... ram eo: osculatusq; est Rex Absalom.* v.33.

X *Post 40. autem annos dixit Absalom ... uid: vadam & reddam vota mea ... bron.* (Hos 40. annos deduco à primum ... ctione) 2.Reg.15.ver.7. Tunc rebellauit ... paulo post miserè interijt.

ante Chr.	Mundi.	Exodi.	Dauid.
1031	3010	467	31
1030		468	32
1029	Alba.	469	33
1028		470	34
1027		471	35
1026		472	36
1025		473	37
1024		474	38
1023		475	39
1022		476	40
			Salomõ
1021	3020	477	1
1020		478	2
1019		479	3
1018	Templi	1	4
1017		2	5
1016		3	6
1015		4	7
1014		5	8
1013		6	9
1012		7	10
1011	3030	8	11
1010		9	12
1009		10	13
1008		11	14

Alba Siluius VII. Rex in Latio per annos 39. ab anno ante Christum 1029.

Dies quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israelem quadraginta anni sunt. 3. Reg. 11. v. 42. & 2. Paralip. 9. v. 30.

Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto, Mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit Domus Domino. 3. Reg. 6. v. 1.

In Anno vndecimo Mense Bul, ipse est mensis octauus, perfecta est Domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis, ædificauitque eam annis septem 3. Reg. 6. v. 38.

Templum introducta in ipsum Arca dedicatum est, in mense Ethanim, in solemni die, ipse est mensis septimus. 3. Reg. 8. v. 3. Dedicationem Templi aliqui anno vndecimo Salomonis paulo ante quam esset omnino perfectum annotant; alij anno duodecimo.

Cumq; complesset Salomon fundens preces ignis descendit de Cœlo, & deuorauit holocausta & victimas, & maiestas Domini impleuit Domum. 2. Paral. 7. v. 1.

Contigit hoc miraculum die primo dedicationis Templi anno ante Christum 1011. cui simile acciderat Moyse Tabernaculum dedicante anno 2. Exodi, ante Chr. 1496 quorum distema est 485. annorum.

Ad

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testam
A IV
17 a

Ante Chr.	Mundi.	Exodi.	Salomon.
1007		12	15
1006		13	16
1005		14	17
1004		15	18
1003		16	19
1002		17	20
1001	3040	18	21
1000		19	22
999		20	23
998		21	24
997		22	25
996		23	26
995		24	27
994		25	28
993		26	29
992		27	30
991	3050	28	31
990		29	32
989		30	33
988		31	34
987		32	35
986		33	36
985		34	37
984		35	38
983		36	39
982		37	40

Ad Arcæ in Sion deductionem & T
pli dedicationem spectant, quæ legimus
8. v. 65. *Fecit ergo Salomon in tempore illo*
tem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo
ab introitu Emath usque ad rivum Ægypti
Domino Deo nostro, septem diebus, & septem
id est, quatuordecim diebus, & in die octava
populos.

Ægyptius Siluius VIII. Rex La
an. 25. ab anno ante Chr. 989.

B Annus primus regni Israel quarto
simo octavo Templi : si ergo anni
subtraxeris 37. habebis annos regni Ire
è contrario, si annis regni Israel addi
habebis annos à Templo Salomonis
cœpto.

B Idem est exordium regni Israel, R
Regis Iuda, Ieroboam Regis Israel, &
à morte Salomonis.

B *Quadraginta & vnius anni erat Roboam*
regnare cœpisset: Decem & septem annis regnavit
rusalem. 3. Reg. 14. v. 21.

Ieroboam regnauit annis 22. ibidem

Ante Chr.	mundi.	Templi.	Roboã Rex Iuda.	Ieroboã Rex Israel.	Regni Israel. B
981	3060	38	1	1	1
980		39	2	2	2
979		40	3	3	3
978	C	41	4	4	4
977	D	42	5	5	5
976		43	6	6	6
975		44	7	7	7
974		45	8	8	8
973		46	9	9	9
972		47	10	10	10
971	3070	48	11	11	
970		49	12	12	
969		50	13	13	
968		51	14	14	
967		52	15	15	
966		53	16	16	
965	Capys.	54	17 Abiam	17 E	
964		55	1	18	
963		56	2	19	
962	F	57	3	20	20
961	3080	58	Asa. 1	21 Nadab	
960	G	59	2	1	

C Qui erant sub Ieroboam, *ambulauerunt in vijs Dauid & Salomonis annis tantum tribus*, 2.Paral.11.v.17. *Inde Ieroboam conflatis aureis vitulis peccare fecit Israel.* Inducendo publicè Idololatriam, vt nonnulli autumant. Puto autem Regem istum impium citius à veri Dei cultu fecisse diuortium, quam hoc triennium elãberetur.

D *Anno quinto regni Roboam ascendit Sesac Rex Aegypti in Ierusalem (quia peccauerunt Domino) cum mille ducẽtis curribus, & sexaginta millibus equitum, nec erat numerus vulgi, quod venerat cum eo.* 2.Paral.12.v.2.

Capys Siluius IX. Rex in Latio, ann.28. ab anno ante Christum 964.

E *Anno decimo octauo Ieroboam filij Nabat* (Regis Israel) *regnauit Abiam super Iudam*, 3. Reg.15.v.1. *Tribus annis regnauit in Ierusalem*, v.2. Huic Deus victoriam dedit, cœsis *quingentis millibus virorum fortium*, ex Israel, quibuscum certamen erat. 2. Paral.13. v.17.

F In anno vigesimo Ieroboam Regis Israel regnauit Asa Rex Iuda, & quadraginta & vno anno regnauit in Ierusalem. 3.Reg.15.v.9.

G *Nadab verò filius Ieroboam regnauit super Israel anno se-*

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testamen
A IV
17a

Ante Chr.	Mũdi.	Templi.	Asa Rex Iuda.	Baasa Rex Israel.	Regni Israel.
959	H	60	3	1	
958		61	4	2	
957		62	5	3	
956		63	6	4	
955		64	7	5	
954		65	8	6	
953		66	9	7	
952		67	10	8	30
951	3000	68	11	9	
950		69	12	10	
949		70	13	11	
948		71	14	12	
947		72	15	13	
946	I	73	16	14	
945		74	17	15	
944		75	18	16	
943		76	19	17	
942		77	20	18	40
941	3100	78	21	19	
940		79	22	20	
939		80	23	21	
938		81	24	22	

cundo Asa Regis Iuda: re[...]
super Israel 2. anno, [...]

H *Anno tertio [...]*
da regnauit Baasa [...]
per omnem Israel in [...]
ginti quatuor annis, [...]
Hinc patet duos [...]
familia Ieroboam [...]
gnitate ornatos fuisse [...]
scilicet Ieroboam, & [...]
ius Nadab, quem [...]
stirpem Regiam [...]
Regis Asa Regis Iuda [...]
è medio Baasa, de qua [...]
15. ver. 29. *Percussit [...]*
mum Ieroboam: non [...]
nam quidem animam [...]
eius. Id autem contigit [...]
pietatem Ieroboam [...]
14. v. 10.

Anno 15. regni [...]
signem de Æthiopibus [...]
riam reportasset Asa [...]
obtulit Deo victimas [...]
ptingentos, & arietes [...]
lia. 2. Paral. 15. v. 11.

I Anno autem [...]
sexto regni Asa [...]
disse Baasa Rex Israel [...]
dam, & muro circum[...]
Rama, &c. 2. Paralip. [...]
Vbi annus 36. regni [...]
putandus est ab initio [...]
Israel: & sic idem est [...]
regni Asa (id est regni [...]
regno Israelis distinctis [...]
16. Regis Asa, post [...]
tris sui in Ierusalem [...]

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Asa Rex Iuda.	Baasa Rex Israel.	Regni Israel
937	Calpetus K	82	25	23	
936		83	26	Ela. 1	
935	L	84	27	2	
934		85	28	Amri 1	
933		86	29	2	
932		87	30	3	50
931	3110	88	31	4	
930		89	32	5	
929		90	33	6	
928		91	34	7	
927		92	35	8	
926		93	36	9	
925		94	37	10	
924	Tiberi⁹	95	38	11	M
923		96	39	Achab. 1.	
922		97	40	2	60
921	3120	98	41 Iosaphat. 1	3	
920		99		4	N
919		100	2	5	
918		101	3	6	

Calpetus Siluius X. Rex Latinorum ann. 13. ab anno ante Christum 936.

K *Anno vigesimo sexto Asa Regis Iuda regnauit Ela, filius Baasa, super Israel in Thersa duobus annis.* 3. Reg. 16. v. 8.

L Anno vigesimo septimo Asa Regis Iuda Elam Regem Israel trucidat Zambrius, illiusque regnum septem diebus occupat, ibid. v. 15.

Id intelligo de anno 27. iam adulto & penè desinente.

Eodem anno 27. Regis Asa, Amri regnum Israelis inuadit, sed competitore Thebni, quo sublato, anno tandem trigesimo primo Regis Asa sceptro potitur Israelitico, regnatque 12. annos: è quibus sex in Thersa transegit, ibid. v. 17.

Hic rursus aduerte volubilem huius regni Israelitici rotam, è cuius fastigio Baasa familiã Ieroboami detraxit, mox filium Baasæ detrusit Zambrius, Zambrium 7. dierum Regem deiecit Amrius non nisi ad Filium & duos nepotes regnum transmissurus.

Tiberius Siluius XI. Rex Latinorum an. 8. ab anno ante Christum 923.

M *Achab Filius Amri regnauit super Israel anno trigesimo octauo Asa Regis Iuda, viginti & duobus annis in Samaria.* 3. Reg. 16. v. 29.

N *Iosaphat filius Asa regnare cœperat super Iudam anno quarto Achab*, Regis Israel 3. Reg. 22. v. 41. Subijcitur versu sequenti. *Triginta quinque annorum erat, cum regnare cœpisset,*

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testamen
A IV
17a

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Iosaphat R. Iuda.	Achab Rex Israel.	Regni Israel
917		102	4	7	
916		103	5	8	
915	Agrippa.	104	6	9	n.
914		105	7	10	
913		106	8	11	
912		107	9	12	70
911	3130	108	10	13	
910		109	11	14	
909		110	12	15	
908		111	13	16	
907		112	14	17	
906		113	15	18	
905		114	16	19	
904		115	17	20	O
903		116	18	21	P
902		117	19	22	80
				Ochoz.	
901	3140	118	20	1	p.
900	Q	119	21	2	
				Ioram.	
899	R	120	22	1	
898		121	23	2	
897		122	24	3	
896		123	25	4	

pisset, (nempe viuo adhuc ... te) *& viginti quinque annis ... uit in Ierusalem, sub ... tum Parentis.*

Anno tertio regni ... phat misit ad vrbes Iuda ... idoneos, qui populum ... rent. 2. Paral. 17. v. 7. ...

Agrippa Siluius XII. ... Latio, ann. 41. ab ... Christum 915.

n. Ioram in Regni ... tium à Patre vocatur.

O Ochozias filius ... regnat cum Parente.

P Ioram filius Ach... gnat cum Patre & Fratre.

p. Ochozias filius Achab ... re cœperat (viuo adhuc ... *per Israel in Samaria ann... decimo Iosaphat Regis Iuda ... uitq; super Israel* (mortuo ... bo) *duobus annis*, 3. Reg. ...

Q Ioramus filius ... cœpit regnum adminis... no 21. sui parentis. Hic ... tuo Ochozia filio Achab ... ram frater huius Ochozi... tur regnasse pro eo, ann... do Ioram filij Iosaphat ... Iuda, 4. Reg. 1. v. 17.

R *Ioram Filius Achab ... rit* (Patre & Fratre ... bus) *super Israel in Samaria ... decimo octauo Iosaphat Regis ... regnauitq; 12. annis*; ... obitum non solum Fratre ... etiam Parentis.

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Ioram Rex Iuda.	Ioră Rex Israel	Regni Israel
895	S	124	1	5	
894		125	2	6	
893		126	3	7	
892		127	4	8	90
891	3150	128	5	9	
890		129	6	10	
889		130	7 Ochoz.	11	
888	T	131	1	12	
			Athal.	Iehu.	
887	V	132	1	1	
886		133	2	2	
885		134	3	3	
884		135	4	4	
883		136	5	5	
882		137	6	6	100
			Ioas.		
881	3160	138	1	7	X
880		139	2	8	

Aduertendum, Ochoziam filium Achabi regnasse cum Parente tribus circiter annis, illo defuncto, duobus. Item Ioramum alterum Achabi filiũ, biennio non integro cum Patre, tum cum Fratre duobus, denique isto mortuo 12. annis Regem fuisse.

S *Anno quinto Ioram Filij Achab Regis Israel regnauit Ioram Filius Iosaphat Rex Iuda, & octo annos regnauit.* 4.Reg. 8.v.16.& 2.Paral.21.v.5.

Dicet quispiam hinc sequi Ioramum filium Iosaphat vixisse annos 40.tantum: quia vt loco citato habetur, *triginta duorum annorum erat cum regnare cœpisset*, quibus si addideris 8.annos regni, exurgent 40. Hoc autem non exiguam habet difficultatem: nam Ochozias filius huius Ioramí, *erat quadraginta duorum annorum, cum regnare cœpisset.* 2.Paralip.22.v.2. atque ita videtur senior suo parente. At in promptu responsio est, Ioramum Iudæum cum esset 32.annorum, regnare quidem cœpisse, sed viuo adhuc Iosaphat, genitore suo; inde regnasse vniuerse annos 28. è quibus 8.tantùm post obitum Iosaphat numerandi sunt. Atque ita Ioramus peruenit ad annum sexagesimũ vitæ. Pari modo Ochozias Iudæus regnare cœpit, cùm esset 22.annorũ, viuo adhuc Parente & Auo, 4.Reg.8.v.26. at vero Parente è viuis subducto, solus regnare cœpit, cùm esset annorum 42. vt scribitur 2. Paralip.22.v.2.& inde anno non integro regnauit; cum Parente vero viginti.

T *Anno 12. Ioram filij Achab Regis Israel regnauit Ochozias filius Ioram Regis Iuda anno vno.* 4.Reg.8.v.25. Capite autem 9.v.29. dicitur iste Ochozias, *anno 11.* nempe completo, *Ioram regnasse super Iudam.*

V Athalia defuncto Ochozia Filio suo regnum 6. annos tenuit, 7. interfecta, 4.Reg.11.v.& 2.Par.22.v 23. Iehu sub Idem tempus regnum Israelis obtinuit quo Athalia Regnum Iuda, vt colligitur ex 4.Reg.cap.9:

X *Anno 7. Iehu regnauit Ioas: & quadraginta annis regnauit in Ierusalem,* 2.Reg.12.v.1.

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testamen
A IV
17a

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Ioas Rex Iuda.	Iehu Rex Israel.	Regni Israel.
879		140	3	9	
878		141	4	10	
877		142	5	11	
876		143	6	12	
875		144	7	13	
874	Alladi⁹	145	8	14	
873		146	9	15	
872		147	10	16	110
871	3170	148	11	17	
870		149	12	18	
869		150	13	19	
868		151	14	20	
867		152	15	21	
866		153	16	22	
865		154	17	23	
864		155	18	24	
863		156	19	25	
862		157	20	26	120
861	3180	158	21	27	
860		159	22	28	
859	E	160	23	Ioachaz. 1	
858		161	24	2	

Dies autem ... uit Iehu super Israel ... sunt in Samaria, ... 10. v.36.

Alladius Silin... Aremulus, XIII ... tinorum, annis ... no ante Christum ...

Exigua de ... ve circiter anno ... tia, quæ certitu... mam & secundum ... tabularum edition... eo solum oritur, ... secundis curis, ... lior & facilior ... fuerit eorum ... qui Monarchiæ ... uennium tribuunt ... rò discrepantia ... ab initio Iehu, ... Cambysen extend...

E Anno regis ... Ioas, filij Ochozi ... da, regnauit Ioachaz ... Iehu, super Israel ... decem & septem ... Reg.13. v.1.

Ante Chr.	mundi.	Templi.	Ioas Rex Iuda.	Ioachaz Rex Is.	Regni Israel.
857		162	25	3	
856		163	26	4	
855	Auentinus.	164	27	5	
854		165	28	6	
853		166	29	7	
852		167	30	8	130
851	3190	168	31	9	
850		169	32	10	
849		170	33	11	
848		171	34	12	
847		172	35	13	
846		173	36	14	
845		174	37	15	
844		175	38	16	
843		176	39	17	
842	F	177	40	Ioas. 1	140
841	3200	178	Amasias 1	2	G
840		179	2	3	
839		180	3	4	
838	H	181	4	5	
837		182	5	6	
836		183	6	7	

Auentinus Siluius, apud Latinos Rex XIV. Sceptro potitur annos triginta septem, ab anno ante Christum 855.

F *Anno trigesimo septimo Ioas, Regis Iuda, regnauit Ioas, filius Ioachaz, super Israel,* (intellige cum parente) *in Samaria sedecim annis,* 4. Reg. 13. v. 10. Isti 16. anni à morte Ioachaz computandi sunt. Qui si fuerint Chronologici; Ioachaz non nisi sedecim habebit: & è contrario, si Ioachaz 17. anni adscripti fuerint, non nisi 15. Ioaso relinquentur.

G *In anno secundo Ioas, filij Ioachaz Regis Israel: regnauit Amasias, filius Ioas Regis Iuda, in Ierusalem viginti nouem annis,* 4. Reg. 14. v. 2.

H Ieroboam II. Rex Israel cum patre inijt principatum. Hinc deducitur annus vigesimus septimus Ieroboam regis Israel, quo anno Azarias, qui & Ozias dictus, filius Amasiæ regis Iuda, regnasse scribitur. 4. Reg. 15. v. 1.

Ad

P.
H. Philippi
Chronologi
Vet: Testamen
A IV
17 a

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Amasias Rex Iuda.	Ioas Rex Israel.	Regni Israel.
835		184	7	8	
834		185	8	9	
833		186	9	10	
832		187	10	11	150
831	3210	188	11	12	
830		189	12	13	
829		190	13	14	
828		191	14	15	
827		192	15	Ieroboam 1	
826		193	16	2	
825		194	17	3	
824		195	18	4	
823		196	19	5	
822		197	20	6	160
821	5220	198	21	7	
820		199	22	8	
819		200	23	9	
818	Procas	201	24	10	
817		202	25	11	
816		203	26	12	
815		204	27	13	
814		205	28	14	
813		206	29 Ozias.	15	
812	I	207	1	16	170

Ad annos Ierob[...] notatos adde indec[...] beas annos eiusdem, [...] à parte suo in regn[...] tium adscitus est.

Procas Silvius [...] Latinorum, ann[...] ante Christum 818.

I *Vixit autem [...] lius Ioas Rex Iuda, post [...] tuus est Ioas filius Ioa[...] Israel, quindecim ann[...]* 14. ver. 17. Vnde [...] Oziam successisse [...] ann. decimo sexto Ie[...] mortuo Parente [...] cum Ieroboamus a[...] cim annis, vino pa[...] Ioaso, antea Regi[...] buisset. Quo fit vt [...] regni Oziæ incidat [...] vigesimum septim[...] boami, ex quo Pa[...] te regnum inierat, [...] est cum anno sexta[...] iusdem Ieroboami [...] Patris sui obitum [...] bernacula moderat[...]

Ozias siue Azaria [...] *in Ierusalem quinquag[...] bus annis.* 4. Reg. 15. [...]

Verbum Domini, [...] est ad Osee filium Beer[...] Ozia, Ioatham, Achaz[...]

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Ozias Rex Iuda.	Ieroboã Rex Israel.	Regni Israel.
811	3250	208	2	17	
810		209	3	18	
809		210	4	19	
808		211	5	20	
807		212	6	21	
806		213	7	22	
805		214	8	23	
804		215	9	24	
803		216	10	25	180
802		217	11	26	
801	3240	218	12	27	
800		219	13	28	
799		220	14	29	
798		221	15	30	
797		222	16	31	
796		223	17	32	
795		224	18	33	
794	Amul.	225	19	34	
793		226	20	35	
792		227	21	36	190
791	3250	228	22	37	
790		229	23	38	
789		230	24	39	
788		231	25	40	

Regum Iudæ, & in diebus Ieroboam filij Ioas Regis Israel. Principium loquendi Domino in Osee. Osee 1. v. 1. Hinc colligimus Osee Vatem, & diu vix ille, & antiquissimum esse eorum Prophetarum, quorum vaticinia scriptis mandata ad nos peruenerũt, vt fert communis auctorum sententia.

Ioel sub ijsdem Regibus prophetauit, sub quibus Osee.

Visio Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam & Ierusalem, in diebus Oziæ Ioatham, Achaz, Ezechiæ, Regum Iuda. Isa. 1. Addunt aliqui Isaiam vaticinari cœpisse anno 17. Oziæ: etsi id omnino certum non sit.

Isaia vaticinante Olympiades ab Iphito restauratæ sunt, Vrbs à Romulo condita, excisum Israelis regnum, decem tribus à Salmanasar in captiuitatem abductæ, æra Nabonassari orta, vita Ezechiæ in annos quindecim prorogata, centum octuaginta quinque armatorum millia de exercitu Sennacherib ab Angelo vna nocte occisa, atque ita Isaiæ sæculum regnorum mutatione, & rerum in orbe gestarum magnitudine fuit quam maxime nobilitatum.

P.
H. Philippi
Chronologi.
Vet: Testamen
A IV
17a

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Ozias Rex Iuda.	Ieroboã Rex Israel.	Regni Israel	
787	L	232	26	41 Interreg.		
786		233	27	1		
785		234	28	2		
784		235	29	3		
783		236	30	4		
782		237	31	5	200	
781	3260	238	32	6		
780		239	33	7		
779		240	34	8		
778		241	35	9		
777		242	36	10		Olymp.
776		243	37	11		1.
775		244	38	12		
774	M	245	39			Zach.
773	N	246	40	Manahẽ. 1		Sellũ.
772		247	41	2	210	2
771	3720	248	42	3		
770		249	43	4		
769		250	44	5		
768		251	45	6		3
767		252	46	7		
766		253	47	8		
765		254	48	9		
764		255	49	10		4

Amulius XVI Rex L[illegible]
rum ann. 42. ab anno [illegible]
795.

L Dormiuit Ieroboam [illegible]
Patribus suis, & regnauit [illegible]
rias filius eius pro eo. 4. R[illegible]
v. 29. At verò cum [illegible]
Reg. 18. v. 8. Zachariam [illegible]
re cœpisse anno trige[illegible]
ctauo Azariæ: necessa[illegible]
regnum aliquet annorum [illegible]
videtur, antequam Zach[illegible]
paterno regno præesset [illegible]
etiam exigunt anni seque[illegible]
Regum Israel, qui an[illegible]
Ezechiæ clauduntur.

Initium Olympiad[illegible]
tuendum esse ann. ante C[illegible]
Epocham 776. [illegible]
Intr. Chron c. 14. [illegible]
tract. de Olymp. [illegible]

M Anno 38. [illegible]
Regis Iuda, regnauit [illegible]
rias filius Ieroboam [illegible]
rael in Samaria [illegible]
bus. 4. Reg 15. v. [illegible]

N Sellum filius Iabe[illegible]
uit trigesimo uno [illegible]
zariæ Regis Iuda: [illegible]
autem vno mẽse in [illegible]
ibid. v. 13.

N Anno 39. [illegible]
gis Iuda, regnauit [illegible]
filius Gadi super [illegible]
annis in Samaria [illegible]

Si annis Olymp[illegible]
addantur 408, habe[illegible]
annus euersæ Troiæ [illegible]

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Ozias Rex Iuda	Phaceia rex Israel.	Regni Israel.	Olymp	
763	O	256	50	1			
762		257	51	2	220		
761	3280	258	52 Ioatham 1	Phacee. 1	P		
760		259		2	Q	5	
759		260	2	3			
758		261	3	4			
757		262	4	5			
756		263	5	6		6	Q
755		264	6	7			Vrbis condita.
754		265	7	8			
753		266	8	9			1
752		267	9	10	230	7	2
751	3290	268	10	11			3
750		269	11	12			4
749		270	12	13			5
748		271	13	14		8	6
747		272	14	15			7
746		273	15	16			8
745		274	16	17			9
744	R	275	Achaz. 1	18		9	10
743		276	2	19	240		11
742		277	3	20			12

Sedecim ann. erat Ozias, cum regnare cœpisset, & 52. annis regnauit in Ierusalem. 2.Paral.26. v.3.

O *Anno 50. Azariæ Regis Iuda, regnauit Phaceia, filius Manahem, super Israel in Samaria biennio.* 4.Reg 15. v.23.

P *Anno 52. Azariæ Regis Iuda, regnauit Phacee, filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis.* ibid. v.27.

Q Anno 2.Phacee filij Romeliæ, Regis Israel, regnauit Ioathã, filius Oziæ, Regis Iuda, 16. annis. 4.Reg. 15.v.32. & 2.Paral. 27. v.1. Eodẽ anno, quo sc. mortuus est Ozias, vidit Dominũ Isaias sedentem super solium excelsum, & duos Seraphim clamantes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.* Isa.cap.6. Is annus erat mihi ante Ch.epocham 760. ab orbe creato 3281. &c.

Æra Vrbis conditæ oritur sub finem

P.
H. Philippi
Chronologi.
Vet: Testamen
A IV
17a

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Achaz Rex Iuda.	Olymp.	Vrbis.	Osee Rex Israel	Regni Israel B
741	3300	278	4		13	1	S
740		279	5	10	14	2	
739		280	6		15	3	
738		281	7		16	4	
737		282	8		17	5	
736		283	9	11	18	6	
735		284	10		19	7	
734		285	11		20	8	
733		286	12		21	9 Osee II	
732	T	287	13	12	22	1	250
731	3310	288	14		23	2	
730		289	15		24	3	
729		290	16 Ezech. 1		25	4	
728		291	2	13	26	5	
727		292	3		27	6	
726	V	293	4		28	7	
725		294	5		29	8	
724		295	6	14	30	9	

Tobiam seniorem natum suspicor; circa annum 2. Vrbis conditæ.

Anno Nabonassari, quorum meminit Ptolomæus, inchoantur anno ante [illegible] rem Christ. Epocham 747. feria 4. die 26. Febr. stylo veteri; nouo 18. eiusdem. [illegible] *Quæst. Chron de annis Dom. Iulianis, &c* à cap. 8. ad 13. inclusiuè.

R *Anno 17. Phacee filij Romelie regnauit Achaz filius Ioatham Regis Iudæ. Vigesimo [illegible] cum regnare* (subaudi viuo parente) *cœpisset: & 16. an. regnauit,* Patre scilicet [illegible] *Ierusalem.* 4. Reg. 6. v. 1.

S Coniurauit autem & tetendit insidias Osee, filius Ela, contra Phacee [illegible]

Rad[illegible]

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Ezech. Rex Iuda.	Olymp.	Vrbis.
723		296	7		31
722		297	8		32
721	3320	298	9		33
720		299	10	15	34
719		300	11		35
718		301	12		36
717		302	13		37
716	X	303	14	16	38
715		304	15		39
714	Numa	305	16	Y	40
713		306	17		41
712		307	18	17	42

Romeliæ, & percussit eum, & interfecit: regnauitq; pro eo vigesimo anno Ioatham filii Oziæ. 4.Reg.15. v.30. Hic *annus Ioatham*, siue ab exordio regni Ioatham, *vigesimus*, erat *quartus Regis Achaz, & primus* Osee.

T Anno tertio Ozee filij Ela Regis Israel regnauit Ezechias filius Achaz Regis Iuda. 4.Reg.18. v.1. & 2.Paral.29.v.1. *& viginti nouem annis regnauit.*

Pietas & zelus diuini honoris, quem initio regni sui ostendit Ezechias, latè describitur 2.Paralip.29.& 30. *Ipse anno & mense primo regni sui aperuit valuas Domus Domini, & instaurauit eas.* c.29. v.3. *Templum diebus octo expiauerunt, &c.* v.17. *Immolauerunt autem Phase quartadecima die, mensis secundi,* cap.30. v.15 Solemnitatem Paschæ bis septem diebus celebrarant. *Ezechias præbuerat multitudini mille tauros, & septem millia ouium: Principes verò dederant populo tauros mille, & oues decem millia,* vers.24.

V *Anno 4.Ezechiæ, qui erat annus 7. Osee, filij Ela Regis Israel, ascendit Salmanasar Rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam & cepit. Nam post annos tres, anno 6. Ezechiæ, id est nono anno Osee Regis Israel, capta est Samaria.* 4.Reg.18.v.9. S.Hier.in c.4.Ezechielis ab euerso regno Israel, vsque ad casum Templi, & Vrbis sanctæ cladem, numerat annos 135. Circa annum 723. puto Tobiam cum Vxore & Filio bimulo Niniuen abductum. Anno primo Mardokempadi, Nabonassari 27. die 29. Thoth luna defecit. Nempe anno ante Chr. 721. die 19. Martij Iuliani XI. Gregoriani. Anno sequenti fuit similis Eclipsis die 18. Thoth, nempe 8. Martij stylo Iuliano; Gregoriano vltima Februarij, anno ante Christum 720. quo altera Lunæ defectio contigit 1. Septemb. Vide Ptolem. lib. 4.

X *Anno quarto decimo Regis Ezechiæ ascendit Senacherib Rex Assyriorum ad vniuersas Ciuitates Iudæ munitas, & cepit eas.* 4.Reg.18.v.13.

P.
H. Philippi
Chronologi.
Vet: Testamen
A IV
17a

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Ezech. Rex Iuda.	Olymp.	Vrbis.
711	3330	308	19		43
710		309	20		44
709		310	21		45
708		311	22	18	46
707		312	23		47
706		313	24		48
705		314	25		49
704		315	26	19	50
703		316	27		51
702		317	28		52
701	3340	318	29 Manasses		53
700	A	39	1.	20	54
699		320	2		55
698		321	3		56
697		322	4		57
696		323	5	21	58
695		324	6		59
694		325	7		60
693		326	8		61
692		327	9	22	62
691	3350	328	10		63
690		329	11		64
689		330	12		65
688		331	13	23	66

Numa Pompil[illegible] annos 43. ab anno [illegible] 714. Eodem anno [illegible] quarto regni [illegible] Ezechias: sed Deo [illegible] conualuit, & [illegible] quindecim annos [illegible] vt legimus 4. Reg. [illegible] spectat regressus [illegible] horologio Ach[illegible] Isaiæ 38. quo [illegible] Ezechias Deo [illegible] obtulit: *Ego [illegible] dierum meorum, [illegible] Portas inferi.*

Y *Factum est [illegible] cte illa, venit [illegible] & percussit in castris [illegible] centum octoginta [illegible]* 4. Reg. 19. v. 35.

Opinor Tobiam [illegible] rem excæcatum [illegible] annum Vrbis 57. [illegible] 56. annorum: [illegible] recuperasse, circa [illegible] bis 61. *Quinquaginta [illegible] & sex annorum [illegible] rum amisit: sexaginta [illegible] recepit.* Tob. 14. v. 3.

A Duodecim [illegible] erat Manasses cum [illegible] cœpisset, & 55. [illegible] uit in Ierusalem. 4. [illegible] vers. 1.

Ante Chr.	Mundi.	Templi.	Manaſſ. Rex Iudæ.	Olymp.	Vrbis.
687		332	14		67
686		333	15		68
685		334	16		69
684		335	17	24	70
683		336	18		71
682		337	19		72
681	3360	338	20		73
680		339	21	25	74
679		340	22		75
678		341	23		76
677		342	24		77
676		343	25	26	78
675		344	26		79
674		345	27		80
673		346	28		81
672		347	29	27	82
671	3370	348	30	Tullus	83
670		349	31	Hoſtil.	84
669		350	32		85
668		351	33	28	86
667		352	34		87
666		353	35		88
665		354	36		89
664		355	37	29	90

Ordo & tempus, quo Salomonis poſteri Regnum Iuda tenuerunt.

1. Roboam annos 17. 3. Reg. 14. v. 21.
2. Abiam 3. ibid. c. 15. v. 2.
3. Aſa 41. ibid. v. 9.
4. Ioſaphat 25. ib. c. 22. v. 42.
5. Ioram 8. 4. Reg. 8. v. 17.
6. Ochozias 1. ibid. v. 26.
7. Athalia 6. cap. 11. v. 4.
8. Ioas 40. cap. 12. v. 1.
9. Amaſias 29. cap. 14. v. 1.
10. Ozias 52. c. 15. v. 2.
11. Ioatham 16. ibid. v. 33.
12. Achaz 16. c. 16. v. 2.
13. Ezechias 29. c. 16. v. 2.
14. Manaſſes 55. c. 21. v. 1.
15. Amon 2. cap. 21. v. 19.
16. Ioſias 31. cap. 22. v. 1.
17. Ioachaz menſes 3. cap. 23. v. 31.
18. Ioakim annos 11. ib. v. 36.
19. Iechonias 3. menſ. dies 10. 2. Par. 36. v. 9.
20. Sedecias 11. 4. Reg. 24. v. 18.

Hi omnes Reges fuere ex ſemine Dauid, ita vt ſemper filius parenti ſuccederet, excepto Ioakim, qui fuit frater Ioachazi, & Sedecia, qui fuit patruus Iechoniæ, ac denique Athalia, quæ fuit Mater Ochoziæ. Sic poſt Dauidem & Salomonem fuere in hoc Regno vndeviginti Reges & vna Regina.

Cata-

P.
H. Philippi

Chronologi.
Vet: Testamen

A IV
17 a

Ante Chr.	Mũ-di.	Tem-pli.	Manaſ. Rex Iuda.	Olymp.	Vrbis.	Catalogus Regum ſingulos annos, quod ſingulis Regibus tribuitur.
						1. Ieroboam annos 22. 3. Reg. 14. v. 20.
663		356	38			2. Nadab 2. cap. 15.
662		357	39			3. Baaſa 24. ibid.
661	3380	358	40			4. Ela 2. cap. 16.
660		359	41	30		5. Zambri 7. dies. ibid.
						6. Amri annos 12. ibid.
659		360	42		95	7. Achab 22. ibid. v. 29.
658		361	43			8. Ochozias 2. cap. 22.
						9. Ioram 12. 4. Reg. 1.
657		362	44			10. Iehu 28. cap. 10.
656		363	45	31		11. Ioachaz 17. cap. 13.
						12. Ioas 16. ibid. v. 1.
655		364	46			13. Ieroboam 41. cap. 14.
654		365	47		110	14. Zachar. 6. menſes. cap. 15.
						15. Sellum vnum menſem. ibid. v. 13.
653		366	48			16. Manahem annos 10.
652		367	49	32		17. Phaceia 2. ibid. v. 23.
						18. Phacee 20. ibid. v. 27.
651	3320	368	50			19. Oſee vnicerit ab anno 12. & 17.
650		369	51			
					105	Aduertendum hic annos Regum Iuda ſacris literis expoſitos ſemper fuiſſe integros, do, totidem Reg in Iuda fuiſſe, quot regnum Iuda diuum amplius annis ſteri gnum Iſrael. Ter Iuda in familia Da ſiſſe: in regno Iſ hanc, modo illam Sceptrum attigiſſe.
649		370	52			
x *Domitianus XV. M. Cocceius Nerua* II.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17

AEræ Chr.	Mũdi.	Olymp.	Vrbis	Imp. R. Dom.	
91	y		844	11	y M. Vlpius Traianus. M. Acilius Glabrio.
92	z		845	12	Martyrium adepto 26. Aprilis, in ferue-
93	a	218	846	13	tificatus sedem succedit S. Clemens. z Domitianus XVI. A. Volusius Saturninus. a Sex. Pompeius Collega. Cornelius Priscus.
94	b		847	14	nes Euangelista è feruentis olei dolio illæ-
95	c		848	15	tum in Patmos insulam relegatur. b L. Nonius Asprenas Torquatus. M. Ma-
96	d		849	Nerua.	nens. c Domitianus XVII. T. Flauius Clemens.
				1	hunc annum S. Ioannes Apocalypsim anno 14. Domitiani. d C. Fulvius Valens. C. Antistius Vetus Do-
97	e	219	850	2	die 18. Septembris occiso succedit Ner-
98	f		851	Traian. 1	sciissis Domitiani actis S. Ioannes ab- subinde redit in Asiam. Eusebius. e Imperator Coccius Nerua III. T. Vergi-
99	g		852	2	Notant aliqui ex Irenæo & Epiphanio nem hoc circiter anno Euangelium
100	4140	h	853	3	pssisse. f Nerua Aug. IV. Vlpius Traianus II. Co

Calendas Februarij moritur, mox Imperio potitur Traianus.

g C. Sosius Senecio II. A. Cornelius Palma.

h Vlpius Traianus Imperator III. M. Cornelius Fronto.

S. Ioannes Apostolus & Euangelista, peruenit ad Traiani tempora, & ann passione Dominica sexagesimum octauum: ac proinde hoc circiter anno pass obdormiuit in Domino.

FINIS.

NOTÆ ET QVÆSTIONES

CHRONOLOGICAE

IN DVOS LIBROS

MACHABAEORVM.

Auctore

R. P. HENRICO PHILIPPI
GALLO-BELGA, S. HVBERTENSI,
SOC. IESV, SS. THEOLOGIÆ DOCTORE, OLIM
in Archigymnasio Viennensi sacrarum litera-
rum Interprete.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi

Chronologia
Vet: Testamenti

A 1V
17 a

NOTÆ ET QVÆSTIONES CHRONOLOGICÆ, In duos Libros MACHABÆORVM.

QVÆSTIO I.

Quomodo anni regni Græcorum in hisce Libris recensiti, cum æra Christi congruant.

1. HVGO in Librum primum Machabæorum cap. 1. Seleuco Nicanori & sequentibus regibus Syriæ, vsque ad Antiochum, Epiphanem tot annos fere tribuit, quot ego aliàs eisdem assigno: at nimis latè calculos extendit, quando æram regni Græcorum accersit ab obitu Alexandri Magni, cum is obierit annis 12. ante Epocham horum annorum, quos regni Græcorum appellamus, vt alibi declaratum.

2. Victorinus Strigelius in Chronologia, quam præfigit Libris Machabæorum, annum 137. regni Græcorum coniungit cum anno ante Christum natum 173. annum Græcorum 138. cum anno ante Christum 172. atque in eundem planè modum de alijs annis philosophatur, ita vt annus Græcorum 177. quo Simon Machabæus à suo genero peremptus est, comparetur cum anno 133. ante Christum. *Strigelij sententia.*

3. Vnde colligimus hunc auctorem, triennio ab æra Christi vsitata discrepare: siquidem vt in Computo Ecclesiastico & alibi probabam, æra regni Græcorum oritur annis 12. à morte Alexandri M reuolutis, nempe anno ante Christum 312. Quocirca si datus annus Græcorum tollatur de 313. relinquet annum ante Christi epocham, à quo trahit originem. Atqui annus 137. Græcorum à 313. subductus non relinquit 173. (quod facit calculatio Strigelij) sed 176. Itaque annus 137. Græcorum oritur ab anno ante Christum 176. Annus Græcorum 138. exordium capit ab anno ante Christi epocham 175. Annus denique 177. Græcorum profluit ab anno 136. prædictam Christi epocham antecedente: ac proinde Strigelius æram Christi communem tribus annis anteuertit. *Strigelij calculus æræ Christi communem 3. annis anteuertit.*

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17

Exordium regni Antiochi Epiphanis.

4. Hinc colligere licet, Antiochum Epiphanem regnare [illegible] ante Christi æram 176. quod Strigelius imputat anno ante Christum [illegible] 173. Sic Demetrij Soteris primordia bene refert ad annum Græcorum [illegible] sed ei non assentior, dum ibi numerat annum ante Christum natum [illegible] bitror enim Demetrium regno potitum anno ante Christi epoch[illegible] Strigelius tamen 1. Mach. 1. suas rationes ad æram Christi ritè accom[illegible] cum ait Alexandrum mortuum anno 1. Olymp. 114. annis ante Christ[illegible]

Obitus Antiochi Epiphanis.

5. Nec mihi arridet, quod Antiochi Epiphanis interitum, [illegible] Græcorum 148. cum initium Eupatoris differat in annum sequentem [illegible] enim morte Iudæ Machabæi, & exordium Ionathæ in eundem [illegible] ijcit, scilicet 152. regni Græcorum: ita anno Græcorum 149. quo [illegible] tuus dicitur Antiochus Epiphanes, 1. Mach. 6. v. 16. Eupator ei succe[illegible] modo necem Simonis Machabæi consignat anno ante Christum [illegible] successionem vero Ioannis Hircani anno sequenti. Ego Simonem [illegible] autumo, sub finem anni 177. Græcorum, ex methodo libri primi [illegible] bæorum, fluente anno ante Christum 135. quo Hircanus pariter [illegible] principatum.

Dubiũ de ratione tẽporũ quæ assignãtur 1. & 2. Machab.

6. Sed quæstio grauior occurrit, quomodo ea, qua de ratione [illegible] rum traduntur libro 2. Machabæorum, cum ijs, quæ libro 1. habentur [illegible] inter se conciliari? cum vno anno discrepare videantur. Nam libro [illegible] v. 16. *Antiochus Epiphanes* dicitur, *mortuus anno centesimo quadragesimo* [illegible] regni Græcorum: at verò lib. 2. cap. 11. ver. 33. epistola Antiochi Eupa[illegible] mortuo parenti successerat, his verbis concluditur. *Valete: anno centesimo quadragesimo octauo, Xanthici mensis quinta decima die:* Adhæc lib. 1. cap. 6. ver. [illegible] pator scribitur, cum ingenti multitudine Iudæam inuasisse, anno [illegible] quinquagesimo: liber autem secundus, refert ea contigisse, *anno centesimo quadragesimo nono*, cap. 13. v. 1. Denique liber primus cap. 7. v. 1. sic habet: *anno quagesimo primo, exijt Demetrius ab vrbe Roma* &c. Liber secundus autem [illegible] refert ad *annum centesimum quinquagesimum*, cap. 14. v. 4.

Initiũ anni Græcorũ iuxta 1. Mach.

7. Vt hic nodus soluatur, *aduertendum primò*, in libro priore Mach[illegible] los annos regni Græcorum à mense Nisan exoriri: siquidem anno [illegible] (quo Demetrius Roma profugit) Nicanor victus & occisus est [illegible] tertia mensis Adar, vt disertè exprimitur lib. 1. cap. 7. 43. Mox Bacc[illegible] Alcimus à Demetrio in Iudæam missi, *in mense primo anni centesimi quadragesimi secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem*, lib. 1. cap. 9. vers. 1. & 3. [illegible] mensis primus omnium iudicio, est ille qui Iudæis Nisan appellatur: [illegible] nim mensis Sabat dicitur vndecimus, lib. 1. cap. 16. v. 14. Ergo aduertendum [illegible] san, facta est anni mutatio, ita vt mense Adar, anni 151. Nicanor [illegible]

mense autem Nisan proximè sequenti, qui primus erat in anno sacro, numerari cœperit annus 152.

8. Simili ratione, *anno centesimo sexagesimo, ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatur Nobilis, & occupauit Ptolemaïdam.* 1. Machab. 10. v. 1. Atqui eodem anno annuente eodem Alexandro, *induit se Ionathas stola sancta, septimo mense anno centesimo sexagesimo, in die sollemni Scenopegiæ*, ibid. vers. 21. Ergo mense Tisri aduenientе, nouus annus stylo libri primi, non est ortus: sed adhuc fluebat annus 160. qui ab antecedente Nisan processerat.

9. Postremo Ionathas à Tryphone occisus est hyeme, quando erat *nix multa valde*. 1. Mach. 13. v. 22. & 23. tum anno 170. cœpit populus numerare annum primum Simonis, quo gesta sunt ea, quæ ib. à versu 43. referuntur: mense autem Iiar sequenti, auctor libri primi computat annum 171. regni Græcorum, vti illo cap. 13. narratur ver. 51. *Et intrauerunt in eam* (arcem Ierosolymitanam) *tertia & vigesima die, secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo.* Itaque mensis Nisan nouum annum regni Græcorum aperiebat, iuxta supputationem auctoris libri primi Machabæorum, vt clarius apparet exemplis num. 7. & 8. iam relatis.

10. *Aduertendum secundò*, ab auctore libri posterioris Machabæorum, annos Græcorum à mense septimo, (aut saltem ab autumno) inchoari, nimirum sex mensibus tardius, quam in libro priore autentico supputentur. Quo fit, vt illa, quæ ab initio primi mensis vsque ad finem sexti gesta sunt, & liber prior, v. g. ad annum 150. refert; auctor libri posterioris anno 149. adscribat: à mense verò Tisri inclusiuè, vsque ad sequentem Nisan exclusiuè, vnus idemque sit, annorum computus in vtriusque Libri Machabæorum auctoribus. Eodem modo annum illum 149. quo Eupator venit & obsedit Ierosolymam 2. Mach. 13. v. 1. auctor istius libri inchoabat à mense Tisri anno ante Christum 164. & vsque ad autumnum anni 163. porrigebat, ita vt pari passu, annus sabbaticus, & 149. regni Græcorum procederent ex computatione lib. 2. At verò auctor libri primi, sex mensibus citius incipiebat annum illum 149. Itaque æstate anni ante Christum 163. liber primus numerabat annum 150. regni Græcorum à mense Nisan inchoatum: liber autem secundus tota illa æstate in anno 149. persistebat, & autumno demum aduenientе ad annum 150. gradum fecit. Neque verò mirum cuipiam videatur, quod vnus idemque annus diuersa quandoque habeat exordia: nam Indictiones olim stylo Cæsareo à die 24. Septembris; Stylo autem Pontificio à sequenti Ianuario initium sumebant. Iudæi annos Christi accersunt ab autumno; nos autem Christiani à Ianuario sequenti auspicamur. Ex. ca. Iudæi currente anno Domini 1635. (vt nos computamus) die 13. Septembris Gregoriani nouum annum aperiunt,

Initiũ anni Græcorũ iuxta auctorem 2. Machab.

Vni eidẽq; anno diuersa nonnunquam conueniũt exordia.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamti
A IV
17 a

quem ipsi 1636. æræ Christianorum, siue fidei Nazaræorum indigitem.

Peculiaris difficultas.

11. Est tamen peculiaris difficultas, de anno illo 148. qui signatus stola regis Eupatoris ad Iudæos, 2. Mach. 11. v. 33. & epistola Romanorum eosdem v. 38. Etenim annus Græcorum 149 quo Antiochum Eupatorem terijsse scribit sacer auctor libri primi Machabæorum inijt mense Nisan ante Christum 164. quomodo igitur die 15. mensis Xanthici, qui non aberat à mense Nisan Eupator post sui parentis interitum, tam citò scripserit ad Iudæos? Imò ex cap. 6. libri primi, istæ literæ datæ videntur nem anni sabbatici, labente anno ante Christum 163. quo ortus est annus corum 150. Siquidem copiæ Eupatoris in Iudæam grassatæ fuerant cem illam anno isto 148. ab Eupatore confirmatam.

12. Respondebunt fortè nonnulli æram regni Græcorum prodiisse anno ante Christi epocham 311. ac proinde annum 148. regni Græcorum ijsse anno ante Christum 163. & exijsse post datas ab Eupatore literas Iudæos. Verùm alibi probatum est, æram regni Græcorum communi tatione, ab anno 312. ante vulgarem Christi epocham prodire, ejus exempla suis locis proposita demonstrant.

13. Nonnulli, vt Keplerus epocham regni Græcorum vno anno nunt epochæ Seleucidarum, & asserunt literas Eupatoris, ac Romanorum bro 2. Mach. relatas, notari anno Seleucidûm 148. non contrà annum gni Græcorum. Verum hæc pro arbitrio excogitata sunt, & falso fundamento, quod nimirum vna duntaxat vice Eupator cum Iudæis inierit, & quidem anno sabbatico 14. Alij vt Serarius & Torniellus, tur æram Græcorum, & Seleucidarum esse vnam eandemque: non tamen bique ab eodem principio deductam, sed communi supputatione vsos citius inchoari, quàm apud Syros & Chaldæos. Equidem non abnuo, eandemque æram à diuersis quandoque principijs deduci. Nam annus conditæ Capitolina vno anno sequitur computationem Varronianam Monarchiæ Græcorum nunc à 330. nunc à 331. anno ante Christum solet. Æra Monarchiæ Romanorum, modo à morte Antonij & Cleopatræ modò ab Actiaca victoria anno precedenti parta deducitur: hoc tamen non existimo id asserendum esse. Nam inter Eupatorem & Iudæos pax

Lysias & Eupator pacem cũ Iudæis diuersis tẽporibus composuerunt.

sancita fuit anno Græcorum 148. ac rursus 149. aut fortè ineunte 150. bri 2. Machabæorum, vt bene aduertit Petauius lib. 10. c. 43. De principio gitur lib. 2. cap. 11. de posteriori lib. 1. c. 7. v. 55. vsque ad 61. & lib. 2. c. 13.

15. Quod autem Lysias & Eupator cum Iudæis pacem diuersis tẽporibus composuerint docent Petauius, l. c. Serarius cap. 11. sub finem, rionide lib. 3. cap. 14. & 20. Quod ipsum variis è S. Scripturæ indicijs

hendimus. *Primo*, ante pacem prius factam Lysias Iudæam inuaserat, *congregatis octoginta millibus & equitatu vniuerso.* 2. Machab. 11. v. 2. *Secundo*, ante eandem pacem Iudæi *irruentes in hostes prostrauerunt ex eis, vndecim millia peditum, & equitum mille sexcentos.* ib. v. 11. *Tertiò*, causa huius pacis sanciendæ indicatur vers. 13. Lysias enim ista clade commotus, *& intelligens inuictos esse Iudæos, omnipotentis Dei auxilio nitentes* pacem & regis amicitiam obtulit illis. *Quarto*, tunc Eupator aberat à castris, quibus Iudæi infestabantur, vt indicat versiculus 22. vbi describitur epistola regis Eupatoris ad Lysiam, & *his factis pactionibus, Lysias pergebat ad Regem.* cap. 12. v. 1. *Iudæi* verò *agriculturæ operam dabant.* At verò ante pacem altera vice conciliatam, *in primis*, non solus Lysias, sed etiam rex Eupator suscepit expeditionem in Iudæos, vt patet ex 1. Mach. 6. secum habens *centum millia peditum, & viginti millia equitum* &c. v. 30. idque *anno centesimo quinquagesimo epochæ prioris libri*, v. 20. epochæ verò posterioris *centesimo quadragesimo nono.* 2. Mach. 13. v. 1. *Secundo*, ante eandem pacem, Rex è suo exercitu amisit sexcentos viros, li. 1. c. 6. v. 42. & alia vice quatuor millia cum maximo elephantorum numero, li. 2. c. 13. v. 15. ac tandem *commisit cum Iuda, superatus est.* ib. v. 23. *Tertio*, causa cum Iudæis paciscendi Eupatori fuit, quod *cognouisset rebellasse Philippum Antiochiæ*, vt illo v. 23. narratur. *Quarto*, rex Eupator præsens aderat, vt ex locis iam recensitis constat, qui hac pace constituta, periurus Ierosolymis discessit festinanter, & reuersus est Antiochiam &c. 1. Mach 6. ver. 63. Denique prior pax facta & confirmata fuit Xanthico mense. 2. Mach. 11. ver. 33. qui non multum ab Nisan, vel Iiar distabat: posterior autem inita est, remotiùs ab anni sacri exordio, quandoquidem anno prioris æræ 150. à Nisan iam inchoato Iudas arcem Ierusalem obsedit. 1. Mach. 6. v. 20. cuius rei nuncium cum Eupator accepisset, collegit copias etiam *de regnis alijs & de insulis maritimis*, easque per Idumæam duxit ad Bethsuram, & pugnauerunt dies multos. ver. 29. & 31. Quam ad rem spectat illud lib. 2. cap. 13. v. 18. *sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem locorum tentabat, & Bethsuræ, quæ erat præsidium Iudæorum munitum castra admouebat, sed fugabatur, impingebat, minorabatur. His autem qui intus erant Iudas necessaria mittebat.* Ex quibus intelligimus, haud exiguum temporis spatium ad Bethsuram fuisse decursum. Qua tandem per deditionem accepta, Eupator mouit ad montem Sion, vbi ipse & Iudæi *pugnarunt dies multos*, lib. 1. cap. 6. v. 52. Hæc itaque spectant non ad eam pacem quæ confirmata est mensis Xanthici die decima quinta, anno Græcorum 148. posterioris computationis, antequam iniret annus sabbaticus; sed ad aliam quæ facta est anno sequenti Iuliano, adulta iam vel finita æstate anni ante Chr. 163. currente anno Græcorum 150. ex calculatione libri prioris, desinente vel exacto sabbatico Iudæorum, & centesimo quadragesimo nono æræ posterioris.

16. Nec

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testam
A IV
17 a

In litteris Rom. & Eupatoris 2. Mach. non sunt intelligẽdi anni æræ Dionysij Mathematici.

16. Nec est quod arbitreris, in epistolis Romanorum & Eupatoris Mach. intelligendos esse annos æræ Dionysij Mathematici, quos nos secundum Chaldæos nominant. Hæc enim æra apud Ptolemæum ... Idibus Octobris anno ante Christum 311. hæ vero epistolæ scriptæ sunt ... ante Christi epocham 164. circa Aprilem, antequam annus 148. in ... proximè sequenti aperiretur.

Cur alij in his rationibus hallucinentur

17. *Aduertendum* hic *vltimo*, à nonnullis, vt Torniello & Saliano ... annorum regni Græcorum, Sabbaticorum, non fuisse legitimo ... constitutas: ac proinde mirum non esse, quod in rationibus, quæ ad ... bæos pertinent, hallucinentur. Vide Petauium lib. 10. cap. 43. ... Scaligerum eruditè disputantem. Et hanc quidem, quæstionem ... delibamus, accommodatè ad communem SS. Patrum & Concilior ... putationem: quia tamen in hisce libris peculiares occurrebant ... eas hic potius, quam alibi exhauriendas esse putaui.

QVÆSTIO II.

Quanam ratione, dies & menses Hebræi hisce ... notati, ad dies & menses Romanos stylo Iuliano reuocentur.

Quis fuerit primus mensis Hebræis

1. QVorundam opinio est, Hebræis olim eum mensem fuisse ... cuius luna decima quarta propius ad æquinoctium vernum ... bat; siue hæc luna 14. ante, siue post æquinoctium affulsisset. ... lo sequi methodum apud Iudæos à multis retro sæculis vsitatam, ... Machabæorum temporibus accommodare, ita vt mensium ille ... seatur, cuius luna 14. vel in ipsum æquinoctij verni diem incurrit, ... subsequitur, morali per cyclos supputatione ex Romano Calendario ... sumpta.

2. Annis porrò centum æram Christi immediate præcedentibus, Ca... darium Iulianum, biduo formam Gregorianam præuertebat, ab anno ... 101. vsque ad 201. diastema Calendariorum erat trium dierũ, vt diu in ... Eccl. cap. 11. Cum igitur ex institutione Gregoriana æquinoctium ad ... tij fixum sit; idem æquinoctium fluente centuria annorum qui ab anno ... vsque ad 101. Christi epocham antecedebant, ad 24. eiusdem Martij ... uocari potest. Quo posito, epacta cuiuslibet anni in Calendario ... die 11. Martij, vsque ad 8. Aprilis inclusiuè, non procul ab initio mensis ... abfuerit. v. gr. Epacta 24. quando erat in vsu indicabat Neomeniam ... cidere in vel circa diem 5. Aprilis. Epacta 23. circa 6. eiusdem ... ...

septimam, subaudi annis 100. æram Christi antecedentibus ab anno 201. vsque 101. Fateor tamen hanc rationem non esse tam certam, quin vno, altero ue die, ab initijs mensium distare possint epactæ: *sed mihi sic vsus est; tibi vt opus facto face.* Certius initia mensium Iudaicorum non attingunt, qui ad calculos Astronomicos Hebræorum Neomenias rigida computatione volunt reuocare: tum quia tempore Machabæorum cyclis vtebantur Iudæi, tum quia dubium est, vtrum tunc mensis primus, tertius, quintus, &c. pleni fuerint, an cauui: tum quia fortè non eodem modo tunc Iudæi vtebantur mense embolymo, quo iam vtimur. Nam v.g. anno Dom. 1636. illi Pascha celebrarunt 20. Aprilis Gregoriani; nos 23. Martij.

3. Qua ratione, dato certo aliquo anno regni Græcorum, inueniatur annus ante Christum illi congruens, quæst. præcedenti, declaratum est: si nimirum annus ille Græcorum subtrahatur à 313. Habito anno ante Christum, quæratur aureus numerus siue cyclus Lunæ isti anno conueniens, idque beneficio tabellæ cycli Lunæ, quæ tradita est comp. Eccl. cap. 2. tum in sequenti laterculo epacta legitima sub cyclo Lunæ comparebit. Quandocunque enim intra 312. annos ante æram Christi currit cyclus Lunæ 1. epacta est 6. currente cyclo Lunæ 2. epacta est 17. & sic de cæteris, vt hic notatum vides.

Aureus Num.	1. 2.	3. 4.	5. 6.	7. 8.	9. 10.	11. 12.	13. 14.
Epactæ	6. 17.	28. 9.	20. 1.	12. 23.	4. 15.	26. 7.	18. 29.
Aureus Num.	15. 16.	17. 18.	19.				
Epactæ.	10. 21.	2. 13.	24.				

4. Ferias hebdomadarias deprehendes ex tabella cycli Solis, in Comp. cap. 3. explicata. Epactas verò ex Aureo numero elicueris, eo artificio quod est traditum in eodem cap. 9. & Tract. de Olympiad. q. 9. Si mora breuiore epactas venari cupis, assume tabellas ad finem libri Nehemiæ adiectas, quæ absque aurei numeri subsidio, epactas vltra 4000. annorum ante æram Christi repræsentant. Denique si placuerit, aspice tabulam sequentem, quæ accuratè subijcit oculis cyclos Solis & Lunæ, literasque Dominicales & Epactas, ab anno Græcorum 145. vsque ad 179. inclusiuè: anni verò sacri initium ciuili duntaxat calculo ponit, v.g. annus regni Græcorum 145. ex supputatione lib. 1. Machab. init ad principium mensis Nisan, anno ante Chr. 168. quo sine vlla dubitatione currebat cyclus Lunæ 5. Solis 10. lit. Dom. b. probabili autem doctrina Epacta erat 20. quæ indicat caput anni sacri, siue initium Nisan tunc incidisse in vel prope diem 11. Martij, si forma anni Iuliani ad ea tem-

P.
H. Philippi
Chronologia
V.T. Testamenti
A IV
17 a

pora reflectatur, nisi forte in sequentem mensem distulerint vium nun-cebam.

5. Pari modo, nullum penitus dubium est, quin anno ante Chr. 16 rit cyclus Lunæ 6. Solis 11. lit. Dom. A. quando Epacta 1. commodè obti bat annum sacrum aperiri circiter 30. Martij sequentium annorum, qu bula sequenti continentur, eadem penitus est ratio.

Regni Græcor.	Ante Chr.	Cycli Lunæ.	Epactæ.	Cycli Solis.	Literæ Dominic.	Quarum sacri inci
145	168	5	20	10	b	11. Martij.
146	167	6	1	11	A	30. Mart.
147	166	7	12	12	g	19. Mart.
148	165	8	23	13	f e	6. Aprilis.
149	164	9	4	14	d	27. Mart.
150	163	10	15	15	c	16. Mart.
151	162	11	26	16	b	4. April.
152	161	12	7	17	A g	24. Mart.
153	160	13	18	18	f	13. Mart.
154	159	14	29	19	e	1. April.
155	158	15	10	20	d	21. Mart.
156	157	16	21	21	c b	8. Apr.
157	156	17	2	22	A	29. Mart.
158	155	18	13	23	g	18. Mart.
159	154	19	24	24	f	9. April.
160	153	1	6	25	e d	25. Mart.
161	152	2	17	26	c	14. Mart.
162	151	3	28	27	b	2. April.
163	150	4	9	28	A	22. Mart.
164	149	5	20	1	g f	11. Mart.
165	148	6	1	2	e	30. Mart.

Regni Græcor.	Ante Chr.	Cycli Lunæ.	Epactæ.	Cycli Solis.	Literæ Dominic.	Caput anni sacri circa
166	147	7	12	3	d	19. Mart.
167	146	8	23	4	c	6. April.
168	145	9	4	5	b A	27. Mart.
169	144	10	15	6	g	16. Mart.
170	143	11	26	7	f	4. April.
171	142	12	7	8	e	24. Mart.
172	141	13	18	9	d c	13. Mart.
173	140	14	29	10	b	1. April.
174	139	15	10	11	a	21. Mart.
175	138	16	21	12	g	5. April.
176	137	17	2	13	f e	29. Mart.
177	136	18	13	14	d	18. Mart.
178	135	19	24	15	c	9. April.
179	134	1	6	16	b	25. Mart.

Hæc Tabella spectat ad q. 2. in libros Machabæorum.

QVÆSTIO III.

De successione regum Ægypti, à morte Alexandri M. vsque ad interitum Cleopatræ.

Ptolem. Lagi F. quot annos sibi vendicet.

1. PTolemæus Lagi F. quadraginta annos sibi vendicat, ex sentẽtia Eusebij, Iulij Tolet. Nicephori Const. Freculphi, Adonis, Bedæ, Mariani Scoti, Chronici Alexand. Vincentij, Honorij, Schaffnaburgensis, Gordoni, Cornelij, Petauij : quibus assentitur Funccius. At verò Ptolemæus in Canone ei solum 29. adscribit: quem sequitur Torniellus. Ex sententia Saliani, ad annum mund. 3730. numer. 39. primus annus Ptolemæi magna ex parte, cum vltimo Alexandri Magni concurrit, & postremus incidit in primum Philadelphi, ac proinde dici potest, & 40. & 38. annos AEgyptijs

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a

præfuisse, computatis scilicet vel exclusis extremis. Hi anni à morte Alex... putantur, quamuis Ptolemæus Lagi non nisi 17. circiter annis post ob... Alexandri regios sibi titulos adsciuerit. Vnde patet eos solido fundam... carere, qui volunt omnes æras ab eo præcisè anno erigere, quo gestum e... lud, quod æræ cuilibet nomen dedit. v.g. qui volunt Christum natum ... primo vulgaris æræ Christianæ. Sic æra Seleucidarum vsitata, etsi... supputatione, profluit ab anno ante Christum 312. & dicitur etiam ... Alexandri, licet anno illo, neque mortuus sit Alexander, neque fuerit ... cus sibi regium nomen adsciuerit. Omnibus autem consideratis, ab ... Alexandri, vsque ad obitum Ptolemæi Lagidæ annos 40. enumero, ... anno ante Christum 324. vsque ad 284.

Non ab eo præcise anno erigenda sunt æræ, quo res gesta est quæ æræ nomen dedit.

2. Ptolemæus Philadelphus rex II. Ægypti, annos 38. regnasse ... Ptolemæo & alijs auctoribus iam recensitis, excepto Torniello, qui ... illi 39. cuius rationibus subscribere videtur Salianus dum anno ante ... Christi 285. signat mortem Ptolemæi Lagidæ, & anno ante eandem ... ait mortuo Philadelpho successisse Euergetem. Addit Funccius Phila... phum duos annos regnasse cum parente, tum 36. vniuerse 38. idque pri... ctoritate Iustini & Orosij, qui scribunt hunc regem à suo patre consti... magno Ægyptiorum applausu, & Ptolemæi obseruatione lib. 11. cap. ... annum 13. Philadelphi, parem facit quadringentesimo septuagesimo ... Nabonassari.

Tempus regni Ptolemæi Philadelphi.

3. Philadelphum cum patre regnasse, fidem abunde facit mutu... de re consensus: at verò si Ptolemæo Lagi 40. annos imputemus, ... remanebunt Philadelpho. Illa autem obseruatio Timocharidis apud ... mæum, qua Venus anno 13. Philadelphi, die 17. Messori, sequente ... to Virginis gradu, scrup. 10. est deprehensa; illa, inquam, obseruatio ... indicat, quam annum 13. Philadelphi concurrisse cum anno ante Chri... quo die 12. Octobris Venus illam Zodiaci partem decurrebat. Hinc ... te Christum 272. si 12. præcedentes annos Philadelphi addideris, ... lius imperij exordium anno ante æram Christi 284. vel forte prædec... ut annus 13. Philadelphi, vel inierit, vel exierit, cum illo anno 272. ... Petauius 4. Rationarij 18. Ego ne longior sim, ex æquo & bono ... Lagidæ tribuo annos 40. tum eo mortuo 124. Olymp. anno 1. arbitrus ... esse Philadelpho 37. Chronologic. quibus parenti superstites fuit. ... annorum initium ad annum ante Christum 284. finem ad 247. conf...

Diuisio temporis pro vtroq; Rege.

3. Anni regni Ptolemæi Euergetis.

4. Philadelpho successit Ptolemæus Euergetes à Lagida vocatus ... gypti, cuius regno Ptolemæus, Nicephorus Constan. & Sethus 25. annos ... pertiunt, ego cum Saliano, Petauio, & reliquis auctoribus initio ...

stionis relatis, enumero 26. eosque auspicor ab anno ante Christum 247. & vsque ad 221. deduco. Intra quod spatium annorum, ea contigerunt, quæ de Euergete per Danielem prædicta fuerant.

5. Inter reges Ægypti quarto loco Euergetem excepit suus filius Ptol. Philopator, siue Eupator, per annos 17. Ita omnes iam laudati. Est error apud Caluisium ad annum mun. 3729. vbi 9. tantum anni Philopatori tribuuntur. Eius enthronisimum refero ad annum ante Christi æram 221. obitum ad 204.

4. Ité Ptol. Philopatoris seu Eupatoris.

6. Quintus regum in Ægypto fuit Ptolemæus Epiphanes, cui plerique auctores 24. annos adscribunt. Torniellus Petauius, Temporarius, Capellus, arbitrantur vltimum non fuisse Chronologicum, quam supputationem sequor, & Epiphanem imperasse autumo, ab anno ante Christum 204. vsque ad 181.

5. Rex Aegypt. Ptolemæus Epiphanes quot annis regnarit.

7. Sextus à morte Alexandri, rex in AEgypto fuit Ptolemæus Philometor annos 35. omnium prædictorum auctorum calculis excepto Saliano, qui 34. ei tribuit. Hos 35. annos deriuo ab anno ante Christum 181. vsque ad 146. Ptolemæus lib. 6. cap. 5. narrat eclipsin lunarem fuisse anno 7. Philometoris, Nabonassari 574. die 27. Phamenoth, sequente 18. nempe anno ante Christum 174. nocte, quæ inter vltimam Aprilis & primam Maij intercessit. Quod ad nostram Chronologiam apprimè quadrat: eam verò infallibili veritate confirmat liber 1. Mach. cap. 11. v. 18. & 19. vbi Philometor rex Ægypti & Alexander Syriæ eodem tempore mortui dicuntur, & Alexandro successisse Demetrius anno 167. regni Græcorum, hoc est, ante æram Christi 146. Nec est dubium, quin Physcon Philometori absque interregno successerit. Itaque anno illo ante Chr. 146. regnandi & viuendi finem fecit Philometor, & Physconregnare cœpit.

6. Ptol. Philom.

8. Septimus in hac serie fuit frater Philometoris Euergetes II. cognomento Physcon, annis 29. omnium prænominatorum suffragijs, nisi quod codex Adonis 28. duntaxat expresserit. Regnat itaque ab anno ante Chr. 146. vsque ad 117. Quare non assentior Saliano, qui ad annum m. 3909. primordia regni Physconis differt ad annum ante communem æram Christi 145. ratus isto anno inijsse centesimum sexagesimum septimum Græcorum, sed cum Torniello deceptus ex eo, quod putauerint æram regni Græcorum cœpisse anno ante Christi epocham 311. re autem vera cœpit 312. Vide supra quæst. 1. num. 17.

7. Euergetes II. cognomento Physcon.

9. Octauum inter hosce reges locum habuit Ptolemæus Lathurus siue Lathyrius, Physconis filius annos 17. omnium testimonio, si Nicephorum Constan. excipias, qui solum ei 16. annos & 6. menses enumerat, & Ptolemæum, qui in Canone Physconi subrogat Soterem, eique 36. annos imper-

8. Ptol. Lathurus siue Lathyrus.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

tit. Huius Lathuri imperio initium dedit annus ante Christū

9. Ptol. Alexand.

9. Nonus à Lagide princeps Lathuro subrogatur Ptolemæus Alexander Lathuri frater, annis 10. Ita habent omnium ante memoratorum præterquam Vincentij, qui octo duntaxat annos ponit, & Ptolemæum iam dicebam hunc regem tacitus præterit. Addit Salianus ad annum id regnum nihil habere certum, semel & iterum repetitum & Ego calculis communioribus vtor, & hoc decennium Alexandri, ab te Chr. 100. vsque ad 90. extendo.

Lathurus reuocatus ad regnū.

11. Lathurus qui Cypro exulabat, ad regnum reuocatus, per septennium, vt putat Gordonus, sed ex communi sententia completum, ita vt annum 9. delibauerit, ex Adonis computatione, anno ante Chr. 90. vsque ad 81.

Ptol. Auletes.

12. Lathuro Ptolemæus Auletes per annos 30. substituitur Iuliano, Nicephoro, Freculpho, Adone, Beda, Mariano, Fastio Sicentio, Schafnaburgensi, Honorio, Gordono, Torniello, Saliano &c. mæi verò Canon, quem sequitur Caluisius, vndetriginta solum & hunc regem Dionysium vocat Epiphanius 31. supputat. calculos præcipitemus, eorum in primis rationes probo, qui thuri, vsque ad regnum Cleopatræ annos 30. computant. ni Auletæ hoc 30. annorum interuallum debeatur nec ne; quiretur. In hac controuersia, nihil me Ptolemæi mouet auctonim eius calculi cum æra Nabonassari apprimè congruant; nismis tamen regum quos recenset, quandoque dissidere solere, notabam.

Tempus ab obitu Lathuri vsq; ad regnū Cleopatræ.

Tempus Cleopatræ.

13. Cleopatra, partim cum fratre suo Dionysio, partem sola, ad regni, ex communi sententia peruenit ab anno scilicet ante Christum quo ipsa & Antonius interierunt, vt mox patebit.

Annus mortis Cleopatræ.

14. Vt autem rationes istæ accuratius digerantur, *Aduertendum* patram vita defunctam anno 16. Iuliano, ante Christum 30. Octauio Licinio Crasso Coss. quibus inijt annus Vrbis 724. & 3. Olympiad. morte Alexandri Magni effluxissent an. 294. quos si ad annum stum addideris exurget annus 324. obitu Alexandri nobilitatus. mæus vltimum annum Cleopatræ parem facit anno 942 à morte quem ad numerum si 324. accesserint, confiet annus 718. Nabonassari, que vltimus Cleopatræ, ex Ptolemæi Canone, aliorum que ratiocinio

Caluisii error.

15. *Aduertendum secundò*, Caluisium sibi non constare, dum Christum, vt ipse numerat 28. scribit Lagidas in Ægypto regnasse Fatetur enim illo anno 28. Cleopatram viuere desijsse. Vnde si

superiora tempora reuocauit illos annos 294. ad annum ante Christum 323. perueniet: sin autem inclusiuè eos annos numerauerit, pertinget ad ann. ante Christum 322. cùm tamen disertè asserat Alexandrum extinctum anno ante Christum 321. cyclo Solis 23. Lunæ 2. qui sunt characteres anni ante vulgarem æram Christi 323. Vno igitur anno tardiùs obitum Alexandri, quam oportebat, vt suo loco probatum est, tum aliunde, tum ex Censorino, cuius calculos admittit Caluisius. Habet enim Censorinus anno Iuliano 283. hoc est, æræ Christi 238. inijsse annum à morte Alexandri 562.

16. *Aduertendum tertiò*, illam multorum supputationem, qua Lathuro proximè subrogatur Auletes, non esse accuratam, vt cum Paulo & Aldo Manut. eruditè docet Petauius libr. 10. cap. 46. Nam teste Appiano de bell. ciuil. lib. 1. Sylla anno suum & Metelli consulatum præcedente, Alexandrum Alexandri filium AEgypto, quæ tunc carebat principe regem dedit, quem 19. post die, Alexandrini peremerunt. Sylla autem & Metellus Consulatum gesserunt anno Vrbis 674. Igitur anno Vrbis 673. Lathuro mortuo Alexander Alexandri 19. diebus successerat. Is erat annus ante æram Christi 81. Rege isto miserè sublato, non confestim Auletes in regio throno resedit, vt docent auctores prænominati ex Suetonio, in Iulio cap. 11. vbi tradit Cæsarem cum AEdilis esset, tentasse per partem Tribunorum, vt sibi AEgyptus Plebiscito daretur, nactum extraordinarij imperij occasionem, quod Alexandrini regem suum, socium atque amicum à Senatu appellatum expulerant, resque vulgo improbabatur. Rex iste non erat Auletes, quia Cæsar AEdilis fuit Aurelio Cotta, & Manlio Torquato Coss. anno Vrbis 689. ante Christum 65. At vero Auletes anno demum Vrbis 697. ante Chr. 57. Lentulo & Metello Coss. Romam venit profugus. Ille igitur, quem Cæsar volebat restituere non fuit Auletes, sed alius qui inter Alexandrum 19. dierum regem, & Auletem obtinuerat principatum, ad quem Tullius alludere videtur se & Antonio Coss. anno Vrbis 691. ante Christum 63. orat. 1. & 2. contra Rullum de Lege Agraria vbi meminit regis cuiusdam, qui Alexandriam, atque adeo totam AEgyptum Romanis testamento legasse ferebatur. Id de Aulete dici non potest, quippe tunc regni habenas Alexandriæ moderabatur. De quo ibidem Orator: *Eam*, inquit, *qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque animo regio esse, inter omnes ferè video conuenire.*

Lathuro nõ est proximè subrogandus Auletes.

17. *Aduertendum quartò*, Auletem obijsse anno Vrbis 703. tunc enim Calendis Sext. Cælius ad Ciceron. lib. 8. ep. 4. scribit regem Alexandriæ vita functum esse. Hic annus erat ante Chr. 51. Sulpitio & Marcello Coss. vt bene notat Petauius: Caluisius autem perperam hunc annum numerat 702. Vrbis conditæ. At verò, cum Alexan. ille, qui Romanos regni hæredes constituisse dicebatur, non

Annus mortis Auletis.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17

non sit mortuus ante annum Vrbis 689. quando Cæsar de eo restituendo cogitabat; colligimus Auletem 30. annos non regnasse; sed vt summum ... nempe anno illo Vrbis 689. defunctus est: sin autem anno sequenti, dabimus Auletæ annos 13. ab anno ante Christum 64. vsque ad 51.

Qua ratione Lathurũ inter & Cleopatrã 30. anni interponantur.

18. Non errant in annorum numero, auctores illi, qui inter Lathurum ... Cleopatram 30. annos interponunt, quorum initium capiendum est, ab anno ante Christum 81. finis constituendus anno 51. Inde Cleopatra primum ... fratre, tum solus regnauit annos vniuerse 21. solidos: vicesimum secundum ... tigit, non transegit, nimirum ab anno ante Chr. 51. vsque ad 30. Vrbis ... ptingentesimum vicesimum quartum.

QVÆSTIO IV.

De successione regum Syriæ, post mortem Alexandri Magni.

Seleucus Nicanor.

1. HOs Principes à potiori parte, & breuitatis causa reges Syriæ ... quamuis alijs etiam regionibus imperitarint, quorum primus ... leucus Nicanor, qui in Media, Babylonia, Syria annos 32. commen... rum supputatione regnasse scribitur, & vulgo numerari solent, ab ... post mortem Alexandri completo, licet fortè non illo præcise anno ... tulos sibi vendicarit, vt nonnulli annotarunt. Hos 32. annos fuisse ... non arbitror, eosque ab anno ante Christum 312. vsque ad 281. ... tumo, ac proinde ea omnia, qua de isto Seleuco Daniel cap. 11. vaticinatus ... rat tunc fuere completa. Nam teste Iustino Pyrrhus in Italiam ... Antiocho Sotere, vtique iam imperante pecunias accepit. Pyrrhus ... Tarentinis accitus venit in Italiam eo anno, quo acta est Olympias ... valde probabile est, Antiochum Soterem regnum inijsse anno 4. Olymp. ... necdum finito, ante Christi æram 281. desinente. Nec multum ob ... Eusebius initium regni Soteris inscribat anno 1. Olymp. 125. hoc enim ... gi potest de computatione Orientalium, qui nouos annos Olympiadum ... autumno per prolepsin ordiri solent. Sic absque auctorum discrepantia ... rum erit, quod Iustinus tradidit posteritati. Quanquam etiam quispiam ... re possit, Soterem capessiuisse imperium, anno ante Christi æram ... ludicrum illius Olymp. 125. & Seleucum illuc vsque regnum obtinuisse.

Antiochus Soter.

2. Secundo loco in hac serie imperat Antiochus Soter Seleuci Nicanoris filius annos 19. omnium vt puto auctorum consensu, nempe ab anno ante Christum 281. desinente vsque ad 262. iuxta dicta §. præcedenti. ...

Olymp.130. quæ de illo Daniel prædixerat, vera fuisse comprobauit euentus. Addit Salianus ad ann.m.3792.num.1.vnum reperiri, qui verbo annos 20. tribuat Soteri.

3. Antiochus II. θεὸς, Soteris filius, tertius à Seleuco I. succedit in imperium anno 3. Olymp.129. tenetque principatum annos 15. nimirum ab anno ante Christum 262. vsque ad 247. *Antiochus II. θεὸς.*

4. Rex IV. in Syria fuit Seleucus II. Callinicus θεοῦ filius, annis 20. vt habet Eusebius, cui assentiuntur Torniellus, Gordonus, Samerius, Petauius, Salianus, qui plures in hanc sententiam recenset. Hi 20. anni mihi ab anno ante Christum 247. vsque ad 227. profluxisse videntur. *Seleuc. II. Callinic.*

5. Quintus regum Syriæ numeratur Seleucus Ceraunus Callinici filius, cui Appianus biennium tribuit: Sanctus autem Hieronymus, quem sequuntur Torniellus, Salianus & alij plerique censent eum anno sui principatus tertio obijsse. Consentit Petauius lib.10. de Doct. Temp. cap.4. lib.13. in Tabulis, & lib.5. Rationarij, c.3. vbi ait Seleucum Callinicum anno regni 20. mortuum, Ceraunum tribus annis imperasse, regnum inijsse anno 2. Olymp.138. ac primo sequentis mortuum esse. Regnauit igitur ab anno ante Christ.227. vsque ad 224. *Seleucus Ceraunus.*

6. Sextum ordine regem Asiæ & Syriæ Antiochum Magnum fratrem Cerauni, filium Callinici, occiso in Phrygia Cerauno, exercitus ad regnum vocat, anno, vt Petauius in tabulis notat, ante Christi æram 224. sub initium Olymp.139. & ex eiusdem Petauij, Tornielli, & quorundam aliorum computatione anni 36. adscribuntur. Salianus autem, cum Polybio, Appiano, Sulpitio, annum etiam sequentem, hoc est, 37. illi attribuit: *idque*, inquit, T. Liuij historia lib.38. apertè demonstrat, & Eusebij quoq; Chronologia postulat, qui Seleucum huius filium post sequentem annum in regno collocat Olymp.148. secundo. Ego cum Petauio opinor Antiochum Magnum regnare cœpisse anno ante Christi epocham 224. in quem incidit Olympias illa 139. regno simul & vita miserè spoliatum anno ante eandem epocham 187. Olymp.148. secundo, eique annos 37. enumero, cum Appiano, Saliano & cæteris iam citatis. Fortè aliquid anno 37. defuit, & eam ob rem, à quibusdam Scriptoribus fuit prætermissus, vel Philopatori adscriptus. *Antiochus Magnus.*

7. Septimus rex in serie Seleucidarum, Seleucus IV. Philopator Antiochi Magni filius, regnum adipiscitur anno ante Christum 187. regnatque annos solidos 11. nempe vsque ad annum ante Chr. 179. Consentit Petauius in tabulis, vbi ait eum regnasse annos 11. & menses aliquot. Si Antiocho M. 36. anni duntaxat supputentur, 12. Philopatori sunt tribuendi. *Seleuc. 4. Philopator.*

8. Antiochus IV. cognomento Epiphanes, frater Philopatoris, Antiochi Magni *Ant. IV. Epiphanes*

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17 a

Magni filius, euadit octauus rex Syriæ anno Græcorum 137. vt certissimo ... stat ex 1. Mach. 1. v. 11. ante Chr. 176. Olymp. 151. primo, vt bene in tabulis ... tat Petauius, cui assentitur Caluisius, de anno illo 176. Exerrant autem ... hil ij, qui anno demum 2. vel 3. prædictæ Olymp. Epiphanem ad regnum ... tant euectum. Interiit autem anno Græcorum 149. vt traditur 1. Mach. ... v. 16. ante communem æram Christianorum 164. Sic ad 12. annum ... patus peruenit. Vide tabulas sequentes, & notas in loca Scripturæ ... gata.

Antioc. V. Eupator. 9. Antiochus V. Eupator filius Epiphanis nono loco inter Seleucos ... princeps, regni sui exordium pręclara temporis nota signatum habet 1. Mach. 6. v. 16. *& mortuus est ibi Antiochus rex, anno 149. Et cognouit Lysias, quoniam ... est rex, & constituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adolescentem ... cauit nomen eius Eupator.* Itaque regio sceptro manum admouet Eupator ... ante Chr. 164. quo inijt ille 149. Græcorum, vt liquet ex dictis q. 1. & ... transacto vita defungitur, anno ante Chr. 162.

Demetr. Soter. 10. Decimus rex Syriæ, Demetrius Soter Seleuci Philopatoris filius ... gubernacula cepit anno Græcor. 151. vt testatur lib. 1. Mach. c. 7. initio, ... bis: *Anno centesimo quinquagesimoprimo, exijt Demetrius Seleuci filius ab Vrbe Iona ... ascendit cum paucis viris, in ciuitatem maritimam, & regnauit illic.* Hoc gestum ... no ante Chr. 162. quo cœpit 3. Olymp. 153. Regni habenas tractat annos ... tradit Iosephus: scilicet vsque ad annum ante Christ. 151. quo occisus est, ... làm fiet ex ijs, quæ iam de Alexandro in medium proferentur.

Alexand. Bala. 11. Vndecimus post obitum Alexandri M. Alexander Bala, qui & ... Syriæ regnum inuasit, siue Asiæ, anno ante Chr. 153. Siquidem anno ... *sexagesimo* (subaudi Græcorum) *ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognomina... tus est Nobilis, & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eum, & regnauit ibi.* 1. Mach. 10. v. 1. Imo eodem anno vestem Sacerdotalem concessit Ionathæ, qui ... sto Scenopegiæ vsus est. ib. v. 21. At verò per duos circiter annos, ipse Alexan... der cum Demetrio dimicauit de imperio, nempe vsque ad finem anni ... 161. aut initium 162. quando perempto Demetrio, Alexander vxorem ... Cleopatram filiam regis Ægypti, vt indicatur illo cap. 10. v. 52. & 57. Quo... nim victoria de Demetrio, haud diu præcesserit Alexandri & Cleopatra... ptias sacra insinuat historia, dum refert, simul & istam victoriam Philo... significatam, & petitum regiæ puellæ connubiũ, per Legatos Alexandri ... circa duplex initium regnandi potest Alexandro consignati: alterum ... Græc. 160. viuente adhuc Demetrio; alterum sub initium anni 162. Demetrio è viuis sublato. A priore exordio regnauit annos 7. nimirũ ab anno ante Chr. 153. vsq; ad 146. à posteriore, quinquennium, ab anno ante Chr. 151. ad 146.

12. Demetrius II. Nicator, Demetrij Soteris filius XII. rex Syriæ *anno* 165. aspirans ad paternum imperium, *venit à Creta in terra patrum suorum*. 1. Mac. 10. v. 67. sed per biennium circiter ei restitit Alexander Bala, quo capite truncato, *regnauit Demetrius anno* 167. 1. Mach. 11. vers. 19. hoc est, anno ante Ch. 146. In eundem porro annum incidit mors Alexandri Balæ, & Ptolemæi Philometoris, quia eodem tempore ambos violenta morte sublatos constat ex illo c. 11. v. 18. Vnde colligimus *primò*, eodem anno Physconem in Ægypto Philometori successisse, quo Demetrius Alexandro, anno inquam 146. ante Christum. Hic imperat quinquennium, vsque ad annum 141. quo captiuus apud Persas esse cœpit. Colligimus *secundo*, codicem Eusebij vitiosum esse, dum huic Demetrio annos tres duntaxat inscribit antequam à Phraate caperetur.

Demet. II. Nicator.

13. Regnante adhuc Demetrio, & Tryphone cum eo bellum gerente, Antiochus Alexandri Balæ filius aliquanto tempore regijs titulis ornatus fuit: sed haud multo post, ab ipso Tryphone sublatus, Demetrio imperium suum propugnante: proinde tempus quo Antiochus Alexandri XIII. à Seleuco regnauit, absorbetur in annis, quibus Demetrius detinuit principatum.

Antiochi (filij Alexandri Balæ) breue imperium.

14. Diodotus, qui & Tryphon dictus, loco 14. regnauit, seu potius tyrannũ egit, triennio, vt refert Iosephus, qui lib. 13. Antiq. c. 9. scribit, Tryphonem non prius inuasisse regnũ, quam Demetrius teneretur captiuus, adeo vt ex isto Demetrij casu Tryphon occasionem arripuerit Antiochum occidendi, eiusq; regnum vsurpandi. Iosephum in hac Chronologia sequitur Petauius li. 10. c. 45. Sunt autem alij qui cẽsent Tryphonem citius regno manum adiecisse, Antiocho neci dato, vt Torniell. ad an. m. 3912. & Salianus ad eundem annum num. 24. & suam opinionem adstruunt ex 1. Mach. 13. v. 31. vbi, cùm sacer textus cœpisset acta Simonis repræsentare, hæc inserit: *Tryphon autem cum iter faceret, cum Antiocho rege adolescente, dolo occidit eum. Et regnauit loco eius, & imposuit sibi diadema Asiæ, & fecit plagam magnam in terra*: tum regreditur ad narrationem rerum à Simone gestarum, anno 170. regni Græcor. quando Simon Machabæus *elegit viros, & misit ad Demetrium regem, vt faceret remissionem regioni, quia actus omnes Tryphonis, per surreptionem fuerant gesti*. ibid. v. 34. Annuit optatis Demetrius, & Iudæam à tributis liberam esse iussit: atque ita *anno* 170. *ablatum est iugum gentiũ ab Israel*. v. 41. Deinde Demetrio & Tryphone, de regni corona inter se certantibus, Simon Gazam deditione accepit, præsidium quod erat *in arce Ierusalem, eiecit inde, & mundauit arcem à contaminationibus, & intrauerunt in eam, tertia & vigesima die. secundi mensis, anno* 171. v. 51. Anno autem 172. regni Græcor. Demetrius mouit *in Mediam, ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem*. 1. Machab. 14. v. 1. Itaque cædes Antiochi Balæ filij, præcessit Demetrij in Mediam profectionem parte anni 170. Græcorum, & toto 171.

Diodotus, qui & Tryphon.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17 a

15. Respondent aliqui, auctorem libri 1. Mach. vsum fuisse prolepsi, [illegible] seruasse temporis ordinem, quando cędem Antiochi, & tyrannidem Tryphonis prius recensuit, quam Iudæorum libertatem, & Demetrij captiuitatem [illegible] ue in Mediam abitum. Ita Petauius. Quod, inquit, Tryphonis Tyrannidis parricidium narratur, ante Demetrij casum, qui sequenti capite commemoratur, id vsitato Scripturæ, imò verò & historiæ more factum est, vt ea narratione consequentia contextaque sunt, etsi tempore sint distracta, [illegible] nuentur. Verum hæc euasio, non cuilibet satis idonea fortè videbitur, [illegible] nulla causa appareat, cur scelerata Tryphonis facinora, rebus à Simone [illegible] inserta sint, nisi quia reuera Tryphon ante tyrannus euasit, quam Simon Demetrium mitteret Legatos. Enimuero hæc nullam habent consecutionem aut connexionem, cum ijs quæ vel præcedunt, vel consequuntur, vt [illegible] genti caput illud 13. à v. 25. ad 31. Ista verò difficultas commodè expediri [illegible] duplex initium regno Tryphonis adscribatur, alterum anno circiter [illegible] gni Græcorum, cum ipse occiso Antiocho rege, ex tutore factus est [illegible] regnique alieni inuasor: alterum Demetrio in Mediam profecto, [illegible] Tryphon, nullo sibi obsistente, regni diadema retinere cœpit, anno [illegible] rum 172. & vsque ad annum 174. desinentem illud per summum nefas [illegible] pauit. Tunc enim Sidetes Tryphone debellato, fratris sui adhuc [illegible] lium conscendit. Tryphon igitur tribus annis Chronologicis regnum [illegible] nuit, vt habet Iosephus, scilicet, ab anno ante Chr. 141. vsque ad 138. [illegible] ter. Tempus quo idem Tryphon cum Demetrio ante Medenam [illegible] nem bellum habuit, annis Demetrij connumeratur.

15. Antiochus Demetrij Soteris filius.

16. Rex XV. Syriæ fuit Antiochus Demetrij Soteris filius, [illegible] Nicatoris frater, dictus Sidetes, Soter Pius, de quo 1. Mach. 15. v. 1. [illegible] *simo septuagesimo quarto exijt Antiochus in terram patrum suorum, & [illegible] eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cum Tryphone.* Hic annus 174. [illegible] rum inijt quidem anno ante æram Christi 139. nihilominus Sidetes [illegible] tur incepisse regnare nisi sub finem istius anni 174. Græcorum, [illegible] aut saltem instante anno ante Christum 138. Annus enim primus [illegible] quartus Sidetæ inciderunt in annum sabbaticum, teste Iosepho lib. [illegible] tiq. cap. 15. & 16. Hic autem annus sabbaticus oritur ab anno ante Chr. [illegible] defluit vsque ad autumnum anni sequentis, ita vt pars posterior anni [illegible] ci concurrat cum quarto Sidetæ. Sic annus primus Hircani, quartus [illegible] & finis anni sabbatici inciderunt in annum ante Christ. 135. ac proinde [illegible] primus Sidetæ sumpsit exordium ab anno ante Christum 138. [illegible] forte à fine anni præcedentis. Nouennium imperat Sidetes, ab anno [illegible] Christum 138. vsque ad 129. quo rex Demetrius frater ipsius [illegible]

ſuam Regiam reuertitur, ac iterum paucis annis imperat. Sequentes Aſiæ ac Syriæ reges, poſt Machabæorum tempora vixerunt: idcirco eos miſſos facio, quia ad ſacrarum literarum intelligentiam, non multum refert, accuratius eorum annos indagare. Vide tabulas expanſas, in quibus ſicut & hac atque præcedente quæſtione, ſi quandoque vnius anni parachroniſmum iuueneris, dabis veniam meæ oſcitantiæ, & calculos tuos ſubtilius diſpones.

QVÆSTIO V.

De Mathathia & filijs eius Machabæis.

1. TOrniellus ad annum m.3887.num.11. & Salianus ad ann.3888.num.10. cenſent ea, quæ de Mathathia referuntur, fieri cœpiſſe ſub finem anni Græcorum 145. nempe cum iuſſu Antiochi, idolum altari Dei fuiſſet impoſitum die 15. Casleu, & templum profanatum die 25. eiuſdem, vt refertur 1. Machab. 1. verſ. 57. & 62. Quod neque certum eſt, neque improbabile. Ego initium principatus illius, refero ad annum illum 145. regni Græcorum, ante Chriſtum 168. finem & mortem, ad annum ſequentem, qui erat ante æram Chriſti 167. Vtrum anno integro Ducis officio functus fuerit, mox inquiram. *Initium principatus Mathathiæ.*

2. Iudas Machabæus ex quorundam opinione, ſuſcepit principatum anno 147. regni Græcorum circiter ineunte, Olymp. 153. quarto imminente, & præfuiſſe 5. annos Chronologicos. Eſt Torniellii in Annalibus & Tabulis. De anno illo 147. probat ſuam opinionem: quia Mathathias principis munere fungi cœpit & ſanctam legem propugnare, circa vel poſt menſem nonum anni 145. Græcorum, annumque integrum Ducem egit: ac proinde Iudas non niſi anno Græc. 146. quaſi elapſo, ad populi gubernationem acceſſiſſe videtur. Cum enim facer hiſtoricus lib. 1. cap. 1. narraſſet Tyranni rabiem, & ſacrilegam templi violationem, ſubiungit cap. 2 *In diebus illis ſurrexit Mathathias* &c. Ioſephus autem lib. 12. Antiq. cap. 8. diſertè tradit, eum exacto ſui principatus anno, mortuum eſſe. Quod ad initium principatus Iudæ attinet Torniello ſubſcribit Salianus. *Tempus principatus Iudæ Machabæi*

3. Hæc tamen certa non ſunt, potuit enim auctor lib. 1. Machabæorum vti prolepſi, & ea prius expedire, quæ in communi ad perſecutionem ab Antiocho excitatam ſpectant, quàm ad Mathathiæ heroica facta deſcenderet. Eſto ſæuiente quidem illa tempeſtate, ſed templo necdum profanato, Mathathias Tyranni conatibus cœperit obſiſtere. Quem ſenſum commodè recipiunt illa verba: *In diebus illis*, quaſi dicatur: ſub idem fere tempus, quo furor Epiphanis

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17 a

piphanis modo narrato, in Israelitas grassabatur. Aliud foret, si sicut cod[illegible] beret: *post dies illos*. Ad Iosephi testimonium bene respondet Salianus, [illegible] liud nolle, quam vno duntaxat anno Mathathiam principatum [illegible] vtrum autem annus ille completus fuerit, nec ne; aliunde quàm ex Iosep[illegible] dagandum. In textu Græco, nihil de anno integro habetur, sed tantum [illegible] præfuisset ἐνυαυτὸν, vnum annum.

4. Equidem cum ea complector animo, quæ sub Iuda contigisse [illegible] cap. 3. & 4. libri primi, autumo bonam partem anni 146. & totum 147. [illegible] se, antequam Lysias anno 148. cum 60000. peditum Iudæam inuadere [illegible] dam proinde inijsse principatum circa annum 2. Olymp. 153. fluente [illegible] 146. Græcorum, & administrasse sex circiter annos, nempe vsque ad [illegible] regni Græcorum 152. ab anno ante æram Christi 167. vsque ad 161.

Ionathas quo anno sumpserit principatũ

5. Ionathæ primordia referenda puto ad annum Græcorum 152. [illegible] Torniellus, & addit eum annum fuisse 1. Olymp. 155. & 2. Eupatoris [illegible] siæ: ego verò cum Petauio in tabulis, id anno 4. Olymp. 154. & 2. Demetr[illegible] successerat Eupatori adscribo; quia communem regni Græcorum Epo[illegible] vno anno citius figo, quam Torniellus & Salianus, rationibus suo loco [illegible] Deinde certò constat, sublato è viuis Eupatore, Demetrium ad regn[illegible] nacula sedisse, quando Ionathas populi tutelam accepit, ex 1. Mach. 9. [illegible] Demetrius audita cæde Nicanoris dicitur Bacchidem & Alcimum [illegible] Iudæam, cum dextro copiarum cornu, qui *in mense primo anni centesimi* [illegible] *gesimi secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem*. Tunc adhuc viuebat Iu[illegible] quidem *posuerat castra in Laisa*. v. 3. Quod ipsemet Torniellus agnoscit, [illegible] num m. 3894. num. 1. & bene aduertit (contra Canum lib. 2. de locis [illegible] cap. 11. ad 4. principale) Iudam Machabæum cecidisse, non sub finem, [illegible] ca initium anni 152. Græcorum, quem ferè totum ait pertinere ad [illegible] mum Ionathæ. Nec immeritò: nam finis cuiuslibet anni Græcorum [illegible] bat in hiemem iuxta stylum libri primi Machabæorum. Ionathas [illegible] berno tempore, ea commodè gerere non potuit, quæ de illo referuntur [illegible] cap. 9. antequam *Alcimus anno Græcor. 153 mense secundo præciperet destrui* [illegible] *mus sanctæ interioris*. ibid. v. 54. Præsidet autem genti suæ Ionathas [illegible] anno ante Christum 161. vsque ad 143.

Tempus principatus Ionathæ.

6. Tametsi Ionathas occisus sit à Tryphone hieme, qua in Iudæa [illegible] *multa valdè*; atque adeo sub finem anni 169. Græcorum, & ab eo tem[illegible] mon functiones Ducis obire cœperit; vt indicat liber 1. Mach. cap. 11. [illegible] minus epocha principatus Simonis fuit an. 170. Græcorum, vt ex illo [illegible] v. 42. his verbis narratur: *Anno centesimo septuagesimo ablatum est iugum gen*[illegible] *Israel. Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis, anno primo* [illegible]

Principatus Simonis.

ne &c. Quæ annorum connexio rursus sancitur cap. 14. v. 27. *Octaua decima die mensis Elul anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno* &c.

7. Idem Simon Machabæus à suo genero nefariè trucidatur anno Græcorum 177. exeunte, vtpote *mense vndecimo: hic mensis est Sabath.* 1. Machab. 16. v. 14. qui mensis incidit in annum ante Christum 135. siquidem annus iste Græcorum 177. inierat ad initium Veris, siue mensis Nisan anno ante Christ. 136. Deinde Simoni absque interregno in principatum successit Ioannes Hircanus currente anno sabbatico, vt refert Iosephus lib. 13. Antiq. cap. 5. & 16. qui annus sabbaticus cœperat anno ante Chr. 136. Sic principatum gessit Simon octo circiter annos, vt ex Iosepho & Eusebio notat Petauius lib. 10. cap. 53. vtpote ab anno ante Chr. 143. vsque ad 135. *Ioannis Hircani.*

8. Obijciet quispiam, ex Petauio lib. 4. Rationarij cap. 19. *Ionatha interfecto hiemis tempore*, inquit, *cum multum nixisset, Simon summo sacerdotio potitus est, anno 170. postea mense secundo, numeratus est annus* 171. vt scribitur 1. Mach. 13. v. 21. 41. 51. Idem ttadit lib. 10. de doct. temp. cap. 43. Ergo Simon munus Ducis anno illo 170. Græc. expirante suscepit, anno ante Chr. 142. ac proinde non nisi septem circiter annos suæ genti præfuit; siquidem occisus est anno ante Chr. 135. ineunte. Verum istius argumenti consecutio non congruit cum doctrina Petauij, qui illo cap. 53. diserte Simonis initium ponit anno periodi Iulianæ 4571. hoc est, anno ante Christum 143. eandemque Chronologiam retinet in tabulis, vbi mortem Simonis inscribit anno periodi Iulianæ 4579. ante Chr. 135. regni Græc. 177. exeunti. Denique non docet annum 171. Græcorum mox inijsse, post hiemem illam, qua Ionathas peremptus est, sed proximè post depulsum iugum gentium à ceruicibus Iudæorum. Opiniones Tornielli, Saliani & aliorum, in notis suo loco expendemus: hic tantum meminerit Lector, meas rationes ab eorum calculis discrepare, in contexendis Machabæorum annis, eò quod non satis accuratè, initium regni Græcorum & Sabbaticorum ad annos ante Christum alligarint. *Obiectio.*

SERIES

P.
H. Philippi

Chronologia
Vet: Testamenti

A IV
17 a

SERIES
REGVM SYRIÆ
AB
ALEXANDRO MAGNO
vsque ad
SIMONEM MACHABÆVM
disposita, & ad Lib. 1. Machab.
reuocanda.

Ante Chr.	Olymp.	Regni Græc.	R. AEg. Lagidæ.	Reges Syriæ Seleuc.
312	117	1	13	1
311		2	14	2
310		3	15	3
309		4	16	4
308	118	5	17	5
307		6	18	6
306		7	19	7
305		8	20	8
304	119	9	21	9
303		10	22	10
302		11	23	11
301		12	24	12

Primus rex Ægyp
obitum Alexandri M
fuit Ptolemæus, cu
tantur anni 40. à mo
lexandri, ad mortem P
mæi decurrentes.

Primus rex Syriæ
cus Nicanor, tenuit
parum annos 31. comp
annum vero 32. co
pleuit.

Ante Chr.	Olymp.	Regni Græc.	R. Aeg. Lag.	Reges Syriæ Seleuc.
300	120	13	25	13
299		14	26	14
298		15	27	15
297		16	28	16
296	121	17	29	17
295		18	30	18
294		19	31	19
293		20	32	20
292	122	21	33	21
291		22	34	22
290		23	35	23
289		24	36	24
288	123	25	37	25
287		26	38	26
286		27	39	27
285		28	40	28
284	124	29	1 a Phil.	29
283		30	2	30
282		31	3	31 b Soter.
281		32	4	1
280	125	33	5	2
279		34	6	3
278		35	7	4
277		36	8	5
276	126	37	9	6
275		38	10	7
274		39	11	8
273		40	12	9
272	127	41	13	10
271		42	14	11
270		43	15	12
269		44	16	13
268	128	45	17	14
267		46	18	15
266		47	19	16
265		48	20	17
264	129	49	21	18
263		50	22	19
262		51	23	1 c Theos
261		52	24	2

a Pto. Philadelphus rex II. Ægypti mortuo parente regnat annos 37.

b Secundus in serie Seleucidarum regnauit Antiochus Soter, Seleuci Nicanoris F. annos 19.

c Rex III. in Syria fuit Antiochus II. Theos Soteris F. annos 15.

Lib. Machab.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

Ante Chr.	O-lymp.	Regni Græc.	R. AEg. Phil.	Reges Syriæ Seleucidæ.
260	130	53	25	3
259		54	26	4
258		55	27	5
257		56	28	6
256	131	57	29	7
255		58	30	8
254		59	31	9
253		60	32	10
252	132	61	33	11
251		62	34	12
250		63	35	13
249		64	36	14
248	133	65	37 Euer.	15 Calli.
247		66	1 d	1 e
246		67	2	2
245		68	3	3
244	134	69	4	4
243		70	5	5

Ante Chr.	O-lymp.	Regni Græc.	R. AEg. Euer.	R. Syr. Call.
242		71	6	6
241		72	7	7
240	135	73	8	8
239		74	9	9
238		75	10	10
237		76	11	11
236	136	77	12	12
235		78	13	13
234		79	14	14
233		80	15	15
232	137	81	16	16
231		82	17	17
230		83	18	18
229		84	19	19
228	138	85	20	20
227		86	21	1
226		87	22	2
225		88	23	3

d Philadelpho succeſſit filius eius Euergetes, I. rex Ægypti à Lagide III. regno 26. annos imputo.

e Paulo poſt obitum Philadelphi, Seleucus II. Callinicus huic F. rex III. imperat, anno regni 20. decedit.

f In regem Syriæ quinto loco euectus Seleucus III, Ceraunus Callinici F. annos imperat,

Ante Chr.	O-lymp.	Regni Græc.	R. Aeg. Euer.	Reges Syriæ Ant. M.
224	139	89	24	1 g
223		90	25	2
222		91	26	3
			Phil.	
221		92	1 h	4
220	140	93	2	5
219		94	3	6
218		95	4	7
217		96	5	8
216	141	97	6	9
215		98	7	10
214		99	8	11
213		100	9	12
212	142	101	10	13
211		102	11	14
210		103	12	15
209		104	13	16
208	143	105	14	17
207		106	15	18

Ante Chr.	O-lymp.	Regni Græc.	Reges Aeg. Phil.	R. Syriæ Ant. M
206		107	16	19
205		108	17	20
			Epip.	
204	144	109	1 i	21
203		110	2	22
202		111	3	23
201		112	4	24
200	145	113	5	25
199		114	6	26
198		115	7	27
197		116	8	28
196	146	117	9	29
195		118	10	30
194		119	11	31
193		120	12	32
192	147	121	13	33
191		122	14	34
190		123	15	35
189		124	16	36

g Syria VI. regem habuit Antiochum III. cognomine Magnum Cerauni fratrem, annos 36. solidos & bona parte trigesimi septimi.

h Inter Ægypti reges quartum locum tenuit Pto. Philopator, qui & Eupator Euergetæ I. F. annis 17.

i In serie Lagidarum quintus in Ægypto regnauit Pto. Epiphanes Philopatoris F. annos 23. solidos, vicesimum quartum non absoluit.

P.
H. Philippi
Chronologia
V.T. Testamenti
A IV
17 a

Ante Chr.	Olymp.	Regni Græc.	R. AEgyp. Epiph.	Reges Syriæ.
188	148	125	17	37 Philop.
187		126	18	1 k
186		127	19	2
185		128	20	3
184	149	129	21	4
183		130	22	5
182		131	23 Philō.	6
181		132	1 l	7
180	150	133	2	8
179		134	3	9
178		135	4	10
177		136	5	11
176	151	137	6	1 m Epiph.
175		138	7	2
174		139	8	3
173		140	9	4
172	152	141	10	5
171		142	11	6
170		143	12	7
169		144	13	8

k Septimus inter
cidas Seleucus IV. Philo
Antiochi Mag. F. vi
sui parentis comple
lios XI. ad regni
cula sedit.

l Sexus à mag
xandri Pro. Philome
lopatoris F. regnum
administrauit annos

m Regni Syriæ
num conscendit octa
dine Antiochus IV.
mento Epiphanes fra
lopatoris, Antiochi M
anno Græcorum
bet liber 1. Mach. cap.
& ad 12. annum regn
nit, nimirum vsque
num Græc. 149. quo
se constat, 1. Mach. 6.

Ante Chr.	O-lymp.	Regni Græc.	R. AE-gypti Philō.	R. Syriæ Epiph.	Machabæi Matha.
168	153	145	14	9	1 Iudas
167		146	15	10	1 *n*
166		147	16	11	2
165		148	17	12	3
164	154	149	18	Eupat. 1 *o*	4
163		150	19	2	5
162		151	20	Demet. 1 *p*	6 Ionat.
161		152	21	2	1 *q*
160	155	153	22	3	2
159		154	23	4	3
158		155	24	5	4
157		156	25	6	5
156	156	157	26	7	6
155		158	27	8	7
154		159	28	9	8
153		160	29	10	9
152	157	161	30	11 Alex.	10
151		162	31	1 *r*	11
150		163	32	2	12
149		164	33	3	13

n Anno Græc.146. moritur Mathathias 1.Mach,2.v.70. cui succedit Iudas eius filius. ib.cap.3. ver.1. Ducis officio fungitur sexcennium.

o Antiochus V. Eupator IX. rex Syriæ parenti suo Epiphani succedit anno Græc.149. 1.Mach. 6.v.16.&17. Thronum regium occupat biennio.

p Demetrius Soter. Seleuci Philopatoris filius, fit X. rex Syriæ anno Græcor. 151. 1.Mach.7. v.1. Annos 11. regni moderatur habenas.

q Ionathas frater Iudæ Machabæi, principatum obtinet anno Græc.152. & gubernat ann.18.

r Alexander Bala qui & Veles sublato Demetrio euadit XI. rex Syriæ, ann Græc. 162. 1. Machab.10. ver.52.&57.Regnat quinquennium.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

Ante Chr.	Olymp.	Regni Græc.	R. AEgypti Philō.	R. Syriæ Alex.	Machabæi Ionat.
148	158	165	34	4	14
147		166	35	5	15
146		167	Physcō. 1 t	Dem.II 1 s	16
145		168	2	2	17
144	159	169	3	3	18 Simon.
143		170	4	4	1 v
142		171	5	5 Tryphō	2
141		172	6	1 x	3
140	160	173	7	2	4
139		174	8	3	5
138		175	9	Sidetes. 1 y	6
137		176	10	2	7
136	161	177	11	3	8 Hirc.
135		178	12	4	1 z
134		179	13	25	2
133		180	14	6	3

vel ineunte, quia quartus eius annus incidit in primum Hircani.

z Simon Machabæus occisus est anno Græc. 177. expirante, hoc est no ante Chr. 135. cui succedit filius suus Ioannes Hircanus.

s Demet. II. Ro
rot Demetrij fr
XII. res Sy... a pri
patum adipiscitur
no Græc. 167. ut I
11. v. 19. & inter ann
quinque.

t Prol. Energe
Physcon VII. re
gypti eodem ann
regnū prouehit
quo Demetrius
tunc Philometor
lijt. 1. Mach. 11. et
Porrò Physcon
gem gessicanus

v Simonis
chabæi epocha
nus Græcorum
1. Machab. 13. v.
cap. 14. v. 27.

x Tryphon
Demetrius ab I
detineretur impe
occupat eiusdem

y Antiochus
Soter, Pius, Deme
Soteris filius regn
riæ insignia cum
tur anno regni
corum 175 inc

NOTÆ ET QVÆSTIONES CHRONOLOGICÆ, IN LIB. I. MACHABÆOR.

CAPVT I.

v.1. *Postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia egressus de terra Cetim Darium regem Persarum & Medorum.* Alexander Magnus dicitur primus in Græcia regnasse, intellige subuerso Persarum & Medorum imperio: alioqui plures ante eum reges in Græcia fuerunt, sed non erant Monarchæ. Percussit autem Darium Alexander anno ante æram Christi 331. Vide dicta in Dan. cap. 4. q. 5. num. 3.

Quo sensu Alex. M. dicatur primus regnasse in Græcia.

Vers. 8.

1. Regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est. Sicut Dauid habuit duo regnandi primordia, alterum, quo in Iuda, mortuo Saule, principatum adeptus est; alterum, quo omnibus tribubus Israel imperare cœpit. 2. Reg. 5. ver. 4. Ita Magnus Alexander primum mortuo suo parente Philippo, in regnum Macedoniæ successit anno ante Chr. 336. Deinde Monarchiam à Persis ad Græcos transtulit, vel deuicto ad Gaumela Dario Codomanno anno ante Christ. 331. vel potius anno sequenti, Dario interempto, & capta Babylone. A priore initio regnauit annos 12. vt hic v. 8. exprimitur, & supputat S. Hieronymus Dan. 11. litera A. A posteriore exordio, sex tantum aut septem annos imperio potitus est. Siquidem excessit ann. ante Ch. 324. vt alibi clarè ostendi.

Duo regnãdi primordia tribuãtur Alexand.

2. Nec obstat quod Strabo, sub finem lib. 15. Alexandrum, dicat euerso Dario, regnasse 10. aut 11. annos: hi enim proueniunt, à clade, quam Alexander ad Granicum amnem intulit Dario anno 3. Olymp. 111. vt testatur Diodorus. Hoc etenim fuit initium euersionis Darij, quale initium quidam assignant excidij Niniues, quando à Cyaxare victi sunt Assyrij, annis non paucis antequam Ninus euerteretur.

Vers. 11.

Et exiit ex eis radix peccatrix Antiochus illustris filius Antiochi regis, qui fuit Romæ obses & regnauit in anno centesimo trigesimo septimo regni Græcorum.

1. Saianus ad annum m. 3879. num. 3. notat hunc annum 137. à nonnullis coniungi cum anno 2. Olympiad. 151. quos ipse sequitur, & initium regni Epiphanis tribuit anno ante Christi æram 175. Ego vero istum annum 137. regni

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testament
A IV
17 a

Ann. 137. regni Græc. annum 1. Olymp. 151. reuocatur.

regni Græcorum reuoco ad annum 1. Olymp. 151. cum Eusebio & omnibus lijs, qui annos Græcorum deducunt ab anno 1. Olympiadis 117. [illegible] initio regni Græcorum vsque ad hunc annum 137. exclusiuè, [illegible] dæ 34. Olympiades, hoc est, anni 136. solares.

2. Torniellus in tabulis eodem ordine ponit annum 1. Antiochi Epiphanis, 137. regni Græcor. more Chaldaico, more autem Iudaico 138. & [illegible] Olymp. 151.

Quomodo hic annus ab Alex. M. tempore deducatur.

3. Rabanus hunc annum ab epocha Seleucidarum hoc modo [illegible] Primus post Alex. Mag. Regnauit Syriæ, inquit, Seleucus cognomento [illegible] nor, annis 32. Secundus Antiochus qui vocabatur Soter annis decem [illegible] uem, tertius Antiochus qui vocabatur Theos, regnauit annis [illegible] Quartus Seleucus, qui cognominatus Gallerius. (Callinicus) filius [illegible] annis viginti. Quintus Seleucus Ceraunus filius Seleuci Gallerij (Callinici) annis tribus. Sextus Antiochus Magnus, quem scriptum hic, Antiochi [illegible] dicit esse patrem, qui frater erat Seleuci Cerauni, & filius Seleuci Callinici [illegible] gnauit annis triginta sex. Septimus Seleucus, qui & Philopator cognominatus est annis duodecim: post quem Antiochus Epiphanes, qui & præclarissimus Nobilis dicitur frater Seleuci Philopatoris & filius Antiochi Magni annis 11. &c. *Colligitur*, inquit, *omne tempus regni Græcorum, à primo anno Seleuci Nicanoris vsque ad initium regni Antiochi Epiphanis anni centum triginta septem.* Idem habent Lyranus & Hugo. Ego vero Seleuco Nicanori tribuo annos 31. Chronologicos, Antiocho Magno 37. Philopatori 11. in reliquis eorum rationibus subscribo. Calculus autem Lyræ non videtur procul abesse à delirio [illegible] 137. annos ab Alexandro Magno deducere conatur, contra omnium [illegible] corum fidem.

Quotus hic fuerit annus ante Chr.

4. Porro hic annus 137. Græcorum inijt anno ante Chr. 176. Cyclo Solis 2. lit. Dom. E. Cyclo Lunæ 16. Epacta 21. quę caput anni sacri non procul [illegible] 8. Aprilis, aut fortè 10. Martij, tunc abfuisse demonstrat.

Vers. 21.

In centesimo & quadragesimo tertio anno, subaudi regni Græcorum. Hic annus inchoabatur anno ante Chr. 170. Cyclo Solis 8. lit. Dom. E. Cyclo Lunæ 3. lit. æquat. M. Epacta 28. exordio mensis Nisan haud multum à die 2. Aprilis remoto.

Hunc annum Salianus componit, cum 4. Olymp. 152. Vrbis Conditæ [illegible] ante vulgarem æram Christi 169. Q. Marcio Philippo II. & Cn. Seruilio Cæpione Coss. quibus tradit illatam Iudæis cladem, quæ hic ab isto v. 21. [illegible] bitur, & addit Romanorum Legatos tunc in Ægypto Antiochum [illegible] se, quando vt narrat Liuius lib. 5. Deca. 5. Popilius Lænas regem [illegible]

cunctantem, *virga quam in manu gerebat circumscripsit, ac prius quam hoc circulo excedas*, inquit, *redde responsum Senatui quod referam. Obstupefactus rex tam violento imperio, faciam*, inquit, *quod censet Senatus* &c. A qua Chronographia nonnihil discedo, ratus annum 143. Græcorum cœpisse anno ante Christum 170. quo etiam inijt Olymp. 152. tertius, Vrbis 584. prædictis Coss. Legationem verò Popilij & alterum Antiochi reditum ex Ægypto in annum 145. differendum puto. Nam vt bene ex Liuio lib. 4. & 5. Decadis 5. aduertit Petauius, hæc Legatio incidit in illud fere tempus, quo cum Perseo debellatum est. Constat autem ante pugnam, qua victus est, Lunarem fuisse defectionem, 3. Non. Sept. vitiosi Calendarij, siue 21. Iunij, stylo Iuliano, quam Sulpitius Gallus Galba Tribunus militum, pro concione prædixerat. Qui character infallibilis est anni ante Chr. 168 Olymp. 153. primi, Vrbis 586. L. Æmilio Paulo II. & C. Licinio Crasso Coss. quibus sæua tyrannis Antiochi, grassata est in Iudæos vt hoc cap. narratur à v. 21. vsque ad 29. inclusiue. Vide infra lib. 2. cap. 5.

Quis sit annus 143. regni Græ. in hist. Romana.

Vers. 30.

Et post duos annos dierum. misit rex principem tributorum &c. Hoc biennium supputatur ab anno 145. Græcorum, qui ex huius libri Methodo, vna cum mense Nisan oriebatur circiter 11. Martij, anno ante Christum 168. quo victus est Perseus, vt paulo ante notabam.

Vers. 57.

Die decima quinta mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesimo anno ædificauit rex Antiochus abominandum idolum abominationis super altare Dei. Hæc inciderunt in diem circiter 16. Nouemb. fer. 4. anno ante Christum 168. cyclo Solis 10. lit. Dom. B. cyclo Lunæ 5. Epacta 20. currente anno 1. Olymp. 153. vt habet Eusebius, & patet ex dictis q. 2. Non bene suos calculos digesserunt, qui vsque ad annum 2. illius Olympiadis ista remorãtur.

Vers. 62.

Et quinta & vigesima mensis sacrificabant super aram, quæ erat contra altare. Hæc dies 25. Hebræis erat mensis Casleu, cuius præcessit mentio vers. 57. Romanis autem stylo Iuliano 26. Nou. fer. 7. Nonnulli reijciunt in diem 27. fer. 1.

IN CAP. II. v. 1.

IN *diebus illis surrexit Mathathias*, anno scilicet 145. regni Græcorum, ante Chr. epocham 168.

Vers. 70.

Et defunctus est (Mathathias) *anno centesimo quadragesimo sexto*, nempe ante communem Christi æram 167. quo Nisan 30. Martij aperiebatur fer. 5. cyclo Solis 11. lit. Dom. A. cyclo Lunæ 6, Epacta 1. Hinc patet Mathathiæ principa-

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

tum, vnius duntaxat anni fuisse, nec forte integri, eique successisse Iudam Ma-
chabæum illo anno Græcorum 146. siquidem eum parens suus militiæ prin-
cipem moriturus declararat, vers. 66. nec vlla ratio suadet fuisse interregnum
inter obitum Mathathiæ, & principatum Iudæ. Vide supra quæst. 5. num.
1. & 2.

CAP. III. v. 37.

ET *exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui anno centesimo & quadragesimo sexto.*
Hic annus 147. Græc. ducit originem ab anno ante Chr. 66. cyclo Lunæ
7. epacta 12. cyclo Solis 12. litera G. cum anni sacri exordium non procul
staret à die 19. Martij, fer. 2.

CAP. IV. v. 28.

ET *sequenti anno congregauit Lysias virorum electorum sexaginta millia anno* [illegible]
cet 148. Græcorum, quem hic liber accersit à Neomenia Nisan, quæ
accedebat ad 6. Aprilis, anno ante Chr. 165. cyclo Lunæ 8. epacta 23. cyclo So-
lis 13. lit. Dom. F. E.

Vers. 52.

Et ante matutinum surrexerunt, quinta & vigesima die mensis noni, (hic est [illegible]
Casleu) centesimi quadragesimi octaui anni, intellige regni Græcorum, [illegible]
triusque libri Machabæorum. Hoc quadrat ad annum ante Christum [illegible]
quo dies 25. Casleu cadebat in vel propè diem 23. Nouembris. Triennio [illegible]
eodem die 25. eiusdem noni mensis, templum fuerat profanatum, vt [illegible]
1. Mach. 1. v. 62. quod confirmat versiculus 54. huius capitis. *Secundum* [illegible]
& secundum diem, in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est. [illegible]
cap. 10. v. 5. *Qua die templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem* [illegible]
cationem fieri vigesima quinta mensis, qui fuit Casleu.

CAP. VI. vers. 16.

ET *mortuus est ibi Antiochus rex, anno centesimo quadragesimo nono.* [illegible]
gni Græc. ex methodo huius libri; ante Christum 164. epacta 4. [illegible]
mordia Nisan indicat à die 27. Martij, haud longè dissita fuisse. At vero [illegible]
putatione libri secundi erat adhuc in cursu annus Græcorum 148. [illegible]
Eupator recens in regnum paternum promotus literas ad Iudæos [illegible]
anno 148. mensis Xantici quintadecima die. 2. Mach. 11. vers. 33. Vnde [illegible]
Antiochum Epiphanem in Vere sublatum è viuis, atque adeo [illegible]
Græcorum 149. æræ prioris libri, æræ vero posterioris 148. [illegible]

Olymp.154.primo,instante, quicquid contra Eusebium, sine ratione reclamet Salianus ad an.m.3891.num.2.

Vers.10.

Et obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo Græcorum: ante Christum 163. cum caput anni sacri ad 16.circiter diem Martij applicaretur currente epacta 15.& anno Sabbatico.

Vers.53.

Esca non erant in ciuitate,eo quod septimus annus esset, hoc est,sabbaticus,anno præcedenti labente 164. ante Christum inchoatus, vt ostendit tabella 2.sabbatica,qu.3.in Leuit.Manu.Chron.tradita.Vnde patet,ea quæ hic v.50.& 51. de Bethsura & loco sancto referuntur, gesta fuisse anno sabbatico, antequam iniret primus Semitæ,in autumno anni ante Christum 163.

CAP. VII. Vers.1.

ANno centesimo quinquagesimo primo, exijt Demetrius Seleuci filius ab Vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. Anno ante Christi æram 162.cyclo Lunæ 3.epacta 28.cyclo Solis 16.lit. Dom.B. Neomenia Nisan in vel prope diem 2.Aprilis incurrente,fer.7. Hic fuit Demetrius Soter, Seleuci fratris Antiochi Epiphanis filius, quondam obses datus Romanis,qui specie venationis Vrbe elapsus Tripolim venit, & secundo populi fauore vsus Eupatore & Lysia trucidatis,exercitu & regno potitur.

Vers.43.

Et commiserunt exercitus prælium tertia decima die mensis Adar, & contrita sunt castra Nicanoris. Nimirum anno 151. Græcorum desinente, iuxta methodum huius libri,qui annus inierat Vere præcedentis anni. Commissus autē est conflictus anno ante Christum 161.iam inchoato cyclo Lunæ 12.Epacta 7.quæ ad 22.Februarij mensem Adar aperiebat: ac proinde prælium initum fuerit circa 5.Martij quia hic annus erat bissextilis,cyclo Solis 17.lit.Dom.A.G. Errat itaque Caluisius,dum Nicanoris interitum adscribit 24. Februarij, anno ante Christum 160.

CAP. IX. v.3.

IN mense primo anni centesimi, & quinquagesimi secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem. Hic annus 152.regni Græcorum ortus est anno ante Christ.161. quando mensis primus anni sacri, à 23.Martij aut circiter capiebat exordium. Caluisius in 3.editione quadriennij parachronismo laborat,dum hæc tribuit,anno ante Christi æram 157.

(***)

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamti
A IV
17 a

Vers. 54.

Et in anno centesimo quinquagesimo tertio, mense secundo praecipit diruere muros domus sanctæ interioris. Anno ante Ch. 160. cyclo Lunæ 13 epacta 1. cyclo Sol. 18. lit. F. cum exordiū anni sacri, non procul abesset, à die 15. Martii, mensis secundus iniret circa 11. Aprilis, fer. 5. Itaque rursus hallucinatur Calvisius dum hoc signat anno ante æram Christi 159. siue vt ipse computat anno ante N.C. Hinc bene colligunt nonnulli recentiorum, contra Iosephum Calvisium. Iudam in pontificatu non successisse Alcimo: cum ex hoc constet, Alcimum vno circiter anno post mortem Iudæ, dissolutum populum miserè interijsse.

Vers. 57.

Et vidit Bacchides, quoniam mortuus est Alcimus, & reuersus est ad regem, & quieuit terra duobus annis, nempe à mense secundo anni 153. Græcorum, vsque ad mensem secundum anni 155. quo anno videtur Bacchides Ionathæ struxisse insidias: quibus detectis Ionathas quinquaginta è proditoribus interfecit, & fugauit Bethbessen.

CAP. X. v. 1.

Et anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui appellatus est Nobilis, & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eum & regnauit ibi. Ante Christum 153.

Vers. 21.

Et induit se Ionathas stola sancta, septimo mense anno centesimo sexagesimo in sollemni Scenopegia. Anno ante Christi epocham 153. cyclo Lunæ, epacta 6. cyclo Solis 25. lit. Dom. E. D. Qua ratione festum tabernaculorum mense [illegible] distabat à die 2. Octob. Sethus refert ad 3. eiusdem fer. 7. Addit hoc error *quatuor annis, vt Iosephus habet, post mortem Iudæ Machabei.* Hoc autem additamentum longè discrepat à veritate: nam stola sancta induitur est Ionathas anno ante vulgarem Christi æram 153. vt indicant cycli Lunæ & Solis, veluti characteres Calvisius huic anno imprimit. Ad hunc annum reji[illegible] ijciantur, exurget annus ante Christi epocham 157. quo Iudas interfectus fuerit. Quod si verum esset, Iudas 10. annis præfuisset: siquidem paremus Ionathæ successit anno ante æram Christi 167. cyclo Solis 11. Lunæ 6. vt notat ipse Calvisius. Quis autem veterum Iudæ principatui decem annos attribuit? Deinde anno Græcorum 153. quo præcepit Alcimus destrui domus sanctæ, Ionathas mortuo Iuda, principatum tenebat, vt patet ex 1. Mac. 9. v. 29 iuncto v. 54. De isto anno 153. tolle decennium, quos Sethus Iudæ chabæo adscribit, & remanebit annus Græcorum 143, cum tamen con[illegible]

Sethus hic errat in ratione temporis.

dam non fuisse Ducem, ante obitum Mathathiæ, qui defunctus est anno 146. Græcorum 1. Mach. 2. v. 70 Denique si tantum quadriennium effluxisset ab obitu Iudæ, vsque ad annum 160. regni Græcorum, obijsset Iudas anno Græcorum 156. cum tamen ex dictis liquido appareat eum anno 153. iam pridem fuisse vita functum. Imo Iudam cecidisse anno Græcorum 152. non obscurè indicat lib. 1. Mach. cap. 9. v. 3. & sequentibus. Itaque annus iste 160. Græcorum concurrebat non cum quarto vel quinto, sed cum nono à morte Iudæ Machabæi.

Vers. 57.

Et venit (Ptolemæus) *Ptolemaidam anno centesimo sexagesimo secundo*, supple regni Græcorum, qui inijt anno ante Christum 151. circa 2. Aprilis, quo anno Alexander, sublato Demetrio, vxorem duxit Cleopatram filiam regis Ægypti.

Vers. 67.

In anno centesimo sexagesimo quinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum suorum. Hic annus illuxit, fulgente anno ante Chr. 148. cyclo Lunæ 6. epacta 1. quæ primi mensis caput trahit ad diem circiter 30. Martij. Isto anno Demetrius Demetrij, regno non est potitus sed anno demum 167. Græcorum, vt constat ex cap. 11. v. 19.

CAP. XI. Vers. 19.

ET *regnauit Demetrius anno centesimo sexagesimo septimo.* Hic erat Demetrius II. Nicator, Demetrij Soteris F. qui regnum adeptus est anno ante Christum 146. cyclo Lunæ 8. Epacta 23. cyclo Solis 4. quando initium anni sacri veniebat in vel circa diem 6. Aprilis.

CAP. XIII. vers. 41.

ANno centesimo septuagesimo ablatum est iugum gentium ab Israel. & cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis anno primo, sub Simone summo sacerdote, magno duce & principe Iudæorum. Hic annus 170 Græcorum inijt anno ante Christum 143. circa 4. Aprilis, cyclo Lunæ 11. epacta 26. cyclo Solis 7. lit. Dom. F. Esto Ionathas frater Simonis à Tryphone per insidias occisus fuerit anno 169. regni Græcorum, necdum exacto, vt notat Petauius lib. 10. capite 52. & alibi monuimus.

Vers. 51.

Et intrauerunt in eam (arcem Ierosolymitanam) *tertia & vigesima die secundi mensis anno centesimo septuagesimo primo.* Hoc refero ad annum ante Christ. 142. cyclo Lunæ 12. Epacta 7. cyclo Solis 8. lit. Dom. E. cum dies 23. secundi mensis non procul abesset à 15. Maij, fer. 5.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

CAP. XIV. v.1.

ANno centesimo septuagesimo secundo congregauit rex Demetrius exercitum [illegible] & abijt in Mediam. Anno ante Chr.141.

Vers.27.

Octaua decima die mensis Elul anno centesimo septuagesimo secundo, anno [illegible] Simone sacerdote magno &c. nota facta sunt hæc. Tunc vt arbitror Simoni [illegible] mata est Pontificia dignitas,& Principatus.Hic annus 172.Græcorum, [illegible] ius libri methodo, sumpsit initium à die circiter 13.Mart.fer.7.anni ante [illegible] 141.cyclo Lunæ 13.Solis 9.lit. Dom.D.C.Sic dies 18 Elul,qui est mensis [illegible] anni sacri,haud magno interuallo aberat à die 24.Augusti fer.5. Quint. Sethus,hunc diem putant fuisse 25.Augusti fer.4.

CAP. XV. v.1.

ANno centesimo septuagesimo quarto exijt Antiochus in terram patrum [illegible] Huic anno 174. regni Græcorum initium dedit annus ante Chr. cyclo Lunæ 15.Solis 11.lit.Dom.A. Epacta 10. quæ innuit primordia anni quærenda circa diem 21.Martij. Sub finem huius anni 174. Græcorum choato iam anno ante Chr.138. regnare cœpit Antiochus Sidetes,filius credimus,qui 4.annum Sidetæ vult esse primum Ioannis Hircani.

CAP. XVI. v.14.&16.

SImon descendit in Iericho, ipse & Mathathias filius eius, & Iudas, anno [illegible] septuagesimo septimo mense vndecimo, hic est mensis Sabath &c. & occiderunt [illegible] & duos filios eius. Hic annus ex supputatione huius libri oriebatur anno [illegible] Christum 136.circa 18.Martij feria 4.cyclo Lunæ 18.Solis 14.lit. Dom.D. pacta 13.Mensis autem vndecimus inijt anno ante Chr.135. circa diem [illegible] nuarij feria 5.cyclo Lunæ 19.Solis 15.lit.Dom. C.epacta 24. Quod [illegible] tetur Caluisius anno suo ante Christum natum 33.

Ab initio regni Cyri vsque ad mortem Simonis, siue finem libri primi [illegible] chabæorum ab Eusebio, S.Hieronymo & pluribus alijs computatur [illegible] 425.quod cum meis rationibus ad amussim congruit, nempe tes- [illegible] minis vtrimque in numerum ad- [illegible] scitis.

N

NOTÆ ET QVÆSTIONES CHRONOLOGICÆ, IN LIB. II. MACHABÆOR.

CAPVT I. v. 7.

Regnante Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Iudæi scripsimus in tribulatione.

QVÆSTIO VI.

Quando regnauerit iste Demetrius.

1. RAbanus & Glossa ordinaria, ex Ruperto, tradunt hunc Demetrium fuisse Soterem, qui Eupatorem proximè excepit, & summam horum 169. annorum hac supputatione colligunt. Ab epocha Seleucidarum vsque ad Antiochum Epiphanem numerantur anni 137. Inde Epiphanes imperauit annos 11. Eupator 2. Demetrius Soter 12 ex quibus confiunt an. 162. & sic ad numerum 169 annorum hic expressorum desiderãtur anni 7. quos duobus modis suppleri posse scribunt. 1. Si septennium sumamus ex Annis Antigoni, qui Seleucum Nicanorem præcessit. 2. Si septem anni adsciscantur, quibus post Demetrium Soterem regnauit Alexander, ignauus & regia maiestate indignus. Priorem modum reijcit Hugo; posteriorem recipit. Ego neutrum admitto. Nam *in primis* quæ ratio excogitari potest, cur anni septem Antigoni assumantur, non plures; non pauciores? *Deinde* cum alijs in locis auctor huius libri æram regni Græcorum vsurpat: quare hic ab altiore principio numerum istum 169. annorum deducat? *Tertio* Alexander, qui Demetrium Nicanorem secutus est, regnauit tantum quinquennio, & occisus est anno Græcorum 167. 1. Machab. 9. vt supra docui q. 4. in Machab. *Quarto* est plane insolens ea computatio, qua omnes anni Alexandri, tribuuntur eius antecessori, iam aliquot annis ante perempto. Demetrius autem Soter occisus est anno Græcorum 162. 1. Mach. 10. ver. 50. & 57. *Quintò* perperam addit Glossa ex Ruperto hunc annum 169. fuisse, quartum Ionathę. Fuit quidem vltimus: nam anno sequente hoc est, 170. Græcorum cœpit populus numerare annum primum Simonis. Ex quo vero Ionathas susceperat suæ gentis principatum, annus 18. agebatur: quandoquidem Iudas in prælio cecidit anno Græcor. 152.

Sententia Rabani & Glossæ ordinariæ.

Supputatio hæc nõ probatur.

Sextò,

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17a

Sextò, Demetrius Demetrij regnare cœpit anno Græc. 167. 1. Mach. 11. & anno 172. abijt in Mediam ib. cap. 14. v. 1. Igitur anno 169. idem impe[illegible] & ex communi sententia, contra pauculos iam refutatos, ille quo [illegible] Iudæi Ierosolymitani, ad Ægyptios hic scripsisse dicuntur erat Demetrius [illegible] cator, Demetrij Soteris filius, cuius Nicatoris annus 3. incidit in 169. [illegible] Græcorum, quam summam hac ratione ex annis regum Syriæ colligere [illegible] Antiochus Epiphanes ad regni fastigium prouectus est, anno Græcorum [illegible] ergo ante illius imperium anni 136. elapsi sunt: his adde 12. ipsius Epiph[illegible] 2. Eupatoris, Demetrij Soteris II. Alexandri 5. & Demetrii Nicatoris [illegible] bus exurgit, annus 169. regni Græcorum. Denique hic annus 169. ex Me[illegible] do huius libri 2. Machab. ab autumno, atque adeo, vt plerique censent, [illegible] se Tisri computatur, anni ante Christum 144. circa 9. Septembris cycl[illegible] næ 10. Solis 6. lit. Dom. G. Epacta 15.

Vers. 9.

Quid sit Scenopegia

Frequentate dies Scenopegiæ mensis Casleu. Scenopegia siue festum taber[illegible] lorum ex lege Moysis celebrabatur mense Tisri: festum autem purificati [illegible] pli, quod etiam Scenopegia est appellatum, agebatur mense Casleu. Q[illegible] ipsum indicat versiculus 18. *Facturi igitur quinta & vigesima die mensis Casleu [illegible] rificationem templi, necessarium duximus scribere vobis, vt & vos quoque [illegible] Scenopegiæ.* Causa verò cur hoc festum nono mense institutum & [illegible] Scenopegię vocatum sit, aperitur infrà cap. 10. v. 6. *Et cum lætitia diebus [illegible] runt, in modum tabernaculorum, recordantes, quod ante modicum temporis diem [illegible] nem tabernaculorum in montibus, & speluncis more bestiarum egerant. Propter [illegible] thyrsos & ramos virides & palmas præferebant ei, qui prosperauit mundari locum [illegible]*

Vers. 10.

Anno centesimo octogesimo octauo.

QVÆSTIO VII.

Vnde supputetur iste annus 188.

Lirani sententia.

1. LYranus in hunc locum ait probabiliter dici posse annum istum 188 [illegible] dire ab anno 12. Assueri, quando populus Iudaicus interneciono [illegible] man paratæ, miro modo subductus fuit, & desinere in eum ferè annum [illegible] Iudas Machabæus, haud pridem sacram ædem curauerat expurgandam [illegible] coniecturæ duas causas affert. 1. Quod Iudæi soleant suas æras auspicari [illegible] bus mirabilibus, qualis tunc fuit euasio gentis Iudaicæ, à periculo necis [illegible] nentis. 2. Quod liberatio quæ sub Antiocho Epiphane contigit Iudæis, [illegible] ei similis quæ acciderat sub Assuero. Hunc autem Assuerum putat [illegible] annos circiter 40. & sic ab anno eius inclusiuè 12. remanere annos 19. [illegible]

Hebræorum placito succeſſiſſe Darium Eſtheris coniugem, qui vſque ad reſtaurationem templi perfectam regnauerit 6. annos: huic ſucceſſiſſe Alexandrum Magnum, à quo vſque ad repurgatum per Machabæos templum numerat annos 148. & ſic coaceruat annum 188. hic poſitum.

Reijcitur cõputatio Lyrani.

2. Quæ computatio penitus explodenda eſt, tanquam liberè ficta, vel è Iudæorum deliramentis arrepta. Duæ rationes allatæ ſolum probant aliquam æram deduci potuiſſe ab illo anno 12. Aſſueri: re autem ipſa hoſce 188. numerandos eſſe, nulli hiſtoriarum perito vnquam ſuadebunt. Darius ſub quo reſtauratum eſt templum, filius Hyſtaſpis, vt ſuo loco probaui: ante illum regnauit Smerdes, non integro anno; ante Smerdem Cambyſes non 40. annis, ſed ſeptennio duntaxat, & aliquot menſibus, ac proinde ex eius regno, non poſſunt deſumi 29. anni. Adhæc Lyranus perperam Darium Hyſtaſpis, cuius anno 6. templum ſecundum fuit abſolutum, confundit cum Dario Arſami, qui anno 6. ſui imperij, ab Alexandro fuit profligatus: nec bene annos regni Græcorum ab Alexandro deriuat. Darius Codomannus victus eſt ab Alexandro, anno ante Chriſtum 331. templum abſolutum anno 6. Darij Hyſtaſpis, ante Chriſtum 515. Sic Lyranus Iudæos ſecutus, à numeris, ad quos canere debuiſſet annis 180. & eo amplius exerrauit. Denique non video modum, quo ex annis Aſſueri, Darij & regni Græcorum colligi poſſit annus 188. hic notatus.

Tornielli ſententia.

3. Torniellus ad annum m. 3892. num. 6. late docet contra Lyranum, Hugonem & eorum aſſeclas annum iſtum non ſupputari ab anno 12. Aſſueri Eſtheris mariti. Nam præterquam, quod nullum iſtius æræ exemplum reperiatur; Hugonis & ſociorum eius rationes in multis euidenter peccant, vt oſtendit Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei cap. 15. & colligere licet ex eis, quæ numero præcedenti afferebam. Deinde *ab anno 12. Aſſueri*, inquit, *vſque ad tempora principatus Iudæ Machabæi, non centum duntaxat octoginta octo, ſed plures ducentis annos conſtat reperiri.* Ab anno 12. Longimani, vſque ad tempus, quo ſancta Domus à Iuda Machabæo, ſuo nitori reſtituta eſt, numerat annos ſaltem 290. Ab anno 12. Artaxerxis Mnemonis, colligit annos non minus 230. Ab anno 12. Ochi, non poſſe annos 188. de quibus agimus accerſiri, ex eo probat, quod indidem etiam annus 169. qui hic verſ. 9. ſignatur, numerandus eſſet, cùm dari non poſſit ratio diuerſitatis. Hoc autem fieri nequit: quia annus 169. ab anno 12. Ochi profectus, non attingit vllum annum Demetrij regnantis.

Octo de Aſſuero opiniones.

4. Sententia Torniellì eſt communis, quam breuiter hoc argumento confirmo, ex ijs, quæ annotabam in lib. Eſtheris cap. 1. Octo ſunt de iſto Aſſuero opiniones. 1. aſſerit fuiſſe Aſtyagem. 2. Darium Medum. 3. Cambyſem. 4. Darium Hyſtaſpis. 5. Xerxẽ. 6. Artaxerxem Longimanum, 7. Mnemonem. 8. Ochum.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

8. Ochum. Hanc autem vltimam falsam esse, vel ex eo constat, quod hanc do liber Esther apud Hebræos non esset canonicus; canonem enim librorum sub Artaxerxe, qui Esdram & Nehemiam remisit Ierosolyma ctorum asserunt, & habet Iosephus contra Appionem. Taceo hanc stendi posse hanc epistolam anno 188. datam esse, ex quo Ochus annum gerat imperij. Cæteri verò, qui putantur fuisse mariti Esther, decem annis 188. templi reparationem præcesserunt. Hæc enim facta est æram Christi 165. annus vero 12. Mnemonis incidit in 334. ante ram. Ergo diastema est 229. annorum. Deinde quando Iudæi hanc scripserunt, templum iam purgatum erat. Itaque ab anno 12. Mnemo que ad huius epistolæ tempus, effluxerunt, vt minimum anni 212 putat Torniellus. Longimanus autem Xerxes, & alii, qui apud Esther coniugio certant, longe priores fuere ipso Mnemone: quo to minus hic annus 188. ab eorum regnis deduci possit.

Annus hic 188. ab Epocha regni Græc. putandus.

5. Standum igitur communi sententia, & hic annus 188. ab epocha gni Græcorum putandus est, quod facit Serarius in hunc locum, Bellarm lib. 1. de Verbo Dei cap. 15. Canus lib. 2. de locis Theologicis cap. 11. Tor lus, Salianus &c. Est tamen inter auctores disceptatio, vtrum hæc verba *centesimo octogesimo octauo*, iungenda sint cum præcedentibus, an verò cum sequentibus? Siquidem Canus, Bellarminus, Serarius, Sa, Torniellus, illa esse clausulam præcedentis epistolæ; subsequentem autem epistolam diuntur ab illis verbis: *populus qui est Ierosolymis*, & volunt esse scriptam te adhuc Iuda Machabæo circa annum Græcorum 150. Probant primò dici non potest, quisnam fuerit Iudas iste cuius initio huius epistolæ exprimitur, ver. 10. nisi Iudas Machabæus. *Secundò*, Aristobulus, qui in eis, ad quos mittitur epistola fuit Iudæus natione, insignis Peripa Ptolemæi Philometoris Magister, siue Rabbinus. Philometor autem tuus est, anno Græcorum 167 quomodo igitur anno Græcorum 188. potest magister Philometoris ante 22. annos mortui? *Tertiò*, Hæc epistola tur esse denunciatio Iudæis in AEgypto commorantibus facta, inquit Torniellus, ipsi deinceps agerent festa purificationis templi in modum Scenopegiæ &c. Ergo credibilius est, has literas esse scriptas anno 150 Græcorum, quam ferè annos, ab eadem festorum institutione. Hinc concludit terras in AEgyptum missas, & hic ordine temporis minimè seruato retentas. mas datas anno Græcorum 188. quæ ab initio primi capitis, vsque ad decimum describuntur. Secundas anno Græcorum 169. quarum versiculus septimus. Tertias denique an. Græcor. 150. inceptas illarum

Quo referenda sint illa verba anno 188. Cur iungenda videãtur cũ præcedentibus.

Populus qui est Ierosolymis.

Quartò. Non est moris, initio epistolarum, sed in fine, notam temporis apponere. Ergo verba illa, *anno centesimo octogesimo octauo* pertinent ad epistolam præcedentem.

6. In contrarium autem ratio grauis occurrit, quæ aduersarios non latet, sed angit, vt fatetur Torniellus: nam omnia exemplaria Latina & pleraque Græca, periodum ordiuntur istis verbis: *Anno centesimo octogesimo octauo.* atque ita omnia ferè essent vitiosa. Deinde omnia exemplaria, tam Græca quam Latina, meo iudicio, indicant Iudæos inuitari ad festum Scenopegiæ noni mensis anno 188. celebrandum. Nam vel prolixam illam epistolam auspicantur, à notatione anni 188. vel (vt in paucis Græcis legimus) sic habent: Et nunc, vt agatis dies Scenopegiæ mensis Casleu, anni, siuè anno 188. q. d. scripsimus vobis anno 169. in tribulatione &c. & nunc scribimus, vt agatis festum Scenopegiæ mensis Casleu anno centesimo octogesimo octauo. Siue ergo hanc, siue illam lectionem sequamur, sensus erit, Iudæos AEgyptienses commonefieri ad Scenopegiam mensis Casleu anno illo 188. celebrandam. Improbabile autem mihi videtur Iudæos alio anno moneri ad colendum hoc festum, quam illo ipso 188. iam quidem inchoato: sed nedum vsque ad mensem Casleu producto. Quare existimo hic duas tantum epistolas recensèri, vnam anno 169. datam; alteram 188. quod fateri debent ij, qui editionem vulgatam retinent, & vltimam epistolam auspicantur illis verbis: *anno centesimo* &c. cum Mariana, Saliano &c. Neque etiam Latina, neque Græca interpunctio mihi corrigenda videtur, cum vtraque in eandem conspirent sententiam, nimirum inuitari Iudæos à Iudæis, ad agendum festum Scenopegiæ noni mensis anno centesimo octogesimo octauo.

Cur cum consequentibus.

7. Non enim adeo sunt efficaces contrariæ opinionis rationes, vt propter illas textus vulgatæ editionis Sixti V. quasi male tornatus incudi reddendus sit. Ad primam probabiliter dici potest hunc Iudam fuisse secta Essenum religione & prophetiæ gratia celebrem, cuius prædictiones nunquam fefellerunt, quique Antigoni filij Hircani necem, necisque diem ac locum prædixerit, vt tradit Iosephus lib. 13. Antiq. cap. 19. Ita Serarius 2. Mach. q. 2. & Salianus, num 8. quorum sententiæ malo subscribere, quam mutare sacram paginam auctoritate Sixti V. & Clementis VIII. confirmatam. Quamuis etiam dici possit, non constare quisnam iste Iudas fuerit: quia res Iudaicas hisce temporibus gestas soli profani auctores, imò solus Iosephus ex professo prosecutus videtur: cæteri obiter delibarunt, vt mirum non sit istius Iudæ mentionem aliàs non reperiri.

Respondetur argumenti oppositæ sententiæ.

8. Ad 2. respondet Lyranus hunc Aristobulum fuisse Magistrum Philo-

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

metoris, nepotis Antiochi Epiphanis, & sic floruisse temporibus Iudæ Ma-
chabæi: Sed bonus hic dormitat Homerus. Ptolomæus enim Philomeros fu-
rex Ægypti: Antiochus autem Epiphanes Syriæ.

9. Bene respondet Salianus, non esse hanc denunciationem, sed exhorta-
tionem ad dies festos, qui iam olim instituti fuerant, anno 188. celebrandos.
Quem sensum agnoscere debet cum suis Torniellus, quando primam epistolam
his verbis concludit: Frequentate, siue agite (vt Græcus habet) dies Ma-
nopegiæ mensis Casleu, anno 188. Quocirca, de duabus epistolis hic sermo
contexitur. Prior data fuit anno Græcorum 169. posterior 188.

10. Ad 4. Dico equidem id non passim fieri, præsertim quando mirantur
ipsæ epistolæ separatim: at verò quando referuntur tantum historicè libenter
est referenti vel ad initium, vel ad finem literarum, eis imprimere tempus
characterem. Taceo mercatoribus in Germania morem esse, initio epistolarum
rum diem & locum præfigere.

CAP. II. v. 10.

1. *Sicut & Moyses orabat ad Dominum, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holo-
caustum.* Id accidit anno 2. Exodi, die octaua primi mensis: quando
egressus à Domino deuorauit holocaustum, & adipes qui erant super altare. Leuit. 9.
Quod refero ad annum ante æram Christi 1496.

2. Simile miraculum factum est post annos solidos 485. die primo dedi-
cationis templi Salomonis, de quo hic subtexitur: *sic & Salomon orauit & de-
scendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum.* & 2. Paral. 7. ver. 1. *Cumque cessasset
Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, & deuorauit holocausta & ...*
Hoc meæ rationes tribuunt anno vndecimo Salomonis (quidam 12. ...)
ante Christi æram 1011. cui si adijcias 485. proueniet annus ante eandem æ-
ram 1496. Nam ab Exodo vsque ad templum anno 4. Salomonis fundatum
inclusiuè, colliguntur anni 480. 3. Reg. 6. v. 1. adde 6. alios annos vsque ad ...
num 11. Salomonis exclusiuè supputatos & conflabis numerum annorum ...
hinc autem tollendus est annus primus Exodi, & sic remanebunt 485.

3. Tempus autem, quo Nehemias simile miraculum vidit, obscurius est.
Si referatur ad illum Nehemiam, qui anno 20. Artaxerxis venit Ierosolymam
& muros illius, diebus 52. restaurauit, ac die vigesimo quinto mensis Ve-
lul opus compleuit, vt scribitur 2. Esdræ 6. v. 12. id anno ante Christum 444.
commodè poterit assignari, nempe annis 567. post dedicationem templi Sa-
lomonis. Quos si ad hunc annum 444. ante Christum adiunxeris, conseque
annus ille 1011. ante vulgarem nostram epocham igne cœlitus ad sacrificia Sa-
lomonis delapso nobilitatus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4. Porrò cum ex sententia Baronij à multis recepta Spiritus S. in linguis igneis datus sit Apostolis anno 34. à Christi Natiuitate, hoc est, anno 32. æræ vulgaris Christi: facile est deducere, quot annis ferè, hæc de igne miracula distent, à missione Spiritus S. Ad 32. adde 444. & habebis diastema annor. 476. quibus ignis datus Nehemiæ, priusquam Spiritus S. Apostolis. Pari ratione, si ad 32. apposueris 1011. comperies Spiritum S. Apostolis missum, anno 1043. à dedicatione templi Salomonis. Si denique addideris ad 32. annos 1496. colliges Spiritum S. ignis specie illapsum Apostolis anno 1528. ex quo sub Moyse, *ignis egressus à Domino deuorauit holocausta.*

Descensus miraculosi ignis inter se collati in ratione temporũ.

5. Serarius in hunc locum q. 13. diem dati ignis tempore Nehemiæ, putat fuisse tertiam mensis Adar, anno 6. Darij, vt narratur 1. Esdræ 6. à vers. 15. quia tunc Nehemiam præsentem & templo ædificando opem contulisse autumat. Quid si verum coniectat: hoc miraculum accidit sub initium anni ante æram Christi 515. ante aduentum Spiritus S. 547. Alij alio tempore id consignant. Res est incerta, & solis coniecturis nititur.

CAP. III. v. 3.

ITA vt Seleucus Asiæ rex, de reditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorũ pertinentes. Hic Seleucus non fuit Nicanor primus regũ Asiæ & Syriæ, post obitum Alexandri M. ad initium æræ Seleucidarum, siue regni Græcorum, vt bene contra Gorionidem aduertit Serarius in hunc locum: sed Seleucus IV. cognomento Philopator, septimus in serie Seleucidarum. Ille enim ipse est, de quo hic cap. 4. v. 7. *post Seleuci vitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur* &c. Certum autem est, Antiochum Epiphanem imperasse proximè post Seleucum Philopatorem, qui regnum inijt anno ante Christi æram 187. regnauitque per annos solidos 11. vsque ad annum ante eandem æram 176. quo aperiebatur annus 137. regni Græcorum, Antiochi Epiphanis enthroniſmo nobilitatus. Quod hic Seleucus fuerit Philopator censent plerique omnes Scriptorum, Perauius in tabulis ad annum periodi Iulianæ 4528. Salianus ad annum m. 3870. num. 3. Torniellus ad annum m. 3868. numer. 2 Hugo, Glossa ordinaria, Lyranus, Rabanus in hunc locum, & alij. Ex quibus constat, ea quæ hic de Heliodoro narrantur, contigisse, ante principatum Antiochi Epiphanis, atque adeo ante tempora Iudæ Machabæi & fratrum eius.

Quis fuerit hic Seleucus.

CAP. IV. v. 23.

ET post triennij tempus misit Iason Menelaum &c. Quidam vt Sanctius in hunc locum, numerant hoc triennium ab aduentu Regis Antiochi in Vr-

Vnde numerandũ hoc triennium.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

bem, de quo, versiculo præcedenti. Idem censet Petauius lib. 10. cap. 52. [illegible] Rex circa annum 2. aut 3. regni sui Ierosolymam venerit, & Iason anno 5. [illegible] tificatus sui in ordinem sit redactus. Cœpit enim, inquit, anno Græcorum [illegible] vel sequenti, & anno circiter 143. vel sequenti à Menelao detectus est. [illegible] probabilius, vt opinor, triennium istud supputant ex quo Iason Oniæ [illegible] surripuerat pontificatum. Ita Torniellus ad annum m. 3881. num. 2. [illegible] lianus ibidem num. 6. qui hos tres annos putat exactos, & quartum [illegible] fuisse, ex quo Iason solio Pontificio incubabat. Quam in sententiam [illegible] videtur Petauius in tabulis ad ann. periodi Iulianæ 4538. quo scribit Iason [illegible] Antiocho sacerdotium impetrasse, anno verò 4540. Antiochum Apollonio duce in AEgyptum misso Jerosolymam ingressum & ab Jasone magno [illegible] honore susceptum, atque anno sequenti Menelaum ab Jasone cum pecunia ad regem missum, & Pontificatum ad se detorsisse.

CAP. V. v. 12.

His itaque gestis, suspicatus est rex, societatem deserturos Iudæos, & ob hoc profectus ex AEgypto efferatis animis, ciuitatem quidem armis cepit. Non est dubium [illegible] hæc & sequentia intelligantur de clade quam Antiochus Epiphanes [illegible] lit Vrbi Jerosolymitanæ: de tempore autem huiusce calamitatis, [illegible] solet.

QVÆSTIO VIII.

Quo tempore Antiochus Epiphanes vastarit Jerusalem.

1. ID contigisse videtur anno Græcorum 143. quia ad hunc annum [illegible] 1. Mach. 1. vers. 21. quam Chronographiam sequuntur Josephus, [illegible] Hieronymus, Salianus, Torniellus, & plerique interpretum huius loci, [illegible] rarius, Sanctius, &c. Quod etiam id acciderit post secundam expeditionem [illegible] Ægyptum ab Antiocho Epiphane susceptam indicare videtur auctor [illegible] Machabæorum cap. 5. vbi cum narrasset Antiochum *parasse secundam [illegible] nem in AEgyptum*, subijcit portenta belli Jerosolymis apparuisse, [illegible] morem de morte Antiochi sparsum, Jasonem armata manu Vrbem [illegible] & Menelaum profugisse in arcem: tum v. 11. subtexuit. *His itaque gestis [illegible] est rex, societatem deserturos Iudæos & ob hoc profectus ex AEgypto efferatis animis [illegible] tatem quidem armis cepit.* Denique malis quæ tunc Jerosolymis illata sunt [illegible] sitis, tandem concludit, v. 21. *Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de [illegible] talentis, velociter Antiochiam regressus est.* Nec est quod quispiam dicat bis [illegible]

ab Antiocho spoliatam & Sanctuarium prafano Tyranni ingressu contaminatum, idque tam exiguo tempore: quomodo enim tam cito nouis ornamentis Judæi suum templum instruxissent?

Quomodo Romana Chronologia concilianda cũ Hebraica.

2. E contrario vero obsistit auctoritas Liuij, qui tradit Perseo iam deuicto, Antiochum legatione Popilij coactum, ex Ægypto copias eduxisse. Constat autem victum Perseum post annum 143. regni Græcorum.

3. Serarius in cap. 1. libri 1. Machab. docet Jerosolymam semel duntaxat ab Epiphane spoliatam, anno Græcor. 143. Vrbis conditæ 585. Olymp. 152. quarto, Antiochum duplex in Ægypto bellum gessisse, vtriusque mentionem fieri libro 1 Machabæorum; sed ibi solius posterioris finiti tempus adscribi, nempe annum 143. regni Græcorum, libro autem 2. Machab. cap. 4. agi putat de bello priori, & cap. 5. de initio & fine posterioris. Adnectit, finem huius posteriotis belli in eum annum incidere, quo deuictus est Perseus: sed Liuium errasse, dum finitam hanc expeditionem narrat anno sequenti, hoc est, Vrbis Cond. 586.

4. Gaspar Sanctius in cap. 1. lib. 1. Machab. Vrbis Ierosolymitanæ calamitatem libro isto recensitam affirmat esse vnam eandemque cum ea, quæ lib. 2. Mach. cap. 5. describitur, & Judæis illatam annis ab initio regni Epiphanis sex euolutis, scilicet anno Græcorum 143. cum Antiochus iussu Romanorum ex Ægypto copias eduxisset, post annos, inquit, ferè trecentos & quinquaginta sex, quàm templum est à Zorobabele & Iesu sacerdote magno restitutum. Quibus calculis semel positis, ait principem tributorum ab Antiocho missum in ciuitates Juda anno 2. ex quo ipse Epiphanes onustus Solymitana præda in patriam redierat: quod *post duos annos dierum* contigisse dicitur 1. Machab. 1. v. 30.

5. Idem in communi censent Torniellus & Salianus ad ann. m. 3885. vbi referunt templum ab Antiocho spoliatum, & Vrbem grani plaga affectam, anno Græcorum 143. post expeditionem Ægyptiacam. Quod latius explicans ibidem Salianus, ait id quidem asserendum, nisi à Scriptura discedere placet: sed huic Chronologiæ repugnare Romanam, si Polybio & Liuio credimus, quæ solutam Alexandriæ oppugnationem refert ad annum Vrbis 585. Si quis Chronologiam profanam cum sacra velit conciliare, putat æram regni Græc. biennio serius, quàm fert communis sententia inchoandam. Itaque num. 17. concludit istam cladem absoluto bello Ægyptiaco contigisse: versic. 21 cap. 1. lib. 1. Machab. Ita legendum ex Græco & Latinis correctioribus: *Postquam peruasit Ægyptum, in centesimo & quadragesimo tertio anno.* Deinde interpunctione addita: *& ascendit ad Israel, & ascendit Ierosolymam in multitudine grauí*: nimirum circa annum 143. exeuntem & quartum ineuntem & progredientem.

6. Apud

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

6. Apud Petauium lib.13.in tabulis, res istæ intricatæ sunt, non ex vulgaris inscitia, sed amanuensis aut typographi oscitantia. Nam anno ante Christum 173. ait Menelaum ab rege Antiocho Sacerdotium obtinuisse. Anno seq. qui fuit ante Christi æram 172. Antiochum primam expeditionem in Ægyptum suscepisse. Anno ante eandem æram 171. *Iason, inquit, Pontifex Iudæorum à Menelao Pontificatu deijcitur. Antiochus secundò in AEgyptum venisset à Populo Romanorum Legato cœptis absterretur.* Anno ante prædictam æram 170. quo annus Græcorum 143. notat Iasonem falso rumore de Antiochi obitu perfecto Ierosolymam cum armis irrupisse, vt narratur 2. Machab. 5. tum Antiochum Ægypto exclusum Ierosolymam inijsse, ibique crudelissimè bacchatum, sacra vasa diripuisse, ex illo cap. 5. iam citato & 1. Machab. 1. Tum post biennium nempe anno ante communem Christi æram 168. regni Græc. 145. rursum Popilium Legatum, cum socijs suis in Ægyptum venisse. Interim Antiochus inquit, in Ægyptum profectus, Alexandriam ingressus templum profanavit anno Seleucidarum 145. ex lib. 1. Machab. cap. 1. Hæc inquam, intricata sunt, obscura: sic enim videtur Antiochus anno ante Christum 172. primam expeditionem in Ægyptum; alteram anno seq. hoc est 171. suscepisse. Deinde Popilius Romanorum Legatus in AEgyptum venisset anno illo ante Christ. 171. rursum anno 168. Adhæc nescias inde, vtrum Menelaus Iasone in ordinem redacto, intrusus fuerit in Pontificatum anno ante Christum 173. an [illegible] Cætera omitto, quæ clarius exponit idem auctor lib. 5. Rationarij cap. 7. [illegible] disertè tradit paulo antequam Aegyptum peteret Antiochus post triennium Iasonis Pontificatum anno Græcor. 142. ante Christ. 171. Menelaum ab [illegible] summum sacerdotium obtinuisse. Anno Græc. 143. Antiochum frustra [illegible] tis mœnibus Alexandriæ cum Pelusiij validum præsidium constituisset [illegible] Ierosolymam, vt 1. Mach. 1. legitur, ibi templum diripuisse, cædem fecisse [illegible] Anno Græc. 144. Antiochum aduersus Aegyptios acrius bellum comparasse. Anno Græcor. 145. Legatos Romanorum post victum Perseum regem, Alexandriam peruenisse anno Vrbis 586. & incumbentem in Vrbis obsidionem Antiochum sua auctoritate repressisse. Denique eodem anno Ierosolymam venisse Epiphanem, rapinis, cædibus, sacrilegijs Vrbem vexasse, super quod altare Dei simulacrum erexisse, post duos annos ab aduentu priore quinquagesima die Casleu. Plura ex diuersis auctorum opinionibus referre, nihil videtur opus esse.

7. Vt autem hæc difficultas ritè expediatur aduerto 1. Romanos [illegible] Perseo victoriam retulisse anno ante Christum 168. vt constat ex decanatu [illegible] la eclipsi Lunæ, quæ commissa est, nocte quæ media fuit inter 21. & 22. [illegible] Iunij stylo Iuliano, de qua alibi latius disputaui, tunc iam in cursu erat [illegible]

Vrbis 586.regni Græcorum 145.ex methodo libri primi Machab. sub initium anni 1.Olympiad.153.L.AEmilio Paulo II.& C.Licinio Crasso Coss.2.Anno 143.regni Græc. cœpisse anno ante vulgarem epocham Christianorum 170. quicquid nonnulli Chronologiæ præceptis non satis instructi reclament, ac proinde,si iam tunc iussu Romanorum Antiochus soluit Alexandrinam obsidionem; Liuius biennio tardius Popilij Legationem descripsit,quam oportuisset.3.Antiochum Epiphanem bis venisse Ierosolymam, ante Perseum debellatum,si Liuio credimus, *primò* quidem ante primam expeditionem suam in Ægyptum: quando magnificè ab Jasone & ciuitate exceptus est,& inde in Phœnicem conuertit exercitum 2.Machab.4.v.22. *Secundò* posteaquam percussisset AEgyptum, quando templum ingressus & deprædatus est vt legimus 1.Machab.1.v.22.vtrum autem id tertio fecerit, ex dicendis patebit.

8. Hisce animaduersis existimo in primis templum ab Antiocho spoliatum,aut saltem spoliari cœptum anno 143. Græcorum, vt docent Iosephus lib.12.Antiquitatum cap.7. S.Hieronymus in cap.8. & 11. Dari. Eusebius in Chronico & auctores iam laudati. Nec dubium est, quin Epiphanes prius Ægyptum percusserit,quam sacrilegos angues in templi supellectilem & thesauros inijceret,vt liquet 1.Mach.1.v 21. *Quando templum spoliatum ab Antiocho.*

9. Existimo 2. Liuium biennij parachronismo minimè hallucinatum, de tempore, quo Legati Romanorum Antiochum Vrbi Alexandriæ imminentem cœptis desistere coëgerunt:sed eam legationem eo anno obitam quo cum Perseo debellatum est, anno Græcor.143. ante Christ.168. ac proinde autumo cladem, lib.1.Machab. cap.1. vers.22. & sequentibus vsque ad 29. consignatam, accidisse tempore medio inter primam & secundam irruptionem Antiochi in Ægyptum. Non enim apparet ratio, cur ibi ea clades recenseretur, si in annum 145. incidisset : siquidem vers.30. subtexuntur mala Judæis per Antiochi ministros illata, *post duos annos dierum*, ex quo scilicet Antiochus percussa Ægypto Ierosolymam inuaserat, vt auctores præcitati interpretantur. *An Liuius errarit in Chronologia.*

10. Obijciet quispiam:ex nostra opinione, Antiochum bis hostilibus armis Jerosolymam inuasisse: nimirum anno Græcorum 143. & rursus 145. Ego verò id malim admittere, quam biennj errorem Liuio impingere. Si enim ad explicandas eiusmodi apparentes antilogias, vni quandoque principi duplex initium regnandi consignamus, vt constat ex dictis in libros Regum & docet Petauius lib.10.cap.25.nemini mirum videatur,si cum eodem Petauio duplicem aduentum Epiphanis furore amentis in Jerusalem admittamus, præter illum,quo ab Jasone magnificè fuerat exceptus, ne Chronologiam sacram cum profana pugnare asseramus.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

Quo sensu Hierosolyma dici possit bis spoliata.

11. Duobus autem modis Ierosolyma dici potest à Tyranno spoli… Primò, si omnia templi ornamenta anno 143. Græcorum direpta, & … rursus anno 145. sublata dicantur. *Secundò*, si pars calamitatis illa … 143. pars ad 145. referatur. Priorem modum non probo sed poss… Auctor lib. 1. Machabæorum totam eam calamitatem vno compend… glomerat & temporis quo incepit notam imprimit: Auctor lib. 2. … tam Chronicon quam rerum gestarum epitomen exhibet, finem … indicat, quo Antiochus præsens in Ierosolymitas bacchatus est, … secundam expeditionem in Ægyptum, vt dicebam initio huius … mili quandoque interpretatione sacram Scripturam exponere … 4. Regum 25. vers. 8. Nabuzardan dicitur venisse Ierusalem eamque … dedisse, septima die quinti mensis: At Ieremiæ 52. vers. 12. hoc factum … die decima. Quia datum est huic facinori initium die septima: finis … decima. Vide notas in illud cap. 25 ver. 2. Pari modo 2. Paralip. 16. v. 1. … negotium illud de Rama in textu Hebræo & Latino referunt ad annum … regni Iuda ab Israele separati: in Græco verò ad 38. Quia negotium … Rama incepit Baasa illo anno 36. sed anno demum 38. cœpto desistere … ctus est.

12. Anno 145. duobus modis Antiochus in Iudæos sæuit. 1. præsens … quando in Sanctuarium ingressus est, nefandis manibus sacra vasa … uit, cædesque ciuium exercuit. 2. Absens per eos quos Ierosolymis … per Apollonium, siue per principem tributorum, quem post eius … dæam misit, quando v. g. idolum super altare erexit &c. Quod … rannus post secundum bellum Ægyptiacum diuexarit Iudæos, … ctores libri vtriusque Machabæorum. Quod autem post hi… anno 145. præsens idem facinus … perpetrarit, auctor libri … auctor vero libri primi neque ait neque negat. Asserere poterat: … luit: rem ipsam retulit & primæ vicis Chronicam notam appos… gni Græcorum.

Respondetur ad opiniones aliorum.

13. Ad opiniones Serarij, Sanctij, Tornielli respondeo … ab Epiphane præsente bis vastatam fuisse, nempe anno Græcorum 143. … 584. Olymp. 152. Tertiò. Deinde rursus anno Græcor. 145. Vrbis … 153. primo. Bellum posterius non fuit finitum anno 143. Græcorum … Liuius non errauit, quando victoriam de Perseo inscripsit anno … qui inijt anno ante Christum 168. eclipsi Lunæ, quam pro … tius Gallus imminente pugna Macedonica prædixerat, … rarunt autem illi, qui vno anno tardius quàm nos æram … spicati sunt: quo næuo cum non careant Annales Tornielli & …

bi sæpius ab Eusebio ; hic etiam à Liuio vel inuiti abstrahuntur.

14. Ex his ferè patet, quid de Sanctij interpretatione sentiam. Fateor equidem præfectum tributorum in Iudæam elapso biennio missum, postquam Antiochus spolijs Solymitanis onustus in patriam redierat, sed prima vice: altera verò similibus spolijs se implicuit, eodemque anno illum Fisco prefectum in Iudæam amandauit, ex lib. 2. Machab. cap. 5. Quantum à Tornielli & Saliani calculis meæ rationes dissideant, partim ex iam memoratis, partim ex tabulis annorum expansorum colligere licet.

CAP. IX. v. 1.

EOdem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Perside. Anno Græcorum 149. ineunte, iuxta supputationem lib. 1. Machabæorum interijt Antiochus. 1. Mach. 6. v. 16. Stylo autem lib. 2. tunc in medio ferè cursu erat annus Græc. 148. ad initium Veris anni ante Christum 164.

CAP. X. vers. 5.

QVa die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, vig sima quinta mensis, qui fuit Casleu. Vide notas in 1. Mach. ca. 4. v. 52. vbi hæc declarantur.

CAP. XI. v. 21.

ANno centesimo quadragesimo octauo mensis Dioscori die vigesima & quarta.

QVÆSTIO IX.

Quis hic mensis, quis annus?

1. SCaliger asserit hunc mensem fuisse intercalarem, eo quod nullus inter menses Græc. vel Syrorum reperiatur; qui Dioscorus nominetur. Verum quicquid sit de antecedente; hanc illationem nutare, bene aduertit Serarius. Siquidem videmus dies & menses embolymos, ordinarijs nominibus appellari; sed iteratis. v. gr. bissextus Calendas Martias, Adar prior & posterior. Itaq; probabilius est, Dioscorũ siue Discorinthium mensem esse vnũ ex Ordinarijs, qui plura nomina habeat, sicut noster Iulius quintilis & Augustus sextilis nuncupatur. Bene etiam contra Scaliger. idem Serar. docet, hunc mensem nõ fuisse, post autumnũ brumali tempore intercalatũ. Quia non videtur probabile, tres ipsos menses qui inde vsq; ad Xanthicum effluxerunt, in fœderis pactione consumptos: cum & Iudæi & Lysias eam pacem percuperent, neq; rex abesset longissimè. Adde hieme illa quæ hanc tractationem pacis præcedebat, Antiochum adhuc in viuis fuisse, prout ex dictis suo loco patet, nec admittit Scaliger.

Non videtur hic mensis esse intercalaris.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

Masii & Saliani sententia non improbabilis.

Non puto tamen omnino absurdam esse opinationem Masii & Saliani, qui arbitrantur mensem Dioscorum fuisse embolimum, inter Dystrum & Xanthicum insertum. Si tamen id negetur, non video, qua ratione possit efficaciter suaderi.

Non videtur hic esse mensis Iunius.

2. Quisnam inter menses ordinarios, Dioscori nomine significetur, dubium est. Nonnulli Junium opinantur, vt sanctus Thomas & Emmanuel. Verum id non patiuntur duæ rationes iam allatæ ex Serario contra Scaligerum. Pax enim de qua hic agitur, sancita est mense Xanthico in Vere, cum paulo ante interijsset Epiphanes, oriente anno Græcorum 149, iuxta 1. lib. 1. Machabæorum.

An Peritium fuerit vel Audynæum.

3. Petauius lib. 10. cap. 53. putat fuisse Peritium, vel Audynæum, Ianuario Februarioue initium habuisse, viuente adhuc Epiphane, eumque anno 148. Græcorum, vtriusque epochæ. In quo illi non omni ex parte assentior: licet enim fatear hanc epistolam scriptam anno ante Christum 164. quando in Ianuario & Februario fluebat annus 148. vtriusque epochæ regni Græcorum: videtur tamen mihi creditu difficile epistolam istud Lysiæ Iudæis datum, viuo Epiphane. In eo enim vers. 18. Quamquam quit Lysias, *ad regem potuerunt perferri, exposui, & quæ respondebat*, Hæc autem de rege Epiphane non videntur intelligenda, cum historia indicet, Iudæos antequam hæc epistola exararetur, mortuo Epiphane xisse, & ex illius copijs deleuisse vndecim millia peditum & equitum sexcentos. 2. Mach. 11. vers. 11. Quæ causa fuit, vt Lysias Iudæis pacem ret, quam Machabæus acceptauit, atque ad Lysiam literas ea de re mi *quacunque Machabæus scripsit Lysiæ de Iudæis, ea rex concessit*, vtique Eupat enim sub eo gestas, auctor huius libri auspicatur cap. 10. v. 10. Nunc *de Eupatore Antiochi impij filio, quæ gesta sunt narrabimus.* Neque arbitror tu temporis huic fœderi pangendo fuisse impensum, vt Lysias ad Antiochum longe distantem posset habere recursum.

An idem cum Xanthico.

4. Serarius & Sanctius, quorum in sententiam magis propendeo, tumant mensem Dioscorum eundem esse, cum eo qui alias Macedonum Xanthicus nominatur. Addit Serarius hunc mensem fortè fuisse Dystrum Corinthium: quia, inquit, vt ex Demosthenis oratione de Corona gitur, Corinthij solebant in mensium appellationibus Græcos alios imitari, vt qui ab alijs diceretur *Loos* aut *Boëdromion*, ab ipsis *Lanemus*, qui pud alios *Loo & Boedromione* prior est; appellaretur. Datum tur hoc epistolium die vigesimo quarto mensis Xanthici post datas toris & Romanorum ad Iudæos epistolas; hoc capite recenset, men auctor huius libri, Lysiæ, quam aliorum epistolas resulit,

ea narrare cœpisset, quæ pacis huius conciliandæ causa, Lysias egerat, voluit continenter attexere quæ ille ipse per literas effecerat, priusquam recenseret, quæ de hoc negotio Eupator & Romani scripsissent. Et hæc de mense Dioscoro.

5. De anno maiorem esse difficultatem putat Serarius: quod verum est in eorum Chronographia, qui epocham regni Græcorum ad annum ante æram Christi 311. affixerunt. In nostra autem sententia res est plana & facilis, prout supra q. 1. declarauimus, & breuiter habet Serarius: *Ditendum*, inquit, *& Epiphanis mortem & Eupatoris regni auspicium, adeoque prælium & fœdus hoc incidisse in Seleucidarum annum Iudaicum, 149. qui erat idem Antiochenus, & Alexandrinus* 148. æra Iudaica vtitur auctor libri 1. Machabæorum; Antiochena auctor libri secundi. Addit idem auctor hanc regulam generalem conformem doctrinæ quam tradebam q. 1. in hosce libros num. 10. Quando quippiam in Græcorum siue Seleucidarum anno narratur, quod semestri æstiuo, siue prioribus ante Tisri sex mensibus accidit, semper in Seleucidarum annis Iudaicis, & Antiochenis Alexandreisque discrepantia est, & anno vno semper istos illi superant. Quando vero quippiam post Tisri gestum narratur altero anni semestri hiberno scilicet, sunt ijdem anni, vsque ad sequentem Nisan concordes. Consentit Salianus ad annum mundi 3891. num. 79. vbi æram libri 1. Machabæorum, vocat Iudaicam: libri vero secundi Syriacam: vnde bene deducit totis sex mensibus numerasse Iudæos annum 149. cum Syri adhuc 148. numerarent. Ex quo etiam intelligitur inquit, intra istos æstiuos menses, tam mortem Antiochi & promotionem Eupatoris in regnum, quam hæc prælia & præsens fœdus in Machabæum & Eupatorem contigisse. Hæc ille: nec malè.

Quando sit discrepantia in Seleucidarum annis Iudaicis & Antiochenu Alexãdreisque.

6. Aliam interpretationem affert Sanctius 2. Machab. 11. v. 21. vbi ait, in Scriptura sacra, annum inceptum interdū nominari pro integro, interdum omitti. Quod verum esse, fateor: exempla verò, quibus id confirmat, mihi non probantur. Prius est. Nabuchodonosor venisse dicitur in Ierusalem anno 4. Ioackim. Ierem. 25. id anno 3. tribuitur Dan. cap. 1. *Venit*, inquit Sanctius, *anno 4. inchoato, qui à Daniele omissus & à Ieremia pro integro numeratus est.* Alterum exemplum, Sedecias abductus dicitur anno 8. Nabuchodonosoris. Ierem. 52. Sed lib. 4. Reg 24. anno septimo. Vide notas in præcitata scripturæ loca, quæ longè aliter exposuimus. Subiungit Sanctius Epiphanem obijsse anno 149. Græc. tantum inchoato, quem auctor lib. 1. pro integro numerauerit; auctor lib. 2. quia imperfectum omiserit; eo autem anno, qui 148. dici poterat, venisse Lysiam in Ierusalem. Verum ista expositio, non habet hîc locum: annus enim qui literis inscribitur, non transactus, sed currens intelligitur, maximè, quando dies adijcitur, vt hîc 24. Dioscori: quo die, si iam mortuus erat Epipha-

Alia interpretatio Sãctii quæ non probatur quo ad exempla.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

nes, falsò eius interitum auctor lib. 1. signauit. anno Græcorum 145 [illegible] duas epochas admittamus, illis verò admissis, res est expedita.

Hæc fœderis pactio alia ab eâ quæ 1. Machab 6. recensetur.

7. Ne quid autem ambiguitatis residiuum sit, meminisse oportet contra Scaligerum, fœderis pactionem, de qua hîc agitur, diuersam esse ab ea, quæ 1. Machab. 6. recensetur, quod bene aduertunt plerique recentiorum, vt Serarius, & Petauius, cum Gorionide, vt q. 1. monebam, quibus assentiuntur Tornellius & Salianus, dum priorem istam referunt ad annum mun. 3891. aberam ad 3892. Mihi prior incidit in annum mundi 3877. posterior in 3878.

CAP. XI. v. 33. & 38.

ANno centesimo quadragesimo octauo Xanthici mensis quintadecima die. Hic annus inierat anno ante Christum 165. sub autumnum: hæ vero literæ scriptæ sunt in Vere anni ante Christum 164. cùm iam inijsset annus Græcorum æræ prioris 149. à mense Nisan. Eodem anno, mense, die, etiam Legati Romanorum ad Iudæos scripserunt, prout hoc capite notatur vers. 38. Tunc necdum aduenerat annus sabbaticus, & Eupator aberat Ierosolymis: quia vt legimus cap. 12. huius libri vers. 1. *his factis pactionibus Lysias pergebat ad regem Iudæi autem agriculturæ operam dabant.* vt nimirum colligerent annonam [illegible] cem ante ann. sabbaticum proximo autumno initurum. Anno verò sequenti hoc est, ante Christum 163. circa mensem Xanthicum, & per æstatem [illegible] quentem labebatur annus sabbaticus, ac idcirco, in Iudæa cultus agrorum nullus erat.

CAP. XIII. v. 1.

ANno centesimo quadragesimo nono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem [illegible] cum multitudine, aduersus Iudæam. Hæc gesta sunt anno ante Christum [illegible] labente anno isto Græcorum 149 æræ libri posterioris; æræ verò prioris centesimo quinquagesimo iam currente; anno legali sabbatico iam ad finem vergente, vt patet lib. 1. Machab. cap. 6. Nam paulo hanc Eupatoris expeditionem, Iudæi hostes suos, qui erant Macedonum Ierosolymitana obsederant anno centesimo quinquagesimo, vt ibidem legitur vers. 20. cuius rei [illegible] nuncio, Eupator iratus hoc bellum suscepit. ibid. vers. 28. & sequentibus eaque gessit, quæ reliqua parte illius cap. 6. & hoc toto cap. 13. enarrantur. Tandem altera vice fœdus cum Iudæis pepigit, de quo hic vers. 23. & 24. [illegible] mox fidem datam prodidit, & *rupit citius iuramentum, quod iurauit, & mandat destruere marum in gyro.* lib. 1. cap. 6. v. 62.

CAP.

CAP. XIV. v. 1.

Sed post triennij tempus cognouit Iudas, & qui cum eo erant Demetrium Seleuci &c. ascendisse ad loca opportuna. Hoc triennium non computatur ab rebus gestis cap. 13. iã commemoratis. Icto enim fœdere cum Iudæis Eupator Antiochiam reuersus est, anno Græcorum 150. æræ libri prioris, & mox Demetrius ad regnum euectus est anno 151. eiusdem æræ, vt habet lib 1. Machab. cap. 7. vers. 1. vide notas in eum locum. Commode verò triennium istud supputatur ab obitu Epiphanis, vt docent Hugo, Lyranus, Serarius in hunc locum, Salianus ad annum mundi 3893. numer. 11. Torniellus ibidem. numer. 1. vbi tamen putat deduci posse à templo purgato. Qui tamen tres anni non fuerunt expleti: Epiphanes enim interijt sub medium anni 148. Græcorum æræ posterioris. Tum effluxit annus 149. & pars centesimi quinquagesimi eiusdem æræ, quo anno Alcimus venit ad regem Demetrium *offerens ei coronam auream &c.* vt legimus hoc cap. versu 4. Itaque Iudas hic dicitur certior factus de aduentu Demetrij post triennium eo sensu, quo Christus dici solet post tres dies resurrexisse.

Vers. 4. Alcimus *venit ad regem Demetrium centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam & palmam &c.* Hic annus 150. Græcorum erat æræ posterioris: æræ vero prioris centesimus quinquagesimus primus à mense Nisan inchoatus, currente anno ante Christum 162. Vide notas 1. Machabæorum 7. vers. 1.

CAP. XV. v. 37.

Habere autem celebritatem tertia decima mensis Adar) Vide notas in lib. 1. Machab. cap. 7. vers. 43. vbi dicebam hanc victoriam de Nicanore Iudæos retulisse, circa 5. Martij, anno 160. ante vulgarem epocham Christi, cui laus, honor, gloria in æternum, Amen.

Hisce Quæstionibus & Notis finis impositus, feria 3. Paschatis: Anno æræ vulgaris Christi 1636. die 25. Martij, B. Virgin. Annunciatæ sacro. Epacta 23. Lit. Dom. F. E. stylo Gregoriano.

Æræ mundi Const. septies millesimo centesimo quadragesimo quarto. Periodi Iulianæ sexies millesimo trecentesimo quadragesimo nono. cyclo Solis 21. Lunæ 3. Indict. 4.

Ab orbe condito vt arbitror, quinquies millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto, ineunte.

Iudaico

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

Iudaici computus quinquies milleſimo trecenteſimo nonageſimo tertio die 18. Adar poſterioris, vt Iudæi moderni notant: quos iuxta non hallucinari puto.

A tranſacto diluuio quater milleſimo viceſimo inſtante.

A nato Abrahamo, ter milleſimo ſexenteſimo triceſimo octauo.

A promiſſione Abrahæ facta ter milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, vel ineunte vel inſtante.

A deſcenſu Iſraël in Ægyptum ter milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octauo.

Ab egreſſu filiorum Iſrael ex Ægypto ter milleſimo centeſimo nonageſimo tertio. Ab initio Legalis agriculturæ ter milleſimo octuageſimo ſexto. Sexto ſexto.

A fundato templo Salomonis bis milleſimo ſexenteſimo, quinquageſimo quarto.

Ab initio regni Iſraëlis bis milleſimo ſexenteſimo decimo ſeptimo.

A reſtauratis Olympiadibus bis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo deſinente, ſiue tertio Olymp. ſexenteſimæ tertiæ.

Vrbis conditæ bis milleſimo trecenteſimo octuageſimo octauo exſpirante. Monarchiæ Perſarum bis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto ineunte.

A templo ſecundo bis milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto. Monarchiæ Græcorum milleſimo nongenteſimo ſexageſimo ſexto. Regum Græcorum milleſimo nongenteſimo quadrageſimo octauo.

Anno Iuliano milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo primo die 15. Martij Lit. Dom. C. B. Feria 3. poſt Dominicam 2. Quadrageſimæ, ſtylo veteri.

Æra milleſima ſexcenteſima nonageſima quarta.

Monarchiæ Rom. milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quinto.

Imperij Ferdinandi II. decimo octauo.

Ferdinandi III. regni Hungarici duodecimo, Bohemici decimo, Romani primo.

Lege

aliquot locorum, ex Clauio.

Poli Eleuat.	Arcus Max. Semid. H.	M.		Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.
40	7	26	Alba Græca.	45	0	47	40
41	7	30	Alexandria Ægypti.	60	30	30	0
42	7	32	Ambianum.	23	30	49	50
43	7	36	Ambsterdam.	27	34	52	40
44	7	39	Antuerpia.	24	30	51	48
45	7	43	Argentina.	20	50	48	44
46	7	47	Argentei flu. ostia.	235	0	35	0
47	7	51	Babylon Chaldæorum.	83	10	33	50
48	7	56	Buda.	42	0	47	0
49	8	0	Calicut.	112	0	17	0
50	8	5	Calitz Hispan.	5	10	37	0
51	8	10	Cracouia.	32	40	50	12
52	8	15	Constantinop.	56	0	43	5
53	8	22	Cuba Insula.	205	0	22	0
54	8	27	Goa.	115	10	17	0
55	8	34	Hispalis.	7	15	37	0
56	8	40	Hur Chald.	78	30	32	40
57	8	48	Iaponia.	204	15	36	10
58	8	56	Ierusalem.	66	0	31	40
59	9	5	Lima in Peru.	280	15	12	10
60	9	16	Lisbona.	5	10	39	38
61	9	27	Londinum.	20	0	52	30
62	9	39	Meaco.	204	5	36	10
63	9	54	Mexico.	182	10	20	20
64	10	12	Moscouia.	75	10	61	15
65	10	35	Noriberga.	31	30	49	30
66	11	10	Nancæum.	28	45	49	20
66	12	0	Narbona.	21	0	43	0

P.
H. Philippi

Chronologia
Vet: Testamenti

A IV
17 a

3	3	9
	4	12
	5	15
	6	18
	7	21
	8	24
	9	27
4	4	16
	5	20
	6	24
	7	28
	8	32
	9	36
5	5	25
	6	30
	7	35
	8	40
	9	45
6	6	36
	7	42
	8	48
	9	54
7	7	49
	8	56
	9	63
8	8	64
	9	72
9	9	81

	Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.
Nickolſpurg.	35	0	69	0
Ormus.	92	0	19	0
Paris.	24	30	48	40
Philippinæ inſulæ.	170	10	12	0
Praga.	59	15	50	30
Roma.	36	30	41	0
Taprobana.	157	10	0	0
Treuiris.	26	0	49	0
Vienna Auſtr.	37	45	48	20
Vratislauia.	40	0	51	0
Vienna Galliæ.	23	0	45	0
Villacum.	36	15	46	0
Venetiæ.	34	0	45	0
Vilna.	52	0	55	0
Verdunum.	25	30	47	0
Verona.	33	0	44	0
Theſſalonica.	49	50	40	0
Toletum.	10	0	40	0
Stockholma Sueuiæ.	47	0	60	0
Salisburgum.	35	40	47	40
Ratisbona.	32	15	48	0
Paſſauium.	33	50	48	30
Pampilona.	20	10	43	0
Olomutium.	41	0	49	0
Niniue.	78	0	36	0
Monachium.	32	50	48	0
Mediolanum.	31	0	45	0
Louanium.	20	36	51	0
Cuchina Indiæ.	125	0	15	0

INDICVLVS
LOCORVM S. SCRIPTVRÆ,
IN LIBROS MACHABÆOR.
Ex Lib. I.

CAP.I.V.1. *Postquam percussit Alexander Philippi Macedo &c. Darium Regem Perrum & Medorum.* pag. 31
V.8. *Regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est.* ibid.
V.11. *Et exijt ex eis radix peccatrix Antioch. illustris, filius Ant. Reg. qui fuit Romæ obses.* ib.
V.21. *In centesimo & quadragesimo anno.* 32
V.30. *Et post duos annos dierum, misit rex principem tributorum.* 33
V.57. *Die decima quinta mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesimo anno ædificauit rex Antiochus abominandum Idolum abominationis super altare Dei.* ibid.
V.62. *Et quinta & vigesima mensis sacrificabant super aram.* ibid.
CAP.2.V.1. *In diebus illis surrexit Mathathias.* ibid.
V.70. *Et defunctus est anno centesimo quadragesimo sexto.* ibid.
CAP.3.V.37 *Et exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui anno 147.* 34
CAP.4.V.28. *Et sequenti anno congregauit Lysias virorum electorum 60. milliæ.* ibid.
V.52. *Et ante matutinum surrexerunt, quinta & vigesima die mensis noni (hic est Casleu) centesimi quadragesimi octaui.* ibid.
CAP.6.V.16. *Et mortuus est ibi Antiochus rex, anno centesimo quadragesimo nono.* ib.
V.20. *Et obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo.* 35
V.53. *Escæ non erant in ciuitate, eò quod septimus annus esset.* ibid.
CAP.7.V.1. *Anno centesimo quinquagesimo exijt Demetr. Seleuci F. ab vrbe Roma.* ibid.
V.43. *Et commiserunt exercitus in prælium tertia decima die mensis Adar.* ibid.
CAP.9.V.3. *In mense primo anni 152. applicuerunt castra ad Ierusalem.* ibid.
V.54. *Et in anno centesimo quinquagesimo tertio, mense secundo præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris.* 36
V.57. *Et vidit Bacchides, quando mortuus est Alcimus &c. & siluit terra duob. annis.* ib.
CAP.10.V.1. *Et anno 160. ascendit Alex. Antiochi F. qui cognominatus est Nobilis.* ib.
V.21. *Et induit se Ionathas stola sancta, 7. mense anno 100. in die sollēni Scenopegiæ.* ibid.
V.57 *Et venit (Ptolemæus) Ptolemaidem anno centesimo sexagesimo secundo.* 37
V.67. *In anno 165. venit Demetrius F. Demetrij à Creta in terram patrum suorum.* ibid.
CAP.11.V.19. *Et regnauit Demetrius anno centesimo quadragesimo septimo.* ibid.
CAP.13.V.41. *Anno centesimo septuagesimo, ablatum est iugum gentium ab Israel.* ibid.
V.51. *Et intrauerunt in eam tertia & vigesima die secundi mensis, anno 171.* ibid.
CAP.14.V.1. *Anno centesimo septuagesimo secundo &c. abijt in Madiam.* 38
V.27. *Octaua decima die mensis Elul, anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno &c. nota facta sunt hæc.* ibid.

P.
H. Philippi
Chronologia
Vet: Testamenti
A IV
17 a

CAP.15.v.1. *Anno 174. exijt Antiochus in terram patrum suorum.*
CAP. 16.v.14.&16. *Simon descendit in Iericho, ipse & Mathathias filius eius, Iudas &c. & occiderunt eum, & duos filios eius.*

EX LIB. II.

CAP.1.v.7. *Regnante Demetrio, anno 169. nos Iudæi scripsimus in tribulatione.*
v.9. *Frequentate dies Scenopegiæ mensis Casleu.*
v.10. *Anno centesimo octogesimo octauo.*
CAP.2.v.10. *Sicut & Moyses orabat ad Dominum, & descendit ignis de cœlo &c.*
CAP.3.v.3. *Ita vt Seleucus Asiæ rex, de reditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes.*
CAP.4.v.23. *Et post triennij tempus misit Iason Menelaum.*
CAP.5.v.12. *His itaque gestis &c. profectus ciuitatem armis cepit.*
CAP.9.v.1. *Eodem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Perside.*
CAP.10.v.5. *Qua die templum ab alienigenis pollutum fuerat &c.*
CAP.11.v.21. *Anno centesimo quadragesimo octauo, mensis Dioscori, die 24.*
CAP.11.v.33.& 38. *Anno centesimo quadragesimo octauo Xanthicis mensis 15. &c.*
CAP.13.v.1. *Anno centesimo quadragesimo nono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduersus Iudæam.*
CAP.14.v.1. *Sed post triennij tempus cognouit Iudas, & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci ascendisse ad locæ opportuna.*
CAP.15.v.37. *Habere autem celebritatem tertia decima mensis Adar.*

INDICVLVS QVÆSTIONVM,
In duos Lib. Machabæor.

I. *QVomodo anni regni Græcorum in hisce Libris recensiti, cum ære Christi congruant?*
II. *Quanam ratione, dies & menses Hebræi hisce Libris notati ad dies & menses Romanos stylo Iuliano reuocentur.*
III. *De successione regum AEgypti, à morte Alexandri M. vsque ad insurrectionem Cleopatræ.*
IV. *De successione regum Syriæ, post mortem Alexandri Magni.*
V. *De Mathathia & filijs eius Machabæis.*
VI. *Quando regnauerit iste Demetrius.*
VII. *Vnde supputetur iste annus 188.*
VIII. *Quo tempore Antiochus Epiphanes vastarit Ierusalem.*
IX. *Quis hic mensis Dioscorus, quis annus?*

FINIS.

P.
H. Philippi

Chronologia
Vet: Testamenti

A 1V
17 a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi

Chronologia
Vet: Testamenti

A 1V
17 a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


P.
H. Philippi
Vet: Testamenti
A IV
17